esse vnā & eādē gratiā sacramētorū. Itē nō cē in vno hoie vnā & eādē gratiam gratū faciētē totalē. Itē nō fuisse vnā gratiā in patrib⁹ & eorum successorib⁹. Nisi sacramēto aliquo munit⁹ velit qualēcūq; experiētiā allegare ex doni alicui⁹ p ceptione, & ad bonū inclinatione &c. ¶ Corolla riū. Pie teneri pōt dñm deū hoc sacramentū vn ctiōis īstituisse p salute ifirmorū: vt vltra grām gratū faciētē quā p fert nō ponēti obicē: sicut & cętera nouę leg. sacramēta, ex passionis Christi merito sit exituro medicamētū salubre resistēdi tētatori diabolo: q tūc plurimū ei⁹ insidiat calca neo. Cū em̄ hō naturaľr diligat corp⁹ suū, Eph. ij. ideo tunc plus sibi timet cū verisiľr cognoscit sibi de ppiquo imminere multifariā pœnā ppter pctā pterita quę forte cogitat nō esse sufficiēter detestata. Occurrūt denicq; hoi morituro visiones horribiles. Ioā. vlt. Ideo necesse est ei: vt qua si pugil inungat cōtra dęmonē tunc plurimum infestū: sicut cōfirmandus inungit cōtra mūdū.

L ¶ Octaua cōclusio. Alleuiatio corporalis: est sacramenti vnctionis effectus, nō primarius, sed secūdarius. Patet ex dictis. Hinc effectus ille nō exprimit in forma huius sacramēti. ¶ Corollarium responsiuum. Vnctionis extremę sacramē tum est a Christo contra duplicem animę & corporis morbū institutū, salua limitatiōe p̄missa.

¶ Quantū ad articulū tertium mouēda sunt dubia. Primū dubium est. Cui hoc sacramentū sit ex Christi institutione & eccl'iæ catholicę ritu dandū? An sanis, an pueris rationem carentibus, an fatuis & furiosis, an oīnibus infirmis & morituris, an innocētib⁹ qui nunq̄ peccauerūt: & sic de sil'ibus. ¶ Ad primū. Solis infirmis dandū est hoc sacramētū vt supra. & ex verbis beati Iaco. ca. ij. Et Marci. vj. legit apl's infirmos oleo vinxisse. Hui⁹ pōt esse rō post Christi institutionē, & laudabilē eccl'ię ritum. Nam illa q̄ in sacramentis geruntur interius: debent significari p ea q̄ fiūt in sacramētor⁹ vsu vel susceptione exteri⁹. sed effect⁹ interior & principalis hui⁹ sacramēti est sanatio lāguētis aię iā sępandæ a corpore p mortē: vt dictū est: ideo debet habere suā significationē in illo cui confertur. Hęc em̄ significatio videt esse de essentia sacramenti. Talē autē habet in ifirmo iā morituro, & nō in sano. Et licet q̄cq; sit maior necessitas spūalis curatiōis in sanis corporaliter: q̄ in infirmo corporaliter: tamē ppter defectum representationis huius cū rationis in sano corporaliter: non sanis sed infirmis dari debet. Sufficiēter denicq; sanis, puisum est per alia sacramēta: quorū vsu ac personali deuotione possunt a peccato & peccati pœna expurgari. Sunt em̄ baptismus & pœnitentia directe & principaliter instituta cōtra pctm̄ originale & actuale: & si alia sacramenta culpam remittūt, hoc est ppter inclusionē sacramēti pœnitētię in voto: vt supra. Nec impedit q̄ infirmi inuncti non semper curantur corporaliter: licet curentur spiritualiter si indigent, nisi ponant obicem. Sicut & in baptismo, stat corpus non lauari ppter per sordium ablationē (pono q̄ nō habeat sordes & immunditias) sufficit enim q̄ illa ablutio vel aspersio vel immersio sit de sui natura representatiua ablutionis corporalis: & quātū est de se nata sit abluere corpus. ¶ Si dicis: ergo si ľr hoc oleū erit de se natū curare corpus: & ita oleū infirmorum erit medicina gn̄alis oīs morbi: qđ videtur absurdū & contra experientiā: Dicēdū, sufficit illā materiā de sui natura esse lenitiuā vel curatiuā vulnerū cōfuse tm̄. Hinc dicit: Vulnus, & fluor, & plaga tumēs nō est circūligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Esaię. j. Nec obest glos. Iaco. ij. vt eam allegat San. Bonauē. Infirmatur quis mente & corpore. s. vel fide: quia dist. iūctiue loquit, & infirmitatē supponit corporis. Sicut ergo baptism⁹ nō est oīm intrātiū, sed illorum tm̄ qui sunt extra vterū in parte vel in toto & ablutioni corporali possunt subesse, repręsentanti ablutionē internam aiæ in esse vel in fieri: ita vnctio est solum illor⁹ exeuntiū q corporali sunt infirmitati subiecti, & alleuiatione indigēt. Secus siqui sani ex instinctu spūs sancti vncti legunt, & statim mortui. De⁹ em̄ suā potētiam sacramētis nō alligauit. ¶ Ad secūdū. An. s. sit dandū pueris rōne carētibus, fatuis, & semp furiosis: Respondetur: quia sacramētū illud est in stitutū dūtaxat contra peccata actualia, ideo his qui nō potuerunt peccare peccato actuali. s. pueris & ppetuo furiosis & fatuis siue baptizatis siue non baptizatis: & alijs q̄buscūq; rationis vsu carentibus sine interuallo lucido, non est danda sacramentalis infirmorum vnctio. Patet: qa eēt mendaciū in forma cum dicit: Quicquid deliq̄sti &c. Tales em̄ non peccarunt actualiter. Originale aūt pctm̄ in baptismo dimissum est. Itē secundū Richar. & Thomā: hoc sacramētū exigit deuotionē i suscipiēte: & ideo sicut Eucharistia non datur pueris: ita nec hoc sacramētum. Hoc s. Bonauē. colligit ex serie verborū beati Iacob. cū inquit, Inducat p̄sbyteros &c. Et si in peccatis fuerit. Hoc aūt. s. inducere, pœnitere: & in peccatis actualib⁹ esse, est solum adultorum. Posset dici: sicut hoc sacramētū est hois pœnitentis: ita deuotionē habētis. Nec datur directe contra reliquias originalis peccati: nisi inquātū auctę sunt p peccatum actuale. Et ideo licet in pueris etiam reperiantur infirmitates: non tamen ex actuali: sed originali pctō dūtaxat causatę. Palu. q. iij. te-

M



net q̄ actualis deuotio non requiritur in eo qui eam habere nō potest. Sed si infirmus potest cōfiteri: debet hortari vt prius faciat confessionem sacramentalem si indiget ante vnctionem. De furiosis & amentibus aīt. Si habent lucida interualla, & speratur eorum conualescentia: non debent inungi: sicut nec baptizari. Si autem non speratur conualescentia: nec etiam in sanitate constituti petierunt sibi hoc sacramentum dari: nō tamē sunt excōmunicati: nec vitę prauę fuerūt ante lapsum: sed bonę: presumi debet q̄ nō fuerunt immemores salutis proprię: sed si prędidissent hunc statum futurum, petiuissent, aut voluissent sibi tunc vnctionem dari: & ita presumi debet q̄ petierint, & voluerint inungi: saltem habitu & secūdum mētis preparationē. Hinc non debet eis vnctio extrema subtrahi cęteris paribus, licet tūc nō habent actualem deuotionē: nec habere possunt. Dictum est cęteris paribus: quia si facerēt irreuerentiam sacramento, cum illud sacramentum nō est necessitatis simpliciter: estimo eos non fore inungendos tunc. Attamen reputat probabile q̄ tales furiosi deberent ligari & inungi: quia de per accidens extrema vnctio potest esse de salutis necessitate: vt si quis est solum attritus: & non contritus, nec confessus: nec potest confiteri: tunc in hoc casu cæteris paribus furiosus debet inungi: licet nesciat quid sit: & sufficit deuotio precedens quo sic inuncto ex attrito fit contritus &c. Hoc
N nō quadrat. ideo infra latius examinatur. ¶ Ad tertium, An omnibus infirmis & probabiliter de proximo morituris: Dicendum q̄ non: quia nō his qui nunq̄ peccauerunt actualiter. Hinc beata virgo, quæ tota pulchra est sine omni macula peccati, non venit inūgēda. Sic nec beatus Ioannes Baptista: qui in vtero sanctificatus, nunq̄ creditur actualiter peccasse. Non enim deliquerunt quocunq; sensu: sicut & pueri: qui licet baptizati sint, & contraxerint originale, cum non peccauerunt actualiter nō inūgunt: vt supra. ¶ Sed esto q̄ aliquis adultus baptizatur in lecto mortis: vt refert Palud. de patre sancti Augu. quæst. iij. huius dist. n. quid talis vere baptizatus est: & ita immunis ab omni culpa, venit in mortis articulo inungēdus? Respondetur q̄ sic: quia restat ei pugna contra hostem: & sicut peccauit, ita & facile potest peccare cū habet rationis vsum: ideo necesse est vt spiritualiter contra eum armetur. Et licet sit sibi remissa pœna & culpa oīnis peccati in baptismo: manet tamē in eo debilitas quædā: & eget tūc munimine cōtra hostē malignū. Secus de paruulis in vtero sanctificatis & similibus qui non peccauerūt actualiter. ¶ Corollarie sequitur. Non solum illis qui indigent pœnitētia: sed etiā qui non indigent, peccarunt tamē actualiter, quā

dōq; dāda est vnctio extrema. Itē vnctio extrema nō debet dari vltio supplicio plectēdis: & ad mortē damnatis: licet sint ex horrore pœnarū infirmi, vt est casus possibilis. Nec propter rationē Petri q. iij. quia scilicet sunt infames in facie ecclesiæ: vt etiam innuere videtur Sanctus Bonauē. quia pari ratione nō deberet eis dari Eucharistia: immo longe minus. Q̄ etiam cōcedere videtur Palu. cum tamē expresse teneat oppositum dist. ix. q. iiij. iuxta finem quęstionis, allegatis ad hoc ca. Super eo. de hæreticis li. vj. vbi pœnitentia & eucharistia non negatur relapso cum paratus est incendio. Et dist. lxxxvj. Cum tāta. etiam excōmunicato, & cuicūq; in morte non negatur pœnitētia: nec per cōsequens viaticum: qđ in pœnitentia inclusum intelligitur. de pœni. & remis. ca. Q̄ dā te. ¶ Sed q̄ dictū Palu. stare nō possit, cū dicit damnatis ad mortem forte non dandā esse Eucharistiam, ostēdi potest multis canonib⁹ patrum. Cuius enim institutio sacramenti Eucharistię & eius cōmunicatio sit iuris euangelici. Luc. xxii. tamen determinatio temporum, & personarum, q̄ & quando illud sumere debeant, est ex ordinatione iuris canonici post legem euāgelicam ab apostolo promulgatā. j. Corinth. xj. Ea siquidem quę Christus circa hoc p̄ceptum nō expresse docuit & disposuit: reliqt apostolis & ecclesiæ cōstituenda. de conse. dist. ij. ca. Liquido. Hac em̄ auctoritate emanauit cap. Ois vtriusq; de pœ. & re. cum multis alijs capitulis. Hinc ait Paulus de Eucharistię sacramēto scribēs. Cętera cū venero disponā. j. Corit. xj. Et qa clara canonū inspectione patet eucharistiā nō ee negādam vltio supplicio plectēdis, aliquos adducere placuit. Primū est clarus textus. xiij. q. ij. ca. Quęsitū: vbi notatur his qui in patibulis suspenduntur in fine cōmunio esse danda statuitur. Cōmunionem vero patres & doctores viaticum nominant. xxvj. q. vj. Qui recedūt. Itē in ca. ij. de furtis dicit text⁹: q̄ si fures & latrones cōprehensi fuerint confessi, cōmunio eis nō negat. & in ca. pri⁹ allegato Super eo. de hęreticis li. vj. vbi hęreticis relapsis q iā sine audiētia relinquunt seculari potestati, si pœnituerint Eucharistia nō negat. & in hęresis & in se & in pœna enormi⁹ est crimē. ca. Quid in oībus. xxxij. quæst. vij. facit ca. Vergentis. de hęreticis. & cap. Quid autem. xxiiij. que. iij. Insuper textus in Clementina prima. de pœni. & remis. disponit q̄ moneri & coerceri debent iustitiarij per locorum ordinarios: & si necesse fuerit ecclesiastica censura compellere iustitiarios omnes & dominos temporales: vt vltimo supplicio deputatis non denegent pœnitentiæ sacramentum. Et dicit glos. Ioan. And. Idem de Eucharistia. & allegat textū optime probantem in cap. Q̄ dā te. de

Universidad de Deusto
Biblioteca



pœni.& remiſ.vbi per generalem quãdam interpretationem, & declarationem diſponens Inno. tertius: In illo verbo inquit per q̃ pœnitẽtiã morientibus nõ negamus, viaticum etiam q̃ vere pœnitentibus exhibetur intelligi volum⁹: vt nec ipſum decedentibus negetur. Et in illo q̃ ſequit in textu nunc allegato, Licet aũt ꝓ generale interdictum denegetur omnibus tam vnctio q̃ ſepultura eccleſiaſtica, concedimus tñ &c. In illo inquã textu quidã ſe fundãt volẽtes vnctionẽ eſſe dãdam ad mortẽ damnatis: cũ hic videatur eẽ ꝓhibitũ tẽpore interdicti: & non hic cũ plectẽdi ſunt vltimo ſupplicio. Ex quo eñ non eſt ꝓhibitũ, videtur eſſe conceſſum: & vbi lex nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere debem⁹. Sed certe lex diſtinguit: quia lex diuina Marci.vj. & Iacobi.v. ſtatuit hoc ſacramẽtum infirmis. Sic habet ritus eccleſiæ & ius ſcriptum poſitiuũ. xxvj.q.vij. Ab infirmis: & in periculo mortis. Itẽ diſt.xcv.cap. Illud. vbi oſtendit epiſcopis nõ eſſe prohibitum inungere infirmos. Itẽ de verborũ ſigni.ca. Quæſiuit. Itẽ de ſacra vnctione cap.vnico. In his oibus text⁹ loquitur de infirmis: ſed damnati ad mortem, niſi gladio plecterẽtur nõ eſſent morituri: ergo nec infirmi. Pꝛeterea maxima rõne ſic interꝑtatũ eſſe videt: q̃ in pœnitẽtia viaticum includatur: quia ſecũdũ Scot. in.iij.diſt.ix. non requiritur maior diligentia ad digne cõmunicandum, q̃ ad ſecure moriẽdum. Sed poteſt aliquis vltimo ſupplicio deputatus ſecure mori: poſita peccatoꝝ ſuorum ꝓpeti deteſtatione, ac propoſito ſatiſfaciendi: & deinceps recte viuẽdi. Cum ergo quis ſic deteſtatur peccata ſua quę cõmiſit in gñe & in ſpecie: ſecure moritur: ergo & digne poteſt cõmunionem recipere. Ex conſequenti Euchariſtia nõ eſt ei deneganda, niſi aliud obſit impedimentum: q̃d hic nõ apparet. Iniuſte ergo priuatur quis viatico ſibi tũc exituro ſalubꝛiſſimo & neceſſario. ca. Is q̃ de corpore. xxvj.q.vj. Quãobrẽ videtur eſſe cõtrariũ fraternę charitati & honori dei: priuare hominẽ moriturum viatico ſine cauſa & demerito: & eſt abuſus damnabilis. vbi ſupra in Cle. Nulli eñ dubium quin pœnę temporales non in odiũ perſonę: ſed delicti fulminentur: ne ipunitas aliꝭ incentiuũ tribuat delinquendi. xxiij.q.iiij.ca. Eſt iniuſta, immo frequenter de⁹ flagella & infirmitates infligit: vt hoies cõuertantur ad deũ. Nec habet hic locũ replica quorundã dicentiũ q̃ impediretur executio iuſtitię: q̃ꝝ tales immunitatem conſequerentur per cõmunionem corporis Chriſti: vt oſtenditur in gloſ. dicti cap. Quæſitũ. xiij.q.ij. Nam propter cõmunionẽ non cõſequuntur immunitatem eccleſiaſticã. & priuilegium eccleſię non debet trahi ad cõſequentiam. Et ideo cõmunicati Euchariſtia non gaudẽt libertate eccleſiaſtica ſicut fugientes ad eccleſiam: licet Euchariſtia maior ſit oñibus. Hoc eñ eſt priuilegium eccleſię tñ: & ita non debet trahi ad cõſequentiã ¶ Et poteſt hoc cõfirmari primo. Cũ habetur aliquis caſus clare expreſſus & extenſus: illa extenſio non poteſt nec debet fieri forte ex quadam ſimilitudine aut ſimultate qualicunq; cauſæ hic & alibi ad aliꝰ caſum non ſic extenſum & expreſſum: niſi ex pꝛeſumpta tacita mẽte legis: quę ceſſat quando ex diſpoſitione iuris apparet contrarium: quẽadmodum in propoſito fit: vt patet intuenti textum in dicto ca. Super eo de hęre. li. vj. vbi relapſis hęreticis cõmunio nõ negatur: & nihilominus ſine vlla audiẽtia relinquendi ſunt iudicio ſeculari. q̃d vtiq; nõ fieret ſi immunitatem cõſequerẽtur ex illa cõmunione Euchariſtię. Igitur immunitas confugientium ad eccleſiã in cõmunicãdis vel communicatis vltimo ſupplicio plectendis non habet locum: quia hoc ex nulla lege tacite haberi poteſt. Item argumentum a ſimili in mere poſitiuis non quadrat. Nec ſequitur in mere poſitiuis: vbi eadem cauſa: ibi eadem lex: niſi ꝓ verbũ poteſt. Et ex illo caſu nunc allegato de hęretico relapſo etiam patet q̃ nõ impeditur ex hoc executio iuſtitię: quia ille cõmunicatus nihilominus traditus fuit iudicio ſeculari. ¶ Secũdo: quia licet illa extenſio priuilegij confugientium ad eccleſiam ad corporis Chriſti perceptionẽ eſſet fauorabilis damnato ad mortem: quia tamẽ eſſet cõtra alium fauorem, ſcilicet celerẽ iuſtitię executionem: in qua vtilitas reſpublicę verſatur: ideo non poteſt fieri extẽſio caſus ſcripti ad non ſcriptum ex identitate rationis. ¶ Sed forte contra concluſionem quis inſtat per cap. Si quis epiſcopum. xj.q.iij. Et cap. Epiphanium. v.q.vj. vbi ſtatuitur q̃ qui falſis criminibus epiſcopum preſbyterum, aut diaconũ impetierit, etiam in fine cõmunione priuetur. Ad hoc dicitur q̃ ille textus interpretationem & limitationem recipit ab alia cõſtitutione: vt intelligatur niſi reſipuerit: vt dicit textus in cap. Eos qui. iij.q.x. Sicut enim in canone bibliæ frequentiſſime textum textus exponit & dilucidat: ita non eſt nouum vt lex ad legem trahatur: vt euitetur correctio. de Electio. li. vj.ca. Cum expediat concordare iura iuribus: & eorum correctiones ſi ſuſtineri valeãt euitari &c. Nec obſtat cap. Placuit. xxiij.q.v. quia expreſſe loquit̃ de his qui impœnitentes in ſuis ſcelerib⁹ moriuntur: vel qui actu facinoroſo ſeipſos ferro veneno: aut alias interimunt, vt faciũt homines deſperati ſeſe occidentes. Et ita nõ eſt ad propoſitũ. ¶ Nec poteſt adduci longęui tẽporis cõſuetudo, aut cõſuetudo huius vel illius loci, in quo damnati ad mortem non perceperunt cõmunionem: quia conſuetudo illa cum ſit legi & rationi



contraria: nullius eſt roboris vel momẽti. per Cle. j. de pœni.& remiſ. vbi nominat̃ abuſus damnabilis, & iniũgitur locorum ordinarijs vt abuſum hunc damnabilem etiam per cẽſuram eccleſiaſticam extirpent. Et licet Cle. illa loquatur de pœnitentię ſacramẽto: tñ vt patuit ex legiſlatoris interpretatione in ca. Q̃d in te. eo. ti. includitur in pœnitentia viaticum: q̃d eſt Euchariſtiæ ſacramẽtũ. ¶ Nec poteſt hic diuerſitatis rõ aſſignari: illa ſcilicet: Euchariſtia nõ eſt de ſalutis neceſſitate ſicut pœnitentia: quia vtrũq; in mortis articulo eſt de ſalutis neceſſitate ſi haberi poteſt: ita Euchariſtia ſicut pœnitẽtia. Q̃z ſi nõ poteſt haberi ſacerdos hoc vel id conferens, ſufficit bona voluntas abſq; ſacramentali manducatione: ſed non ſine mãducatione ſpirituali: Sicut ſufficit peccatoꝝ deteſtatio cum propoſito confitendi pro loco & tempore, cũ ſacerdos haberi non poteſt, ad bene moriendũ, cum non ſtat per peccatorem quo minus confiteatur vel cõmunicetur. ¶ Adducit̃ hic ab aliquib⁹ & illa ratio. Ex inhabili ad ſuſceptionẽ ſacramenti alicuius, conſuetudo non poteſt facere habilẽ & idoneũ. patet in cap. Noua. de pœ. & remiſ. vbi nulla cõſuetudine poteſt induci fœminas ordinari in officia preſbyterorũ. Facit in ar. cap. Quãto. de cõſuetudine. vbi ꝓbatur q̃ ad collationem alicuius ſacramenti conſuetudo nulla inhabilẽ habilitare põt: vt loquitur ibi text⁹ de ſacramento confirmationis: q̃d dabãt ſimplices ſacerdotes ſolam cõſuetudinem pro ſe habẽtes. ergo nec ad ſuſceptionem eius: quia correlatiuorum eadem eſt doctrina. Ex quo inferũt q̃ neq; habilis ad ſacramentorũ ſuſceptionẽ põt inhabilitari per cõſuetudinẽ. Cũ ergo damnati ad mortem ſiue ad vltimũ ſupplicium ſint habiles ad cõmunionẽ ex diſpoſitione iuris: vt ſupra patuit: ergo per conſuetudinẽ nõ poſſunt inhabilitari: maxime cum conſuetudo non dandi cõmunionẽ huiuſmodi plectendis ſit laicorum conſuetudo: quibus in ſpiritualibus nulla cõpetit facultas ſtatuendi: neq; iure ſcripto: neq; non ſcripto. ca. Laicis. xvj.q.vij. cũ ſimilibus. Nec per conſuetudinẽ poſſunt illam pꝛeſcribere. ca. Meſſana eccleſia. de elect. ¶ Ad maiorẽ, cũ dicit̃. Ex inhabili ad ſuſceptionem ſacramenti alicuius cõſuetudo nõ poteſt facere habilẽ & idoneum: poſſet quis dicere q̃ non eſt ſimpliciter & indiſtincte vera. Nam cũ cõfeſſio peccatorũ ſit de lege diuina, eſt tamẽ quo ad tempus de lege poſitiua: vt in ca. Oñis vtriuſq; de pœni. & remiſ. Cum autem ſacerdos volens celebrare habet peccatum mortale nec cõfeſſum, nec cõtritum, eſt inhabilis ſimpliciter ad ſuſceptionem ſacramenti: vt patet ex doctrina Apoſtoli. j. Corinth. xj. tamẽ poſita peccati contritiõe, poteſt per cõſuetudinem habilitari, ſic q̃ non teneatur prius cõfiteri. Q̃z eñ nunc tenẽtur ad confeſſionem cum celebraturi ſunt extra tempus paſchale: puto eſſe ex ſola cõſuetudine. Sic de ſumere volentibus alia ſacramenta: dicendũ q̃ tenenť premittere confeſſionem ſacramentalẽ in loco vbi eſt illa conſuetudo q̃ confeſſio præmittatur, alias videtur ſufficere peccati deteſtatio cum propoſito confitendi. Et ita conſuetudo illũ facit inhabilẽ ſi prius non confiteatur: cũ alias ex parte illa (ſaltem poſita peccati contritione, & ꝓpoſito confitendi) eſſet habilis. ¶ Sed forte illa maior loquitur in alio caſu: vt puta de ordinatiõe perſonę inhabilis ex lege diuina ad actus clericales exercendos. ¶ Ad regulam de correlatiuis dicendum q̃ nõ eſt vniuerſaliter vera: vt alibi oſtẽditur. Nã iniuriã pati non eſt pctũ, ſed facere: & pcutitur quis iniuſte, & fert leſionẽ iuſte pcuſſus iniuſte. ¶ Pꝛeterea illa conſuetudo non cõmunicandi damnatos vltimo ſupplicio: eſt actus de ſe malus & contrarius legi diuinæ, fraternæ dilectioni: & iuri communi: ergo non eſt conſuetudo: ſed corruptela & prorſus irrationabilis. Q̃z ſit de ſe malus actus, patet: quia eſt de genere malus: & contrarius legi diuinę. Eſt quoq; cõtrarius iuri cõmuni & inſtitutiõi eccleſię. in Cle. j. de pœ. & remiſ. Lex vero diuina vult vt homo nõ inhabilis ſuſcipiat hoc ſacramentũ & viaticũ. Ioã. 6. Illi autem poſſunt eſſe habiles ſi pœnituerunt, & ſunt de corpore Chriſti myſtico, & volunt mortẽ ſubire pro dictamine iuſtitię, tanq̃ pœnã peccati, & non ſunt prohibiti, nec lege Chriſti, nec eccleſię. Sed in Cle. j. de pœni. & re. habetur q̃ ſunt cõmunicandi: & q̃ oppoſitum facere eſt abuſus damnabilis, q̃ q̃; per ordinarios debẽt cõpelli iuſtitiarii vt Euchariſtiã tribuãt &c. Nulla ergo conſuetudine rõnabili poteſt eis auferri in detrimentum ſalutis eorũdem q̃d iure diuino eis debitum eſt. Priuãtur vtiq; gratia ſacramẽtali, quę ex opere operato debẽt ſuſceptioni & manducationi ſacramẽtali. Nec poteſt dici q̃ ratio huiuſce cõſuetudinis, attentis circũſtantijs, loci, tẽporis, & pſonarum &c. vincat rationem legis diuinæ & eccleſiæ de cõmunicando morituros: vt ſupra. Nec ceſſat ratio legis: quia pœnituerunt: & ſunt in articulo mortis & indigent viatico &c. Nec facit id q̃d q̃ñ q; adducitur. ſ. q̃ fiat in terrorem cęteris: qa non ſunt facienda mala vt inde prouenient bona: & malorum correctio nihilominus habet executionem ſuam. Quis eñ dubitat illam manducationem ſacramentalem (cũ perſona illa ſecũdũ legẽ dei non eſt inhabilis) eſſe magnę vtilitatis tãtam i agone certaturo? ¶ Ideo videt̃ finaliter dicẽdũ, ſi pꝛeceptо de fraterna dilectione non poteſt per conſuetudinem derogari: vt puta q̃ non ſit iuris diuini: & nõ liget (Si pro quia) non poteſt iudex

Universidad de Deusto
Biblioteca



ille a graui pcō excusari quin delinquat in proximū suum, ipsum diuinissimo sacramento priuādo, qđ nihilo magis ad eius ptinet iudicium q̄ sacramētorū institutio & administratio. ¶Hæc cū submissione adducere placuit: vt salua maneat sententia Petri de Palude, quę est vera. dist. ix. iuxta finem: & tam diuino q̄ humano iuri consona. ¶Sed quid de recluso in carcere p̄ perpetuo: vt inibi finē faciat vitę suę propter nefas qđ cōmisit: an sit in mortis articulo inungendus? Item rixantibus aliquibus si quis lęsus moritur ex illato vulnere, prius vtiq; inungitur si petit vere vel interpretatiue inungi. Et quare nō parti lege inungitur cruciatus ex tortura carceris q̄ morietur si alias non occideretur? Ad illa dicitur q̄ sic reclusus potest & debet inungi cum ex naturali infirmitate occasionata forte per carceres appropinquat ad exitū. ¶Quid si aliquis detentus in carcere, inficeretur peste? Vtiq; esset inungendus cæteris paribus: sicut & alij infirmi: & differenda eēt iustitiæ executio. Sic si ex carcere incideret letalē infirmitatem q̄ p̄babiliter putatur moriturus de proximo si carnifex vitā non auferret, existimo talem inungendū fore. Et laici in contrarium agētes vel statuentes cōtraueniūt fraternę dilectioni.

P ¶Sedm dubiū. An sicut licet ęgrum in ecclesia cōmunicare, ita liceat eundē adhuc ambulare potētem in ecclesia vel loco sacro inungere? ¶Q̄z solum in valetudinis lecto inungēdi sint infirmi videl habere vetustissima ecclesiæ consuetudo. Pręterea hoc videl conducere significationi effectus huius sacrī: qui est infirmi alleuiatio secūdū beatū Iacobū. Itē nō debet dari nisi probabiliter ex infirmitate morituris. sed tales nō sūt vt videl ambulare potētes: & nondū valetudinis lecto decūbentes. Hi enim cēsenl sani: & ita inhabiles ad p̄ceptionem huius sacramenti. ¶In oppositum vero q̄ pestilentici & vere infirmi possint nedū in valetudinis lecto: sed & in alio loco honesto, & maxime in eccl'ia consecrata in qua cōmunionē perceperunt, vel percipient, inūgi: sic potest ostēdi. Id qđ circa sacramenti alicuius perceptionem vel collationem nec Christus sacramenti institutor: nec apostolus aliquis sacramenti p̄mulgator nec ecclesia: nec cōcilīū gñale: nec papa: nec q̄cūq; alius supior, vere vel interp̄tatiue p̄hibuit: videl eē cōcessum & licitū: maxie cū nō ē cōtra bonos mores: sed cōducit fideliū deuotioni & pietati. Sed inūgere pestilētīcū inūgēdū in loco sacro aut alio loco honesto extra valetudinis lectū est huiusmodi. ergo. Maior nota, & est Augu. ad Ianuarium epistola. xiij. Q̄ę non sunt contra fidē neq; contra bonos mores, & habēt aliquid ad exhortationem melioris vitæ, vbicunq; instituī vel instituta videmus, nō solū nō improbemus: sed etiam laudando sectemur: si aliquorū infirmitas non ita impetit, vt amplius detrimentum sit. Minor probatur: quia Christus sacramentorum institutor nullum locū determinauit vnctioni. Nec beatus Iacobus &c. Inungūtur enim aliqui in sella cum iacere non possunt: vel cū id plus conducit vel infirmo vel sacerdoti. Tum in tabulina seu stufa: tum in cubili: tum in cāpo &c. Nec cōstat de quacūq; superioris p̄hibitione. ¶Q̄z nō sit cōtra bonos mores: sed cōducat fideliū pietati, deuotioni, & ad melioris vitæ p̄fectū, p̄batur. Illud conducit fidelium pietati & deuotioni qđ plurimum remouet prohibens deuotionē & hominis pietatem, & affert conducens ad pietatem promouetq; ad vitę melioris profectum & latrię cultum. Inungere infirmum moriturum in loco sacro, saltem pro loco & tempore cum ęgritudo id cōmode sustinere potest &c. est huiusmodi: ergo cōsequētia bona. Maior nota. Minor probat. Nam ob hoc dedicatur ecclesia, & quasi primum baptizatur, vt in ea postmodum homines ad salutem regenerādi baptizentur. ait Hugo de sancto Victore. libro. iij. parte. v. capitu. j. loquens de dedicatione ecclesię. subiungēs. In qua cętera omnia sacramenta celebrātur. Hinc p̄emittuntur exorcismi ad fugandam & expellendam potestatem inimici, ne impediat inibi salutē quærentes. Cuius exemplum ponit beatus Grego. iij. dia. c. xxx. Propter quod & locus ille terribilis dęmonibus dicitur. Confertur quoq; intrāntibus ecclesiam intrinsecus quędā deuotionis virtus, vt intensius secluso maligno suo famulentur creatori. Huic cōsonat illud Heliodori verbum. ij. Macha. iij. dicentis q̄ in templo vere sit virtus quædam dei. Nam ipse qui in cælis habet habitationem, visitator & adiutor est loci illius. Btūs Thomas parte. iij. q. lxxxtij. artic. iij. dicit ecclesiam ex consecratione consequi quandā virtutem spiritualem, per quam apta redditur diuino cultui vt homines deuotionem quandam ibi recipiant qua parationes sint ad diuina, nisi hoc propter irreuerentiam impediant. Ex quo quidam sumūt q̄ per ingressum ecclesię cōsecratę remittant venialia. Hinc canit ecclesia in prosa. Hic nouam p̄lem gratia parturit fœcūda spiritu sancto. Angeli ciues visitant hic suos: fugiūt vniuersa corporis nocua, pereunt peccatricis animę crimina. qđ & ad sacram pertinet vnctionem. Pręterea secundum doctrinam beati Iacobi ad infirmū inungēdum inducendi sunt sacerdotes vt orent sup eū vngentes eum in nomine domini, & oratio fidei saluabit eum. Sed ad orare volentes inquit dñs. ij. Paralip. vij. Elegi & sanctificaui locum istum vt sit nomen meum ibi in sempiternum: & permaneant oculi mei & cor meū ibi cunctis diebus



& aures meę erectę erunt in orationes eius qui in isto loco adorauerit. In isto notāter dicit quē elegit & sanctificauit: templum scilicet. & Deut. xij. Ad locū quē elegit dominꝰ venietis: & offeretis in illo holocausta & victimas. Et Prouerb. ix. Sapientia ędificauit sibi domū: excidit columnas septem: immolauit victimas, miscuit vinum & posuit mēsam. quę vtiq; non ad literam sed typice sunt intelligenda. Dicit Palu. in. iiij. dist. xv. q. v. ar. iij. q̄ oratio plus valet in templo consecrato, q̄ nō cōsecrato: iuxta illud. Adorabo ad templū sanctum tuum. Non enim sine causa tam solēniter consecratur. ergo &c. ¶Præterea pro hominum custodia: ne orare volentes in templo molestentur a dęmone: posuit dominus angelorū custodiā. Esa. lxij. Super muros tuos Hierusalē cōstitui custodes, tota die, & tota nocte in perpetuū non tacebunt &c. Certum vero est Hierusalem cęlestem quæ libera est & mater nostra, nō opus habere custodia. de qua p̄pheta. Posuit fines tuos pacem. Et iterum. Portæ eius nō claudentur per diem, nox non erit in ea. Nullas enim vicissitudines patitur Hierusalem mater nostra. Custodia ergo illa nobis deputata est in nostro tēplo: vt muros defenset, & eos qui murorum ambitu continentur. ait beatus Bernardus sermone. iiij. de dedicatione templi. Cum ergo locus sacer a deo electus sit, & sanctificatus ad dei cultum, angelorū deniq; custodia munitus, propulsatis dæmonibus per exorcismos: ibiq; singularis dei virtꝰ eluceat: multa deniq; daturum se promisit dominus orantibus in templo Salomonis. iij. Regum viij. Tutius ergo, vtilius, & salubrius suscipitur hoc sacramentum qđ oratione confertur in loco cōsecrato orationi & cultui diuino dedicato: q̄ in loco p̄pheno cæteris paribus. Attamē etiā extra ecclesiam tute suscipitur. Et sic dicitur de sancto Hieremia. ij. Macca. vltimo. Hic est qui multum orat pro populo, & pro sancta ciuitate Hierusalē in qua olim prophetię officio functus fuit. Ita dici vere potest de cæteris ecclesiarum patronis: vt patet ex sanctorū legēdis. Cum deniq; sit in templo dei scripturarum frequētatio, orationū institūtia, reliquię sanctorum, visitatio & dñi & angelorum &c. non est qui diffidere possit q̄n hęc oīa fideliū p̄mouęāt pietatē & deuotionē. Sunt quoq; ibi picturę & imagines sanctorum: ac vtriusq; testamēti volumina: & quis nesciat picturas esse laicorū libros, q̄bus ad salutē & dei honorificentiā instruanē & moueanē &c. ¶Item secundū doctrinā Hugo. vbi supra, Ecclesię dedicatio est velut eius primaria baptizatio: vt in ea postmodū hoīes ad salutem regenerandi baptizenē, in qua cętera omnia sacramēta celebranē. Illud non pōt intelligi de sola hoīs regeneratione p̄ baptismum sed & de alijs sacrāmētis: vt puta cōfirmatione, eū charistia, ordine, matrimonio, pœnitentia, & vnctione extrema: dum saltem in ecclesia cōmode suscipi potest ab infirmo. Nec videl ratio diuersitatis de vno sacramentorum plus q̄ de alio: cum pōt extra ecclesiam recipi: immo vt videtur oīa sacramenta solum in ecclesia recipi debent: dum id fieri pōt, & infirmitas vel necessitas aliud non suadet. Baptismus in ecclesia & non extra recipi debet. in Clemēt. de baptismo & eius effectu. nisi necessitas aliud suadeat: & dum filijs regum aut principum deferendum est. Eucharistię sacramētum infirmis dal in ędibus: fanis nō nisi in ecclesia cōsecrata. Conficil vero solū in altaribus cōsecratis. de consuetudine eccle. & alta. Confirmatio & pœnitētia in ecclesia recipiuntur, exceptis īfirmis. Ordo similiter & matrimoniū ante fores ecclesię: vt ceteris pateat. Cum ergo sola infirmitas aut necessitas sit causa quare aliqua sacramenta extra ecclesiam recipiant: licet deferendū sit regibus & principibus quo ad filiorū suorū baptizationem: ergo & hic: quia nulla potest dari ratio dissimilitatis. Itaq; cum morituri sunt in probabili periculo mortis constituti: vt pestilētici: tenentur (vt videl) sacramētū in ecclesia recipere & eucharistię & vnctionis, nisi impotentia ambulandi, & debilitas aliud suadeāt: aut mors īcerta, & subita infirmi fragilitas, quæ de momento in momentum expectal &c. ¶Ex quo videtur cōcludēdū salua sententia Sanfore, q̄ omnia sacramenta debent in ecclesia recipi: dum id commode fieri potest, & necessitas aliud nō suadet: vt etiam docet Hug. vbi supra. cui? sunt hęc verba. In q̄ (eccl'ia .s.) oīa sacramēta celebrāt. Nō solū ergo licet in ecclesia dū opportunitas patil vnctionē extremā recipere: sed etiā ita debet fieri: & vt ita fiat sūt ob hoc eccl'ię dedicatę. Ad qđ sonāt verba p̄dicta. Prouer. ix. Sapiētia ędificauit sibi domū: excidit colūnas septē. Glos. Septiformi spū ecclesias illustrauit. vel secundū Lyrā, septē sacramēta instituit, quib? tota fulcil eccl'ia. Q̄ęrāt ergo infirmi si fieri cōmode, pōt, medicū corpis & aīæ in ecclesia sācta dei quā elegit & sanctificauit dñs, & orationis domū esse & dici voluit: humiliēt sese cōtā deo dicētes: Dñe nō sum dignus vt intres subtectū meū: occurrāt sacerdoti dei ministro &c. in tēplo ip̄m cū leprosis q̄rendo si cōmode id facere possunt citra mortis accelerationē, aut infirmitatis aggrauationem: & sic de similibus periculis quę solēt quandoq; accidere infirmo. In loco orationis cōstituti petant sanctorum & sacerdotum orationes, orent & ipsi: vt virtute illiꝰ sacramenti eis a deo remittal & pœna & culpa p̄ti. Alt Gerson in floribꝰ de hoc sacramēto. Vnctio extrema rite suscepta delet venialia. Immo videtur q̄ ab

soluat ab oñi culpa coniuncta petitione recipiē-
tis:ita q; digne recipiēs etiā ab omni pœna libere
tur:tum virtute sacramēti:tū quia petit pie & p-
seuerāter:& p se & iuste. Hęc ille. Cū aūt ille petiti
ones ceteris paribus deuotius fieri possunt i ec-
clesia q̄ extra. igit &c. ¶ Per hoc ad tōnes añ op
positum dicendum: q; illa consuetudo vetustis-
sima q̄ in plerisq; locis inualuit:ex hoc forte ve-
nit:quia cū nō nisi ꝓbabiliter morituris dādū est
sacramentū:& statim morituri rarissime possunt
ambulare: sed vt cōiter decūbāt. igitur &c. Et cū
pestilētiale tēpus raro accidat:ideo statur genera
li obseruantię,& nō aduertit q; melꝰ esset ęgrum
adhuc ambulare potentem in ecclesia q̄ extra in-
ungere ceteris paribus:tum ex negligentia sacer
dotū:tū ex incōsideratiōe infirmorū: cū nesciturꝫ
momētū vitę vel mortis quo ad sensto cōfectos
& pestilenticos: aut consimili morbo periculoso
laborantes. ¶ Pręterea cōformāt se sacerdotes il
li q̄d vt in pluribꝰ & cōiter accidit circa ęgros mo
rituros. Si ergo q̄s sine vitę periculo vellet ingre
di,& posset id cōmode facere,in ecclesiā: & ibi ex
deuotione sacramēta percipere:nō esset prohibē
dus aut culpandus citra scandalū pusillorū. Et si
forte aliq pusilli & indocti qui scripturas nesciūt
aut non legerūt, ex hoc scandalizātur, debēt eru
diri de veritate. q; si nolūt erudiri,est scandalum
acceptū non curandū. Mutatis hoibus possunt
& mores immutari:immo de facto mutātur. Cū
olim etiā in lūbis facta fuit vnctio,decuit ꝓpter
pudicitię integritatem id fieri in lectulis tectis &c.
Nūc secus est:& ptes vngendę sine verecūdia ex
poni possunt in loco sacro ad hoc congruo. Nec
valet cęteris paribus hic allegare:vt dicāt subditi
habemus ius acq̄sitū q; curatꝰ vel sacerdos nos
inūgat in ędibꝰ & lectulis. Intelligit em̄ ꝓpopor-
tunitate tēporis & loci cū infirmi de ꝓximo mori
turi ambulare nō possunt cōmode ad tēplū. Va-
lēt ad idē dicta Aug. in dubio sequēti. ¶ Ad se-
cundū dicēdū: vtrobiq; significat infirmi alleuia
tio ex ęgri inunctione sacramētali siue fiat eo se-
dēte siue decūbente. ¶ Ad tertiū. Pestilētici vere
sunt infirmi:& vt patuit: nō habēt vllū tēpus in
quo vitā aut mortē vere sperare possint secūdū
Isido. Hęc cū submissione recitare volui disputa
Q tiue. ¶ Tertiū dubiū. An extremę vnctionis sa-
cramentū sit dandū ante vel post viaticū. Nomi
ne viaticū venit Eucharistia. xxvj.q.vj.ca. Qui
recedūt. Et ibidē.q.vij.cap. Ab infirmis. ¶ Ad
istud dubiū existimo nō esse dandā aliā respōsio
nem a generali regula Aug. in epła ad Ianuariū.
cxliij. & alibi, cū ait. Nulla disciplina in his melior
est graui prudētiq; Christiano, q̄ vt eo mō agat
quo agere viderit eccl'iam ad quācūq; forte deue
nerit. Q̄d em̄ nō cōtra fidē nec bonos mores inū
gitur, indifferenter est habendū: & ꝓ eorum inter
quos viuit societate seruādū ē. Ad qđ allegat di
ctū beati Ambr. qđ mādit matri suę Monicę, & si
bi Aug. Cū Romā veniō, ieiuno sabbato: cū hic
sum nō ieiuno. Sic etiā tu ad quā forte ecclesiam
veneris eius morē serua: si cui q̄ nō vis esse scan-
dalo, nec quēq; tibi. Hęc ille. Sic in hoc sacramēto
quidam hoc attendūt: quia est sacramētū exeūtiū
ideo vltimo dant post omnia alia: vt post ipsum
non sit aliud: sicut baptismꝰ primū ante qđ non
aliud. Quidā vero attendunt: q; vnctio valet ad
remissionē venialiū: immo ad remissionē omnis
culpę cōiuncta petitione recipiētis: vt habet Ger
son in floribus. Ideo pręmittunt vnctionem Eu
charistię: tanq̄ pręuiā dispositionē ad sacram cō-
munionē: ad quā vtiq; maior requirit mētis de-
uotio, q̄ ad sacrā vnctionē. Pro quo facit textus
xxvj.q.vij.ca. Ab infirmis. vbi dr. Oīonibꝰ & cō
solationibꝰ ecclesiasticis sacra vnctione olei inūcti
secūdū statuta sanctoꝝ patrū cōpetit viatici refi-
ciūt. ¶ Quartū dubiū. An vnctiōis extremę sa- R
cramētū sit iterabile: seu an imprimat characterē
Respōdetur q; nō imprimit characterē: & est ite-
rabile. Q; nō imprimat characterē, patet: qa solū
tria sunt sacramenta imprimentia characterē, ba-
ptismus. s. ordo, & cōfirmatio: q̄ etiā dicunt inite
rabilia: qa nullū taliū pōt licite eidē psonę pluries
exhiberi: seu quia nullū horū scām speciē & no-
mē circa eādē psonā pluries iterat. ob hoc em̄ sa
cramentū aliq̄d dicit iterabile: vt supra dist. vj.
q.ij. Cū ergo sacramentū vnctionis nō imprimit
characterē: ideo potest vni & eidē psonę pluries
dari: nō solū in diuersis infirmitatibꝰ: q̄n in singu
lis ꝓbabiliter timet de morte: sed in vna & eadē
cū est diutina, vt ethica vel hydropisis: quotiēscū
q; homo ex tali infirmitate deducit ad periculū
mortis: secūdū Palu. q.4. Extrema. n. vnctio nō
ꝑcise respicit ifirmitatē: sed statū infirmitatis: q
quotiēscūq; iterat siue in eadē infirmitate siue in
diuersis, potest vnctio fieri. Consonat Richard.
Sā. Bona. & Sā. Tho. Ex quo sequit q; infirmꝰ
nō debet inungi: nisi cū scām hūanā existimatio
nē est moriturꝰ. Si patit breuē & nō diuturnā ifir
mitatē: cū iā venerit articulus mortis, mūgēdus
est. Si vero patit recidiuā: iā est alia infirmitas: &
pōt suo tpe, cū moriturꝰ est scām humanā existi-
mationē, inungi. Si vero est diuturna, & mālua,
quā dicūt infirmitatē chronicā: tunc q̄cunq; ho
mo ex hac infirmitate venit ad articulū mortis,
potest & debet scām Richar. iterū inungi: quia
iā est quasi alius & alius infirmitatis status: q̄uis
non sit alia infirmitas simpliciter. Nō ergo valet
opinio illorum qui dicunt hoc sacramētum regu
lari secundum motū astrorum: sic q; cum in an-
ni spatio fit reuolutio corporum superiorum, tūc



primum iterandum est hoc sacramētū circa infir
mū, vt refert Palu. post Sanct. Bonauen. hāc opi
nionē impugnando. ¶ Si diceret aliquis: vnctio
altaris vel ecclesię non iteratur: similiter vnctio in
confirmatione & ordine: ergo nec illa vnctio ite-
rāda est. Item si iteraī, videtur q; suum effectum
non habeat integrum circa illum cui datur. Sicut
hostię consecratio circa eandem materiam cū ha
beat effectum suum integrum, non iteratur. Nō
enim bis consecratur idem panis. Si ergo nō ha-
bet effectū suū integrum, non videtur esse plenū
sacramentum. ¶ Ad primum dicit. vnctio alta
ris vel ecclesię non iteratur: quia illę consecratiōes
habent effectum suum integrum, qui est esse de-
dicatum deo, & ad cultum diuinum. Et simile est
de consecratione materię sacramētorum ordinis
& confirmationis. Neq; consecratio olei infirmo
rum iteratur: quia ponit totum effectum suū cir-
ca illam materiā consecratam. Sic de consecratio
ne panis. Quis ergo sacramentum Eucharistiæ
pluries sumatur cum homo semper peccet: & eo
indigeat: tamē consecratio sacramenti siue sacra
mentum ipsum non pluries iteratur circa eandē
materiā. Nec susceptio huius sacramēti est essen-
tia sacramenti: sed species sacramentales dicunt
sacramētum. Sic in proposito: Oleum solum se-
mel cōsecratur. Vnctio vero cum oleo cæteris pa
tribus est sacramentū, & iteratur circa eandem per
sonam institutione diuina: cum morbus eiusdem
psonę vel alteratur, vel innouaī, vel reditꝰ: sed nō
circa eūdem statū infirmitatis. Vnde circa eundē
infirmitatis statū habet plenū suū effectū: & non
iteratur. Secus cū status infirmi mutaī. & sic non
semel: sed aliquotiēs potest habere totū suū effe-
ctum circa vnum hominem, pluries secundum
humanā coniecturā morituū ꝓpter aliā & variā
status sui mutationē. ¶ Si q̄rit: an ne sit certa &
determinata ętas habenda in adolescentibus: ita
q; ante illā nulli dandū sit hoc sacramētū: Dicen
dū q; nō: sed cui dari pōt maius sacramētū: puta
Eucharistię, qđ in hoie requirit maiorē cōsciētiæ
discussionē scām doctrinā Pauli. j. Corint. xj. illi
etiā pōt dari minus: puta vnctio extrēa. Videt ad
hoc facere textus. xcv. dist. Illud. cū dicit. Nā qui
bus reliqua sacramēta negant: quō vnū genꝰ pu
taī posse cōcedi? Ergo ꝓ locū a cōtrario sensu: q
S bus maius nō negaī nec minꝰ. Cōtrariū. n. nō ha
beī in scripturis: immo nō minꝰ tenenī ad hmōi
sacramēti perceptionē adolescētes q̄ adulti cum
apti sunt suscipere viaticū. Si em̄ possunt pecca
re, indigent medicatione sacramentali. ¶ Quan-
tum dubium. Cū illud sacramētū dicit vltimum,
& exeuntium: quare non vltimo loco ponit post
alia sacramēta in determinatione magistri & do-
ctorū? Rñdet post Sanct. Bonauen. & Tho. q; q̄
dam sacramenta: puta quinq; numero, respiciūt
bonum vnius personę. s. baptismus, cōfirmatio
eucharistia, pœnitentia, vnctio. Alia duo respici
unt bonum cōmune, vel bonū totius speciei hūa
nę: sicut & in naturalibus quędā deseruiūt conser
uationi individui: quędā vero speciei. Et cū mul-
titudo sequtur vnitatē, & bonū cōmune siue mul-
torū sequitur bonū vnius tm̄. Bonum. n. cōmu-
ne ex bonis singularibus consurgit. Ideo illa sa-
cramenta quę sunt ad conseruandam, promouē
dam, vel consummandā gratiā vniꝰ personę: prę
cedūt illa q̄ respiciūt gratiam totius multitudinis
& quę ordinant ad bonū multitudinis: vt matri-
moniū & ordo. ¶ Sextū dubiū, quō inungendi T
sunt cęci, manci, qui nec manus habent, nec ocu
los: sic claudi &c. Si em̄ innocentes & immunes
a peccato actuali: secundum prędicta non debēt
inungi: quia fieret mēdacium in forma: ergo nec
cęci, nec claudi, nec manci &c. quia non peccaue-
runt visu, auditu, gressu, tactu, olfactu &c. qa de
ficiunt in membro tali vel tali: quo pōt homo ve
nialiter peccare. ¶ Pręterea videt q; totū corpus
debeat inungi, sicut & totū abluitur in baptismo
Et cū illa vnctio significat infirmitatē spūalē, &
eius curationem quę fit in anima: quæ est tota in
toto corpore, & tota in qualibet parte totiꝰ: ergo
totum corpus inungendum est. ¶ Itē ecclia ho-
die non vngit & renes & lumbos: q̄ritur cuiꝰ au-
ctoritate: cū circa sacramēta non cōpetit homini
facere mutationē. Alias sacramenta nulla essent
vt supra de baptismo: & de mutatiōe formę. dist.
iij. q. vnica. ¶ Ad hoc rñdet a doct. Richa. Tho.
Bonauē. Sco. & Petro Palu. suppositā institutio
ne diuina. Ex quo sacramētū vnctiōis institutū
est cōtra pctm̄: vt supra: & ista vnctio corporalis
est repsentatiua medicationis spūalis in hoie iam
exituro: ideo ad significandā hāc curationē sufficit
aliquā partē corporis inungere: qa illa medica
tio corpalis ꝑcise nō affert sanitatē spūalē: sed est
causa sine qua non: vt supra, de causalitate sacra
mētorū dist. j. q. j. Sic. n. fit in curatione corporali
q; licet totū corpus curādū sit: medicina tm̄ appli
cat determinatę parti corporis, & illi quæ princi-
paliter & plus est lęsa: vel quę est radix morbi: er-
go sil'r cū illa curatio corporalis significat medi-
cationē finalē & spūalē a pctis, scām aliā & aliam
opportunitatē debet fieri potissimū in illis ptibꝰ
corporis, q̄ vt plurimū fuere principia seu instru
mēta pcti ꝓpinqua & immediata. Cū vero secū-
dū doctrinā beati Iacobi cap. j. vnusq; sq; tenta-
tur a sua cōcupiscentia abstractus & illectꝰ: cōcu-
piscētia vero cū cōcepit, parit pctm̄: pctm̄ cū cō
summatū fuerit gnat mortē: Ideo abusus quiq;
sensuū exteriorum est quasi radix & principium
multorum peccatorum venialiū & mortalium.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nihil em̃ est in intellectu quin pri⁹ aliquo modo fuerit in sensu: & necesse est itelligentẽ phãtasma speculari, secũdũ philosophũ. Cũ enim aliquod sensibile vel appetibile p̃sentat̃ appetitui sensitiuo: statim fertur in ipsum: & mox adest voluntas vt natura complacentiam in hoc habendo p̃pter cõnexionẽ & colligantiã potentiarum &c. Et nisi ratio volũtatẽ auertat: subest pctm̃ in forib⁹ Hinc Hiere. ix. Intrauit mors p̃ fenestras &c. Cũ ergo abusus sensuum p̃ę oĩbus alijs p̃stet primariã occasionẽ peccati: ideo vnctio illorũ videt esse de necessitate sacramenti. Constat q̃ ad incustodiã sensuũ comitatur virtus p̃gressiua ad habendum visum volitum. Sic de incentiuo peccati carnis, & inobedientia mẽbrorũ genitaliũ dicendum q̃ comitant̃ incautũ visum, turpẽ auditũ, tactũ &c. vt patuit etiã in Adã, q̃ se sensit nudũ cum viso pomo pulchro & apto gustui comedit ipsum contra p̃ceptũ. Inungẽdi sunt ergo oculi: aures &c. vel partes p̃pinquiores, aut loca eorũdẽ cum quis est cęcus natus. Videtur tm̃ aliquib⁹ ne fiat mendaciũ in forma q̃ istę partes non essent inungendę: quia nunq̃ peccauerũt visu cæci nati vel lingua naturaliter muti: sed earũ vnctio esset prorsus omittenda. Verũ cum pctm̃ sit essentialiter in volũtate, & nõ in sensu: & forte quandoq̃ voluerint videre vel loqui contra rationem rectã & ita p̃ visum &c. peccauerunt, nõ p̃ potentiam imperantẽ: sed p̃ voluntatẽ elicientẽ: aut obiectiue solũ: ideo debent inungi cęci, surdi, muti, manci &c. Cum ergo omne pctm̃ a cognitiua sensitiua ortum habet primariũ, ideo seruatur vnctio in organis sensuum visus, auditus, olfactus, gustus, & tactus, velut de sacramenti necessitate. Et cũ vis appetitiua cognitiuã sequat̃: & ita sit causa secundaria, sit̃ & progressiua seu etiã motiua: Ideo aliqui nõ obseruãt vnctionẽ illorum membrorũ. Aliqui inungunt pedes & omittunt renes ideo de vnctione ad pedes & renes dicit Palu. cẽ seruandã loci cuiusuis cõsuetudinẽ. Tact⁹ vero licet sit diffusus p̃ totũ corpus, tm̃ pricipalius est in manib⁹: ideo illę inunguñt. Sic etiã dicit de vnctione manuũ episcopi & sacerdotis esse seruãdã loci consuetudinẽ. Aliqui em̃ ne faciãt iniuriam vnctioni episcopali: dicunt manus episcopi non adintra, sed ad extra vbi etiã est sensus tact⁹, esse inungendas. Par ratio est de sacerdote: cuius manus etiam sunt inunctę. ergo dicit in ea re cõsuetudinem esse seruandã. Nõ est dubium illas vnctiones differre specie cum tam inũgunt̃ vt morituri, & prius vncti sunt in ordinis susceptione: ideo vna nõ p̃iudicat alteri: sicut & puer baptizat⁹ in vertice vngitur chrismate: & tamẽ si post ea ordinatur in episcopum, iterũ vngitur in vertice. Ideo & hic simile videt̃ posse fieri de vnctione manuum episcopi aut sacerdotis: cũ morituri sunt, non obstante q̃ prius vncte fuerunt. Ergo per istam vnctionem sacramentalem, quæ cõmunis est oĩbus christianis per naturam in periculo mortis constitutis, priori vnctioni non fit iniuria. Lumbi non inunguntur propter partium illarum fœditatem. hinc natura eas texit: & naturaliter horror est eas videre: vel alijs videndas cõmittere: nisi p̃ualeat peccati malitia, & ratio absorpta languescat. Et cũ ecclesia eas non inungit, in hoc non mutatur sacramentum in essentialibus sacramẽti, quæ sunt solum ex Christi institutione: nec Iacobus determinate expressit partes inungendas. ¶ Per hoc ad rationes. Ad primã patuit de cæcis & surdis. ¶ Ad secũdã: sicut in baptismo sufficit aspersio & partis corporis ablutio, continue tm̃: ita & hic sufficit facere partium inunctionem: vt habet ritus ecclesiæ: & hoc sufficit ad significationem effectus huius sacramenti. & licet anima sit tota in toto corpore &c. tamen videt oculo, & non manu. ¶ Ad vltimum dicitur q̃ ecclesię ritus & auctoritas in hoc sufficit: q̃ nihil qđ est de essentia huius sacramenti in hoc omittitur vel mutatur. in casu sufficeret membri vni⁹ inunctio. Si obijcitur: de corde procedũt cogitationes malę, Matt. xv. ergo sufficit locum cordis inungere: Negatur consequentia. Cor carneũ attingi non potest, cor spirituale vngi non potest qđ est anima. Vnde licet de corde prodeant cogitationes malę, hoc tamen est ministerio sensuum quia mors intrauit per fenestras: & per imaginationem, quę est mot⁹ a sensu factus. ij. de anima. Anima ergo est principium remotum: sed potẽtia visiua vel auditiua (vt dicit) totum compositum est radix propinqua, & principium propinquum: seu organa sensuum, vt alij loquunt̃ &c.

¶ Septimum dubium: Vtrum de licentia sacerdotis curati suspensi vel excommunicati possit alius extraneus sacerdos infirmũ excõmunicato subditum inungere vnctione extrema: & eius cõfessionem audire. Respondet Palu. q̃ sic. q. ij. ar. ij. licet excommunicatus non possit delegare: quia delegatio fit principaliter ratione iurisdictionis. Ista autem licentia quæ datur alteri ad audiendum confessionem vel inungẽdũ infirmum, fit p̃ręcise ratiõe ordinis sacerdotalis. Non em̃ oportet illi sic substituto imprimere nouũ characterẽ in quo fundetur potestas hoc faciẽdi: sed sufficit ei illum subijcere: quẽ prius nõ habuit materiam subiectam. Et addit q̃ hoc possit fieri de licentia etiam suspensi a iurisdictione. Si enim non esset suspensus a iurisdictione, nõ haberet dubiũ. Nã alter habet potestatem clauium, & non est prohibitus ab executione seu vsu earundem cum habet subditũ. Cum ergo curatus excõmunicatus



subijcit alteri suum parochianum, & ille parochianus similiter vult se illi subijcere, iam habet vsum clauium in eum: ita q̃ potest eũ a peccatis absoluere: & ei sacram̃ ministrare vnctionẽ cęteris paribus. In effectu idẽ doctor has cõclusiones approbare videt. ¶ Prima. Excõmunicatus vel suspẽsus ab officio non debet hoc sacramentum ministrare, si vult irregularitatem nõ incurrere: quia ingerit se diuinis in officio sacerdotalis ordinis cũ sit excõmunicatus vel suspensus. ¶ Secunda cõclusio. Suspensus a beneficio tm̃, licite potest ecclesiam suam officiare. de electis. cap. Cũ in cunctis. ¶ Tertia conclusio. Suspensus ab ingressu ecclesię tm̃, & nõ a diuinis, põt mittere clericũ ad ecclesiam: vt omnia necessaria pro extrema vnctione efferat: & sibi extra ecclesiæ suę locũ p̃sentet: quibus sic habitis põt infirmũ in domo inungere sine irregularitate & pctõ. patet: quia non est prohibitus vel suspensus nisi ab ingressu eccl'ię. Hinc si ecclesiam ingrederet: & sicut moris est cũ solennitate solita sacramẽtalia inde transportaret ad infirmi inunctionẽ, incurrit irregularitatẽ, ac si diuina in ecclesia celebraret. ¶ Quarta conclusio Suspensus & ab ingressu ecclesię & a diuinis: dato q̃ nunq̃ suam ingrediatur ecclesiã: si tm̃ inungit infirmũ: quia actũ officij sacerdotalis suspensus a diuinis exercet, irregularitatẽ icurrit. ¶ Quinta cõclusio. Vbi propter excõmunicationem vel suspensionem nõ licet proprio curato inungere: ibi nec licet inunctionem ab ipso recipere scienter: sed tunc licet extraneum aduocare. Hæc ille.

X ¶ Octauum dubium. An oportet sacramẽti huius ministrũ esse sacerdotẽ p̃priũ. Rñsio. De iure cõmuni sacramẽti hui⁹ minister debet esse sacerdos proprius & non alienus. Hoc dictum procedit de necessitate p̃cepti nõ sacramẽti: quia si non suus inungeret, cęteris paribus, infirmus vere est inũctus: sed cõtra prohibitionem iuris. Secus si quis p̃sumit absoluere peccatorẽ sibi non subiectum. Sentẽtia em̃ a nõ suo iudice lata nulla est Est ergo p̃cepti gñalis, q̃ sacramẽta a suis sacerdotib⁹, & non ab extraneis nisi de licentia suorũ recipiant̃. Vnde nisi subsit mortis periculum ex mora p̃prij sacerdotis: nõ suus nõ debet infirmũ cõmunicare vel inũgere. Cũ añt vere fuerit inũct⁹ siue a suo, siue ab alieno curato, vnctio nõ debet repeti si oĩa rite facta sunt. Hinc prohibẽt religiosis sub pœna excõmunicationis latę sentẽtiæ: ne clericis, aut laicis sacramẽta vnctionis vel eucharistię administrẽt. de priuileg. & priuilegiat. Cle. j. Sed quid iuris in necessitate, cum necessitas non habeat legẽ? Rñdet p̃fatus doct. q̃ in casu necessitatis alienus põt licite inungere: sicut & absoluere alienũ infirmũ. Vnde sicut quis rogatus ab infirmo morituro vt cũ absoluat, cũ suum curatũ habere non põt: tenetur & debet eũ absoluere: ita etiã tenẽt eũ cõmunicare, si alias aptus est: & similiter inungere, nisi interdictũ vel aliud obsit. Viaticũ em̃ magis ãnexum est pœnitẽtię q̃ vnctio extrema: quę tẽpore interdicti omnibus interdictis negatur: nõ aũt pœnitẽtia & viaticũ. de pœ. & re. ca. Q̃d in te. ¶ Et videt̃ q̃ sicut secũdũ dictũ beati Ambro. qui non vult pascere fame morientẽ cũ põt & debet, occidit eũ: ita rogatus in necessitate a curato exercitium nõ habẽte, aut ire nõ potente: vt morituri sacramẽtis ecclesiasticis ad salutẽ necessarijs muniat: cũ alius nõ habeat ad manũ: qui id facere velit aut debeat, vel possit: reus est animę illius per eũ vtcũq; neglectę. ¶ Nonũ Y dubium est contra dicta de ministro huius sacramẽti. Si baptismus eo q̃ est sacramẽtũ necessitatis, põt dari a laico: ergo etiã pœnitẽtia: cũ etiã sit de necessitate salutis: & sil'r vnctio. Rñdet. pœnitẽtia exterior nõ habet merã & absolutã necessitatẽ salutis: quia sufficit q̃nq; in voto. Vnde in adultis pari passu necessitatis ambulãt pœnitẽtia exterior & baptismus fluminis. Q̃licũq;. n. põt pœnitẽtiã exteriorẽ in facto suscipere, etiã põt eã in voto recipere. sed puer non potest baptismũ recipere in voto: ergo si facto non suscipit, nõ saluat̃ ſtate lege. Itaq; p̃pter necessitatẽ baptismi instituti principaliter contra cõmunẽ vnũ morbũ, talis est minister, q̃ semp põt haberi. ¶ Decimũ dubi Z um. An sacramẽtũ vnctionis sit necessitatis & p̃cepti. Dicũt quidã q̃ nõ est necessitatis vel p̃cepti simp̃l'r: q̃a nõ est cõtra aliq̃d qđ nõ possit tolli post hãc vitã. Per accidẽs tm̃ scãm Palu. potest esse necessarium illi qui est attritus de mortali: & non potest cõfiteri: q̃a p̃didit loquelã, nec cõmunicare: q̃a patit̃ vomitũ: vel q̃a nõ potest alias recipere. Ponat̃ ergo nõ potẽs cõfiteri in extremis habẽs pctm̃ mortale: de quo est tm̃ attrit⁹, inunctus saluabit̃: nõ vnct⁹ damnabit̃. Ponat̃ eũ esse cõfessum: stat q̃ p̃pter remissionẽ doloris fuit fictus respectu sacramẽti pœnitẽtię, qui nõ est vel erit fict⁹, respectu sacramẽti vnctionis. Sicut aliq̃s nõ est fict⁹ respectu baptismi q̃ est fict⁹ respectu pœnitẽtię. Maior. n. deuotio requirit̃ in suscipiente sacramẽtũ aliq̃d ad quod p̃ se requirit̃ actus suscipiẽtis: q̃ in eo in quo nõ nisi p̃ accidẽs. Item ponat̃ q̃ recepit cõmunionẽ. Forte adhuc est in pctõ, delendo p̃ vnctionẽ. Maior em̃ deuotio requritur ad Eucharistię q̃ vnctiõis sumptionẽ. Hæc est sentẽtia Pe. de Palu. q. j. art. iij. ¶ Secũdũ hoc respondet consequenter: cũ q̃ritur quot sunt sacramẽta necessitatis: q̃ sunt duo. s. baptismus & pœnitẽtia. Illa. n. pricipal'r ordinant̃ cõtra ea q̃ i futuro seculo non remittunt̃. s. pctm̃ originale & actuale. Sed p̃ accidẽs possũt eẽ q̃nq; sacramẽta necessitatis: inquantum nõ ficto remittunt mor-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tale de quo tñ erat attritus.s.baptiſmus,pœnitẽ tia,cõfirmatio,eucharistia,& vnctio. Alia duo,or do.s.& matrimoniũ nõ poſſunt eſſe per accidẽs de neceſſitate ſalutis.Nõ enim debet nec tenetur morituru attritus ordinari, vel matrimonio co pulari : vt fiat contritus: licet concubinã ducẽ do mortẽs vt legitimet filios ex ea ſuſceptos,be ne faciat. Verum quia dictũ illud magnã habet dubitationẽ:ideo de hoc erit quęſtio Secũda.

Quęſtio Secunda.

A Veríť ſecũdo:Vtrũ vi ſacramẽti vnctiõis extre mę de attrito cõtritus: & de attritione cõtritio poſſit fie ri. ¶Qz ſic,oſtendi põt au ctoritate multorum docto rũ.Richar.art.j.q.v.ait.Si cut per ſacramentum pœnitentię ex vi ſacramẽ ti formatur attritio prius informis : ſic ex vi hui⁹ ſacramenti confortať mens ad habendũ ſufficiẽ tiam pœnitẽtię venialia delentẽ:quę quãdoq; an te huius ſuſceptionẽ ſacramenti tã debilis eſt, vt nõ ſufficiat ad plenã venialiũ remiſſionẽ. Hæc il le.Et de ſacramẽto ordinis idẽ habet diſt. xxiiij. ar.iiij.q.j.San. Tho.ar.ij.q.j.ad ſecundã rationẽ dicit. Extrema vnctio aliquo modo quo ad illa tria quę ſunt in pctõ.ſ.macula,reatus pœnę,& re liquię peccati,remittit pctm. Qz uis.n.culpa quo ad maculã ſine contrittione non remittať : tñ hoc ſacramẽtũ p gratiã quã infundit, facit q; ille mo tus lib.arb.in pctm fiat contritio.ſicut etiã in Eu charistia & cõfirmatione põt accidere.hęc ille.Idẽ diſt.xviij.q.j.ar.iij.q̃ſtiũcula.j.& diſt.xxij.q.ij.ar. j.q̃ſtiũcu.ij.dicit. Si qs nõ plene cõtritus accedit ad confeſſionem:is ſi fuerit attritus,& nõ ponat obiçẽ in ipſa confeſſione & abſolutione: confer tur ei gratia: & remiſſionẽ conſequetur peccato rum.ſecundũ illud gloſ.ſuper illo verbo.Cõfeſ ſio & pulchritudo in cõſpectu eius. Si amas pul chritudinẽ,confitere vt ſis pulcher,rectus. Et ſic innuit duplicem modum cõſecutionis remiſſio nis peccati, ſcilicet quandoq; in ipſa ſacramenti perceptione:ita q; tunc aſſit diſpoſitio,& obiçis remotio:quandoq; ante ſacramenti perceptionẽ. Scot⁹ de pœnitẽtia diſt.xiiij.q. ij.dicit. Et ſic fit attritio contritio,ſine reali mutatiõe actus ipſius. Ad idem diſt.xvj.q.iij.& vbi ſupra. xiiij.q.iiij.lo quens de ſacramento pœnitentiæ ſic ait.Virtute huius ſacramẽti culpa remittitur:quę ſine hoc ſa cramento in actu nõ remitteretur. Et licet hoc di ctum eius non ſit de extrema vnctione:ſed pœ nitentia ſonet: conducit tamen ad propoſitum. Palu.idem tenet vt ſupra in fine quęſtionis præ cedẽtis. ¶In oppoſitum: Sicut peccatum actua le ſola voluntate cõmittitur:& ſine voluntate(ſtã te lege)cõmitti non poteſt:ita etiam non ſine vo luntate dolente a peccato receditur. ſecundũ Au gu.ca.viij.de vera & falſa pœnitẽtia. ¶Quęſtio iſta tribus terminabitur articulis.

¶Quantum ad articulum primum B ſupponantur dicta diſt.xiiij. q.ij. & diſt.xvj.q.j. de contritione.& eam cõcernentibus Quibus ad dendũ venit: Cõtritio ſecundũ Guliel. Pariſien. in de ſacramentis cap.de pœnitẽtia,eſt cõfractio & cõminutio,& quaſi in puluerem redactio vete ris hominis.iuxta illud Eſaię.xix. Et comminue tur quẽadmodũ cõteritur lagœna figuli cõtritio ne peruulida,& non inuenietur de fracturis eius teſta in qua portetur igniculus de incendio : aut hauriatur parum aquę de fouea. Talis eñ eſſe de bet contritio conſummata: vt non inueniat dia bolus in corde peccatoris, vbi ponat igniculum prauı deſiderij,aut modicũ aquæ,hoc eſt noxiæ voluntatis: quia debet eſſe de peccatis omnibus & ſingulis cõtra deum cõmiſſis.Hinc venari po teſt ratio nominis:cur perfecta delictorum diſpli centia veniat nomine contritionis,& non attritio nis, alludenter ad corporalia : quę dicuntur attri ta ſi aliquo modo ſunt cõminuta.Contrita vero ſi omnes partes quaſi in puluerẽ minutiſſimum ſunt cõminutæ: & non in partes magnas diuiſę. Hinc ab effectu contritionis multifario diuerſis nominatur nominibus. Quãdoq; pœnitẽtia in terior.ſiceã ſępe noiat Aug.Q ñq; hũiliatio men tis ſcđm Greg.Q ñq; hũiliatio & cõpunctio ſecũ dũ Iſido.& Guliel.Pariſiẽ. qa tunc primũ ſa ntiunť ſpinę peccatorũ cũ ſpũs ſancti gr̃a cor pec catoris illuſtrando tetigerit. Q ñq; ſciſſio cordis Iohel.ij. Scidite corda veſtra &c. Q ñq; reuerſio, q̃ſi de hoſtib⁹ ad pacẽ:ſiue de regione diſſimilitu dinis ad terrã p̃miſſionis. Eſaię.xxx. Si reuerta mini,& qeſcatis,ſalui eritis.Ponunť & alię noia tiones,qb⁹ euidẽtius fruct⁹q⁹ & virtutes declarã tur. Dicit baptiſm⁹ flammis ſiue in ſpũ ſan. No minať & quatuor feſtiuitatũ nominib⁹. In ea eñ & p eã naſcit in nobis p gratiã adoptionis dei fi lius : facit homo in Chriſto genitus trãſitũ p ma re rubrum,de Aegypto in terram promiſſionis: ſeu reſurgit homo peccator a morte peccati ad vitam gratię:ſicq; ei ſpiritus ſanctus illabitur ip ſum ſanctificatiue inhabitando: vt aſcẽdere poſ ſit ad patrẽ luminum de profundo vitiorum &c. Hinc diuerſi diuerſas ponunt eius notificatiões. ¶Gñaliter vero definit a ſanctis & doct. vt ſu pra diſt.xvj.Eſt dolor p̃ peccato volũtarie aſſũ ptus cum propoſito confitendi & ſatiſfaciendi. Illa notificatio videť eẽ bona: qa datur per gen⁹ & differẽtias ſaltem large. Loco generis ponitur



dolor. Dolor inquã non paſſio appetitus ſenſitiꝰ ut : ſed dolor diſpliçentia vel nolitio voluntatis: ſeu diſſenſus voluntatis a peccato,& non paſſio reſultans in diſſentiente a peccato commiſſo. Q̃ uis enim huiuſmodi dolor ſenſitiuus aut ſenſibi lis vel etiam lachrymarum effuſio ſequantur cõ tritionem:non tamẽ ſunt de eſſentia cõtritionis: immo nec triſtitia. Patet:quia contritio ſecũdum totum id qđ ad peccati deteſtationem(ſaltẽ quã tum ad ſubſtantiam actus)requiritur: eſt in facul tate noſtræ voluntatis. Alioquin quis inuitus te neretˉ in pctõ:contra illud Ezech.xviij.&.xxxiij. de conuerſione peccatoris & vocatione eius ad pœnitentiam. Lachrymæ vero & mentis triſtitia aut etiam dolor non ſunt ſimpliciter in hominis poteſtate. Videre.n.eſt q; multi licet plurimũ affli gantur flere non poſſunt. Itẽ poſſunt impediri p cauſas ſecundas poſitiue vel priuatiue: q̃uis ip̃a voluntas intenſam diſpliçentiam habeat de pec cato. Hinc lachrymę quibus peccata lauãda ſunt non de exterioribus:ſed de interioribus fletibus intelligendę ſunt:qui fletus ſunt nolitio peccati p pter deum,& non corporales lachrymę: quę pro pter complexionis varietatẽ, & varias cauſas cõ currentes, ſępe haberi non poſſunt. Ex illis habe tur q; genus ad contritionem eſt peccati diſpliçẽ tia: quę hic dolor nominať. ¶Dicitur conſequẽ ter, Pro peccatis volũtarie aſſumpt⁹. vbi primũ tangitur materia contritionis,& excluditur dolor naturalis & violẽtus. Sunt ergo illę dictiones ve luti differentię determinantes illam diſpliçentiam ad genus motis. Diſpliçẽtia de bono,mala eſt:& de malo,bona: ideo dicitur pro peccatis:q̃ mala ſunt. Item debet eſſe meritoria, debet eſſe volũta rie aſſumpta. Et cum illa notificatio datur de cõ tritione : non vt eſt actus virtutis tñ: ſed vt eſt pars ſacramẽti:ideo ſubiungitur, Cũ p̃poſito cõ fitendi & ſatiſfaciẽdi. Verum qa nõ eſt opus ad ſalutem confiteri venialia:ideo illa notificatio p̃ prie dicitur de mortalibus, quę priuãt hominem gratia. Venialia delerí poſſunt per ſatiſpaſſionẽ in purgatorio,nõ ſic mortalia. Et ſi placet,poteſt addi in notificatione illa: Eſt dolor charitate for matus: vt ſic habeatur propria eius notificatio. ¶Diceres. qualem contritionẽ habuerũt veteris teſtamẽti peccatores:cũ nõdũ erat inſtituta con feſſio? Reſpõdeť ſecundũ Tho. Richar. & alios q; habuerunt cõtritionẽ vt eſt actus virtutis pœ nitẽtię:ſed nõ vt eſt pars pœnitẽtię: vt pœnitẽtia ſacramẽtũ eſt. Eſt ergo contritio ex quid nois ter mini,pfecta & cõſummata peccati deteſtatio:tũ ex parte libe.arb.pctm rite deteſtãtis: tũ ex parte dei gratiã infundentis & peccatum remittentis. Non curãdo quãtũcũq; modicus & remiſſus in ſuo eſſe naturali ſit ille dolor peccati:dum ſaltem eſt gratia formatus. ¶Attritio eſt informis & in C ſufficiens dolor pro peccato. ſumendo dolor vt ſupra. Illa imperfectio & inſufficientia prouenire dicitur quandoq; ex parte finis & intentionis: & primũ ex hoc quia homo timet offendere qđ di ligit. Nulla eñ videtur eſſe ratio q; quis peccatũ non odit,nec deteſtatur : niſi quia eſt contrariũ & offenſiuum alicuius qđ homo diligit ſeu offende re timet. Ideo timor videtur eſſe proxima radix deteſtationis peccati. ſecundum illud Augu. ſer mo.x.ad fratres in ere. Timor qui pœnitentiam concipit:compũctionem parit. Et Magiſter diſt. xiiij.lib.iiij. Pœnitentiæ virtus timore cõcipitur. Hinc Eſa.xxvj. A timore tuo domine concepi mus &peperimus ſpm̃ ſalutis. Sic e regiõe timor eſt proxima radix inſufficiẽtis deteſtationis pec cati,ex eodẽ fundamẽto. ¶Et quia quadruplex diſtinguitur timor ſecundũ magiſtrum,Munda nus, Seruilis, Initialis vel mercenari⁹, Filialis vel caſtus,de qb⁹ in.iij.diſt.xxxv.q.vnica:ideo etiã quadruplici fine contingit pctm̃ deteſtari:quorũ aliqui ſunt vitioſi : aliqui indifferentes: vt ſupra diſt.xiij.q.ij. Primũ cõtingit ipſum deteſtari ex timore mundano:vtputa qa pctm̃ contrariatur honori mundano, quem diligit:aut priuat homi nem dignitate,vel ſubl̃imitate inordinate concu pita. Sic quis vitat adulteriũ ne priuetur officio de quo plurimũ honoratur.hypocrita vult non peccare publice,vel deteſtať pctm̃ ſuum propter ſuperbiam:quia vult iuſtus reputari. Auarus p̃ pter auaritiam:qa ſpoliatur honoribus vel diui tiis inordinate volitis.hmõi deteſtatio vitioſa eſt propter finem malum in quem ordinať &c. Secũ do contingit ex timore ſeruili : quia demeritoriũ gehẽnę. Tertio ex timore mercenario ſeu initiali: qa ablatiuũ gloriæ. Vellet eñ ſaluus eẽ. Quarto ex timore caſto vel filiali: qa offenſiuũ dei ſum mi boni:& ſup oia dilecti:cuius legi cõtrariatur: & a quo prorſus auertit formaliter vel virtuali ter. Deteſtatio ex timore mundano principaliter non promouet,ſed prohibet peccati remiſſionẽ: immo eſt obiex gratiæ. Deteſtatio ſcđo modo: quandoq; impedit peccati remiſſionẽ:cum.ſ.ac cipitur vt includit deformitatẽ ſeruilitatis pecca ti:ita q; quis vellet actu peccare ſi pœna non ſe queretur. Secus cum non includit illam deformi tatem:ſed dicit actum vel habitum declinãdi pec catum:propter pœnã peccato debitam:& ſic per accidens facit fugere peccatum,amore ſui ipſius cui timet pœnam. Verum cum non procedit ex amore dei:ſed ſui ipſius:non eſt ſufficiens & per fecta deteſtatio. Deteſtatio tertio mõ q̃ fit ex ti more initiali,qui eſt quaſi medius inter ſeruilem & caſtũ p̃ pticipationem extremorũ. Facit.n.par tim ſeruire timore pœnæ,& ptim amore iuſtitiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



Oritur itaq; ex amore dei & sui ipsius. Dei quē timet offendere: & sui ipsius cui vult bonū & non pœnam. Talis detestatio promouet & disponit ad bonum: sed non sufficit: quia magis amore sui q̄ dei cauet peccatum: & ita non est perfecta imo enim est circunstantionata circunstantia finis vltimi. Detestatio quarto modo facta sufficit: quia illa procedit ex timore casto & filiali, quo homo reueretur deum: & quia deum diligit, vult cauere eius offensam. ¶ Secundo potest dolor pro peccatis assumptus esse imperfect⁹ & insufficiens ex negligentia pœnitentis, aut ex omissione voluntatis: seu defectu alicuius circunstantiæ adesse debitę: vtputa quia non præcessit diligens & debita vitæ discussio ad reducēdum in memoriam omnia & singula in deum commissa: cum omnibus circunstantijs mortaliter aggrauantibus. Contritio enim debet esse de quolibet peccato mortali in specie: si potest haberi eius reminiscentia vel memoria: qđ tamen nō oportet de veniali peccato. Cum ergo quis ex negligentia vel ignorantia culpabili detestatur quidē peccata sua sed non vt debuit & potuit conscientiam suā examinauit: & in memoriā oīa & singula delicta & cōmissa reducere studuit: detestatur tamen & nult quæ tunc occurrūt: illa detestatio est insufficiens. ¶ Tertio secundū multorum doctorū opinionē stat quē cōscientiā suam examinare: & vt sibi videtur, se non habere peccatum aliquod qđ non detestetur vel detestatus sit propter deū dilectum: & nihilominus suā pœnitentiā esse informē, quæ p̄ susceptionē sacramenti formatur. Et sic attritio fit contritio. Oportet em̄ secundū Richar. dist. xvij. ar. j. q. v. si attritio debet formari, & fieri contritio, q̄ magnitudo mot⁹ deliberatiōe voluntatis in detestando pcm̄, rndeat magnitudini adhæsionis q̄ fuit in peccando. alias attritio non fit cōtritio. Requirit ergo ad cōtritionē si fieri debet ex attritione cōtritio: aut si attritio debet formari, mora certa, & continuatio q̄dā, ac doloris intensio. Alias deus nō infundit gratiā. Talis pœnitentia nondū formata (si sane intelligo hāc opinionē) attritio nominatur donec formet. Idē videtur velle Sco. dist. xliij. q. iiij. &. ij. Nam licet alias actus sit bene vestit⁹ circūstantijs adesse debitis, si tamē non est continuatus ad certum tempus a deo p̄fixum magnitudini peccati illi⁹: nō infunditur a deo gratia. ¶ Secundo notandum,
D q̄ sicut est duplex displicentia, formalis scilicet & virtualis, sic etiam est cōtritio formalis & quędam virtualis. Displicentia seu detestatio formalis quid sit satis claret. Virtualis vero est act⁹ aliquis includens in se eminēter vel causaliter displicentiā rei alicuius vt causa suum effectū. sic act⁹ dilectiōis & charitatis dei includit virtualiter peccatorum nolitionem propter deum dilectū: quia sine dilectione dei non potest esse vera contritio & vnum infert aliud necessario. stante lege. Non enim simul stant perfecta dei dilectio: & peccatorum complacentia: vel cuiuscunq; rei contra deū dilectio. Ponatur casus q̄ aliquis subito rapiatur ad martyrium nisi sacrificet idolis: est casus possibilis q̄ sit in peccatis: nec habet tempus se se recolligendi: & peccatorum contritionem eliciē di: quia non potest de eis cogitare. Ille sic prompte & hilariter sustinens martyrium pro Christo habet perfectum actum dilectionis dei non compatientem peccatum: sed virtualiter detestantem quia propter deum finaliter sustinet martyrium. Io. xv. Maiorē charitatem nemo habet vt animā suam ponat pro amicis suis. De hoc in. ij. distin. xxxv. Sic posset distingui de opere pœnali formaliter: vtputa qđ vere affert dolorem & pœnā agēti: vt ieiuniū, corporis castigatio &c. & de ope pœnali virtualiter: qđ scilcet includit eminenter perfectionem operis pœnalis: & reddit hominē paratum & benuolum ad subeundum pœnam pro loco & tempore: licet tunc homo non sentiat pœnam cum opus tale sustinet. Exemplum de sanctis martyribus. de quibus scribit beatus Augu. lib. xxij. Soliloquiorum, q̄ dulcedo & feruor charitatis lapides torrētis & crucem dulces fecit. loquitur de sanctis Stephano & Andrea. Sic & alij in pœnis constituti super roseos flores se amulare dixerunt.

¶ Quantum ad articulum secundū E est conclusio prima. Peccatori baptizato peccati mortalis conscientiam habenti, vel habere debenti, peccatum non dimittitur, stāte lege, sine displicentia vel contritione formali vel virtuali. Probatur Luc. xiij. Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis. Item Mar. j. Pœnitemini & credite euāgelio. Ad idē Act. iij. Et Apoc. ij. Memento vñ excideris & age pœnitētiā. Et Aug. sup illud Psal. lviij. Non miserearis omnibus qui operantur iniquitatē. dicit: Oīno nulla peccata de⁹ impunita relinqt. Iniqtas oīs magna paruaue sit, puniatur necesse est: aut ab ipso homine pœnitente: aut a deo vindicante. Nam & quem pœnitet punit seipsum. Puniamus ergo peccata nostra si quęrimus misericordiam dei. Et in de vera & falsa pœnitētia. ca. ix. inquit. Recte pœnitens quicquid sordidum post purificationem contraxit: oportet vt abluat, saltē lachrymis mentis. Et ca. viij. Pœnitentia baptizandis non est necessaria: sed baptizatis. De maioribus & minoribus pctis pœnitēdū est. Per fidē em̄ ecclesiæ sola remittuntur peccata quę contraxit homo in origine: vt sicut a patre peccante damnationem accepit: ita



per matris ecclesię fidē recipiat remissionē. Sed qui per se peccauit, per dolorem proprium & fidē ecclesiæ indulgentiā acquisiuit. Hęc per baptismum reddunt hominē mundum & nouū vt nil remaneat quod displiceat. Sine pœnitentia nulli profuit baptismus qui peccauit spontaneus. Ecce clare dicit nulli peccatori qui spontaneus peccauit baptismū sine pœnitentia prodesse. Actu. ij. habet. Pœnitentiā agite & baptizetur vnus q̄q; ex. Secus de paruulis solum originale habētibus De quibus dicit, Pœnitētia baptizandis non est necessaria. hoc de adultis intelligi nō potest: alias sibi ipsi contradiceret. Si ergo hoc habet veritatē de nō baptizato adulto, q̄ tenetur habere peccatorum suorū cōmissorum dolorem proprium & displicentiam: longe amplius de peccatore adulto iam baptizato. Ad idē ca. ij. de pœnitētię medicina. & habet magister dist. iiij. quarti. Omnis qui iam suę voluntatis arbiter constitutus est, cū accedit ad sacramentū fideliū, nisi pœniteat eū veteris vitę nouā non potest inchoare. Ab hac pœnitentia cū baptizātur soli paruuli immunes sunt. Et subiungit magister inferendo conclusionem. His alijsq; testimonijs aperte ostēdit, adultis sine fide & pœnitentia vera non conferri in baptismo remissiōis gratiam, quia nec paruulis sine fide altena, qui propriā habere nequeunt, datur in baptismo remissio. S. Bonauen. eadē dist. dicit hoc intelligendū de pœnitētia virtute, non de pœnitentia sacramento, quod transit: quia vera virtus pœnitentię nunq̄ est sine sacramēto saltem in voto. Secus de sacramento solo. Cū subiungit, sufficere actum informē: vtputa attritionem: Atteri enim pœnitere est, inquit: Dicēdum q̄ prius q̄ sacramentum gratiā conferat ex operato, requirit saltem prius natura & concomitāter talis dispositio quæ sufficeret de congruo ad gratię infusionem, si sacramētū non sumeretur, cæteris paribus. Cum quo adhuc stat q̄ pœnitētia sacramentū primā gratiam conferat, qa prior displicentia peccati sine proposito suscipiēdi sacramentū baptismi aut pœnitentię non sufficeret. Probat cōclusio, quia voluntas peccati sem per manet, nisi eliciatur actus formaliter vel virtualiter contrarius. Hinc dicitur Ezech. xviij. Cōsiderans & auertens se ab omnibus iniquitatib⁹ quas operatus est, vita viuet, & non morietur. Sed per nullam rem peccator ita auertitur a peccato sicut detestatione peccati & nolitione rei pri⁹ cōtra deum volitę: quod vtiq; sine actu volūtatis fieri non potest. Hinc sicut peccatum quod cōmisit voluntarium fuit: ita oportet e regione receſſum a peccato voluntarium esse. ¶ Nō autē est actus proprie voluntarius qui non est sufficiens coram deo ad detestationē peccati merito cōgrui. Debet em̄ esse tot⁹ volūtarius cōtra peccatum: alias nullus est. Sicut secundū Aug. non est vera virtus sine charitate: quia nō coniungit hominem deo: ita nisi actus sit vere voluntarius & perfecte secundū deum: non potest dici cōtrarius proprie. Sicut enim deus hominē quem sanat perfecte sanat, non dimittendo peccatū vnū sine alio: ita nec acceptat hois detestationem nisi sit perfecta in esse nature ad gratię ifusionem de congruo. Preterea idē, est totum & perfectum secundū Philosophū. ¶ Corollariū. nullū pctm̄ actuale remittitur adulto sine voluntatis proprię motu bono de congruo meritorio etiā cū sacramento baptismatis aut pœnitentię aut quouis alio. ¶ Si dicit, sufficit attritio præuia, q̄ etiā est peccati displicentia, cū susceptiōe sacramenti baptismi vel pœnitentię: tunc quęratur de illo actu qui est attritio, ad quid ponitur in sacramēti susceptione, cum vtiq; est dispositio imperfecta & insufficiēs, seu nō vltimata p̄ gratiæ susceptiōe, inter quā & infusionē formę siue in naturalib⁹ siue in gratuitis est mediū. Sicut inter sufficiētē & vltimatā dispositionē ad formam, siue in naturalibus, siue in gratuitis, nullum est medium. Vel em̄ dicitur requiri, quia virtute sacrī fit contritio. Sed hoc impugnatum est distin. xvj. queſt. j. cū actus illi differant specie & sint diuersorum obiectorū: ideo per nullam intensionem attritio potest fieri contritio. Vel dicitur requiri tanq̄ qualis cūq; dispositio subiecti pro digna sacramēti susceptiōe. Cōtra. nō videt esse differētia inter insufficientē subiecti dispositionē & nō dispositionē negatiue pro gr̄æ susceptiōe. Si ergo attritio nō sufficienter disponit subiectum: igitur nō disponit ip̄m: ab eodē ad idem. Ideo em̄ nominat attritio: quia nō sufficiēs dispositio. immo potest stare cū peccato mortali vt supra, & sic q̄ aliquis damnatur posita attritione sine sumptiōe sacramenti, secundū Palu. Ratio vero insufficientiæ non videtur esse alia nisi quia non est vere volūtaria, & cōtraria peccato etiam in esse nature: quę videtur esse immediata dispositio de cōgruo ad gratiam secundū Sco. Sed tūc stantibus dictis Aug. vt supra, illa detestatio nō vere volūtaria etiam cum sacramento susceptō nō sufficit. Sic em̄ aliquid culpę remitteretur sine actuali detestatione peccatoris, contra prius dicta. Illud scilicet qđ sumptione sacramenti remittitur, & prius nō poterat remitti stante imperfectiōe actus ante sacramēti sumptionem. Sic August. in de vera & falsa pœnitentia. ca. ix. Quō qui crimē reseruat de alio recipit veniā? Sine amore dei consequeretur indulgentiam, sine quo nemo vnq̄ inuenit gratiam. Quędam impietas infidelitatis est, ab illo qui iustus est dimidiam sperare veniam. ergo

talis attritio non prodest peccatori. Sic si non est debite circunstantionata in genere moris & maxime circūstantia finis: vtputa secundū Augst. vbi supra, displicent latroni peccata quando agitur de pœna: desit vindicta, reuertit ad crimina: Hunc cū peccasse pœnitet propter suppli cia: Pœnitētia illa nō est ex fide & charitate pcedens: & ita sterilis & sine misericordia: non purgat conscientiam: nec lauat crimina. Huic cōcordant qui cōfitent inuīti, non amore boni: sed vt fugiant damnū vel incōmodum seculi. Si quis de illa ad veram pœnitentiam non conscēdit, deceptus ęternaliter peribit. Requiritur ergo circūstantia finis vltimi saltem cōcomitans sacramenti susceptionem, quæ est principalissima oīm circunstantiarū, cum cęteris adesse debitis in genere moris. ¶ Forte dicitur q; assistentibus omnibus circūstantijs adesse debitis in genere moris cum non est cōtinuata vsq; ad terminum prefixum a deo pro peccati illi⁹ remissione: non sufficit ad iustitiam scām Sco. distin. xiiij. quęst. ij. sine sacramento baptismi vel pœnitētię. ¶ Cōtra actus detestationis circunstantia finis vltimi vestitus nunq; ponitur in esse pfecto naturali quin simul tempore infundatur gratia. Ita q; nunq; stat aliquem peccatum detestari propter deū p̄cise & finaliter: quin posito tali actu in esse suo pfecto naturali: etiā non curando quantę cōtinuatiōis gradualis sit: simul tempore ponitur charitatis infusio & actus illius forma. igitur nō oportet ponere illam actus continuationem. Antecedens probatur ex verbis Ezech. xxxiij. ca. Impietas impij non nocebit ei in quacūq; die conuersus fuerit ab impietate sua. ¶ Si dicit: detestatio peccati debet esse meritum de congruo remissionis peccati & infusionis gratię. Meritum vero est latitudo gradualis, & nulla talis potest fieri a creatura in instanti: Alioquin creatura ęquaretur deo in modo agendi: cum tanta velocitate produceret suum effectum quanta deus producere potest, vtputa in instanti. ergo cū in hoc actu meritorio requirit latitudo quædā gradualis, semp erit ibi prius & posterius, & ita cōtinuatio quędā. igit non potest dici q; illa detestatio possit fieri in instanti. Item quod est cum continuo & tēpore, non est in instanti. Sed vniuersaliter humanū intelligere & agere est cum continuo & tempore: ergo nullum tale est in instanti. Maior patet. quia implicat successionem esse in instanti. Minor est philosophi de sensu & sensato. Præterea instans nihil est, quia nulla pars temporis est idiuisibilis. instans vero ponitur minima pars temporis quę
F scilicet est indiuisibilis. ¶ Respōdetur concedendo q; illa detestatio pręcedens erit meritum de cōgruo remissionis peccati. Et q; meritum est latitudo gradualis. Negetur q; nulla talis potest fieri in instanti. Vnde illam latitudinem produci in instanti, non dicit aliud nisi q; potest produci tota simul & non pars post partē. Et si esset aliqđ tēpus indiuisibile, id mensuraret huius productionem. Quod quia nō est: non habet mēsuram adęquatam, sed maiorem. Ostensum est in. iij. distū. xviij. q; successio non est de ratione meriti, & q; meritum potest causari in instanti, eo q; oīa ad meritum requisita possunt simul esse in instanti. non sicut vinum in vase, secundū Ockam. Sed sicut illa propositio, Generatio est in instanti, ponitur causa breuitatis loco illius orationis, Dum aliquid generatur, non generatur pars ante partē sed totum simul: Ita in pposito, meritū aliquod est vel potest esse in instanti: valet, Dum aliquis meretur, possunt oīes causę ad meritum requisitę esse simul, & non pars post partē acquiri succesiue. Ex illo sequitur: possibile est creaturā rationalem in primo instāti sui esse mereri. de Christo negari non potest. quia tunc potest habere simul & semel oīa ad meritum requisita: tā ex parte potentiæ quæ potest impediri, q̄ ex parte obiecti, quod potest esse pręsens, q̄ ex parte gratiæ gratū faciētis. Nec oportet effectū coęquū suę causę esse a causa prima. quia secundū Augu. Splēdor genitus ab igne, igni esset coęternus, si ignis esset ęternus. Nec oportet eē tempore præcedere mereri: sufficit q; natura pręcedat. Sicut act⁹ primus pręcedit natura actum secundum. Non enī erat prius sol q̄ eius lumen. Ita in proposito. Sic tenent doct. plurimi, q; beata virgo in instāti cooperata est spūi sc̄to ad materię pręparationem, alterationē, condensationē, figurationem, &c. vt supra in. iij. dist. iij. ¶ Nec est vniuersaliter verū q; virtus finita nō agat in instanti, quia dum effectus potest produci in instanti, totus simul: ita pōt pducere in instanti: sicut in tpe cęteris paribus. Sic scām philo. x. Ethi. Delectatio & visio fit in instanti, tota simul. Et si lux aliqua in instāti produceretur, in eodem instanti mox produceret lumē. Nec ex hoc sequitur creaturam ęquari deo in modo agendi, quia deus semper de sui natura agit indepēdenter & inimpedibiliter: creatura vero solum depēdenter, & facile potest impediri deo nō coagente. Nec oportet secundum omnem habitudinem esse differentiā inter actionem dei & creaturę. ¶ Ad secūdum dicitur post Marsilium. q. xij. tertij. Aliquid potest esse cū cōtinuo & tempore dupl̄r: scilicet in fieri & in pmanentia. Aliqua enī instāranee fiunt & creant: quę tamen durant tēpore multo, vt anima hominis. Conceditur ergo q; id quod est cum cōtinuo & tempore, non est in instanti: eo modo quo est cū tempore. Quod enī per tempus permanet, non



mensuratur instāti: & quod successiue producit, nō producitur instātanee: totum simul. Sed negatur minor, q; vniuersaliter intelligere & agere sit cū cōtinuo & tēpore, quo ad fieri, licet quo ad factum eē vel permanētiam ita sit, quia durat tēpore multo, etsi possit produci & producatur quandoq; in instanti: totum simul. Philosophus autē loquitur de intelligere rerum quæ successione fiunt, vel successiue pręsentātur: sicut mot⁹ & sonus. Vel loquitur de permanētia intellectionis iam productę. Non autem vniuersaliter vult q; omnis intellectio successiue producatur. Nam dicit visionem & intellectionem fieri in instāti. Ex quo sequitur q; aliquid potest in tempore & cū continuo instantanee produci, quia totū simul sine partium successione. ¶ Ad aliud, conceditur q; instans nihil est, ad hūc sensum. Nulla pars tēporis est indiuisibilis. instans vero est pars temporis. Sed intelligēdo illam propositionē, Meritū potest esse in instanti, Generatio est in instāti, quādo aliquid generatur, acquiritur tota forma simul & non pars post partem, sic: quando aliqs meretur, potest pro eodē instanti siue sine successione simul tempore habere omnia ad meritū requisita: Vel sic: p eodē tempore pręcise potest haberi causa sufficiēs actus meritorij vel demeritorij, & ita subito poni actus in instanti: Sic negandum est q; instans nihil sit. Et sic meritum, & similiter demeritum potest esse in instāti: vt supra
G dist. xiij. q. ij. ¶ Secunda pposito. Tāetsi in vltionis extremę, & cuiusuis legis nouę sacramenti perceptione sufficit ad consecutionem gratiæ sacramētalis opus operatum cum obijcis remotione, nec per se requiritur bonus motus qui meretur gratiam istam sacramentalem: attamen vt subiectum sit capax talis gratię sacramētalis, requiritur in peccatore op⁹ operās, & tale quod de congruo possit mereri prioritate tēporis vel naturę gratię infusionem. Hæc propositio est Sco. pro parte prima dist. j. q. v. Palu. dist. j. q. j. & Sco. dist. xvij. q. j. Si quęritur quid est obijcis remotio nō videtur esse aliud nisi voluntatis peccātis contrecto. Talis enim voluntas tam diu dicitur manere, quousq; peccator contrarium eliciat voluntati priori. Quia sicut peccatum actuale sola libera voluntate cōmittitur, ita etiam non sine volūtate ipsum detestante remittitur: sed tam diu manet etiam quocūq; suscepto sacramento in adulto rationis vsum habente stante lege, donec contrariam priori eliciat voluntatem, formaliter vel virtualiter, vt supra notabili. iij. & conclusione prima. Nec videtur obijcis remotio dicere dūtaxat actus peccati siue interioris siue exterioris cessationem, etiam cum intentione recipiendi qđ ecclesia intendit in sacramēto conferre: quiat transeunte huiusmodi actu adhuc manet reat⁹ culpę & offensa dei, & ita adhuc vere dicēdus est peccator, donec corde p̄ peccato pœniteat cum volūtate susciptendi sacramentū pœnitentię. Requiritur ergo voluntatis quę peccauit vera correctio quę mereatur de congruo gratię infusionem. Et sicut velle habere contritionē secundū Palu. est contritionem habere, sic in pposito velle pœnitere. velle inquā efficax & nō fictū, est pœnitere. ¶ Si dicit: si nō ponere obijcē est corrigere priorem voluntatem, & volūtātis correctio siue emēdatio non stat sine gratię infusione: ergo nullum sacramentum nisi baptismus paruulorum conferret primam gratiam. Et sic vt videtur, frustra essent sacramenta a Christo instituta: quia nō ad gratię acquisitionē. ¶ Secūdo sequitur q; oīes sumpturi eucharistiā cōmitterent sese discrimini peccati mortalis, per consequens peccarēt mortaliter. Sequela p̄bat: quia cū nō cōfert primā gratiam, pręsupponit gratiā. Et cū homo citra reuelationem scire nō potelt, an viuat vita gratię, vel nō, igit. ¶ Tertio, plus requireret ad digne cōicare q̄ secure mori quo ad adultum. p̄bat, quia ad secure mori sufficit homini detestatio peccatorū p̄pter deum, cum proposito confitendi & abstinendi. &c. Secus hic, quia requiritur vita gratiæ pręuia. ¶ Quarto sequitur deum esse personarū acceptorē, quia ita facile acceptaret magnū peccatorem sicut minimū, cum volūtatē veterē corrigeret: & ita in tempore breui posset cōsequi gratiam p̄ multis, sicut alter p̄ pauciorib⁹. ¶ Quinto. nō daretur modus quo sacramēta nouę legis conferrent gratiā ex ope opato. Immo videt q; suscipiens se haberet pure passiue respectu gratię sacramentalis: & q; nullum esset sacramentū nouę legis quo ad adultos, quin digne susceptū duplicem conferret gratiam. Vnā correspondentem voluntatis correctioni, & obijcis remotioni. Aliam susceptioni sacramēti pręcise. ¶ Sexto si obijcis remotio debet esse pręuia prioritate naturę dignę susceptioni sacramentorū: vel ergo illa volūtatis correctio erit formata charitate, vel nō. Primū (vt videt) dici nō potest: quia nō formatur nisi per charitatem coexistentem. Sed illa posita iam peccatum est remissum. ex consequēti non potest dici q; illa emēdatio volūtatis siue obijcis remotio sit dispositio ad gr̄æ susceptionem. Dispositio enī ad formam debet esse prior forma. hæc autem pręsupponit voluntatis correctionem, & ita gratię infusionem. Nec secundū dici potest, quia talis non est dispositio sufficiēs cum adhuc stat peccatum non remissum, & ita obiex nō est remotus. ¶ Septimo quæri potest: an obijcis remotio aliquo modo se habeat p modum meriti ad gratiam infundendū susceptō sa

ctamento. Non meriti de condigno, vt notū est: cum ille actus non sit elicitus ex gratię inclinatione. Nec de congruo, quia ad hoc requiritur circūstantia finis vltimi, & ita q̄ ꝑpter deum dilectū quis detestetur peccatū, & voluntatē corrigat, qđ sine dilectione dei fieri non potest, per cōsequēs non stat sine charitate. Et ita iterum oportet præ
8 cedere charitatem. ¶ Octauo. Est commune dictum, gratiæ infusionem esse causam expulsiōis culpę. Et causa precedit suum effectum. In nullo ergo priore, cū tā voluntas correcta est, actus ille esset formatus charitate, & prior remissiōe cul
I pę. ¶ Priusq̄ ad ratiōes illas respōdeatur, expedit pręmittere quid sit ponere obijcē, vel etiā remouere obijcē post tam dicta, salua semp sententia sanior. ¶ Ponere obijcē est habere voluntatem, propositum, aut complacentiam peccati p̄sentis, prēteriti, aut futuri, actualiter vel virtualiter. Remouere obijcē est huiusmodi volūtatem ex dilectione dei naturali super omnia corrigere & oppositam elicere formaliter vel virtualiter. Et cum tripliciter aliquis dicitur eē in peccato vt supra, potest consequenter dici q̄ aliquis tripliciter ponat obijcem: & ex consequenti q̄ obijcis remotio tripliciter fiat, scilicet cessando præcise ab actu peccati: Detestando peccata in genere & in specie, & de eis cōtritionem eliciendo cum ꝑposito ea rite confitendi: Et absolutionē sacramēta lem recipiēdo tēpore & loco opportunis. Primū seorsum non sufficit, quia sic dormiens aut nūc non habens memoriā peccati cōmissi, aut ꝑposi tum actuale deinceps peccandi, diceretur peccati obijcem remouere. Secundū videtur sufficere ad obijcis remotionem. Tertium sine scđo nō sufficit, salua cōmuni terminorum acceptione. Videt enim probabiliter dicendum q̄ tunc remouetur obiex peccati intransitiue, quando a suscipiente sacramentū elicitur ex dilectione dei naturali super omnia actus voluntatis contrarius actui peccati actualiter vel virtualiter, & talis q̄ eo q̄s mereri possit de congruo gratię infusionē. Non em̄ aliud videtur intelligi per obijcē peccati nisi peccatum & culpę mortalis reat⁹. Hic obiex videtur remoueri cum peccatum per pœnitētiam & displicentiam voluntatis remouetur de congruo. Non enim dimittitur peccatū nec iustificat adultus stante lege qui est actualī peccato inuolut⁹/sine motu bono voluntatis, & nisi peccatum voluntate contraria explicite vel implicite, actualiter aut virtualiter detestetur propter deum, quod prius cōtra preceptum cōmisit vel omisit. Talismodi actum detestationis peccati oportet prece dere saltem natura, licet non tempore, dignam sacramenti perceptionē. Nec habetur ex scriptura vel ratione cogente q̄ oporteat ipsum esse tantę vel tantę intensionis, durationis, vel cōtinuationis. Sufficit eius perfectio naturalis recte circumstantionata circūstantia finis vltimi in esse quantūcūq; remisso. Chrysost. in de reparatiōe lapsi. & magister dist. xiij. Quantulācūq; & quantumlibet breui tempore gestā non respuit pœnitentiā suscipit etiam eam: nec patitur q̄is exiguę conuersionis perire mercedem. Et infra. Nō temporis lōgitudine, sed affect⁹ syncerītate pœnitudo pensatur. Exēplificat de peccato grauissimo, qđ in deserto Leuitę diluerunt tempore breuissimo. Et de latronis conuersione, cui tantum spatium suffecit, quantū expendi potuit donec vnū posset proferre sermonē: ita vt intra momentū temporis, totius vitę sceleribus absolutus prędecedere ad paradisum etiam apostolos mereretur. Et iterum. Non quęrit temporum longitudinem, nec crucis afflictiōem: ad hoc prędpue respicit: si vera sit & conuersio syncera. Hęc ille. Et sicut in naturalibus quandocūq; ponitur vltimata dispositio ad formā, simul tempore est cum inductione formę naturalis: ita pariformiter in gratuitis quā docunq; ponit vltimata hominis dispositio ad susceptionē gr̄ę gratū faciētis vt supra, simul tē pore infunditur charitas vel gratia. Ioan. xiiij. Si quis diligit me &c. Hæc est ꝓxima dispositio ad charitatis infusionem. Et id nō potest intelligi de dilectione gratuita: quia illa prēsupponit charitatem: ergo de dilectione dei ex puris naturalibus super omnia: quę vtiq; est in hominis potestate cō stituta. ¶ Ex illo sumi potest quō sacramentū dicitur conferre gratiam ex opere operato. quia posita bona dispositione sumentis: vltra eā gratiam quę debetur de congruo suę bonæ dispositiōi naturali, cōfert ex solo Christi merito & spōsione diuina alium gradum gratiæ, correspondentem præcise sacramentali sumptioni rite factę. Ex quo etiam colligi potest differentia sacramentorum legis nouę, a sacramentis le. vet. quia nouę legis sacramenta vltra priorem gratiam de congruo debitam bonę sumentis dispositioni, cōferunt & causant veluti certa & efficacia signa alium gradum gratiæ. Nec obest si prius infusa est gratia sumpturo sacramentum, nihilominus sacramētum est certum signum gratię tā in existentis: & infusę. Si ergo quis in ipso accessu primum recte disponitur, in illo instanti duplex ei confertur gratia. Vna correspondens eius detestationi. Alia digne sacramentali susceptioni. Secus de sacramentis le. ve. quæ gratiam signi ficabant & ꝓmittebāt, non causabant, vt supra, & duntaxat ex opere operante gratiam contulerūt dempta circūcisione. Nec dicuntur medicinę q̄a primo curant morbos: sed quia non fuissent instituta, si morbus non fuisset. secūdum Ockam



q. viij. & ix. quarti. q̄uis pœnitētia & baptismus etiā primo curare dicātur, quia contritio nō valet sine pœnitentia sacramento in voto: & pœnitentia virtus adulto non sufficit sine baptismate in
K voto. ¶ Per hoc ad rationes dici potest post dicta. q. ij. &. j. distin. xiii. nulli opinioni prætudi-
X cando. ¶ Ad primū cum infertur, q̄ nullum sacramentum nisi baptismus paruulorum conferret gratiam primā: Respondet, sacramētū aliqđ conferre primā gratiā potest intelligi dupliciter. Primo sic. q̄ respectu talis gratię sacramentalis homo se habeat pure passiue: ita q̄ cessante eius merito de congruo actuali & fide confertur ei gratia ex solo Christi merito. sic solus baptism⁹ paruulorum confert primam gratiam. Alio modo sacramentū dicitur conferre primā gratiā q̄a eius virtute & non alias actus detestationis peccati meretur de cōgruo primam gratiam. Sic nō dum baptizatis adultis baptismus confert gratiā primā cū volunt ip̄m ex Christi institutiōe sumere, remedium peccatorum suorū Christi merito remittendorū, non tamen sine pœnitentia virtute. Et sic de pœnitentię sacramēto cum nō potest recipi in actu sed voto, pro loco & tempore, ex defectu alicuius ad confessionem requisiti. Sicut enim Christi passio curauit patres, volentes eius fide & merito (quandoq; exhibendo) saluari & curari: sic sacramentum pœnitentiæ & baptismus adultorum cum habentur quandoq; voto aut proposito, efficaciam habent in hoīe ex Christi benignitate & merito. Q̄z si & alia sacramenta quandoq; dicuntur remittere culpam, hoc tamē non fit sine sacramento pœnitentię in voto saltem, dūmodo in actu haberi protunc nō potest. Exemplum de sumpturo eucharistiam, cui nūc occurrit peccatum nōdum cōfessum/vel in specie detestatum. Pœnitentia ergo & baptismus sine proposito & voto sumendi cætera sacramenta, non ponenti obijcem gratiā primā cōferunt. Alia vero non sine pœnitētiæ sacramento, saltē in voto. Dicitur ergo pœnitentia primā conferre gratiam, & non alia sacramenta: quia eo excluso nullum sacramentum confert primam gratiā adulto baptizato. Sic de baptismo adultorū: secūdū. S. Tho. dist. xviij. q. j. ar. iij. quęstiū. j. Valet ad idem dictum eiusdem dist. xxij. quęst. ij. arti. j. quęstiū. ij. Sic intelligendi sunt doctores, loquentes etiam de alijs sacramētis, cum dicūt ea remittere culpam, si inueniant eam. Et beatus Iacob⁹ de sacramēto vnctionis loquens dicit. Si in peccatis est, dimittentur ei. Exponit. S. Tho. distin. prēsenti. Ex cōsequēti quo ad culpam. Non potest dictum beati Iacobi intelligi: Si quis est vere in peccato primo vel secundo modis, de quibus nullam habuit displicentiam vel contritionē: sed nec voluntatē peccandi correxit, elicięndo actualiter vel virtualiter actum contrarium, q̄ ille prēcise propter hoc sactamentum recipiat remissionem culpę etiam cuiuscunq;. Sed vult beatus Iacobus in suo dicto includi & nō excludi, vel pœnitentię sacramentū in voto, vel pœnitētię virtutem, si pœnitentię sacramentum non fuit tūc institutū illo tempore. Hinc dicit. S. Thomas dist. prēsenti. q. j. ar. ij. quęstiū. j. q̄ si aliqđ aliud sacramentum culpam deleat ex consequenti, non excludit pœnitētiam, quę principaliter instituta est contra culpam actualem. Sic pariformiter dicendum cum eucharistię sumptio peccatum si inuenit remittere dicitur propter inclusionē sacramēti pœnitentię in voto: vt cū quis nunc cōmunicāt dus meminit alicuius peccati prius obliti. ¶ Cū subiungitur: Sic frustra essent alia sacramenta instituta: Negetur. Ad probationē, quia nō ad gratię acquisitionem: Negandum est: quia sunt ad grę acquisitionem instituta saltem aliqua directe baptismus & pœnitentia ad sensum prēmissum. Omnia enim conferunt gratiam ex opere operato non ponenti obijcem, licet non omnia primā gratiam conferant directe. ¶ Ad secundum ne- 2
getur q̄ omnes sumpturi eucharistiam committerent se discrimini peccati mortalis: quia sufficit homini ad euitationē noui peccati, q̄ nesciat se esse in peccato, & q̄ sciat se velle facere faciēda pro digna sacramenti eucharistię sumptione: & ad hoc efficaciter pro posse conetur. Non oportet q̄ euidenter sciat se viuere vita gratiæ, nec ad hoc obligatur a deo, sed q̄ non sit sibi conscius de peccato seu conscientia peccati, q̄q; detestet peccatū cōmissum quod nouit in specie, aut in genere: si ei⁹ reminisci nō potest, & ducitur ignorantia inuincibili: velit quoq; deinceps cauere oē peccatum, & satisfactionem pro cōmissis subire cum vitę efficaci emendatione. Sic accedēdo nō cōmittit se discrimini. ¶ Ad tertium, negetur. Ad 3
probationem, Esto q̄ eucharistia gratiā augeat, & nō cōferat primam gratiā vt habet Sco. dist. prēsenti: non tamen requiritur q̄ homo sciat se viuere vita gratię. Sufficit q̄ probabiliter credat se esse sine peccato, vt vitet nouum peccatum. ¶ Ad quartum, negetur: quia nullius est debitor 4
nisi sua gratuita voluntate. Ad probationem dicendum q̄ deus maiorem exigit satisfactionē & peccatorum displicentiam a magno peccatore pluribus & maioribus peccatis inuoluto extē siue, q̄ ab eo qui paucis fuit inuolut⁹ peccatis, & minus peccauit. Non tamē oportet maioris peccatoris displicentiam & contritionem esse gradualiter intensiorem displicentia & cōtritione minoris peccatoris, vt dicetur. Sufficit q̄ singulus eorum omnia & singula mortalia quę commisit

Universidad de Deusto
Biblioteca



quorum reminiscentiam habere potest & debet detestetur propter deum super omnia diligendū. Consonat Richar. dist. xvij. articu. j. q. v. dicens in hoc esse necessariam maiorē attritionē sed nō contritionem: quia sufficit quātūcūq; partua cōtritio propeccati dimissione, propter gratię infusionem. ¶ Ad quintum negetur, quia sic dicēdo
5 magis habetur differentia inter sacramēta le. vet. & le. nouę. Siquidem sacramēta nouę legis vltra bonam suscipientis preparationem & obicis remotionem ettam conferunt vt sacramēti gratiā sacramentalem ex opere operato, ex solo Christi merito. Et ita dignę susceptioni duplex correspondet gratia. Vna operanti: quę tempore vel natura gratię precedit infusionē. Alia operi operato precise. Sed q̄ prerequirit obicis remotio verum est propter dignam sacramenti susceptionē & subiecti dispositionem. Verū ad effectū sacramenti cōsequendum sufficit op⁹ operatum, priori tamen dispositione non exclusa, sed posita. ¶ Corollarie sequitur, pbabiliter teneri potest, omne sacramentū nouę legis, si digne suscipitur ab aduko, duplicem eidem cōferre gratiam. Vel sic. cuilibet adulto digne suscipienti sacramentū aliquod nouę legis duplex confertur gratia: vna correspondens operi operanti: alia opi opato. Si dicitur: tunc sacramentū pœnitentię & baptism⁹ adultorum nō conferrent primam gratiam: Negetur vt statim deductū fuit. Nam illa duo sacramenta sunt directe & primū contra peccata instituta. Sed de modo quō conferant primā gratiā non idem sentiunt doctores. Positus est modus qui videtur probabilis & planus, qui si nō placet eligat alius. Alex. parte. iiij. q. lxxx. dicit. Sacramentum pœnitentię delet actuale peccatū, prout comprehendit contritionē interiorem, & exteriorem cōfessionem, & satisfactionem. S. Thomas dist. presenti. q. j. art. iiij. quęstiūcula. ij. in corpore quęstionis, dicit contritionē esse de essentia sacri pœnitentiæ, ait em̄ in responsione ad corpus. ij. quæstiuncu. articu. iiij. q. j. Remissio peccati fit in pœnitētia existente contritiōe, quę est de essentia sacramenti pœnitentię. Hęc facitū pro dictis. Richar. dist. xxij. art. ij. q. ij. loquens de effectu sacramēti pœnitētiæ dicit. Eius effect⁹ est remissio actualiū peccatorū. Et talis remissio actualiū peccatorum semper presupponit pœnitētiā interiorem: coniunctam exteriori in re vel in proposito explicite vel implicite. Subiungit. De lege cōi remissio peccatorū actualiū semp̄ presupponit exteriorem pœnitentiam in re vel in ꝓposito explicite vel implicite. Et tūc ad propositum dicit q̄ per pœnitentiam exteriorem realiter habitā quā doq; causat actualis peccati remissio. Patet: q̄ a interior pœnitentia informis si nō sit obstaculū ex parte pœnitentis, per pœnitentiam realiter habitam formatur. hęc ille. Palu. distin. xvij. q. iiij. arti. ij. dicit. Contritio est pars sacramenti pœnitentię essentialis. Et dist. presenti. q. iiij. Pœnitētia de mortali requirit contritionē in speciali & confessionem &c. Videntur hmōi doctores patū vel nihil a prædictis dissentire. ¶ Corollariū. Sacramētum pœnitentię tunc remittit actuale peccatū q̄n peccator habet in corde recte circūstantionatam peccatorum suorum displicentiam & pœnitentiam. Vult quoq; ex precepto Christi vel ecclesię sacramentum pœnitentię sumere in opere vel in voto. Itaq; si pro illo instanti quo sumpturus est sacramentū pœnitentię in re, non posset ip̄m habere in re, per illum suę voluntatis actum elicitū mereri posset, & de cōgruo mereatur in eodem instanti gratiæ infusionem. Sic em̄ pręuentus morte, si non posset habere sacramētum in re, nihilominus saluaretur. Illa interior pœnitentia nō habet efficaciā operandi circa morbū peccati, vt ait San. Tho. dist. xxii. q. ii. ar. i. quęstiūcu. ii. nisi ex suppositiōe propositi exterioris pœnitētię, stāte lege Christi, & absolutionis desiderio. Quis pœnitentia interior contra morbū peccati operans precedat quandoq; tempore pœnitentiā exteriorem & sacramentalē. Sicut iustificatio a peccato interdum precedit sacramētum baptismi, & liberat a peccato quocūq; propter sacramenti baptismi propositū. hęc ille. ¶ Corollarium secundū. Potest ꝓbabiliter teneri, q̄ si adultus in illo instāti in quo sumpturus est sacramentum pœnitentię vel baptismi, nō habet dispositionem pręuiā vel comitantem, qua tunc mereatur de congruo gratiæ infusionem, non perficitur pręcise sacramenti susceptiōe hoc quod minus habet de voluntatis suæ motu bono. Et ratio potest esse. Nā potestas clauiū nō attingit peccati remissionē & gratiæ infusionem nisi sicut causa sine qua non aut forte dispositiue, vt loquitur San. Tho. vbi supra dist. xviii. q. i. arti. iii. quęstiū. i. Vnde secundum eundem, nunq̄ per sacramentum pœnitentię datur gratia, nisi pręparatio adsit vel pri⁹ fuerit. Nec potest ex hoc inferri q̄ ergo idē esset iudicium de his duobus sacramētis contra peccatum directe institutis, & aliis. Nam alia in virtute illorum duorum, cum habentur in re vel in voto conferunt gratiam. Non sic pœnitentia & baptismus: quę sine aliis iustificant peccatorem cęteris paribus. Alia vero sine illis vel altero eorum nō conferunt gratiam primā adulto. Ex hoc sumi potest quō illa duo sacramenta directe & principaliter dimittunt peccata. Alia vero solum ex cōsequenti: & in virtute eorundem habitorum in re vel in voto. Et ita potest cōtingere q̄ gratia correspondens bonę dispositioni suscipientis sacramentum pręcedit tempore gratiā correspondentem pręcise operi operato: vel q̄ solum prius natura cōfertur, & cōcomitanter se habet ad gratiæ sacramentalis infusionē. Secūdū hoc, dicta priora debent moderari & limitari. Alludit his dictis Thomas Argētinen̄. distin. xvij. quarti: & Ockā q. viij. & ix. quarti. ¶ Ex his etiā posset sumi intellectus huius dicti, Ex attrito prius, sit cōtritus cum sumit sacramētum, quia si prius nō fuit bene dispositus ante sacramenti sumptionē, & nūc in instāti sumptionis voluntatem vere corrigit: ita q̄ habet motum bonum qui sit meritum de congruo gratiæ, iam infundit sibi gratia. Cōtingit enim negligentem prius, voluntatē corrigere cum iam accedit ad sacramentū &c. Vel ex attrito sola virtute pœnitentię fit contritus, cum iam habet sacramentum pœnitentię vel baptismi in re, vel in voto dum re haberi non potest. Ei⁹ em̄
6 virtute pœnitētia virtus formatur a deo. ¶ Ad sextum: tenēdo modum loquēdi Sco. dist. xiiij. q. ij. actum humanum requiri ad deletionem peccati potest dupliciter intelligi. Vel vt dispsitionē pręuiam, vel vt concomitantem. Primo modo sufficit actus informis. Secundo modo requiritur actus charitate formatus. Et ille actus informis erit pręui⁹, quādoq; tempore: cum peccatū prius virtute contritionis dimissum est: quando q̄ natura: cum iam attritus sumit sacramentum aliquod digne, & detestatur propter deum suum peccatū &c. eliciendo actum, circūstantia finis vltimi recte circunstantionatū: qui precedet gratiæ infusionem saltem natura: quia quādocūq; talis actus ponitur in esse perfecto, qui dicitur attritio & informis, in eodem instanti infunditur gratia: quia est vltima dispositio ad formam introducēdam. Ex illis patet q̄ nō est idem: ex attrito fieri contritum, & ex attritione fieri contritionem.
7 ¶ Ad septimū: satis patuit. ¶ Ad vltimū conce-
8 ditur, ad cōmunem intellectū, infusionem gratię esse causam expulsionis culpę. Cum subiūgitur, causa precedit suum effectum, verum est natura non opere: saltem non oportet: quia effect⁹ potest esse coæuus suę causę, vt supra. Nā solus deus est causa effectiua expulsionis peccati.

M ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum: quomodo maioris peccati & plurimorum maior erit displicentia & pœnitentia, q̄ vnius & paucorum. De pœna multorum peccatorum respectu vnius: nō oportet dubitare. Respondetur: sicut ad diligendum deum super omnia, nō requiritur q̄ homo deum plus omnibus diligat intensiue gradualiter, sed secūdum appreciationē: ita q̄ deum rebus omnibus plus apprecietur & magnificat, & poti⁹ velit dimittere & offendere omnem creaturam q̄ deum summum bonum, vt supra. dist. xxvij. tertio: ita pariformiter in proposito sufficit maioritas affectus quantum ad appreciationē: ita q̄ cognito peccato aliquo quo deū offendit, de hoc doleat: nolens deinceps pro vlla re mūdi deū offendere aut eius mandatis contraire: vt supra statim dictum fuit. artic. ij. Et sic habetur correspondentia magnitudinis detestationis peccati commissi ad magnitudinem adhęsionis seu dilectiōis creaturę ad quā se conuertit deum offendendo & sese a deo auertēdo. Hoc videt posse colligi ex dictis Richar. dist. xvij. cū dicit q̄ quantocūq; magno peccato quantācūq; paruā sufficere cōtritionem charitate formatā: et q̄ displicentia rei amatę cū peccator auertens se a deo conuertit ad creaturā, saluatur in quantacūq; contritione parua. Si illa duo dicta vera sunt, nō videtur quin etiā q̄ quātocunq; magno peccato sufficiat quātacūq; parua peccati illius detestatio, vestita circūstantia finis vltimi: dum tamē sit maxima quantū ad appreciationem dei dilecti & affectus maioritatem quo ad deum plus q̄ ad quācūq; creaturam. Siquidem deus ex sua infinita bonitate non determinauit pręceptum de dilectione quantū ad certam intensionem gradualem, sed quātum ad intensionem appreciationis & maioritatem affect⁹ vt supra in tertio. ¶ Ex eodem fundamēto etiā potest saluari q̄ maior debet esse displicentia de quocunq; mortali, q̄ de alio malo quocūq;, & ita de similibus dictis. Aug. xij. de Ciui. ca. xxvi. In amissione rerū necesse est vt tm̄ vrat dolor, quātum hęserat amor. Dolor vtiq; nō in sensu, sed in voluntate, & nō tantū secundū gradualē intensionem, sed secundū appreciationē, & lōge plus vt deus omnium rerum dilectioni pręponatur. ¶ Secundū dubium respicit omnia quę in fine N pręcedentis quęstionis tacta sunt de dictis Palu. in dubio vltimo. ¶ Primū: an illud sacramētum sit quandoq; necessitatis & p̄cepti, illi scilicet qui est attritus: sed non potest confiteri vt percipiendo sacramentū pœnitentię in re fiat cōtritus. Ad hoc patuit q̄ illud dictum Palu. vt verba sonāt, nullum est, quia nullius sacramenti virtute fit p̄cise contritus ex attrito sine bono motu interiori quo peccator mereatur de cōgruo gratiā, vt supra declaratū fuit. ¶ Ad aliud, stat aliquem fictū esse respectu vnius sacramenti, & nō respectu alterius, quia maior deuotio requiritur in vno q̄ in alio: vt supra deducitur. Respondetur: si saltem mentem docto. recte capio, fictus dicitur in proposito respectu sacramenti alicuius, qui non habet peccatorum suorum contritionem: sed attritionem: & talem quæ etiam respectu illius sacramenti non sufficit vt ex attrito fiat contritus

Universidad de Deusto
Biblioteca



vi sacramẽti illius quod sumpturus est. Nam secundũ eundẽ docto. maior deuotio requiritur in suscipiẽte respectu sacri ad qđ p se requirit actus suscipiẽtis. q̃ in eo i quo nõ nisi p accidẽs. Et ita stat quẽ esse fictũ respectu vni⁹ sacri, & nõ respectu alteri⁹. Dicit etiã fictus qui in suo accessu ponit obijcẽ gr̃ę. s. infidelitatẽ: vel mortale peccatũ, qđ tũc actu volũtatis cõmittit, aut cuius nullam habuit displicentiã. Si esse fictũ intelligitur secũdo mõ, quicũq; est fictus respectu vni⁹ sacri noue legis, etiã fictus est respectu cuiuscũq; alteri⁹: quia ponit obijcẽ gr̃ę, nec vt sic, est capax gratiæ sacralis cuiuscũq; sacri, & intelligitur de adultis. Si intelligit primo mõ, dicẽdũ est vt supra: sacra conferunt gratiam sacramentalem ex opere operato subiecto rite disposito ad gratiæ susceptionem. & hoc verum est in quolibet sacramento, respectu gratiæ sacramentalis in adultis. Verum in ipso accedente alia & alia requiritur, vt sit nõ indignus, vel vt ipsa susceptione non incurrat peccatum. Hãc autem dispositionẽ nullum sacramẽtum dare põt cum suscipit sine actu bono interiore suscipientis sacramẽtum. Nec etiam potestas clauiũ se ad hoc extẽdit, nisi dispositiue in sacramento pœnitentię. Sic nullius sacramenti perceptio facit ex attrito contritum, sed bona dispositio hominis, qua non posita, nuda & absoluta perceptio sacramenti nõ facit bene dispositum qui alias non fuit bene dispositus ad fructuosam sacramẽti alicui⁹ in re perceptionem. Et ideo si nõ potens loqui vt confiteatur actu peccata sua: habet actu mortale: de quo nõ est contritus, sed tm̃ attritus: hic non fit contritus vnctionis sacramẽto pręcise: sed est indispositus ad gratiam sacramentalem eiusdem sacramẽti: vt supra patuit ex S. Thoma in solutione rationis quintę. & ideo dãnabitur etiã vnctus, si non fuerit cõtritus suo motu bono accedẽte gr̃a dei. Sic de alijs suo mõ dicaẽ. ¶ Ad replicas quæ possent in cõtrariũ fieri, supra dictum est secundum hanc opinionem.

O ¶ Videtur, salua reuerentia doctorum, q̃ hoc dictum de insufficientia attritionis etiã positis oib⁹ circũstantijs moralib⁹ adesse debitis & circunstantia finis vltimi: ex hoc solum, quia nõ est ita continuata vsq; ad certũ terminum quem deus prefixit huic attritioni, & tantę intensiõis, quãtę esse deberet, non sit fulcitũ aliqua auctoritate scripturę vel ratione fundata in scripturis, sed q̃ generet plures scrupulos, arctet viã ad regnũ, & desperationi viam paret. Quõ eñ præsumere poterit peccator magnus q̃ tã breui tempore sese possit ad cõmunionẽ vel pœnitentiæ sacramentũ recte prępararet? Vel quõ cõsolari poterit peccator moriturus in aqua vel igne sine pœnitentię sacro cũ etiã habet pctõs suorũ ppter deũ displicentiam? Cessabũt deniq; vt videt, oñes cõsolationes dã de ingredientibus bellum qui nõ pręmittũt confessionẽ. Immo videt stante illa opinione q̃ cõmittant se discrimini peccati mortalis, qui habentes peccatũ nõ statim confitentur: quia displicentia de cõgruo deletiua culpę erit multę cõtinuationis & laboris, & semper habet hõ timere q̃ nõ satis doluerit de peccatis. Et esto q̃ belligeri nõ teneant eccl'ie statuto ad cõfessionẽ, tamẽ periculum qđ imminet ex hoc, quia nõ habẽt tẽpus in bello plangẽdi peccatũ cõmissum, & forte subito percutiunt ferro, & ita nõ possunt cõtinuare pctõrũ displicẽtiã vsq; ad terminũ debitum sine sacri pnię reali pceptione, videt eos cõstringere ad cõfessionẽ, alias cõmittunt se discrimini peccati mortalis. Sic de infirmis & grauatis morbo periculoso. Sic de senibus: imo in gñe de qbuscũq; alijs q̃ nescijt horã vel diẽ mortis. Tenent ergo quãtocyus cõfiteri vt videt, secũm illã opinionẽ cõtrariã: & nõ sufficit velle cõtritionẽ solã elicere. Refert loqui de hominis dispositione vt digne & gratuite sacrm̃ aliqđ recipere possit: et ad consequendũ gr̃am sacralem ex ope opato. Cõcedi põt q̃ ad gr̃ę sacralis cõsecutionẽ sufficit in oib⁹ sacramẽtis: nõ ponere obijcẽ. secũm Sco. dist. j. q. v. & dist. xvij. Sed ad dignã & inculpatã sacri huius vel illi⁹ sumptionẽ, alia & alia requrunt vel sufficiũt. De adulto baptizãdo & pctõre absoluẽdo qd regrat dictũ fuit. Ad eucharistię dignã pceptionẽ regrit iudiciũ duplex p̃tim̃ discretionis. s. quo discernat cibũ illũ aię plena fide a cibo corporis: quo discernat seipsum, si sit in pctõ, si ab eccl'ia p̃hibitus, si ictunus, si deniq; a pctis absolut⁹ &c. Ad alioꝝ sacroꝝ pceptionẽ forte sufficit cõtritio sine cõfessiõe sacrali, nisi consuetudo aliud habeat, q̃ est lex nõ scripta. Requirit deniq; q̃ qs nõ sit p̃hibit⁹ ab alicui⁹ sacri pceptiõe. Sic bigami ab ordine sacro, & clerici a mr̃imonio, sani ab vnctiõe extrema p̃hibiti sunt. &c. Cõfirmatio adultis & paruulis dat &c. Quis ergo ad consecutionẽ gr̃ę sacralis sufficiat op⁹ opatũ & obijcis remotio: tm̃ ad dignã hui⁹ vel illi⁹ sacri susceptionẽ regrit ex pte suscipiẽtis bona dispositio. Nec vna & eadẽ p̃cise sufficit, sed requirit alia & alia. Cũ ergo Palu. dicit q̃ qs põt esse fict⁹ respectu vni⁹, & nõ respectu alteri⁹, intelligit de dispositiõe ex pte suscipientis sacrm̃: q̃ respectu diuersoꝝ sacroꝝ est alia & alia. Hinc pueri & fatui baptizant, sed nõ cõicant. Cõfirmant pueri, sed nõ ordinant, nec mr̃imonio copulant. Inũgunt nõ sani, sed ęgri morituri. Sed q̃ attritio q̃ est pctõrũ displicẽtia iformis, sumpto hoc sacro formet & nõ sic formaretur sumpto alto & maiori sacro nõ intelligo. Nam attritio non fit contritio: vt supra patuit dist. xvj. q. j.



Vnc ad consideratione sacræ ordinationis accedamus &c. ¶ In prioribus magister determinauit de q̃nq; sacris, respicientibus vtilitatẽ i speciali determinatę psonę, & quę data sunt in remediũ vnius psonę, cõsequẽter in dist. p̃nti. xxiiij. agit de sacramẽtis datis in remediũ totius eccl'ię: hoc est respicientibus totã multitudinẽ eccl'iasticam. Et primum de sacro ordinis dist. p̃nti, p quod gñantur fideles sp̃ualiter, & in militiã eccl'iasticã ordinantur. Dehinc dist. xxvj. de sacro matrimonij: per qđ gñantur fideles naturaliter, & ad dei cultũ destinãtur. Determinat aũt de sacramẽto ordinis in duabus dist. Dist. p̃senti, prout respicit suscipientẽ & dist. xxv. prout respicit ministrũ ipsum conferentem. Sũmariũ dist. p̃sentis trib⁹ cõplectit cõclusionibus. ¶ Prima, ppter septiformẽ spũs sancti gr̃am ordinãdis cõferẽdã, Christus in dei eccl'ia septem ordines constituit, quorũ oĩm officia in semetipso exhibuit & ostendit. ¶ Secunda cõclusio. In sacramẽto septiformis spũs septẽ sunt gradus eccl'iastici. In quorũ gradibus constituti singuli, recte vocãtur clerici. ¶ Tertia conclusio. Ordinibus septẽ, dignitates quædã superadduntur, & officia multifaria, vt sic rite cõsummetur & perficiatur religio Christiana. Harũ cõclusionum ꝓbationem textus ostendit.

A Circa distinctionẽ illã q̃ritur, vtrũ ordo sit eccl'iæ sacrm̃ vnũ vel plura characteris & gr̃ę septiformis impressiuũ. Trib⁹ solito more quęstio hęc absoluet articulis.

¶ Quantum ad primum notandum. Nomẽ ordo multipliciter accipitur. Primo secundũ beatum Augu. de ciui. dei lib. xix. cap. xiij. est pariũ disparũq; rerũ sua cuiq; loca distribuens dispositio. Sic multitudo aliqua in qua contingit inuenire dispositionẽ congruã parium & impariũ in suo loco, dicit habere ordinẽ primo mõ. Et illa dispositio est rei pulchritudo. Et sic sine ordine nihil dicitur pulchrũ. Sic ait apl's. Quę a deo sunt, ordinata sunt. Ro. xiij. Et phũs. xij. Metaphysicę ostendit omniũ entiũ quę sunt in vniuerso, esse ordinẽ, q̃q; primũ bonum post bonũ ducis, est bonũ ordinis. Et commentator eiusdem. Et isto modo generali sumẽdo ordinem, contingit ordinem inuenire nedum in rebus naturalibus, sed etiam in ecclesiasticis: nedum in politia ciuili: sed etiam in Hierarchia ecclesiastica, cum vtrobiq; contingat inuenire quãdam multitudinem recte ordinatam: multimoda deniq; diuersitate officiorũ aut membrorum exornatam. Secundo modo accipitur ordo, vt est gradus præeminens in aliqua politia recte ordinata siue ciuili siue eccl'iastica. Sic persona in tali constituta gradu dicitur habere ordinem, sicut dicit habere quendam prę eminẽtiæ gradum antonomatice, quia hi qui sunt in gradu inferiori nõ dicũtur sic habere ordinẽ. Sic dicim⁹ esse ordinẽ militũ & pugilum. Itẽ ordinẽ ministrorũ p cultu dei exequẽdo. Et hoc mõ etiam cõtingit ordinẽ reperiri in eccl'iastica politia, sicut secundũ primã acceptionẽ. Secũm primã acceptionẽ tota eccl'ia & totũ vniuersum põt dici ordinatũ. Sed secundũ aliã, psona habens gradũ eminentẽ seu quandã prę eminẽtiã vltra alios hoies, ordinẽ habere dicitur, & põt dici ordinata. Vñ dist. lxxxix. ca. Ad hoc, dicit. Ad hoc dispensatiõis prouisio gradus diuersos & ordines constituit esse distinctos: vt dum reuerentia minores potioribus exhiberẽt, & potiores minoribus dilectionẽ impenderẽt, vera concordia fieret, & ex diuersitate contextio, & recte officioꝝ gereret administratio singulorũ. Neq; ei vniuersitas alia poterat rõne subsistere nisi hmõi magnus eã differẽtię ordo seruaret. Ex hoc claret q̃ significata nominis ordo ꝓ prima & secunda acceptione non sunt eadem: licet vbi reperitur ordo primo modo, põt inueniri gradus eminẽs, & ita ordo secũdo mõ. Isto secundo mõ põt adhuc multipliciter accipi. Primo ordo est gradus eminẽs in eccl'ia disponens ad aliquẽ actũ eminentẽ eccl'iasticũ: vel ad habendũ ius aliquod seu priuilegiũ sp̃uale & eccl'iasticum, vtputa habere eccl'iasticũ beneficiũ, turisdictionẽ eccl'iasticã exercere, gaudere i munitate clericali: vt infra Dubio. iij. de effectu tonsurę. Et sic accipitur large ordo clericalis. ca. Cum cõtingat. de ętate & qual. ordi. Et potest dici q̃ eccl'ia instituerit ordinem clericalẽ: non laicalẽ. secundum Panor. cap. j. de vita & honesta. clericorũ. Et clericus dicit qui non est laicus, seu qui est secundum formam eccl'ię priuilegiatus, & cœtui clericorum adiunctus. dist. lxix. cap. Q m̃. Secundo modo ordo potest notificari sic. Est gradus in eccl'ia dei disponens aliquẽ simpl'r vel de cõgruo ad exequẽdum simpl'r vel debite actũ aliquẽ sacralẽ. Gradus ille non est potestas: sed disponit ad actum exercendum, secundum Sco. Sic definit ordinare vel etiã ordinari, Guilelmus Parisiẽ. in de sacramentis, tracta. de or-

Universidad de Deusto
Biblioteca



dine. Ordinari nihil aliud est q̄ ad diuini cultus ministerium pontificali benedictione & manuū impositione sanctificari. Et ordo est sanctificatio seu sanctitas huiusmodi pontificali ministerio collata. Hoc modo episcopat⁹ potest dici ordo: quia episcopatus addit vltra sacerdotium, confirmare & ordines conferre &c. quia eius est sanctificare alios & diuino cultui applicare. Tertio modo ordo accipitur vt est gradus eminens in ecclesia disponens hominem de congruo vel simpliciter ad actum aliquem ecclesiasticum circa eucharistiam. Sic episcopatus non est ordo distinctus aut superior a sacerdotio, sed est sacerdotium: cui conuenit actus nobilissimus, scilicet cōsecratio corporis domini. Isto tertio modo restrictius accipitur q̄ primo, vel secundo modis: quia sic principaliter respicit eucharistię cōsecrationem, & actus ad eucharistiæ consecrationem disponentes. Et hoc modo ordo nō est sacramē tum proprie loquendo: cum non sit signum sensibile, sed gradus quidā eminens in ecclesia dei disponens ad actum pertinentem ad eucharistiam. Sacramentum vero signum est sensibile.

B ¶Cum aūt ordo ponit̄ sacramētum, sumit̄ pro ordinatiōe. Et potest sic notificari secundū Sco. Ordinatio est institutio alicuius in gradu ecclesię præeminente: cui conuenit aliquod ministerium exhibēdum circa corpus Christi verum aut mysticum, facta a ministro idoneo certa verba proferente simul cum intentiōe debita, ministerium gradus vel ordinis illius aliquo signo visibili repręsentans ex institutione diuina, gratiam p̄eminentem qua ordinatus digne aliquod ministeriū exequatur, significans. Et secūdū illam generalē notificationem ordinationis, possunt proportionabiliter formari particulares notificationes singularum ordinationum siue singulorū ordinū. Exemplum. Ordinatio sacerdotalis est hominis in gradu ecclesię præeminēte, disponēs ipsum ad conficiēdum eucharistiam, facta ab episcopo certa verba cū intētione debita p̄ferēte &c. Applicētur & alię clausulę premissę. Hoc modo etiam definit Alisiodoren. li. iij. de ordine, dicens. Ordo est signaculum sacrum quo spiritualis potestas cōfertur alicui & officiū. Et intelligitur per signaculum signū aliquod sensibile &c. Sic ordinatio diaconatus est institutio hominis &c. ad eucharistiam dispensandā, saltē sanguinis. Subdiaconatus ad materię offerendū preparationē & oblationem. Ratio eīn inferiorum in ordine ad eorū primum sumi debet. Acolyti ad recte disponendū populum sumpturū eucharistiam per deuotionem & orationem. Lectoris per intellectus illuminationem. Exorcistæ ad remouēdum dęmones. Ostiarij ad propellendū malos homines ne impediant in actibus circa eucharistiam &c. Sic de episcopatu suo modo dicendū: qui vtiq; est ordo & præparat ministros ad illa officia quę & ipe pōt exercere. ¶Corollarie sequitur, est differētia inter ordinem & sacramentum ordinis. Ordo large est gradus eminēs in ecclesia disponēs hominem vel simpliciter vel de congruo ad actum sacramentalem debite exercendum. Sacramētum vero ordinis nunc notificatum est. Magister in textu definit cum Altissiod. sacrm ordinem, dicens ipsum esse quoddā signaculū in quo spiritualis potestas tradit̄ ordinato. ¶Dicit̄ primo est institutio alicuius in gradu ecclesię præeminēte. Institutio inquā a Christo: qui solus habet instituere sacramētum proprie dictum, licet ab eo institutū alius possit promulgare. ¶Dicit̄ in gradu ecclesię, quo innuit̄ potestas tradita ordinato quę nō datur alicui, stante lege, gradum illum nō habenti. Nec conuenit illa notificatio baptismo: quia q̄uis in baptismo datur potentia ad suscipiendum alia sacramenta, sed non potestas. Potestas enim dicit potentiam actiuam cum quadā præeminētia. Nomē vero potentia secundū Sā. Tho. & Palu. est cōmune ad actiuā & passiuam. Hinc datur ordo pro vtilitate ecclesię. Ideo notāter dicitur in definitione potestas, scilicet actiua cum præeminētia quadam. Potissimū enim cōsistit in potestate collata hoc sacramētum ordinis ad exercendos actus aliquos, reliqua vero sacramenta ad effectus aliquos suscipiendos, secūdū S. Tho. quæst. ij. artic. j. Et Palu. ar. j. q. j. cum dicit characterem ordinis esse potentiam actiuam: addens q̄ nomen potestas determinate importat actiuam: licet ly potentia cōmune sit ad actiuam & passiuam. ¶Dicitur cui cōuenit aliquod ministerium. Ministerium istud multiforme est. Subdiaconus sacramēti materiā a populo acceptā diacono tradit. Diacon⁹ p̄sbytero offert: p̄sbyter ipsum cōsecrat. Remouent̄ phibens ostiarius qui hoiem malū, & exorcista q̄ angelū malū repellit. Cōferūt cōducēs lector itellectū illuminādo: Acolyt⁹ affectū istāmādo. Portat eīn cereos accēsos ad deuotionē excitātes. Eps eminēter hz qcqd sacerdos. Habet eīn ministeriū circa corp⁹ Christi verū & mysticū, vt dicet̄. Habet etiā oēs ordines cōferre & alia facere &c. ¶Dicit̄ facta a ministro idoneo. Minister idoneus huius sacrī q ipm cōferre habet, est epus. Priuilegiati q̄nq; cōferūt minores ordines. ¶Dicit̄ certa verba p̄ferēte. Si quærit̄, quæ remittant̄ ad pontificales libros eorundē. De forma ordinatiōis sacerdotū probabile est dicere q̄ sint ibi duæ formę partiales: in quarum vna datur potestas consecrādi eucharistiam. In alia potestas absoluendi. Sic & discipulis primū data fuit ptās sup corpus Christi



verum: potestas cōficiēdi eucharistiam in cœna domini: & post hoc potestas ligandi & soluendi super corpus Christi mysticum, cum insufflauit & dixit post resurrectionem. Accipite spiritū sanctum: quorum remiseritis peccata &c. Ioan. xx. Nec simul tempore collatę fuerunt hæ duę potestates ordinis sacerdotalis apostolis. Et videtur q̄ etiam modo in ordinatione sacerdotū, distinctis actibus/temporibus/& verborum formis cōferantur ordinandis. Primam confert episcop⁹ cum tradens ordinādo calicem cum vino & pane superposito patenę dicit. Accipe potestatem offerendi & conficiendi pro viuis & mortuis. Secundā confert paucis interpositis ponens manū super caput eius & dicēs. Accipe spiritū sanctū. vt sic episcopus cōformiter agat Christo q̄ pri⁹ apostolis contulit potestatem conficiēdi corpus Christi verum, & deinde potestatem super corp⁹ Christi mysticum. Et secundum hoc nonnulli tenent duplicem characterem infundi in collatione ordinis sacerdotalis secundum duplicem potestatem eis collatam. Consecratio episcoporū aliam habet formam & characterem, & alia traditur potestas supra sacerdotiū ipsis episcopis cū ordinantur. ¶Dicitur simul cū intentiōe debita vt supra in alijs sacramentis dictum est de simultate verborum & intentionis pariter & actus &c.

C ¶Dicitur ministerium gradus vel ordinis illius aliquo signo sensibili repręsentās, in quo innuit̄ materia sacramēti ordinis remota & propinqua. Quilibet enim ordo datur aliquo signo sensibili in cuius perceptione vel traditione etiam imprimitur character illius ordinis vel illius. Vnde dat regulam generalem Richar. articu. iij. quęst. iij. & Palu. q. ij. Ex quo in collatiōe cuiuslibet ordinis distinctus & alteri⁹ speciei imprimitur character, ideo in hoc instrumento siue in huius instrumenti traditione quæ fit singulis ordinandis hoc vel hoc ordine (quo principalis potestas quę confertur huius ordinis collatione expressius significatur & repręsentatur, accedente quorūdam verborum formalium prolatione a ministro ordinātę) traditur ordinis illius character. Attamen secundum eundem certum non est in quo actu pręcise characteres infundātur. Hinc quia principalis potestas ostiarij in clauium: lectoris in lectionarij: Exorcistę in exorcismorū libro: Acolyti in cā delabri seu cerei, vel secundum aliquos vrceoli vel ampullarum: Subdiaconi in patenę & calicis vacui: Diaconi in libri euāgeliorum: Sacerdotis in calicis cum vino ac patenæ cum pane traditione & assignatione clarius repræsentatur q̄ in aliquo alio quod circa ipsum fiat, ideo in huiusmodi traditione materia propinqua huius vel illius ordinis designatur, & character in quo fundatur ordinis illius potestas imprimitur. Ex quo consequenter sequitur, q̄ ordo sacramentum habet determinatam materiam, sed nō vnam, vnitate simpliciter dicta: sed aggregatiue. Vnde sicut ordines sunt vnum sacramentum vnitate finis & ordinis: seu vt Richar. loquitur, vnitate integra ex pluribus partibus ordinatis ad vnam sacerdotij potestatem: Ita distinctę materię ordinum singulorum vnam completam sacramenti ordinis constituunt materiam. Palu. quæstio prima articu. primo, reputat probabile, cum illi ordines constituunt vnum sacramentum, non esse necessarium q̄ diuersas habeant materias, cum illa sit magis ad ponēdum quasi in possessionē. Sicut canonicus inuestitur per librum: Abbas p baculum: Episcopus per annulum indifferenter siue aureum siue cupreum. Tutius tamen esse dicit cum Richardo q̄ singulis ordinibus singula tradātur instrumenta, vt lectori lectionarius: Exorcistę exorcismi &c. Annectit rationē. Vbicunq; est distincta forma siue in eodem sacramento siue in diuersis, ibi est distincta materia etsi non specie saltem numero. Exemplum in eucharistia quo ad primum: panis siquidem differt specie a vino. Et in vnctione quo ad secundum. Ad singulas eīn vnctiōes aliud oleum recipitur numero non specie. Ita & in hoc sacramēto alia & alia porriguntur instrumēta, & libri alij: q̄uis in vno codice potest contineri textus euangeliorum, exorcismorum, & lectionum. Et calix idem vni potest conferri vacuus: alteri plenus vino. ¶Dicitur consequenter ex institutione diuina efficacitet significans gratiam prēminentem. Solus eīn deus qui dat gratiam & gloriam, istituere potest huiusmodi signa certa & efficacia gratiæ: vt supra de baptismo. ¶Dictum vero est gratiā prēeminentem. Nam secundum sanctum Thomā & Palude, Ordo dispositio ad eius dignam susceptionem maiorem confert gratiam q̄ alia sacramēta: & maior ordo maiorem gratiam. Maior etiam gratia requiritur ad actus ordinum digne exercendos, q̄ ad alios actus communes, & ad maioris ordinis actum maior gratia. Confertur ergo in quolibet ordine gratia gratum faciens, nō tantum ad idoneam ordinis susceptionem, sed collatæ potestatis dignam executionē. Ideo subiungit̄. Qua ordinatus digne aliquod ministerium exequatur. Potest dari ratio illius dicti. Nam ordo non confertur pro vtilitate vnius personę dūtaxat: sed totius ecclesię. Et vt cōiter dicit̄, dat̄ cōtra defectū ignorātię depellendę: nō personę vnius, sed totius ecclesię, quā ordinatus habet sua doctrina illuminare. Ideo ordinat⁹ tanta indiget gr̄a quāta sibi necessaria est etiā p alio rū salutifera eruditiōe. Sicuti ergo apostolis etiā

Universidad de Deusto
Biblioteca



pro vtilitate ecclesię data fuit gratia spiritus sancti ita ordinatis. Nō ergo sufficit gr̄a gratis data sine gratia gratū faciēte, sed requirit̄ etiam gratia gratum faciens: per quam ad maiora reddantur idonei: qui sunt sacris ordinibus prediti. ¶ Secundo notandum q̄ omnes ordines dicuntur sacri, q̄uis nomun̄ aliqui dicantur respectiue maiores & sacri, reliqui vero minores & nō sacri Sacrum quādoq; sumitur absolute: & sic omes dicuntur sacri: & conferunt potestatē ad actus sacros. Alio modo antonomatice: & sic ordines immediatius cęteris respicientes eucharistiæ cōsecrationem dicuntur sacri: scilicet subdiaconatus diaconatus, & sacerdotium. Tum ratione materię, quia etiam habent actus suos circa vasa & instrumenta sacra. Subdiaconus enim calicem cōsecratum cum pane & vino diacono, & diacon⁹ sacerdoti offert, qui ea consecrat. Tum ratione continentię annexę clericis occidentalis ecclesiæ: quia votum continentię reddit eos deo deuotos distinctio. xxxij. capit. Erubescant. Episcopatus in sacerdotio includitur. Sec⁹ in quatuor minoribus ordinibus, quia nec actus eorū sunt immediate circa aliquod sacrum siue consecratū: nec eis est continentia annexa, ideo non dicuntur sic sacri vt alij tres ordines. ¶ Tertio supponat ex distin. viij. quæstio. ij. q̄ vnum multipliciter accipitur & dicitur. Ibi quomodo sacramentum aliquod dicitur esse vnum multiplici ratione.

D ¶ Quantum ad articulum secundū est cōclusio prima. Ordo est nouę legis sacramētum a Christo pro ecclesiæ militantis vtilitate patiter & decore, alludenter ad priscorum ritus & mores vetustissimos recte institutum. Prima ps probatur. Cui cōuenit definitio, ei & definitum, sed ordini conuenit definitio, ergo & definitum. Maior nota. Minor probatur: quia ordo est inuisibilis gr̄æ visibilis forma: cuius gratię gerit imaginem & causa existit. Est enim actus quidam exterior repręsentās gratiam inuisibilem: cuius etiam est causa & signum certum. Secunda pars q̄ ordo sit institutus a Christo: patet distinctio. j. quæstio. secunda. de sacramentorū institutione. Pars tertia persuadetur multipliciter suppositā auctoritate pri⁹ allegata. lxxxix. dist. Ad hoc. & Diony. capitu. quinto/ecclesia. Hierarch. Primo sic. Quanto director & gubernator multitudinis alicuius est magis sapiens, tāto minus in eam cadit aut cadere potest confusio. Sed Christus gubernator & director ecclesię fidelium est maxime sapiens: quia dei patris sapientia: in quo thesauri sapientię & scientię dei recōditi manent. ad Coloss. ij. igitur nullā in ea sinit confusionē, sed omnia ordinat & disponit suauiter. Maior nota & minor. Hinc in terris visus & cum hominibus cōuersatus est. Baruch. iiij. Ascendens deniq; in cęlum spiritum misit qui omnem docuit veritatē. Ioan. xvi. ¶ Præterea sapientia filij dei sponsi ecclesiæ amplius commendari nō potuit nisi in distinctione ordinata terum & maxime spiritualium. Quod significatur per hoc, q̄ regina Saba, videns omnem sapiētiam Salomonis, & domum quam ædificauerat & cibos mensę eius & ordines ministrantium &c. non habebat vltra spiritum &c. tertij Regū decimo. ¶ Prēterea vulgatum est prouerbium: Pluribus intētus minor est ad singula sensus. Cum ergo Christus ordinare voluit pro ecclesiæ salute & necessitate quęcunq; necessaria, quia per vnum commode fieri non poterant, ministeria diuisit, vt sic sine grauamine & confusione singula recte fierent. Hinc Numeri. xj. dedit dominus Moysi. lxx. senes populi in adiutorium, auferens de spiritu suo & tradens eis vt sustentent onus populi. ¶ Item secundum beatum Dionysium capi. v. ecclesiasti cę Hierarchię, Lex generalis Hierarchię est vt inferiores per suos superiores sursum agantur ad diuinos splendores sibi illucescentes. Recte ergo deus no. testamen. alios & alios idoneos ministros instituit, ad lumen diuinum & lauriendū & influendum alijs. Hoc autem congruentius fieri non potest in ecclesia dei nisi per multifariam & ordinatam ministrorū gubernationem: a qua singuli pro sua capacitate & qualitate in fide plenius poterunt eruditi q̄ ab vno solo. ¶ Prēterea gētules, suos flamines hoc est sacerdotes, quos dā simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines nominabāt. xxi. dist. ca. Decretis. Et Hugo de sacō Victo. li. ij. de sacramētis parte. iij. cap. iiij. de ordinibus sacris loquens dicit. Et habentur illa verba in cōtinuatione epistolę Clemētis ad Iacobum episcopum Hierosolymitanum Isti ergo ordines sacri diuersis locis per orbem terrarum quocunq; sanctæ ecclesię corpus diffusum est disponuntur, non solum voluntaria patrum ordinatione, sed ex ipso quoq; gentilitatis vsu cōuenienti ratione assumpta. In illis siquidē ciuitatibus vbi olim gentiles suos flamines instituere consueuerant: ibi nūc episcopi sunt ordinati, & vbi fuere archiflamines, ibi succedunt archiepiscopi. Allegat ad hoc itinerarium aut librū Clemētis, & facta beati Petri, ecclesias vbi prius gentiles fuere sic ordinantis. ergo longe amplius id expedit fieri in ecclesia dei. Item ecclesia Iudęorum etiam habuit suos sacerdotes. Et ante sacerdotij institutionem Aaron, sacerdotium annexum erat primogenituręę, & primogeniti faciebant officia sacerdotum. Genesis decimo quarto. Abraham dedit decimas Melchisedech sacerdoti dei altissimi: q̄uis sacerdotium ad huc non erat institutum. Ille Melchisedech non erat sacerdos, sed fuit Sem primogenit⁹ Noe secundum Lyram capit. vt supra. Idem habetur de primogenitis Exodi. xix. q̄ faciebant officium sacerdotum vsq; ad institutionem sacerdotij Aaron. De quo Exod. xxviij. & deinceps. De consecratione Aaron & filiorū in sacerdotes Exodi. xix. De leuitis: Numeri tertio, qui erant associati Aaron vt ministrarent ei &c. Ecce sacerdotes & leuitas. Cū vero tēporum successu David ministeria domus domini ampliare vellet, & arcam duci faceret per sacerdotes & leuitas de domo Obededon ad ciuitatem Dauid Sion. iij. Regum. viij. ad locum quē ei prępauerat, vbi & tabernaculum tetenderat pro ea, constituit iani tores & portarios, cantores, succentores, & prēcētores ad prēcinendum melodiam, & alios canentes in diuersis instrumentis musicalibus, pro dei cultu explendo. primi paralipo. xv. & xvj. Inter quos etiam erat princeps prophetię ad canendū qui alijs ostenderet quæ dicta prophetica canere debebant. cap. xv. vt supra. Ecce ostiarios, lectores, & cantores. Salomon vero constructo templo cum arcam de ciuitate Dauid, de Sion deferri faceret per sacerdotum ministeria, oratione expleta oblationes fecit plurimas. iij. Reg. viij. Idē Salomon quēdam modum exorcizandi inuenit quo dæmones adiurati ab obsessis corporibus pellebantur. distin. xxj. ca. Decretis. Verum quādo Salomon hoc fecerit, an scilicet cum adhuc habuit spiritum dei, & ita oratione diuina, an tā factus idololatra, & ita arte magica dęmones expulerit, clarum nō est. Facit ad idem dictum Bedę in Actib. ca. xix. Vbi dicit Iosepho referente. Excogitauit & docuit suos Salomon modos ex orcismi coniurationis: quibus immūdi spiritus expulsi non audebant ad homines reuerti. Ad idē Hugo in de sacramentis, vbi supra cap. vij. Sic habentur etiam exorcistę. De sacerdotibus, leuitis, nathineis, & ianitoribus &c. ac eorum officijs Paralipo. ix. & j. Esdræ. ij. Item primi Esdrę. viij. Nathineos dedit David & principes ad ministeria leuitarum ducentos viginti. De pręsignatione radendi coronam infra dubio primo. Item secundum Rabanum Aaron summus sacerdos formam episcoporū, & filij eius sacerdotes p̄sbyterorum gerebant. de institutiōe clericorum. Ex quibus habetur q̄ in lege veteri fuit summum sacerdotium Aaronicum. Fuerunt & minores sacerdotes. Fuerunt leuitæ & Nathinei: qui nunc dicuntur diaconi, & subdiaconi. Fuerunt ostiarij & ianitores, fuerunt cātores & principes ad canendum: similiter & prēcentores, qui nunc lectores dici possunt. Fuerūt exorcistę. De acolytis q̄



tunc temporis fuerint alij a minoribus sacerdotibus, & filijs Aaron, non satis claret ex scriptura. Tāetsi magister dicat de acolytis loquēs. Huius officij formam gerebant illi in veteri testamē to qui lucernas candelabri componebant & accē debant ignę cælesti ad illuminandas tenebras Aquilonares. Verum si illi qui huiusmodi fecerunt ministeria, fuerint alij a minoribus sacerdotibus non claret ex textu scripturæ. Q̄ autē hmōi ministeria olim habita fuerint, habet Numeri. viij. Vbi Nicolaus de Lyra dicit q̄ Aarō poterat nedū p se: sed & filios suos qui erāt sacerdotes, facere officium compositionis lucernarum. Ad hoc Exodi. xxiij. De candelabro atq; lucernis Exodi. xxv. & xl. Et secundi Paralipome. quarto. Et istę lucernę incendebantur ab ignę recepto de altari holocaustorum, qui erat perpetu⁹. Leui. vi. Et de cęlo dat⁹. Leui. ix. ¶ Si ergo in lege veteri huiusmodi ordinum officia in personas plures dispertita fuerunt pro diuini cultus expletione: & apud gentiles ex parte saltē: Decet & cōgruit q̄ & in noua lege: cui⁹ lex vet⁹ figura fuit: hmōi reperiantur ministeria & ordinum gradus. Cuius plures ponit rationes & congruentias Guilielmus Parisiensis de sacramētis tractatu de ordine. Item manuum impositio similiter prefigurata est. Nam Isaac manus imposuit, & benedixit Iacob, & Iacob filijs suis. Gene. vigesimo octauo. Item Moyses sup caput Iesu Naue manus imponens dedit ei spiritum virtutis & ducatum in populo Israel. Et hoc quo ad episcopos. ¶ Conclusio secunda: In primitiua ecclesia pauci fuerunt clerici ordinati, sed temporum successu, aucta fidelium deuotione distincta sunt singulorum ordinum ministeria, & in singulis ordinibus certi constituti ministri. Prima pars patet: quia in Dionysio de ecclesiastica Hierarchia solum leguntur pontifices presbyteri & diaconi. Et alibi non leguntur fuisse nisi presbyteri & diaconi: vt patet ex actibus apostolorum. Apud veteres ijdē episcopi & presbyteri fuerunt: vt videtur vigesimaprima distinctio. capit. Cleros. Pauci enim tunc erant credentes: & ita pauci sufficere poterant ad conficiendum & dispensandum eucharistiam. Et idem plurimorum officia facere potuit. Quia diaconus omnium inferiorum ordinum ministeria suppleuit, secūdum Dionysium capit. tertio ecclesiasticæ Hierarchię. Sicut & hodie sępenumero faciunt officium leuitarum & subdiaconorum sacerdotes ad altare ministrā do, epistolam & euangelium legēdo. Cum vero creuit numerus fidelū, ecclesia multiplicauit ministros, non ordines aliquos instituendo: sed ordines auctoritate a Christo recepta pluribus conferendo. Et in hoc numerum ministrorum E

Universidad de Deusto
Biblioteca



quo ad singulos ordines auxit. Cum ergo minis
terium ordinum aliquorum tunc non esset ne-
cessarium,non sunt instituti ministri in singulis
gradibus,quia propaucis pauci suffecerunt mi-
nistri. Sicut & hodie cū fidelium deuotio lāguet,
non sunt in singulis ordinibus determinati mini
stri:quia homines tam raro accipiūt eucharistiā,
tunc sępenumero receperūt,& sic opus erat mul
torum ministerio. ¶Q; ministeria ordinum sin-
gulorum octonario claudātur numero, claret ex
dictis plurimorū doctorum: & vt dicunt, ex fa-
cto Christi:qui singulorum actus ordinum in se
ipso exhibuit:& in le.vet.prefignauit. Et potest
sic deduci.Quot sunt gradus eminentes in eccle
sia dei disponentes hominem de cōgruo vel sim
pliciter ad actū aliquē ecclesiasticū exercēdū qui
respicit eucharistię consecrationem vel dispensa
tionem,& populi dignā perceptionē, tot sunt or
dines ecclesiastici. Octo vero sunt gradus tales
eminētes,ergo tot sūt ordines. cōsequētia bona.
Maior nota ex qd nominis Ordinis. Minor cla
ret ex declaratione notificationis sacramenti or-
dinis.Potissimū eñ instituti sunt ordines a Chri
sto, & ecclesiæ ministris Hierarchicis vice dei ad
hoc ordiatis vt ministrēt i eccl'ia/& faciāt vnionē
populi cum deo.Hęc vnio maxime fit in eucha-
ristię sacramento:in quo Christus a nobis sumi-
tur. Datę ergo sunt potestates plurimę ministris
ordinū,vt sic vi collati ordinis possint recte mi-
nistrare sacerdoti conficienti eucharistiā, vel ma-
teriam offerendam pręparando : vel prohibens
remouendo: aut conducens applicando. ¶Nec
cogit replica si dicatur:Hierarchia ecclesiastica or
dinata est secundū exēplar Hierarchię angelicæ,
secundum Diony.capi.v.partis primæ ecclesia.
Hierarch. in qua reperiuntur nouē chori siue or-
dines. ergo a simili in ecclesiastica nouē erūt ordi
natorum ministeria & gradus. Ratio est,quia or
dines angelici distinguunt secundū exigentiam
Hierarchiarū trium:quarū quęlibet tres habet or
dines ad tria distincta officia ordinatos,vt supra
in secundo. Ordines vero ecclesiastici accipiūtur
non secundum tres Hierarchias,sed in ordine ad
effectum vnum principalem,scilicet ad conficiē-
dum corpus Christi:& ad prępārandum populū
ratione suscepti ordinis ad ipsum. Ad hoc suffi-
ciunt,vt dicitur(habito episcopo qui ordines cō
fert.)vij.ordines & septuplicia ministeria:quæ si-
mul iuncta ministerium illud diuinissimū com-
plent. ¶Tertia conclusio. Tametsi secundū opi
nionem plurimorū septem sunt ordines proprie
dicti:scilicet ordo ostiariorū,lectorum,exorcista
rum, acolytorum,subdiaconorū , diaconorum,
& sacerdotum:attamen solum vnum est ordinis
sacramētum vnitate finis & ordinis. Prima pars
de ordinum septenario numero, patet ex conclu
sione secunda. Secunda pars ex dist. viij.quæst.
ij. Sicut enim species panis & vini sunt vnū sa-
cramentum,quia ordinantur ad vnam hominis
spiritualem refectionem & nutritionem tanq; ad
finem propriū:ita & septem ordines: licet plu-
res habeant effectus re:vt loquitur Palu. quæst.
secunda:sunt tamē vnum ordine. Et ideo omnes
septem ordines dicuntur vnum sacramentum:
quia omnes ordinantur ad finem vnum proprium
& immediatum,qui est vnire fideles Christo
per eucharistiam. Ad hoc autem requiruntur &
materię prępāratio,& eucharistię consecratio, vt
supra,qui sunt actus ordinum. ¶Prętерea quan
docūq; habentur actiones multæ sacramentales
ad vnum finem & effectum principalem princi-
paliter ordinatę, quem nulla earum attingit aut
attingere habet ex Christi vel ecclesię ordinatio-
ne,sed ex omnibus illis simul adunatis rite & le-
gitime habetur ille effectus: omnes illę actiōes di
cuntur vnum sacramentum vnitate integra ex
pluribus partibus ordinatis ad vnam actionem.
Sed sic est de septem ordinibus.ergo.Maior est
doctorum plurimorum. Minor patet ex dictis.
¶Dictum est ex Christi vel ecclesię ordinatione
Cuius enim diaconus,subdiaconus,& infra,ni-
hil noui possunt nunc post ordinationem quod
prius de facto non potuerunt,possunt tamē nūc
multa de iure ex officio ordinatione Christi & ec-
clesię quæ prius nō potuerunt sic agere. Dicimur
autē posse,quod de iure licite aut ex officio pos-
sumus. ¶Quarta conclusio. Licet septem ordi- G
nes sic se habeant q; maior & superior prępuppo
nat inferiorem in vno & eodem ordinando,non
tamen simpliciter necessarius & essentialis est hu
iusmodi prępuppositionis ordo. Probatio. Nam
alias per saltum ordinatus in sacerdotem,non es
set ordinatus nisi prius denuo ordinaretur,& or-
dinem omissum prius,nunc susciperet. Cōsequē
tia patet,quia in his quæ essentialem ordinem ha
bent adinuicē,posterius esse non potest sine prio
re. Falsitas consequentis patet, quia clericus per
saltum promotus non est reordinandus, quan-
tum ad illum ordinem quem per saltum recepit:
sed solum supplendum est illud quod defecit in
ordinatione quo ad ordinem prius nō susceptū.
de clerico per saltū ordina. capi. Tuæ literę. Vbi
Papa quendam qui diaconatus ordine prætер
misso presbyterij ordinem recepit,mādat in dia
conum ordinari:sed non ordinem sacerdotii rei-
terari:sed ipsum dei misericordia permittere in
ordine sacerdotij ministrare,quia de iure execu-
tionem illius ordinis non habet. Et distinctio.lij.
capite . Sollicitudo . vbi quidam dimisso sub-
diaconatu, diaconatum,& sacerdotium recepit:



& iussus fuit subdiaconatum recipere, & donec
reciperet,ab aliorum ordinum executione cessa
re. ¶Nec est simile de presbytero ordinato non
dum baptizato:qui prius debet baptizari, & ite-
rum ordinari. De presbytero nō baptizato,capi.
Si quis presbyter. Nā baptismus dicitur funda-
mentum & janua omnū sacramentorū, & eo nō
suscepto nullū suscipi potest.secundū Sā.Tho.
q.j.ar.ij.Et Palu.q.iiij.distin.vij. Secus de ordine
Nam vnus ordo etsi alium pręsupponat,non ta
men absolute & necessario. ¶Si dicitur de sacra
mentis non iterandis.cap.j.Caute debet supple-
ri quod omissum fuit:& nihil est iterādū:Respō-
det Palu.Verū est,quādo id quod fuit omissum
non fuit essentiale & principale in sacramento il-
lo. Sic enim quod omissum est suppleri põt. Si-
cut cum puer in periculo constitutus baptizatur
ab obstetrice. Postea nihilominus a sacerdote le-
gitur exorcismus & catechismus cum sit purum
sacramentale. Quando vero omittitur quod est
H de essentia illius sacramenti sic q; sine eo non est
sacramentū:omnia reiterantur. ¶Quinta cōclu-
sio. In singulorū ordinum collatione characteres
singulos conferri creditū est, qui sunt a se inuicē
specie distincti. Ita tenet Sco. Durañ.Palu. Ri-
char.S.Tho.& Bonauē. Probat cōclusio. Quia
quilibet ordo ad aliquem actum specialem ordi-
natur. Nec aliq; est iterabilis, ergo quilibet ordo
imprimit characterem indelebilem in quo funda
tur,vel habet characterē propriū sibi correspon-
dentem. ¶Prętерea omne sacramentū non itera
bile imprimit aliquem effectū indelebilē. Sed il-
le non potest esse gratia gratum faciens: quia si-
ne ea potest de facto ordo aliquis suscipi . opor-
tet ergo effectū illū eē characterē indelebilē. ¶Si
dicitur:in solo sacerdotio & episcopatu cōfertur
nouа potestas:in alijs aūt ordinati nihil nouī pos
sunt:ergo frustra in eis datur character : Ad hoc
respondent aliqui. Ex quo character est pote-
stas per quā homo operatur actiones diuinas:si-
cut dicit aliquis habere potestatem simpliciter &
absolute:quia nūc potest in actum aliquē in quē
prius non potuit:vel secundū quid/quia nūc po
test in actum ex officio in quē etiā prius de facto
sed non ex officio, potuit : Sic & character vno
modo secundū illos dicitur potestas per quā qs
potest simpliciter & absolute in aliquid in quod
prius non poterat. Alio modo est potestas secū-
dum quid:per quā ex ordine potest quis nunc in
aliquid in quod etiam prius poterat: sed non ex
ordinatione aut officio. Accipiendo ergo charac-
terē pro potestate simpliciter dicta & primo mo
do:sic & habere characterem consequenter dicūt
q; solum in sacerdotio imprimatur character.
Cuius ratio hęc est,quia sacerdos nunc potest li
gare & soluere & eucharistiā conficere,& id prius
nō potuit, nec de facto nec ex officio. Diaconus
& subdiaconus & reliqui ordinati ita poterāt pri-
us in suos act9 de facto,& quo ad potestatem sa
cti sicut nunc, licet non potestate officij. Nā dia-
conus prius ante ordinationem suam etiam po-
tuit eucharistiā dispensare & euangelium legere:
Subdiaconus epistolam & materiam offerēdam
prępārare/& ita de reliquis minoribus ordinibus
sicut nūc. Nullā ergo ex ordinatione receperunt
ptātē simpliciter dictā, quā prius de facto & sim
pliciter non habuerūt, licet nūc possint licite post
ordinationem hoc ex ordine collato,& potestate
officij,quod prius non sic poterant. Exemplum
de milite:cui non datur potestas facti:sed officij.
¶Quicquid sit de hoc constat ex quæst.ij.dist.
vj.siue character ponat relatio siue qualitas ab-
soluta,non esse de ratione characteris prędicte/ q;
est potestas per quā hō operatur actiōes diuinas.
Sic enim gratia gratū faciens esset character. Et
similiter gratiæ gratis datę in vtilitatem ecclesię.
¶Prętерea in confirmatione imprimit character
proprie dictus, & similiter in baptismo:& tamen
ratione illius characteris non possunt baptizati
& confirmati in aliquid in quod prius nō potue-
runt etiā licite.Nec illa est prędicte sufficiens ratio
ponēdi characterē in sacramentis: vt supra dist.
vj. q.ij. Aliqui vero tenent q; solum exorcista-
tus,sacerdotium,& episcopatus cōferunt chara
cteres. Aliqui tenēt probabiliter q; sicut in sacer-
dotio duplex cōfert potestas: scilicet super cor-
pus christi verū,& mysticū,ita & alius & alius im
primit character in quo potestas illa gemina fun
datur. ¶Sexta conclusio. Pro illorum quę ordi-
nis sunt digna executione cōfertur gratia gratū
faciens in singulorū ordinum digna susceptio-
ne. Patet ex dictis,secūdū Palu.& Richar. Tho-
mam,Durañ.&c.

¶Quantum ad articulum tertium I
est dubiū. Primū de ępatu,de corona siue tōsura
de clericatu: itē de psalmistatu: An sint ordines
vel dispositio quędā necessario pręuia ordinum
susceptioni. Q; sic de tonsura.de ęta.& quali.or-
di.ca. Cū cōtingit. De alijs dist.xxj.c.Cleros.Et
dist.xxv.c.Perlectis. De ępatu ē nō puū dubiū.
Et q; sic,habet.xxj.di.c.Cleros.Raban9 de insti-
tutione clericoꝝ lib.j.cap.iiij.ponit octo gradus
clericorū.Habet eñ lectoratū & psalmistatū pro
codē, & supaddit ępatum. Guiliel. Altissiodo.
in quarta parte, de sacramēto ordinis,recitata cō
muni opinione de numero septenario : dicit sibi
plus placere q; sint nouem, correspondenter ad
ecclesiam triumphantem. superaddit episcopa-
tū & archiepiscopatū . Probat auctoritate apli,

Universidad de Deusto
Biblioteca



ad Hebrę.vij. Sine vlla cõtradictiõe minor a maiore benedicitur, sed archiepiscopus episcopũ, epūs sacerdotẽ consecrat: ergo inter se differunt. Item psalmo.xcviij. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, vel ergo fuerũt equales vel nõ. Q̃z Moyses fuerit maior: patz ex textu. Exo.iiij. Tu eris ei in his q̃ ad deũ pertinẽt &c. Ad hoc est prima ꝓpositio. ¶ Tõsura est ad ordinũ susceptionem congrua dispositio: & non ordo, proprie loquendo de ordinis sacramento a Christo instituto. Siquidem secundum Palu. est ex institutione & ordinatione ecclesię: & potest conuenire multeri. Nec est prima tonsura nuda crinium amputatio vel ratio, sed est quædam benedictio data alicui ab eo cuia interest: ratiõe cuius disponitur ad ordines, & ecclesia priuilegium clericorũ ad ipm extẽdit. vt in cap. Contingat de ęta. & quali. ord. Nec est proprie loquendo sacramentũ: sed sacramentale secũdum Altisiod. & signum materiale ad præparandum & suscipiẽdum ordines. Idẽ tenet Rabanus lib. j. de institutione clericorũ. Et licet sit signum alicuius rei sacrę, nõ tamen est signum rei sacrantis quam efficit. hoc est: non est signum certum & efficax gratiæ, quæ formaliter sanctificat se habentem. Est tamen signum rei sacrę, quia per tonsuram deputatur quis ad actum spiritualem, quia ad militiam clericalem: quatenꝰ in collegio clericorum positus, cui per tonsuram ascribitur, det laudes ex officio canere habeat. Sicut enim baptismus quem ascribit generali collegio Christianorum: ita prima tonsura aliquem ascribit collegio clericorum: illorum qui specialiter sunt de sorte domini. Et sicut baptismus non deputat ad speciale officiũ: ita clericatus siue tonsura prima in genere deputat quem ad chorum. Sicut & ordo religionũ, ordo dicitur: quia deputat ad cerimonias statꝰ illius vel illius. Nec obstat quod dicitur de æta. & quali. ordi. ca. Cum cõtingat, q̃ clericalis ordo confertur per primam tonsuram. Ordo enim est. Priuilegium ordinis clericalis extensum est per ecclesiam ad habentẽ tonsuram primã siue coronam: quod etiam posset extendi ad purum laicum. Hinc qui percutit habentem primam tonsuram, incidit in excõmunicationem, quia percutit clericũ. Percutit enim habentem clericalem ordinẽ, vt ibidem dicitur. Ad hoc de sententia excõmunica. ca. Non dubium. Verum/Clericum ibi valet non laicum sed priuilegiatum. Et ly ordo sumitur large ꝑ ordine ecclesiastico a Christo vel ab ecclesia instituto: qui etiam nominatur clericalis ordo: priuilegiũ. Q̃z sit ad sacramentum ordinis dispositio congrua probatur. Quia per illam precisionem crinium & rasuram capitis in vertice ad modum coronæ aptantur ad statum clericalem: & veluti quodã distinctiuo signo a laicis separantur. Crinium enim amputatio vitiorum significat abiectionẽ & noui hominis indutionem & innouationem secundum Raba. Nec verum est q̃ priuilegium clericorum non possit a legislatore extendi ad purũ laicum. Exemplum de conuersis laicis. ideo corona fit clericalis in capite: qđ est signũ & decus regale. Debent enim ecclesiæ ministri esse reges, vt se & alios regant. secundum illud. j. Petri. ij. Vos estis genus electum, regale sacerdotiũ. Denudatur caput clericorum vt eoꝝ mens ad deum semper libera demonstrari possit. Capitis enim summitas mentis eminentiam indicat: & denudatio capitis mentis eleuationem. de hoc distin. xxiij. cap. Prohibete. ¶ Preterea nedũ radi debent clerici in capite in modum sphęrę, sed etiam habere crines tonsos vsq; ad reuelationem sensuũ, oculorum scilicet & aurium: ne eorũ mens prępedatur ad audiendum & intelligendũ verbũ dei. Crinium precisio, vitiorũ per organa sensuum pullulantium amputationem representat. capi. Non liceat. Vsus tonsurę secundum Hugo. lib. ij. parte. iij. cap. ij. & Raba. capit. iii. lib. j. de instit. cleric. & Magistrũ, a Nazareis exortꝰ esse putat: q̃ prius crine seruato, deinde ob vitæ continentiã caput radebant, & capillos in igne sacrificij ponebant. Hinc vsus ille ab apostolis introductꝰ est: vt qui diuinis cultibus mancipati deo consecrãtur, quasi Nazarei: sancti posito crine inuentãtur. Sicut ad Ezechielẽ prophetam ait dominꝰ. Fili hominis sume gladium acutum: & duc sup caput tuũ & barbam. Hoc enim in nouo testamẽto Priscillã & Aquilã Nazareos feciſſe legimꝰ. actu. xviij. Sed respiciendo diligenter textum, potius videtur intelligendum dictum Lucę de facto Pauli q̃ sibi totonderit caput in Cenchris, q̃ de Priscilla & Aquila, vt etiam volunt August. & Hieronymus. referente gloss. ibidem. Aliq tamẽ de Aquila & Priscilla & Paulo exponũt textũ. Ista consignatio clericorum ad sortem domini congrua est, ex eo. Sicut enim in naturalibus nunq̃ fit transmutatio materię de forma vna ad aliam nisi mediante certa materię dispositione: ita etiã decet assumendos a statu laicali ad statũ clericalem prius aptari per tonsuram, & certo modo disponi. Sicut & baptizandus, & ita militię Christianorum ascribẽdus, prius exorcizatur & catechizatur. ¶ Si dicis: ergo clerici nostri temporis debent radere totum caput exemplo Nazareorum Numeri sexto, & Iudicum decimotertio: Respõdetur negando consequentiam. Ea enim quę fiebant in lege vete. imperfecte & a remoto representant ea quę fiunt in leg. no. Et ideo ministeria leg. no. non solum per ministeria leuitarũ repsentantur: sed etiã Nazareorũ. Cũ non essent ordinati ad ministerium diuinũ: tñ profitebanꝰ quandam perfectionem in depositiõe comæ totalis: ꝓ hoc designantes contemptũ temporaliũ. sed nõ radebãtur in modũ coronę: immo totã comã radebant: quia non erat tẽpus regalis & perfecti sacerdotij. Sic hodie q̃q; conuersi renunciantes tẽporalibus omnino tondentur: sed non raduntur in modũ coronę: quia non sunt deputati proprie ad sortẽ domini. Sentẽtia est San. Thomæ. Fere consimilem responsionem dat Rabanus vbi supra. ¶ Nazarei fuerũt in duplici gradu: vt refert Hug. & Lyra sup ca. vj. lib. Numeroꝝ. & in glos. quę est Aug. Iudicũ. xiij. Aliqui eñ fuerunt Nazarei ad totum tempus vitę suæ: sicut legitur de Samuele. j. Reg. j. & de Sampsone. Iudi. xiij. Et isti quantũ ad obligationis perpetuitatẽ possunt dici fuisse figura religiosorum no. test. quorũ votũ & obseruantia per totum tempus vitæ durare & obligare debet. Idem videtur esse de clericis sacris initiatis. Alij fuerunt Nazarei ad determinatũ tempus: sicut Paulus secundum Hugo. Act. xxj. Sicut hodie aliquis vouet ad certos dies vel ie iunare aut peregrinari: seu velle ab hoc vel illo abstinere propter deum: quo expleto iã nõ tenetur deinceps ad id qđ pro certo tempore se facturum promiserat: Sic & in leg. vet. huiusmodi nazarei redierũt ad vitã cõmunem aliorũ peracto suo voto. de his Nume. 6. Et fuerũt figura nõ religiosorum: sed illorum qui ad opera superogationis pro certo tempore vel loco sese deo deuouerunt. Primi Nazarei nũq̃ radebanꝰ: nec vinũ, aut sicerã bibebãt: vt habet de Sampsone Iudi. xiij. Hinc secundũ Hugo. Numeri. vj. quidã pingunt Christum & apostolos crinitos nõ in re sed pro signo sanctitatis. Alij vero tẽpore suæ separationis & consecrationis non radebãt caput ad detestãdum cultum idololatrię, quorum sacerdotes capita radebant. Baruch. vj. Hinc plubiti erãt sacerdotes vet. leg. ne raderent caput aut barbã. Leui. xxj. Eadẽ ratione Nazareus nõ radebat caput tempore suę consecrationis: quia illo tempore erat deputatus diuino cultui. Hinc ait Augu. Vouentes votumq; reddentes non radebantur. q. iij. super Iudic. sed expletis diebus completionis sui voti radebantur, & vinum bibebãt: ac ad cõmunẽ viuendi modum redierunt. Quid est q̃ Nazarei capillos nutriũtꝰ nisi q̃ per vitã magnæ continentię presumptionũ cogitationes crescũt ait beatus Greg. ij. mora. §. xxxviij. Sed quid est q̃ deuotione completa, Nazareus caput radere & capillos in igne sacrificij ponere iubetur? nisi q̃ tunc ad perfectionis summam pertingimus, cum sic exteriora vitia vincimus: vt etiam cogitationes superfluas a mente resecemus. Caput enim tondere est cogitationes superfluas a mente resecare. Itaq; sicut Nazarei expleto suo voto caput tondebãt: & capillos in igne sacrificij ponebant ad ostendendũ se totos pro tũc diuini amoris igne inflãmatos, noxias quoq; cogitatiões & superfluas prorsus crematas esse in eis: sic clerici ad sortẽ domini non horatie, sed perpetue vocati semper prohibẽtur comã nutrire: hoc est defluẽtes animi cogitationes habere, ne remisse defluãt nec defluentes se per illicita spargant, & ne sparsę oculos cordis deprimant. Hinc Cant. iiij. Sicut vitta coccinea labia tua spõsa. Vitta enim crines capitis constringit. Significatur per hoc q̃ mens clericorum semper ad rectam & syncerã intẽtionem ligata esse debet: vt. s. mũdo mortui, soli domino ad cuius sortẽ vocati sunt viuere studeãt. Semper quoq; clerici no. leg. caput tondere iubẽtur: & capillos in igne sacrificij ponere: quia semper studere debent perfectioni: & actus hierarchicos in dei ecclesia exercere, singulus in suo ordine. ¶ Præterea illa ratio crinium significare põt in clericis proiectionem sollicitudinis tẽporaliũ & curam supfluam eorũdẽ, ac separationẽ a statu secularium. Hinc plus vel minus raduntur clerici religiosi, & seculares, & etiã laici religiosi, licet nõ clerici. Et cum per illam rasuram applicantur oẽs & singuli clerici ad ministerium diuinum: ideo in modũ coronę raduntur: qđ non fiebat Nazareis. Clerici vero & etiam laici non clerici profitentes regulam factitiam plus raduntur: quia vouerunt paupertatẽ: nec licet eis habere proprium. de statu Monach. ca. Cũ ad monasteriũ. Ad maiorem ergo tenentur perfectionem acquirendam. Cæteri vero qui non sunt professi vitam regularem, possunt habere proprium. j. quęst. iij. cap. Pastor. & cap. sequent. & xij. q. j. episcopi. Debẽt tamen huiusmodi clerici non regulares minus esse sollicitti q̃ laici de temporalibus, & de suis facere largiores eleemosynas, secũdũ Richar. Ex quo inferri potest q̃ tẽporaliũ abrenũciatio nõ est annexa tonsurę, quia aliqui clerici possunt habere ꝓpria: vtputa non professi vitam regularem, nisi alias sponte sua reliquerint sese deo vouendo. Nec impedit q̃ clerici vet. test. non habebãt sortẽ ab aliis tribubus distinctam. Numeri. xviij. cum dicitur. In terra eorũ nihil possidebitis: nec habebitis partem inter eos. Ex quo enim accipiebant victum a populo secũdum dispositionem legis ibidem non debebant habere partem in hęreditate. Hinc ait dominus. Ego pars & hereditas tua in medio filiorum Israel. Nam secũdũ Richar. q. iij. ar. j. debebant inter alios morari propter diuinum cultũ exercendum. ea propter ab eis recepetunt prouisionem, & habebant cum illis proprias possessiones, & ius in hęreditate paterna secũdũ Tho. Dedit eñ dominus filijs Leui decimas Israel in pos.

Universidad de Deusto
Biblioteca



fessionem pro ministerio quo seruierunt in tabernaculo fœderis, quas in eorum vsum & necessaria conuertere poterant: vt habet lex Nume. 18. Tenebãtur autem Leuitę de decima sua summo sacerdoti decimã dare. Hodie vero clerici qdã habent decimas, quidã beneficia & pbẽdas &c. Nec facit contra dicta qđ habetur Deut. xxxij. de captiuitate nudati capitis inimicorũ. Et Hiere. xlix. Dispergam in oẽm vẽtum qui attonsi sunt. Nã secundũ dicit de Agarenis: qui in modum pugilum radebãtur propter honorem idoli. Et primũ dicitur de confusione captiuorum secũdum morẽ illius temporis &c. ¶ Secunda propositio. Licet tonsura sit ad ordinis susceptionẽ dispositio nõ necessitatis sed cõgruitatis: attamen respectu beneficij, & etiã iurisdictiõis ecclesiasticę est necessitatis. Prima pars probat. Q uilibet enĩ ordo inferior proprie dictus essentialius se habet ad superiorem: & magis præsupponitur superiori q̃ tonsura respectu cuiuscunq; ordinis. sed inter ordines nõ ẽ essentialis præsuppositio: vt supra ar. j. conclusione. iiij. igitur nec tõsura necessario pręsupponitur. Secunda pars ostendit: quia ius spirituale non cadit in laicũ. Non ergo tenet beneficij collatio, aut iurisdictionis cõmissio facta laico non tonsurato. Nam qui non est clericus, non est capax. de transactionibus. ca. Ex literis. Et reserptum impetratum tacito q̃ sit laicus nõ valet. de test. ca. Ex parte. Nec laicus admittit ad accusationem vel testimonium contra clericum. de test. ca. De cętero. qđ hodie non seruatur de consuetudine, inquit Palu. ¶ Tertia propositio. Accipiẽdo nomen ordo in genere: vt dicit gradum dignitatis & pręcellentiæ in ecclesia dei: ratione cuius sibi competit ex officio exercere actũ eminentem, seu etiã sacramẽtalẽ, episcopatus est ordo: sed accipiendo ꝓprie vt respicit Eucharistię consecrationẽ seu corpus Christi verum, ad qđ oĩm actus ordinum ordinantur: sic non est ordo distinctus a sacerdotio. Siquidẽ secundũ Gerso. in de potestate ecclesiastica: licet episcopatus sit potestas hierarchica supra sacerdotium: quia tamẽ nihil potestatis addit respectu consecrationis Eucharistiæ, vltra sacerdotium: igitur non est ordo: sed bene noua potestas. Est ordo: sed indistinctus a sacerdotio: immo est consummatio sacerdotij. Licet ergo episcopus vt talis, habeat ordinare, chrisma re &c. illa tamen non respiciunt directe & immediate Eucharistiam. Nullum enĩ officiorum septẽ ordinum conuenit episcopo vt talí pręcise ratione episcopatus. Patet discurrẽdo oĩa. Hinc cũ oĩis episcopus sit sacerdos, & supra hoc speciale habet potestatẽ, dignitatẽ, & iurisdictionẽ, includit episcopatus eminẽter oẽs ordines ecclesiasticos ad eucharistiam consecrandam pertinẽtes, & superaddit nouam iurisdictionẽ & dignitatem sacerdotio aliquo modo vniuersaliorem & latiorem extensiue. Et licet ratione illius possit dici habere ordinem pręcellentiorem & eminentiorẽ: oẽs alios eminẽter ꝑcellentẽ: quia habet cõferre oĩm ordines: non tamen potest dici habere ordinẽ speciale pertinentẽ ad Eucharistiã consecrandam, dispensandã vel sumendã: & vt sic negat episcopatus esse ordo specialis secundũ cõmunem ordinis diuisionem: non sistendo citra nec transeundo vltra. Posset enĩ sic ordo diuidi. vel est ad exercendũ actus ordinũ, & non ad conferendũ eosdem, vel est ad vtrũq; simul, aut ad conferendũ dũtaxat alijs. ¶ Per hoc ad rõnes: & primũ ad auctoritatem decreti: vbi in genere omnes ordines, & dignitates ecclesiasticę ponuntur, non solum illi septem pertinentes ad Eucharistiam. Et sic loq̃tur Raba. Hinc nominat octo gradus clericorũ: sed non octo ordines: nisi nomen ordo sumatur large, vt supra. ¶ Ad Guilel. Altissio. dicẽdũ q̃ possunt secundum aliam & aliam consideratiõnem & rationẽ plures ordines poni: sed ordines ecclesiastici secundũ ea quæ pertinent ad eucharistiam vt supra, sunt septem. Item dist. xciij. ca. A subdiacono. ponunt̃ solũ octo & eorundẽ ordo & ꝑsuppositio. i. tres maiores cum episcopatu, & quatuor minores. Et dist. lxxvij. c. Illud. ꝑfatorũ ordinum numerus: & pręsuppositio eorũdẽ vni ad alterum ponunt̃. Et nihil habetur de tonsura vel psalmistatu: immo videtur q̃ ibi ponatur determinatus numerus & ordo ordinũ ecclesiasticorũ. Sed loco prefato dist. xxj. recitantur in genere secundũ Isido. gradus ecclesiastici: nõ solũ ex diuina: sed & humana institutione. Et ita possunt illi textus concordari cum cap. Cum contingat. de ęta. & quali. ordi. qđ loquitur in genere de clericatu. ¶ Ad apostolũ ad Hebrę. vij. Sine vlla cõtradictione qđ min⁹ est a meliore benedicitur. intelligitur secundũ Altissio. maior est sine vlla contradictione, qui ex officij dignitate benedicit aliquẽ q̃ qui benedicitur: secus cum hoc fit ex dispensatiua necessitate. Exemplum. Iure suo & ex officio Archiepiscopus episcopum, Episcopus sacerdotem benedicere habet. sic inferior papa, papam consecrat cum non habet se maiorẽ. ¶ Ad dictum psalm. xcviij. dicendum q̃ Moyses dictus fuit sacerdos more scripturę appellãtis quãdoq; viros magnos sacerdotes. Non enĩ fuit vere sacerdos nisi secundum semiplenam significationem nominis sacerdos. Ita loquitur Altissio. Nam consecrauit in sacerdotem fratrem suum Aaron: & filios eius: & sic fuit vsus officio sacerdotali: sed non obtulit hostias: qđ vere erat officiũ sacerdotis. Aaron aũt fuit summ⁹ sacerdos, & ab eo incepit sacerdotium Aaronicũ. Filij aũt



eius fuere sacerdotes, & ab illis secũdũ Raba. ca. vj. Ordo sacerdotũ & presbyterorũ sumpsit exordiũ. ¶ Corollariũ. qua ratione ordines alij a sacerdotio possũt dici veri ordines ecclesiæ, eadem & fortiori episcopatus potest dici vere ordo etiã respectu corporis veri. Nõ potest ratio dari diuersitatis cogens: hi ministrãt panes & vinum & calices &c. huic ministrũ reparat & ordinat. de hoc lati⁹ in dubio. vj. ¶ Q uarta propositio. Psalmistatus nomen est officij non ordinis proprie dicti secundum Richar. Est. n. officium annexum lectoris: cuius est distincta ꝓlatione intellectũ populi illuminare, q̃ non põt conuenire multitudini: Et de post vna cũ alijs canendo etiã inflãmare affectũ. Non est ergo ordo, sed neq; dignitas aliqua. nisi nomen dignitas improprie sumatur & extẽse. In ea re nõ cogunt dicta doctorum: sed opus est habere determinationem ecclesię: si quis vellet assertiue aliquid dicere. M ¶ Secundum dubium est de subiecto tonsurę: Q uibus possit dari tõsura. Itẽ de ministro tonsuræ. Et tẽpore quando põt conferri. Ad primũ. Septẽ habẽs ętatis annos potest tõsurari. & beneficium ecclesiasticum habere. 28. dist. ca. De his. A ttamen non habent vocẽ in electionibus cum non habẽt discretionis annos. de elect. lib. vj. ca. Ex eo. Nec potest eis animarũ cura cõmitti: nec possunt habere personatũ cuiuscũ q; eccl̃ię añ annũ. xiiij. De hoc ad ius scriptũ Papa multa põt. Sed licet maiores septẽ annis possunt tonsurari & beneficium ecclesiasticũ habere sunt tamen secundũ illũ doct. sescuplices personę prohibitę. Cętere vero nõ ꝓhibitę tonsurã permittunt̃ habere: cũ sit edictũ prohibitiuũ. ¶ Primo prohibentur mulieres a corona clericali. Possunt tamen Beguinę & moniales & forte debent radi caput: sed non in modum coronę clericalis. Ad hoc dist. xxx. cap. iij. ¶ Secundo Bigami & irregulares, & serui sine cõsensu domini. lib. 6. de Bigamis. cap. vnico. Vbi prohibẽtur sub anathemate deferre coronam, vel habitũ clericalẽ bigami. Sunt enim nudati omni priuilegio clericali. ¶ Tertio ifantes qui nõ sunt septẽnes, vt supra Infans enĩ est qui nõ cõpleuit septẽniũ. lib. vj. de temporibus ordinã. cap. vltimo. nisi infans velet religionẽ intrare. tunc enĩ potest tonsurari: vt ibidem. Ex quo sumi potest q̃ minor annis qui non habet septennium, potest religionem intrare. ¶ Q uarto illiterati. ibidem. Nõ enĩ sufficit clerico ad chorũ & clericorũ collegiũ deputato scire Pater noster, Symbolũ, & similia: q̃ oĩm laicorũ hoc enĩ deputat̃ ratione tõsurę clericalis. ¶ Q uinto cõiugati inquã, & per verba de præsenti & futuro cõtrahentes: vt in ca. prefato. ¶ Sexto prohibetur quis coronari a non suo episcopo sine licẽtia sui diœcesani. ca. prefato. lib. vj. ¶ Q uerit̃ an clerici N q̃nq; dicũt Tonsuristę, teneantur palã tonsurã portare. Dicẽdũ sub distinctione. Clerici bigami aut alias ex causa alia clericali priuilegio exuti, non tenentur portare coronam: sed debent eam non deferre. de bigamis cap. A ltercationis. li. vj. Et hoc dictum Richar. dicit esse verum de secularibus & non de religiosis qui tonsuram ante bigamiam receperunt. qđ ostendit ex serie textus. Clerici vxorati non bigami volẽtes gaudere priuilegio clericali: & ad bigamiam nõ transire: tenẽtur portare coronã. Q ui si quis clericorũ ideo recusat deferre coronã in fraudẽ: vt possit vitare fõrum ecclesiasticũ propter crimẽ qđ cõmisit, & nõ est bigam⁹: nec alias demeruit priuari priuilegio clericali: compelli potest vt deferat coronam. Si nõ facit in fraudẽ: sed quia vult esse de collegio laicorum dũtaxat: vtputa vult eẽ miles, negociator: bellator &c. nec peccat non portando, nec cõpelli potest vt deferat, secũdũ Richar. Ratio primi manifesta est: quia priuilegiũ meretur amittere qui concessa sibi abutitur potestate. Et frustra legis auxiliũ inuocat qui peccat in legẽ. de sent. excõi. ca. Contingit. j. Nec potest quis renunciare priuilegio concesso in fauorem totius clericalis status quale est huiusmodi indultum: quia facit iniuriã tertio. De foro cõpe. ca. Si diligenti. Secus dum priuilegium concessum est pręcise in fauorem ꝑsonę vnius: tunc enim potest quis sine iniuria & pręiudicio tertij suo cedere priuilegio. Præterea fraus & dolus nulli pꝛocinari debẽt. Ratio quarti est: quia nemo compellitur esse de collegio clericorum, & potest quis suo priuilegio renunciare. Secundum hoc possunt iura concordari, quorũ aliqua prohibent sub anathemate: ne aliqui clerici deferant tonsuram vel habitum clericalem: vt puta bigami. lib. vj. de biga. c. vnico. Aliqua constringũt ad delationem coronę. dist. xxtij. clerici. & de vita & honest. cleri. ca. Si quis. & ibidem ca. Clericus. ij. vbi habetur q̃ etiam inuiti tõderi debent qui sunt clerici &c. ¶ Ad aliud de tempore quando scilicet possit quis tonsurari, vel in clericum radi: Respondet Palu. quæst. iiij. omni die: quia iura non exprimunt certum diem. Nec constringunt tonsurationem ad tempus determinatum: sicuti fit de ordinum susceptione in quatuor temporibus. Igitur omni tempore licitum est

Universidad de Deusto
Biblioteca



tonsurari:& ita dicit generalem consuetudinem.

Q ¶Queritur circa conclusionis quartę dicta: An ante baptismi perceptionem aliquod aliud sacramentum possit haberi & sumi. Quæstio illa magnam continet difficultatem:non nisi per ecclesiam, aut generale concilium, siue reuelationē diuinā sufficienter explanandā. de presbytero nō baptizato.ca.Veniens.vbi talis est casus.Quidam credens se baptizatū,ascendit ad sacerdotium:tā dē comperies se non rite baptizatū,secundū formā euangelij ex iussu Innocentij tertij baptizat⁹ est.Post hoc disputatum fuit super ordinib⁹ pri⁹ susceptis: An.s. vere fuerit ordinatus ante perceptionem baptismi.Visum fuit quibusdam q; nō quia cum baptismus sit fundamentū omniū sacramentorū:ideo ante ipsum nullum pōt suscipi sacramentū : qm̄ vbi fundamentū non est,super ædificari non potest. Et ita illi senserunt q; ante susceptionē sacramēti baptismatis,qđ omnium aliorum sacramentorū no.leg.ponitur ianua,nullum aliud suscipi potest sacramentum. Licet etiā coniugiū infidelium sacramentum dicat:ñ improprie : & stat esse matrimoniū cui nō est annexum sacramentum.s.ante sacramentorum a Christo institutionem,& ante baptismi perceptionē.Et ō tra alij dixerunt.Ex quo verū christianū & Christi membrum,non sacramētum fidei precise:sed fides vera per dilectionem operans facit:& in numerū filiorū dei ponit: saluat quoq; hominē huiusmodi fides vera sine sacramento fidei in re:& non econtra sacramētū fidei sine fide vera: vt patet de ficte baptizato,aut in mortali cōstituto. Est insuper verum christianorum fundamētum præter qđ aliud poni non pōt:super qđ ędificari possunt bona christianorū opera. Ergo stāte hmōi fide vera & baptismo i spū sctō siue flaminis sine baptismo fluminis,potest quis & alia saltē de facto sacramēta ecclesiastica recipere: etsi baptismi sacramentū in re nō susceperit: siue vet. siue no. legis. ¶Preterea vt arguunt illi,sacramentū pontificalis ordinis,& etiam sacerdotalis ac Leuitici generis ex institutione sua precessit baptismū: p qđ videtur q; etiam ante baptismum possint huiusmodi ordines rite conferri alicui:maxime his qui baptizari creduntur. ¶His argumētationib⁹ p̄missis dicit Papa Innocentius q; cum in concilio apud Cōpēdium legitur cōstitutum: q; si qs in presbyterum ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum,baptizetur:& iterum ordinetur: Ideo is de quo casus sonat,ex mādato Papę volentis partem tuitorem amplecti est in hoc dubitabili facto denuo ordinatus per singulos ordines vsq; ad sacerdotium,& permissus in sacerdotio ministrare:quia non intelligitur iteratū qđ ambigitur esse factum: nec male de sacramēto senti tur,cum illud non religionis contēptus : sed articulus necessitatis excludit.hęc ibi.Et in ca.primo sic dicitur. Si quis in presbyterum ordinatus deprehenderit se non esse baptizatū, baptizetur: & iterum ordinetur.Existimo neminē dubitare:qn aliquis infidelis posset de facto sicut & peccator sacramentum Eucharistiæ siue sub specie panis siue vini sumere etiā vsq; ad saturitatem: immo etiam brutum animal,cum sub illis speciebus tā diu manet corpus Christi q̄diu species illę manēt tales q; si ibi esset substātia panis & vini, possent ipsum informare: alias semper dubitādum esset de absentia aut presentia corpis Christi sub speciebus:nec deus miracula multiplicat sine causa. De ministro qui pōt conferre tonsurā, & de effectu tonsurę,cōsule Pe.de Palu.q.iij.art.iij. ¶Ter P tium dubium est: An singulorum ordinum sint actus distincti:secūdum distinctionem characterum in ordinum collatione ipsis ordinatis infusorum. Et quę sint illa officia : vbi denicq; Christ⁹ illa officia ordinum expleuit.Respondetur affirmatiue:singuloꝝ ordinum in ecclesia sunt actus proprij & principales seu primarij inter se distincti:tametsi reperiant multi secūdarij & cōmunes seu indistincti:quos contingit nonnunq; ob paucitatem ministrorum in eadem persona demandari executioni. Prima pars ostēdit dist.xxj.Cleros.& sunt verba Isido.in.vij.Etymo.ca.xij.Hugo de sacra.lib.ij.par.iij.ca.v.Nam ostiarij est tēplum custodire,eccl'ę claues retinere.eam claudere & aperire tempore opportuno : omia quoq; q̄ sunt ecclesiæ i debita habere custodia:Fideles ad ecclesiam colligere : Excōmunicatos propellere: sic dictus secundum Raba.ca.xij.lib.j.de institutione cleri:quia prees ostijs templi.Hoc officium Christus expleuit quando facto de funibus flagello vendentes eiecit & ementes. Ioan.x. Ego sum ostium:per me si quis introierit saluabit &c. Et cū id, scilicet repellere malos & admittere bonos,conuenit ostiarijs ex ordinis officio : licet id ipsum & alij facere possint potestate facti:sed nō officij seu potestate ordinis,videtur q; tales non faciendo id qđ est sui officij, grauius peccent ijs qui sciēter excōmunicatos non arcēt a Missæ auditione:sed quasi acceptāt nō ꝓhibendo, cum id ex officio ordinis ad eos non pertinet secundum Palu.Refert hic San.Tho.q.ij.ar.ij.esse quorundam opinionem q; ostiarijs qui olim in le.vet. ianitores dicebantur:detur in ordinatione q̄dā vis diuina vt arcere possint malos & prohibere de tēplo. Sicut & in Christo fuit quando eiecit vendētes & ementes de illo.Verum Christus fuit deus & homo, & quę voluit volūtate humana,diuina vis potenter effecit ob assistētiā specialem. Aug. lib.ij.cap.iiij.de mirabilibus scripturę. Sic etiā in



telligitur illud dictum Palu.dist.j.q.j.dicētis non includere contradictionem:si qđ vni creaturæ cōuenit naturaliter,alteri creaturæ detur supernaturaliter. Sic dixit Christ⁹ Mar.vltimo. Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Nullum.n.in conueniens secundū eundē videt esse si oēm potentiam alterativā quā habet corpus quodcunq; etiam habuerit corpus Christi:vt sic suo tactu curaret oēm morbū:quē herba vel gemma quęcunq; curaret suo tactu. Cōsilis virtus potuit cōmunicari etiam vmbręe sancti Petri ac vestibus eiusdem.Vnde de Christo dicit.Virtus de illo exibat, & sanabat omnes.Et sic secundum eundē verificatur verbum beati Greg.ij.dialo.dicentis q; sancti viri aliorum miracula ex potestate faciūt. Et similiter anima Christi oēm virtutem motiuā cæli & corporis supernaturaliter habuit,quā habet angelus quicunq; naturaliter secūdū Palu. Posset ad hoc allegari Sapien.xvj. Qđ mirabile erat in aqua quæ oīa extinguit,plus ignis valebat. & infra.Quodā tēpore in aqua supra virtutem ignis exardebat vndiq;:vt iniquā terrę nationem Q exterminaret. ¶Lectores qui secundum tenent ordinē ascendēdo ad sacerdotij consummationē formā & initium a prophetis acceperūt. Horum est verbum dei siue doctrinā pronunciare. Hi eīm populis scripturas legunt,siue p̄dicant qđ sequātur:dicit Magister & Raba. sicut Psalmistæ sic canendis psalmis dicti,suo cātu ad cordis compunctionem audientium animos excitāt. Horū auctores fuerūt Dauid & Asaph:qui primi post Moysen composuere psalmos.Mortuo Asaph filij eius surrogati sunt a Dauid: fueruntq; per successionem generis cantores.Verum prędicare ibi non dicit scripturę interpretationē quā hodie facere solent diuini verbi cōcionatores: sed dicit nudā scripturę corā populis tēpore diuinorū lectionem.Vnde sic imaginādum videtur quo ad consummationē ministerij lectorū secūdū ritum primitiuę ecclesiæ: vt habet Dion y.cap.iij.eccle. Hierar.Cū pōtifex sactā Eucharistiā siue cōmunionē conficere voluit,& eam sumere ac alijs dare:primū fudit orationē suā super altare. Deinde factur⁹ thurificationem vadit de altari ac totum phanū circuit:quo facto iterum redit ad chorum & altare:& ibidem mox concinētibus secū omnibus ecclesiastici ordinis gradibus incipit canere psalmos. Deinde ministrorum officio sanctarū scripturarum lectio suo ordine recitatur,ait Vercellen. Ministri legunt lectiones de sacris scripturis.Hoc videtur fuisse lectorum officium tempore primitiuę ecclesię:legere.s. vetus test.& potissimū dicta prophetarum: vt ea quæ vetus prædixit ventura & futura, in nouo nūc ostendant impleta.Hinc addit Vercellen. Postea recitant lectio nes agiographorum tractatuum: quorū plenior est intelligentia:instar declamationum quæ fiunt a sacerdotibus pro populi exhortatione in die festo. Sic & tūc lectione prophetica cōsummata p lectorem,& psalmis decantatis:quibus interesse poterant energumini, catechumini & pœnitētes facta fuit ad eos exhortatio: & in fide istructio q; fidei & baptismi susceptione per maiores,ac celeri ad vitā sanctā conuersione. Sic secundū Aug. in quinquagenis lector legit psalmū aliquē audiēte populo. Deinc Aug.quas dictauit in mediū pronūciauit cōmētationes eiusdē pro populi eruditione,& scripturæ aptione. Attamen licet olim sic fierent exhortationes & eruditiones ad energuminos, catechuminos:& in pœnitētia cōstitutos non tamen proiciebant margaritę ante porcos: hoc est sacra mysteria quę ab eis habebātur quasi pro nihilo,non aperiebantur eis per actus hierarchicos sacerdotū & pōtificū: quorū est secūdū Diony.purgare & illuminare & perficere idoctos & imperfectos:quia non erant ad intelligendū ea digni & capaces. Sed dicti energumini,arreptitij, catechumini,apostatę,& in pœnitentia adhuc positi extra delubrū fiebant,& licet admittebant ad lectiones & psalmos:sed nō ad celebrationem diuinorum,& sensibilium signorū itellectionem & interpretationem. Intus vero manebant hi soli q diuina spectare merentur atq; percipere. Erant q; ibi positi custodes plurimi:quorum aliqui astabant foribus templi clausis: alij vero propriꝰ aliquid muneris agebant. Deinc pontifex ad officium processit:& completo symbolo a pontifice ac omni clero tanq̄ generali catholicę veritatis cōfessione,ac diuinarū perfectionū laudatione recitabant quędam sacrę scripturę cōmemorationes sacrā conuersationem,& beatū finem sanctorum patrum ostendentes,inquit Vercellensis. Et vt habet alia trāslatio,Mystica piorum sanctorum fit recitatio. Sed quia catechumini nondū regenerati baptismi lauacro,& q.q; modo a huc doctrinis obstetricantur,non erant perfecti ad istorum mysteriorum intelligentiā:ne contingeret eos ex immaturo partu periclitari:sicut paruuli immaturo tempore nati aborsum patiunt:ideo tales nōdū admittunt ad fidei secretiora mysteria:sed ad rudē in fide eruditionē. Sic etiā energumini a diabolo vexati,& peccatorum mole obruti:quia curā viuere studēt & non spū: & similiter apostatæ & a fide recedentes,& catholicam fidem ostentatui habentes: ac nōdū plene ecclesiæ reconciliati: sed pœnitentiæ condignæ adhuc subiecti, veluti porci sunt,ad quorū pedes margaritę non sunt proiciēdę.Matth.vij.ideo tales exteriores fiebāt nec admittebantur ad eucharistię spectationem, ceptionem,seu celebrationem.Hæc ex Diony.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Horū officium Christus expleuit, cum in medio
sentorum librum Esaię aperēs distincte ad intel
ligendum legit dicēs. Spiritus dñi super me &c.
R ¶ His succedunt exorcistę ex greco in latinū ad
iurantes dicti vel increpantes: quia p exorcismos
dęmonē expellere habent ab energuminis: & alijs
grauatis dęmonio. De exorcismis cuius virtutis
sint supra. dist. vj. q. iij. Et sicut dictum est de po
testate supernaturaliter data ianitoribus & ostia
rijs ad propellendum malos homines de ecclesia:
sic de exorcistis posset dici suo modo ad ꝓpellē
dum dęmones. Refert Iosephus regē Salomo
nē excogitasse, suamq; gētē docuisse modos ad
iurationis ad propellendū ab homine dęmones
nunq; reuersuros. De hoc in actibus Apostolo
ca. xix. dicitur. Tētauerunt aūt quidam & de cir
cūeuntibus iudęis exorcismis inuocare nomē do
mini &c. Inuenimus etiā, ait Raba. eos quos Es
dras nominat actores templi, nūc esse exorcistas
in ecclesia dei. ca. x. lib. j. de instī. clerico. Horū offi
cium Christus tenuit: quādo saliua sua tetigit au
res surdi & muti, di. Effeta qd est adaperire. Mar.
vij. docens nos per hoc debere spiritualiter aperi
re aures prēcordiorum hominū ad audiendum &
intelligendū voluntatē dei: & ora ad laudandum
deū. Sic faciunt sacerdotes puerum baptizandū
exorcizantes. Vsus est hoc officio Christus cum
multos dęmones expulit ab hominibus: & mul
tos dęmoniacos liberauit. Hinc dixit. Si ego in
Beelzebub ęjcio dęmonia, filij vri (exorcistę. s.)
in quo ejciūt? Matth. xij. Dictum magistri cū di
cit: Hic ordo a Salomone videtur desēdisse: qui
quēdā modū exorcizandi inuenit, quo dęmones
adiurati ab obsessis corporibus pellebātur: sano
indiget intellectu. Nam secundū prædicta solus
Christus instituit sacramenta: & ita non Salomō
Ordo autem sacramentū est: & in singulorum or
dinum collatione ex Christi institutione infundi
tur character, in quo potestas illa faciendi funda
tur. Potest tamen dici q; ipse inuenit modū exor
cizandi, prēfigurando & præsignando id qđ per
Christum erat instituendū: sicut patuit de aliorū
ordinū prēsignatione. Q; si Salomon cū adhuc
haberet ipm̄ domini, exorcismos illos inuenit, di
cendum est de eis sicut de exorcismis alijs ab ec
clesia institutis: q; consimiliter habēt effectum su
um: sicut exorcismi ecclesię. Si vero cum factus
fuit idololatra: & ita inuentiōe hūana inuenit, di
ci potest q; arte magica expulit dæmonē: sed so
lum voluntarium. Attamen cum exorcista ordi
natus ab ecclesia vtiq; maiorem habet virtutem
ratione ordinis, q̄ non ordinat?: potest dici q; ex
orcismi exorcistarum maioris sint aut fuerint ef
ficaciæ q̄ Salomonis. Vnde dicitur Mar. xij. Ec
ce plus q̄ Salomon hic. Et Luc. xj. Ita sentit Pa
lu. q. iiij. ¶ Succedūt quarto loco Acolyti: q; latī
ne dicūtur Cęroferarij: quorum officium sicut &
priorum describitur. xxj. dist. Cleros. Horum est
portare cęreos dum legitur euangelium, vel dum
fiunt thurificationes in Missę officio: non ad re
pellendū tenebras: sed in signum lętitię secundū
Rabanū: vt sub typo luminis corporalis, ostēda
tur lux illa de qua in euangelio. Erat lux vera &c.
Ioan. j. Quorū typū prę ferebant illi qui de domi
ni mandato in tabernaculo lucernas quotidie ac
cendebant supra candelabrum positas. Item aco
lyti habent portare vrceolos ad altare cum pane
& aqua: licet non habent potestatem sup conten
tis in eis. Horū officio vius est Christus cum di
xit. Ego sum lux mundi: qui sequitur me, nō am
bulat in tenebris &c. Ioan. viij. Qui aūt illorū for
mā & typū gesserunt in vet. testa. habitum est cō
clusione prima. Hi legere possunt epistolā. de vi
ta & honest. cle. ca. iij. addit glos. In necessitate, &
in ecclesijs in quibus nō sunt subdiaconi. Et qa
secundū Palu. omnes actus horū minorum ordi
num etiam possunt licite fieri de cōmuni consue
tudine a non ordinato: ideo vt videtur, si quis in
minoribus constitutus est excommunicatus, vel
suspēsus, & ingerit se ad exercitiū illorum actuū,
qui etiam sine ordine licite fieri possent de iure,
vel consuetudine, nō efficitur ex hoc irregularis.
Sic si quis inciperet, Deus in adiutorium meum
in choro solēniter cantando: vbi id non est solitū
fieri specialiter a constitutis in sacris, non incurrit
cum & ibi laici psalmos cantēt. Secus si consuetū
est id fieri a sacerdote duntaxat. Nam & monia
les horas canunt & psalmos. Hæc ille. ¶ Quint? S
ordo & primus inter maiores est subdiaconorum
qui apud grecos Hypodiacones dicebant: nunc
vero subdiacones: vel subdiaconi dicūtur: ex eo
q; subsunt prę ceptis & officijs diaconorum, & in
eorum ministeriū releuādū sunt instituti. j. Esdrę.
viij. vbi Dauid & principes instituerunt in mini
sterū Leuitarū Nathineos. ccxx. Qui ergo nunc
subdiaconi, olim nathinei dicebātur: in humilita
te dño seruētes. De illorū ordine fuit Nathanael
secundum Hugo. & Raba. de quo in Ioan. euan
gelio. j. Ecce verus Israelita in quo dolus nō est.
Proprium officium subdiaconorum est secundū
Scotū, materiam consecrandam offerre & prępa
rare. Hic est act? ꝓprius & immediat?: sed legere
epistolam est actus remot? & impropriꝰ. & ideo
habent diaconis subseruire: & eis calicem cum pa
tena ad altare deferre: & iterum peracto minister
io referre: vrceolū quoq; & aquā, manile & manu
tergium tenere, cum presbyter & leuitę altaris mi
nisterium perficere volūt. Item oblationes ad al
tare ponere, prout sufficit populo dei, hoc est ho
stias consecrandas siue panem & vinum pro Eu



charistia conficiēda. Insup corporales & pallas &
subtratoria lauare. Nūc alius vsus multarū eccle
siarum. Pallę eteiā & subtratoria a laicalib? mu
lieribus: corporales vero vel corporalia quādoq;
a virginibus & sacris montalibus lauantur secun
dum Palu. q. v. prę sertim dū prima ablutio facta
est a subdiacono. Sed hāc obseruātiā Angelus
in Summa dicit esse iuris cōstitutioni contrariā.
de conse. dist. j. Nemo. Et dist. xxiij. ca. Sacratas.
& cap. p̄cedēti Sanctimonialis. §. Vasa. vbi oīm
no prohibētur sanctimoniales fœminę sacra va
sa vel sacratas pallas contingere. Et si hoc habet
veritatem de Pallis, longe amplius de corporali
bus. Et forte nomine Palla ibi venit etiā corpora
le: qđ etiam substernit? sicut Palla eucharistiæ. In
cap. Nemo, allegatur pro ratione: ne forte puluis
dominici corporis male decidat. Et de sindone
expresse addit vltra nunc dicta textus: q; etiā nō
debet lauari extra sacrarium: q; si quis secus fece
rit, peccat: & hoc in pelui noua: quę nihil aliud tā
gat. Nec licitum est ibidem pallas & vela tanuarū
lauari in eadem pelui, hoc est cortinas altaris. Q;
aūt nomine sindonis veniat corporale: q̄is eti
am veniat nomine pallę: vt videt posse sumi ex
rigore textus: patet in cap. sequenti. Consulto. de
conse. dist. j. & Matth. xxviij. Disponitur ergo in
cap. Nemo. q; diaconi cum humilibus ministris
hoc est subdiaconis pallas & vela quæ in sanctu
ario sunt si fuerint sordida lauent. Sindonē ve
ro non foris abluāt: & erit hoc non operanti pec
catum. Attamen si prævaluit consuetudo & ob
seruantia q; corporalia traduntur monialibus la
uanda: vt supra: expediens videtur q; prima eo
rum ablutio fiat per constitutos in ordinibus sa
cris: & ablutio projciat, prę sertim prima, non ad
locum prophanū: sed intra sanctuarium. Addit
Palu. q; si qui ex deuotione volunt corporalia tā
gere, deuotio illa indiscreta est & p̄sumptuosa: si
cut Oza præsumpsit tangere arcam domini. ij.
Regum. vj. cum boues calcitrabant: & morte per
cussus fuit a domino. De ministerio diaconorū
& subdiaconorum & cæterorum ministrorum
celebrante episcopo, habetur in epistola Anacle
ti iuxta medium. Item cum subdiaconus ordina
tur: vt diacono imponitur ei manus ab episco
po: sed alia est manus impositio quæ fit subdia
cono. de sacra. iterū cap. j. & vltimo. Habet etiam
tangere vasa sacra: vt diaconus: qđ nulli inferio
rum permittit̄. Computatur inter sacros ordines
de æta. & quali. ordi. cap. A multis. Et de ser. non
ordi. ca. Miramini. dicit̄: q; subdiaconus cū dia
cono pari gaudet priuilegio. Nam licet sacer or
dō institutione Greg. & Vrbani secūdum moderna tē
pora sacer gradus minime esse dubitat̄. Hæc ibi.

Verum quia subdiaconus ordinē sacrum recipit
& primū inter maiores: ideo ex ecclesię statuto ad
continentiam tenetur. dist. xxvij. cap. Nullū. vbi
dicitur. Nullum facere subdiaconum presumant
episcopi: nisi qui se castum victurum esse promi
serit. vbi glos. Ecclesia neminē cogit cōtinere: sed
in ordine quē dat: legē potest imponere quā vult
Item dist. xxxj. Ante triēniū. Item dist. lxxxiij.
cap. Cum in prēterito. ¶ Hinc oritur dubium. Si T
tenetur ad continentiam: quæritur: super quo ca
dit votum eorundem cum iam ordinantur? An
super non nubere, vel super non fornicari aut nō
luxuriari: seu non velle vti copula coniugali: qđ
est non nubere? Ad hoc respōdere videtur Sco.
distinct. xxxvij. quarti, q; clerici vouentes con
tinentiam voto solenni, ponunt se in potestate
ecclesiæ quantum ad oppositum eius ad quod
est cōtract? matrimonij. Q; ad onus ecclesia ad sor
tem domini vocandis ex causa rationabili impo
nere potuit, & imposuit. Pro illo est text? addita
glos. statim allegatus. & ca. de his vbi supra cum
dicitur. Coram totius cleri plebisq; cōspectu vo
luntas eorum. s. ordinandorum de expetendo cō
iugio ab episcopo perscrutetur. Vbi concilū To
letanum disponit q; accessuri ad subdiaconatū
profiteantur continentiā: ita q; non nubere sit il
lud super quo fertur subdiaconorū cōtinētię vo
tum directe & immediate. Hinc dicitur infra. Ca
uendum tamen est his nequando suę sponsionis
immemores: aut ad terrenas nuptias. glos. quę ter
ram implent: aut ad furtiuos cōcubitus, id est cō
cubinatū: seu contractus occultos non solēniza
tos: vbi tamen mutuus interuenit consensus, se
cundum Archid. vltro concurrant. Et dicitur no
tanter, Nuptias quæ terram implēt: per qđ notat
vsus coniugalis copulę: quem ecclesia intēdit re
mouere. Et furtiuus concubitus concubinatus:
vt in cap. Is qui. dist. xxxiiij. Et sequitur in ca. de
his. Quibus autem voluntas propria interroga
tionis tempore desiderium nubendi persuaserit:
concessam ab apostolo nubendi licentiam aufer
re non possumus. Ex quo sequitur q; votum qđ
faciunt subdiaconi in susceptione maioris ordi
nis, & religiosi cum profitentur secundū Gerso.
in regulis moralibus de matrimonio: immediate
fertur super non nubere, & non super non forni
cari: saltem ex ecclesiæ institutiōe, quicquid sit de
libera promittentis sponsione & ꝓmissione. Hoc
etiam potest ostēdi ex quid nominis vouere: qđ
vtiq; respicit dūtaxat opus supererogationis: vt
dicunt doct. & Gerson in regulis de matrimonio
vbi supra: & non cadit super ea quæ sunt præce
pti: vt dicetur dist. xxxviij. Cum ergo non forni
cari sit p̄cepti diuini, super eo proprie non cadit
votum: ideo cum aliquis ordinandus aut profes

Universidad de Deusto
Biblioteca



sus vouet castitatem, votum illud proprie cadit super non nubere. Hoc enim supererogationis est & libertatis. Hinc beatus Ambro. & habet. 32. q. j. ca. Integritas. Integritas corporis experenda est a nobis: quā ego pro cōsilio suadeo, non pro imperio præcipio. Sola em̄ est virginitas quę sua dari potest: imperari non potest, res magis voti q̄ præcepti est. Q̄d vtiq; verum non esset: si vouere castitatem caderet super non fornicari: hoc em̄ præcepti est: non nubere vero, consilij. Quid est non nubere? est non velle vti coniugali copula, siue coniugali cōmixtione. Nā secundū Scotū clerici vouētes i ordinādo ponūt se ad oppositū illi⁹ ad qđ est contractus coniugalis cōi lege. Non dicit ad oppositū illius qđ est cōtractus, sed ad qđ est contractus coniugalis: hoc est nō velle vti copula coniugali. de quo infra dist. xxxviij. de voto. Quomodo em̄ alias virgo Maria seruasset votum continentię (de quo infra) contrahēdo cū Ioseph? Ad hoc Aug. sermo. xxxvij. ad fratres eremitas. Sacerdotib⁹ coniugiū prohibetur. Cōiugium inquit. Hinc Apl's. j. ad Timoth. v. de iuuenibus viduis votum castitatis emittētibus & luxuriantibus: & deinde nubere volentibus, ait. Adolescētes viduas deuita. cum em̄ luxuriatę fuerint in Christo nubere volunt, habentes damnationē quia primā fidē irritā fecerūt. Ecce Apostolus in his verbis hmōi viduas luxuriantes dixit: nō qa fornicatę fuerint: sed quia post emissum castitatis votum in virginali vel viduali statu degentes nubere voluerunt. Nam continentia talis cum cadit sub voto: non solū capessere nuptias: sed etiā si non nubant, nubere velle. i. cum proposito experiendi libidinē in matrimonij cōsummatione (qđ nō fuit in coniugio Ioseph & Marię) damnabile est. Hinc suā habēt damnationē, qm̄ primā fidē irritā fecerunt: etsi non nubendo: tm̄ volēdo. non qa nuptię dānant: sed dānat ꝓpositi fraus. Damnat voti fracti fides &c. quę late explicātur xxvij. q. j. Nuptiarū. Ex quo elici pōt: sicut vouens non nubere est voti fractor si nubit aut nubere vult: ita obligans se obligatione speciali: citra ecclesię & sanctorū patrū obligatorią intentionē ex suo libero proposito ad non fornicandum potest dici talis ꝓmissionis violator: sed non voti fractor proprie sumpto vocabulo. Potest em̄ secundū Duran. quis vouere etiā id ad qđ tenet lege diuina. Dictum est obligatoriam ecclesiæ, & sanctorum patrum intentionē. Nam sicut decalogus datus est vt per eius obseruantiam homo mereatur vitam æternam: & hoc intendit legislator: non tamen obligauit hominem vltra actus substantiam & p̄cepti materiam ad eius meritoriam obseruantiam: quā tamē plus intendit q̄ obseruantiā simplicē ad literam: alias si obligaret ad eius meritoriā obseruantiā: quis seruando ad literam, & non ex gratię inclinatione peccaret: Ita in proposito intentio obligatoria ecclesiæ cadit super non nubere directe, & non sup non fornicari in voto cōtinentię. Ad idem loquitur Palu. dist. xxxviij. q. ij. §. Septima diuisio. cum inquit. Inordine sacro essentia voti est ab ecclesia, quę ipsum annexit ordini. Essentiā voti dicit materiā voti: vt patet in expositione sua. ¶ Ex his pōt inferri conclusio responsiua salua sententia sanctore & ecclesię determinatione. Votum continētię: qđ ex institutione ecclesię est sacris ordinibus annexum: qđq; subdiaconi & clerici ex statuto ecclesię faciunt ordines sacros suscepturi, cadit vi cōstitutionis, & ordinationis ecclesiæ obligatiue directe & immediate super non nubere, & nō super nō fornicari, nisi accedat alia ordinandi obligatio libera & singularis: qua se quis vult vltra legem pri⁹ data a deo modo speciali amplius obligare. Pōt conclusio persuaderi. Nam a voto continentiæ qđ faciūt ordinandi, possunt accedēte dispensatiōe papali liberari. Immo sicut ecclesia statuit q; sic fieri debeat: ita posset ipsum tollere & retractare. Hoc autem de fornicatione, aut debiti reddītione post cōtractū legitimū potestate humana fieri non potest, cum sit ꝓcepti diuini. Non em̄ potest ecclesia dare licentiam ad fornicandum: sed ad vti contracto matrimonio, & ad nubere clericis. Hoc potest etiā ostendi auctoritate sanctorū patrum & scholasticorū doct. Sanct. Tho. ij. ij. q. lxxxviij. ar. vndecimo dicit. Non est essentialiter annexum debitum continentię ordini sacro: sed ex statuto ecclesię. Vnde videtur q; per ecclesiam possit dispensari in voto continentię solēnizato sacri ordinis susceptiōe. Addit idē doctor q; nō sit annexum essentialiter statui & voto religionis Idem tenet Palu. dist. xxxviij. q. iij. ar. iiij. conclusione. x. &. xj. vbi refert papā dispensasse cum rege Aragonū: quē ꝓpter defectum prolis compulit exire monasterium ad matrimonium contrahendum, qui vxoratus liberatus fuit a voto castitatis. Vnde nec post mortem vxoris tenebat? continere, & paupertatem habere: vnde & filios hęredes habuit. Sic etiam de voto obediētię dicēdū. Q; aūt defuncta vxore redijt ad monasteriū, perfectionis fuit. Hęc ille. Sic secūdū eundē licet papa non possit facere q; professus non fuerit professus: potest tamen facere q; non sit obligat⁹ religioni: nec ad vota religionis: quia in omni obligatione intelligitur auctoritas papę excepta. Ad idem est Richar. dist. xxxviij. ar. ix. q. j. vbi cū dixit papā posse dispensare in omnibus votis quæ non sunt præcepti diuini: sed dūtaxat supererogationis: exemplificat de voto continentiæ: tanq̄ de voto respectu obiecti supererogationis, di-



eens. Si persona quę continentiam vouerat, nubat per obedientiā domini Papæ, sua obedientia magis meritoria est sibi q̄ continentia, quantū ad prędictū substantiale. Sic vitatio cōis mali: vitatio ꝓbabilis trāsgressionis voti: si probabilitas sit vehemens, aut maior profectus: sic etiā vitatio maioris mali, secundū Duran. q. ij. dist. xxxviij. possunt esse rationabiles causę dispēsandi in quocūq; voto supererogationis. Alias em̄ qđ ꝓcharitate factum est, cōtra charitatē nonnunq̄ militaret. Hinc concludit idem doct. & Duran. Ōne votū qđ est de his quę sunt supererogationis, dispensabile est subsistēte causa rationabili: qa in quolibet tali potest inueniri ꝓfectus matoris boni: vel euitatio mali, siue per comparationē ad rēpublicam siue ad priuatā personā vouētem. Dictat enim ratio recta aliquē esse in loco dei constitutum in et⁹ ecclesia, qui periculis cōmunitatū, & personarum pensatis infirmitatibus & vtilitatibus & damnis possit rationabiliter obuiare. Ex illo etiam posset sumi ratio defensionis multorum religiosorum qui petunt secum ex causa rationabili dispensari: vel cum de statu religiosorū in aliquo loco fit collegium canonicorum secularium. Secūdo potest conclusio sic ostendi. Si votū istud clericorū non fertur directe & immediate sup non nubere: qđ est abdicare prorsus a se cōiugalē copulā carnalē: sed super non fornicari: ecclesia duriorē legē imposuisset ecclesiæ latinorū q̄ græcorum præter eorum demeritum. Sic em̄ in ecclesia latinorū vltra legem dei prohibitiuā qua ligantur non fornicari, & ecclesię constitutionem de non nubēdo haberent specialem obligationem vltra legem diuinam de non fornicando: qđ esset eis maximū onus. Nā non licet eis contrahere: nec vti matrimonio ex statuto ecclesię. Et tenētur nō fornicari ex propria & similiter diuina ꝓhibitione & obligatione. Ecclesia vero Græcorum solū tenet nō fornicari ex lege diuina: nec ꝓhibetur ab vsu matrimonij prius cōtracti. in ca. Quoniā. distin. xxxj. Immo in sacris constituti licite vtuntur copula coniugali. Ita tamē q; coniugium præcesserit ordinationem. Cum em̄ tam ordinati sunt, de inceps contrahere nō possunt: vt est clarus text⁹ iuncta glos. dist. xxxij. Si quis. Si qs eorum qui ad clerum accedūt voluerit nuptijs copulari: hoc ante subdiaconatus ordinationem faciat. Ad hoc cap. Nicena. distinct. xxxj. Errant itaq; dicētes græcos iam in sacris constitutos posse cōtrahere. Sicut ergo græci clerici iam ordinati nō possunt nubere: ita & latini ordinati promittunt vel le non nubere, poterant tamen prius nubere: iam vero sunt per ecclesiam illegitimati ad coniugiū ordinis susceptione. ¶ Tertio idem potest probari ex serie textus statutorum ecclesię & patrum definitione. Nam in ca. Aliter. dist. xxxj. dicitur. Aliter se habet orientalium traditio ecclesiarum, aliter huius sanctæ Romanæ ecclesiæ. Nam eorū sacerdotes diaconi atq; subdiaconi matrimonio copulantur: matrimonio contracto vtuntur: Istius autem ecclesiæ nullus sacerdotum a subdiacono vsq; ad episcopum licentiam habet contugium sortiendi. Per solum autem castitatis votum Latini secernūtur a Gręcis. Clare ergo habetur ex hoc textu, q; votum castitatis cleticorum latinorum cadit super nō nubere. Per nubere em̄ & non nubere hæ ecclesiæ distinguuntur a Papa Stephano in prædictis verbis. Idem habetur in cap. Quoniā. eadem dist. cum dicitur. Quoniam in Romani ordine canonis cognoumus eē traditum eos qui ordinati sunt (secundum glos. ordinantur presbyteri, vel diaconi profitētur) q; iam suis non copulentur vxoribus. Vbi expresse dicit eorundē professionem esse de non nubere: qđ est non vti vxore in re vxoria. Ad idem in cap. Si laici. eadem dist. Sacerdoti cui semper offerenda sunt sacrificia, semper orandum, semper matrimonio carendum est. Ecce iterum de nō nubere fit sermo. Euidenter hoc dicit cap. Lex. ibidem. Lex continentię eadem est ministris: subdiaconis: & diaconis, secundum Archi. quæ presbyteris. Qui cum essent laici siue lectores: in minoribus constituti ordinibus secundum Archidia. licite & vxores ducere, & filios procreare potuerunt: sed cum ad prædictos peruenerunt gradus, cœpit eis non licere qđ licuit. Ad idē est August. & habetur. xxxv. q. j. cap. Cum igitur. vbi ait. Ecclesia post apostolica instituta, quędam cōsilia perfectionis addidit: vtpura de continentia ministrorum. Ecce cum vellet asserere ecclesiam quędā nunc instituisse ꝓ ꝓceptis q̄ apl'or⁹ tēpore erāt de ꝓsilio & pfectiōe, exēplū posuit de cōtinētia ministrorū. Ex quo apte colligit, q; hęc continētia quā vouēt subdiaconi ex statuto ecclię, nō respicit vi cōstitutiōis nō fornicari: qa hoc semp fuit ꝓcepti: sed nō nubere: qđ fuit cōsiliū tpe apostolorū. Ex illo etiā patet solutio: si quęrit an clerici, aut etiā religiosi fornicarij sint dicendi voti fractores an nō. Et tm̄det Gerson vbi supra, q; nō. ꝓbat ex quid nois vouere. Et nota q; dicitur vi cōstitutionis præcise. de hoc infra latius dist. 38. Et tm̄ de illo dubio, sententia maiorum & eccliæ determinatione semper salua. ¶ Si q̄rit vbi vel qñ dñs vsus est subdiaconorū officio: Rndetur Ioan. xiij. secundū Hugo. quando lintheo se p̄cinxit & mittēs aquā in peluim pedes discipulorum lauit, & lintheo tersit. ¶ Diaconorum vero officium qui in lege veteri Leuitæ dicebantur a tribu Leui: vnde & nomen receperunt, est sacerdotibus assistere & ministrare in omnibus quæ V.

Universidad de Deusto
Biblioteca



aguntur in altari: sanguinem dominicū sed non corpus domini dispensare: nisi in necessitate (ait Palu.) cum infirmus est moriturꝰ & presbyter nō pōt ad manū haberi: vel cū presbyter est impeditus: aut non sufficit per sese (vt in paschate) totū populum cōmunicare. dist. xciij. ca. Presente. An diaconus habeat predicare ex officio nouū testamentū, euāgeliū. l. & epl'am, sicut lector vetus testamentū: vt refert magister in litera: Videtur q̄ sic, accipiendo predicare hic sicut supra in officio lectorū, ponendo differentiā inter planā lectionē scripturę, & eius explanationē siue interpretationē pro populi illuminatione & pfectione: vt est actus hierarchicus. sic enim p̄dicare non conuenit diacono ex officio seu ordine. xvj. q. j. Adiscimus. vbi habetur q̄ nullus pręter diacono ex officio seu ordine. xvj. q. j. Adiscimus. vbi habetur q̄ nullus pręter dñi sacerdotes predicet siue monachus siue laicus, etiā quomodocūq; de noie scientię glorieť. Proprīū officium & immediatū est circa Eucharistię materiā offerē dā vel dispensandā: & non legere euangeliū. hic est actus remotus & minus perfectus secundum Sco. & Rab. ca. vj. vbi supra. Potest tñ diacono cōmitti vel ex consuetudine vel auctoritate superioris officiū predicandi: quia licet non habeat auctoritatē ex ordine, habet tñ habilitatē secundū Palu. Possunt etiā viri docti nonnunq̄ facere oīones pro pfectu vel cleri vel aliorū in gymnasijs, aut cōuētibus. Sic alię pſonę deuotas exhortationes pro pfectu suorū subditorū: sed nō publicas cōciones. Et licet Palu. dicat q̄ archidiaconus habet ex officio p̄dicare: tñ ex serie textus de officio archidiaco. c. Officiū vero. nō habeť aliud nisi q̄ pōt cū vult euangeliū legere, aut diaconis idipsum cōmittere. Sic etiā cū dist. xxv. ca. Perlectis. dicitur, q̄ sicut lectorib⁹ ve. test. ita diaconis nouū predicare pceptū est: p̄dicare ibi sumiť pro legere: vt dicit Glos. in ca. Adijcimus. supra allegato. Sed q̄ nec laicis, nec etiā alijs diaconis liceat sibi vsurpare officium p̄dicatiōis, habetur de hęreticis. ca. Cū ex iniuncto. §. Cū igiť. nisi mittanť ad hoc secundū doctrinā apl'i. Et in ca. Excōmunicamus. §. Quia vero. dicit. Quia vero nōnulli sub specie pietatis auctoritatem sibi vendicant p̄dicādi: cum Apl'us dicat: Quomodo p̄dicabūt nisi mittantur? oēs qui phibiti vel non missi præter auctoritatē ab apl'ica sede vel catholico ep̄o loci susceptā, publice vel priuate p̄dicationis officium vsurpare p̄sumpserint, excōicationis vinculo innodenť. Non igiť licet laicis p̄dicare. ibidē ca. Sicut. ij. Nec mulieribus. xxiiij. dist. ca. Mulier. Cū aūt diaconi habent habilitatē vt Palu. loquiť ad p̄dicādū ex ordine, possunt vel de licētia diœcesani, aut curatorū, vel aliorū stāre p̄suetudine ad populū cōcionē facere: q̄d q̄dā p̄dicare dicūt. Plura alia q̄ de cōsuetudinę min⁹ pricipaliť ad officiū diaconi ptinēt, habētur in Magistro & Hugone. Hoc officio Christus vsus est quando post cœnā sacramentum corporis & sanguinis dispensauit, & q̄n eos dē dormiētes ad orationem excitauit dicens. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Hinc & hodie diaconus p̄monet habere aures ad dominū. Ipse donat pacē & annunciat: ad benedictionē populū hortať & sil'ia. Hic ordo ab apostolis celebratus legitur Act. vj. q̄n apl'i cōstituerunt septē diaconos plenos spiritu sancto: quos p̄fecerūt ministerio mēsę vel his q̄ ministrabant: vt sic ipsi circa verbi dei seminationē sine impedimēto sese occupare possent. ¶ Sacerdotū siue presbyterorum officiū q̄d a filijs Aarō inchoatū est secundū Rabanū: & nō ꝓprie ab Aaron principe sacerdotū nisi inquātū fuit sacerdos: hoc officium inquā respicit & corpus Christi verum & mysticū. His duplex datur in ordinatione potestas, non simul & semel: sed successiue. Quarum vna respicit consecrationem corporis & sanguinis domini. Et illa potestas cōmuniter dicitur potestas ordinis: quia est inseparabiliter annexa illi ordini & inimpedibiliter: quia non pōt impediri, vel auferri, quin sacerdos habens materiā aptā & intentionē debitā cū cæteris ad hoc requisitis, nō obstante quacūq; phibitione vel suspēsione, vel degradatione, possit de facto consecrare. Alia potestas respicit corpus Christi mysticū: & dicit q̄n q̄ potestas administrationis sacramentorum, & pręsertim sacramenti pœnitentiæ: a quo etiā speciale sortitur vocabulum q̄ dicit potestas clauis, vel etiam iurisdictionis spiritualis in foro pœnitentię. Hęc potestas soluendi & ligandi a peccatis etiam potest dici potestas ordinis & officij: quia fundatur in charactere suscepto in ordinis suscep X tione: qui cum sit indelebilis, & potestas illa indelebilis est. Et cum sacerdos quēpiā absoluit in foro pœnitentię: hoc principalius facit ratione ordinis q̄ ratione iurisdictionis: quia illa p accidēs cō currit secundū Palu. Et licet oportet esse subditū quēpiam si sacerdos vult vt iudex alium absoluere: & hoc duplici subiectiōe. s. volūtaria ipsius peccatoris confitentis, & auctoritatiua superioris dantis fauorem confessuro vt possit se subijcere iudici, hoc est sacerdoti, & neutra sine alia sufficit: tamen illa ministri idoneitas & materię sic subiectæ congruitas non sunt ex institutione ecclesiæ: sed Christi, qui sacramenta instituit: & huiusmodi potestatem clauium suo ministro tribuit: vt supra distinct. xix. Et ideo si alterum illorum defuerit, nihil sit simpliciter. Potestas prima omnibus sacerdotibus confertur æqualiter, nec plus vni q̄ alteri: siue sit episcopus siue non episcopus. Nam ad omnes sacerdotandos dicit̄ equaliter. Hoc facite in meā cōmemorationē. Et iterū.



Accipite spīm sanctum: quoꝝ remiseritis &c. Nō sic potestas executionis, vel etiā iurisdictiōis. Valde refert habere potestatem clauium, & habere executionem clauium. Nā habere potestatē clauiū: non dicit habere potentiā propinquā ad soluēdū vel ligandū: sed remotā: qa stat quē habere potestatē clauium siue ordinis: & tñ ipsum esse prohibitum a superiore: vtputa suspensum, irregularē excōicatū &c. Potestas ordinis fundatur in charactere indelebili & inseparabili quē vi ordinationis suscepit: sed potestas iurisdictionis aut executionis dicit potentiā propinquā, & exigit materiā subiectā, & non prohibitā iurisdictionis executionē: qua carent qui sunt ab ecclesia phibiti vel nō habent materiā subiectā. Materia subiecta est peccator subditus. Subditus duplici subiectione: vt dictum est secundū Gerson. cōsidera. ij. de potestate ecclesiastica. Ecclesia enī nō vult hominem peccatorē esse subiectū excōicato vel pręciso. Sic stat aliquē habere potestatē iurisdictionis, & non ordinis: vt curatus q̄ nō est sacerdos. Ex quo sequitur primo q̄ oīs sacerdos rite ordinat⁹ habet potestatem siue clauē ordinis, siue habeat actu subditum siue non. Hāc potestatē oēs apl'i a Christo immediate receperunt: sed potestatē iurisdictiōis mediate: quia mediāte Petro. Hic enim subiectos sibi a Christo cæteris subiecit: & ita iurisdictionē dedit in eos. Si vero est sacerdos nō habēs subditū, tā habet potestatē ordinis, sed nō iurisdictiōis quia relatiue dicūtur ad se inuicē: sicut seruus ad dominū, habere iurisdictionē, & habere subditū. ¶ Corollariū secundū. Stat aliquē habere claues ordinis: & tñ nō habere executionē clauium: ex ecclesię prohibitione modo alio a prędictis. vtputa aliquis ordinatur ab eo qui nō habet executionē iustā clauiū: is non potest eā dare alteri. Cū ergo q̄s ordinať ab ep̄o degradato, excōicato, vel suspenso, aut qui renūciauit episcopatui: siue ab ep̄o nō suo sine licētia sui ep̄i, q̄uis illi sic prohibiti possint vere ordines cōferre: attamen cum ipsi sunt prohibiti ab executiōe ordinū, qui ab eis ordinanť etiā phibētur ab ordinis executione. Ratio ē: qa sic ordinātes carēt potestate executiōis: ideo in alios trāsfūdere nō possunt. Q̄d. n. nō habet q̄s, nō pt alijs dare. j. q. j. Qui pfectionē. & ca. sequē. Et idē esset si essent cōformia impedimēta ex pte ordinati. Potestas igiť executiōis dať & accipiť cū ordine cū iā dicta nō subsunt impedimēta. Et hęc potestas executiōis siue sit vna siue plures: dicit̄ potestas remota: qa posito ordine pōt simpliciter impediri. ¶ Corollariū tertiū. potestas clauis vel ordinis sup corpus Christi mysticū, est potestas ligādi vel soluendi nō propinqua: sed remota: quia nō semp pōt in actum & in executionem. Est enī potestas nō naturalis: sed volūtarie concessa: ideo nō pōt in opus contra volūtatem concedentis. Est ergo potentia remota, indigens alia potentia actiua: vt exire possit in actū. s. concessione & non prohibitione superioris: & subiectione peccatoris. Dictum est notanter. Vel ordinis super corpus Christi mysticū. Nā potestas ecclesiastica primo diuidit̄ in potestatem ordinis & iurisdictionis. Ordinis subdiuidit̄ in corpus Christi verū in cōsecratione, & mysticū in sacramētorum administratione. Iurisdictiōis etiā diuiditur in foro exteriori & interiori. In interiori duplex ē. Vna clauis scięt̄ię & potestatis in peccatorum absolutione. Alia in pœnarū cōmutatione p indulgentias secundū Gerso. ¶ Corollariū quartū. potestas executionis & iurisdictionis nihil dicūt superadditū primæ potestati clauiū vel ordinis ex parte ipsius sacerdotis habentis eandē: sed potestas executionis vltra potestatem ordinis dicit remotionē phibitionis ne quis hoc ordine vtatur, qua prohibitione sublata iā haberet executionē. Sed tertia, puta iurisdictiōis, dicit subiectionem materię: q̄ est peccator subdit⁹ subiectione volūtaria & superioris. Prima ergo potestas ordinis est potestas remota ad executionē & iurisdictionem. Fit aūt ꝓpinqua si tollť phibitio executionis: & si peccator se subijcit vel subiscere pōt potestatem habenti. ¶ Corollariū quintū. Si quis subiectus est alteri pōt se eo annuente & volente alicui subijcere: & ita eius iurisdictionem in foro ligandi & soluendi recipere. Nec tūc dat ei de nouo facultatem ligandi & soluēdi: sed illam prius habuit in potentia remota: qa caruit materia in quā eā exercere posset: quā ille annuens nūc subijcit quātum ad se spectat. ¶ Corollarium sextum. Si q̄s non habet potestatem ordinis: vtputa quia non est sacerdos: est tamen curatus habēs iurisdictionem in alium: potest aliquem alium aduocare: q̄ de eius licentia subiectos absoluat: dato etiam q̄ is, qui dat licentiam alteri exercendi claues ordinis in suos sit excommunicatus præcisus vel suspensus ab officio vel iurisdictione: vt supra dist. xxiij. quæst. j. Nam sic non dat alteri potestatem clauium, & facultatē ordinis absoluendi & ligandi suos: sed prius eam habet ex ordine susceptō. duntaxat subijcit sibi prius non subiectos, & facit eum exire in opus materiam ei subijciendo, in quam prius non potuit potestatem ordinis exercere. Vnde dicitur de pœniten. & remiss. Omnis vtriusq̄. q̄ sine licentia proprij sacerdotis alter non valet eum absoluere. Non dicit sine auctoritate eius: sed sine licentia: quia absoluendi potestatem remotam habet suo iure, quia sacerdos, sed non habet peccatorem subiectum. Ex hoc sumitur fundamentum illius communis dicti, q̄ in articulo mortis quilibet sacerdos est ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca



luti summus pontifex, quo ad potestatem ordinis & iurisdictionis: sic q̄ potest absoluere tunc & a vinculo excōmunicationis maioris, & a peccatis sicut Papa: sed non pōt sicut Papa indulgē tias dare: secūdū Palu. dist. xx. & xxiij. Etiam si duo sacerdotes essent in articulo mortis constitu ti maiori excōmunicationi subiecti, potest alter al terum absoluere: quia in iure partic̄antur impedi mentum ignorantię & necessitatis. Ignorantia cū est inuincibilis excusat: & necessitas non habet le gem. Nunc autem excōmunicatus cū ignorat se talem: aut cū ab aliis nescitur excōmunicatus eē: vt puta occulte excōmunicatus, pōt absoluere & excōmunicare, & tenet factū, ac si non esset ligat⁹ quia paria sunt, non esse: & non apparere. de sen. & re iudi. ca. Ad probandum. & .iij. q. vij. §. Verū tamē. Vbi valet sententia lata a seruo qui putaba tur liber. Ita etiā in casu necessitatis proposito al ter alterū soluere pōt: ac si non esset ligatus. Hæc ille. Sic refert Panor. de consecra. eccle. ca. Si eccle sia. q̄ pollutio seminis cū occulte fit, non polluit ecclesiam: ita q̄ indigeat reconciliatione. Et si cō tigeret quēpiā ex his sanitati restitui pristinę, non videtur necessarium q̄ peccata semel confessa li cet excōmunicato iā iterum cōfiteatur, q̄uis non obsit. Debet tamen sese presentare iudici, & abso lutionem ab excōmunicatione recipere: vt sic ec clesię possit reconciliari. ¶ Vt aūt de potestate ec clesiastica hic obiter tacta amplius claresc̄ant: con siderandū q̄ Christ⁹ eā discipulis & Petro prius promisit, & posthac cōtulit. Promisit Petro seor sum Matth. xvj. claues regni cęlorum: vbi secū dum plures etiā venit potestas ordinis super cor pus Christi verum, cū per verbum singularis nu meri inquit: Tibi dabo claues regni cælorū. Pro misit omnibus apostolis & Petro, Matth. xviij. cum verbum pluralis numeri dixit. Q uęcūq; alli gaueritis &c. Et Petrus subiunxit. Dñe quotiens in me peccabit &c. Deinc Petro & oīnibus aliis ap̄lis potestas ordinis sup corpus Christi verum data fuit in cœna: cū inquit ad omnes. Hoc facite in meā cōmemorationē. Lu. xxij. Hanc equali ter omnibus tradidit apostolis, & Petro ac eorū succesoribus. Potestatē clauiū dedit omnibus æ qualiter cū Petro post resurrectionem suā. Ioan. xx. dicēs. Accipite spīm sanctum &c. Et sic pote statē ordinis & claues receperunt apostoli imme diate a Christo & equaliter. ¶ Cū aūt potestas cla uis partim est ordinis: vt supra: & partim iurisdi ctionis: & quo ad primū partim est potentia pro pinqua respectu corporis Christi veri: partim po tentia remota, quo ad absolutionem peccatoris: ideo quo ad iurisdictionē quę requirit subiectio nē materię vt possit exire in actū, & esse potentia propinqua, Petrum cęteris præfecit, & eum ouiū suarum pastorem & iudicē cōstituit: & per ipsum in cęteros secundum sui dispensationem iurisdi ctionē deriuare voluit. Hoc designauit Lu. xxii. secundū opinionē multorum cum inquit. Tu ali quando conuersus confirma fratres tuos. Cōmi sit ergo Petro agnos suos pascēdos. Ioā. vltimo & secundū Petri dispensationem aliis discipulis. Et si iura quandoq; dicere videnť, quasi prius de derit potestatem, Matth. xvj. & .xviij. hoc intelli gitur p̄missiue: quia promisit se daturū. Nec vide tur probabile multis q̄ Petrus Christi vicari⁹ in terris vllam habuerit iurisdictionē Christo adhuc viuente in peccatores absoluēdos: secus de bapti zando quoscūq;. Sic itaq; a Petro qui oēm pote statem recepit super omnes gentes immediate a Christo veluti ecclesię capite: oīnis iurisdictio de fluxit in quoscūq; cęteros: & solus Petrus oīs po testatis plenitudinē continet eminēter. ¶ Ex illis colligi pōt responsio: si q̄ęritur An potestas ec clesiastica sit variabilis. Si quidem potestas eccle siastica considerar̄ formaliter, & in se, inuariabilis est a principio nascentis ecclesię vsq; in fine mun di. Si materialiter & quodāmodo respective: put applicatur ad hanc vel illam p̄sonā: sic est varia bilis & auferibilis in multis casib⁹. Sic fiunt reser uationes & casuū limitationes. Sic vno mortuo alter eligit & cōsecrat. Si quo ad vsum vel exer cittū: sic iterū est multipliciter variabilis. ¶ Circa quod notādū q̄ vsus potestatis ecclesiasticę, q̄n q̄ est licitus & ratus: dū sacerdos rite cōsecrat vel absoluit sine defectu alicuⁱ⁹ adesse debiti: vel de necessitate p̄cepti aut sacramēti. ¶ Scdo est vsus licit⁹ nō rat⁹, dū bona fide absoluit subditū puta tiue solū, credēs eū esse subditū aut pœnitentem. ¶ Tertio est illicit⁹ & rat⁹, cū de facto cōsecrat in mortali pctō, aut cōtra ecclesię p̄ceptū. Est. n. po testas facti: dum q̄d attentat̄ fit quidē, licet male: & iuris dū iuste fit. Sic dī. Hoc possumus q̄d iure possum⁹. ¶ Quarto est vsus illicit⁹ & irrit⁹, cum scienter vult absoluere nō subiectū &c. ¶ Quin tū dubium: An omnes ap̄li fuerint ep̄i: & si sic, a quo ordinati immediate: an oēs a Christo. Q uin Christus Petrū ordinauerit ep̄m dubitū nō est: sic & de aliorū ep̄atu p̄pter eccl'ię catholicę p eos isti tutionē. An aūt Petr⁹ oēs alios ordinauerit ep̄os dubiū est. Sunt qui tenēt (vt deducit Ioā. de Tur te cremata. lt. ij. ca. xxix. in de eccl'ia Car. Alexā. in dist. Decreti. dist. xv.) q̄ solus Petrus fuit īme diate a Christo ordinat⁹ in ep̄m. vbi, nescit. Forte cū dixit. Pasce oues meas vel agnos meos: Ioā. vltio. post dñi resurrectionē. Non em̄ dubiū q̄n formā ordinandi Petrus a Christo didicerit. Vn de scribit in epistola Clemens ad Iacobum archi episcopum hierosolymitanum, Petrum dixisse: Sicut edoctus sum a domino meo qui misit me,



hunc (puta Clemētē) vobis episcopum ordino, cui & potestatem ligandi & soluendi a dño mihi traditam trado &c. Idem Petr⁹ (vt legitur in lib. ij. itinerarij Cle.) manib⁹ suppositis Zacheo ora uit vt inculpabiliter episcopatus sui seruaret offi cium. Addidem Aug. in quęstionibus vet. & no. test. Sacerdotes aūt quos antistites dicim⁹: regu lā habent verbis solēnibus ordinatam & traditā sibi: quā supponentes hominibus benedicunt. q. cix. Ad idem Palu. dist. xxvj. q. iiij. Q ui vult q̄ in consecratione episcopi sit a Christo tradita cer ta forma: quę non pōt mutari quo ad substantia lia. Allegāt illi pro se ca. In nouo. dist. xxj. vbi di tur Sacerdotalem ordinem incepisse a Petro. Cō sequenter volūt q̄ Petrus primū ordinauerit Ia cobū Zebedei, & Ioannē modo & formis dispē satiue sibi a Christo traditis: & cōsequenter hi tres Petrus, Iacobus, & Ioannes Iacobum A lphei or dinarunt in ep̄m. & in hoc traditur ecclesię dispo sitio, q̄ in omni ordinatione ep̄i, tres & non min⁹ tribus adesse oportet. ca. Porro. dist. lxvj. Sec⁹ For te tempore primitiuę ecclesię: vbi vnus vnū ordi nauit ep̄m. Nam Petrus ordinauit solus Clemen tē & Zacheū in ep̄os. Adducunt etiā epistolā se cundam Clementis hoc approbantē. ¶ Preterea cū episcopatus sacerdotiū presupponat: nō vide tur rōnabile dictu q̄ Christ⁹ ordinauerit eos epi scopos, cum tradidit potestatē clauiū. Ioan. xx. dicens. Accipite spīm sanctum &c. Itē Thomas tūc abfuit, quæritur vbi fuit ordinat⁹ episcopus. Facit pro illa opinione Clemēs in epistola ad Ia cobū cum inquit. Nec inter apostolos par fuit in stitutio: sed vnus omnibus prefuit. Nec in ciuita te vna binos vel ternos episcopos: sed singulos institui p̄cepit Petr⁹. Nō aūt in villis, castellis, aut minoribus ciuitatib⁹. ¶ Verū hoc dictum Clemē tis parum facit ad propositum. Nam etsi Petrus fuerit caput aliorum: ex hoc non sequit q̄ alij nō fuerint ep̄i a Christo ordinati. Præterea aposto li habant in oēm terram. Adiungit Clemens Petrū dixisse ex traditione, & informatione dñi, q̄ ep̄i vicē apostolorum, Septuagintaduorū discipu lorum vicē tenēt presbyteri. Varia dicta recitant in glos. cap. Porro. vbi supra. sed videntur carere fundamento. Allegāt & dictū ap̄li ad Hebrę. vij. Sine vlla contradictione q̄d minus est a maiore benedicitur. de quo Aug. vbi supra late disputat Item de sancto Matthia per sortē electo quęritur vbi fuerit episcopus ordinatus: qui sicut & Tho mas non fuit minor aliis apostolis. in cap. In no uo di. xxj. vbi dicitur Petrum primum potesta tē ligandi & soluendi a domino recepisse: cęteros vero cum eodem pari consortio honorem & po testatem accepisse: ipsumq; principem esse volue runt. Verum est: claues eodē mō receperūt a dño, secus de clauiū exercitio, quę secundū plenitudi nē in solo Petro resedit, & ab ipso in ap̄los alios pro loco & tempore deriuata est. Secūdū Gerso. in de potestate ecclesiastica. conside. ix. probabile videtur q̄ dñs dando ap̄lis potestatem clauium concessit q̄tocyus & vsum siue exercitium. Hinc Marci vltimo dixit. Eūtes in mundū vniuersum &c. In genere locut⁹ est, sine distinctiōe. ¶ Sextū dubiū: vtrū episcopus & sacerdos sint nomina synonyma, & habeāt vterq; administrationē cō munē. Sūt qui dicūt (vt refert Palu. q. vj.) q̄ epi scopus & sacerdos sunt noīa synonyma: & habēt administrationē cōmunem. Hic sacerdos inquā tum talis pōt oīnia sacramēta administrare: & cō firmationē, & oēs ordines, benedictiones, & cōse crationes facere, quātū est de potestate sacerdota li. Attamē ad cauendum schismatis periculū or dinatum fuit in ecclesia q̄ sacerdotes vnum ex se eligerent qui alijs p̄esset, & nomine specialis si gnificaret: vt puta episcopus: & idem administra tionem quorundā sacramentorū & sacramētaliū solus haberet: & sibi reseruaret de cōsuetudine, ac etiam ecclesię institutione. Dicitur ergo talis epi scopus: q̄a sup alios habebat intendere, & facere ordinationes: & alia quę nunc sunt eporum. Cui alludit interpretatio vocabuli. Secūdū Aug. lib. xix. de ciui. dei. ca. xix. Eps nomē est operis non honoris. grecum em̄ est: sic dictum q̄ ille qui pre ficitur alijs, eis q̄bus p̄ficit superintēdere habet, & eorū curā gerere. Hæc videt fuisse opinio bea ti Hieronymi ad Rusticū Narbonen. ep̄m de vi ta & cōuersatione ep̄i, & septē gradib⁹ clericorū: de sexto gradu ecclesiæ, qui est ordo sacerdotum & recitatur dist. xv. Ecce ego. cū inquit. Et quia scriptum est, Presbyteri duplici honore honorē tur, decet eos predicare, vtile est benedicere, con gruū cōfirmare &c. atq; oīa dei sacramēta ꝓplere. Presertim cū in oriēte eā cōsuetudinē semp, & in Illyrico, & Italia, atq; Africa, oībus locis tēpo ribus ap̄lorū fuisse manifestū sit: ac ꝓpter solā au ctoritatē summo sacerdoti clericorū ordinatio & virginū cōsecratio reseruata sit, cū Basilicæ, alta tis, & chrismę dedicatione vel sanctificatiōe: ne a multis disciplina ecclesię vendicata concordiam sacerdotum solueret, scandala generaret &c. Ad idem. xciij. distin. cap. Legimus. Itē. j. Timo. iij. in Glos. interlineari. & super epistolam ad Titū. dist. xcv. cap. Olim. Olim idem p̄sbyter qui eps & anteq̄ diaboli instinctu schismata in religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli: ego sum Apollo: ego vero Cephę. j. Corinth. j. Gloriabantur enim se baptizatos baptismo hu ius vel illius, credentes baptismum vnius melio rem esse baptismo alterius. sequitur. Communi p̄sbyterorum cōsilio ecclesiæ regebantur. Post q̄

vero vnusquisq; eos quos baptizabat suos esse dicebat: non Christi: decretū est in toto orbe: vt vnus de presbyteris p̄poneret, & schismatū semina tollerent. & infra. Sicut ergo presbyteri sciūt se ex consuetudine ecclesię, ei qui sibi prepositus fuerit esse subiectos: ita episcopi nouerint se magis consuetudine, q̄ dispensationis dominicę veritate p̄sbyteris eē maiores. Ostēdit etiā in epistola p̄fata ad Rusticum ex scripturis q; & presbyteri episcopi nuncupant ad Titū primo: vbi quē nominat presbyterū statim dicit episcopum. Itē j. ad Timo. iiij. Paulus vocat presbyterū qui Timotheū in ep̄m ordinauit per manus impositionē. Item in eadē epla ca. iij. volens docere episcopū, statim transit ad institutionē diaconi. Nō aūt est verisimile q; omisso sacerdote diaconū instruat: nisi idem sit ep̄s & sacerdos: & vt in presbytero summā sacerdotij collocatā esse ostendat. Ad idem Aug. in quęstionibus vete. & no. testa. q. cj. Astipulare videtur Panor. cū inqt ca. quarto de cōsuetudie. Statim post Christi mortē oēs p̄sbyteri in cōmuni regebāt ecclesiam: nec sic inter eos erāt episcopi: sed idē presbyter qđ ep̄s: & pariter oia cōferebāt sacramēta. Et infra. Olim presbyteri in cōi regebāt ecclesiā, & ordinabāt sacerdotes. & ifra. Simplices sacerdotes habebāt olim potestatē sacramēta illa cōferēdi: puta i qb⁹ imprimit character: sed ex ritu & dispositione apostolorū, sublata potestate nihil iuris cōferunt. Et iterum. Licet Papa nō posset dare laico potestatem sup corpus Christi verum ad conficiendū ipsum: cū hoc sit diuinę ordinationis: attamē posset sacerdoti delegare indistincte collationē ordinū nedū minorū: sed & sacrorū, maxime ex eo: quia hoc olim poterant, & delegatus nihil facit auctoritate ꝓpria. ca. Sane. de offi. dele. Subiūgit. Quinimo dico q; minorum ordinū collationē posset Papa sacerdotibus ꝓprio iure cōcedere. Nam sacerdos p̄t hodie conferre primā tonsuram dūmodo habeat subditum, secundū Hostien. cap. Cū cōtingat. de æta. & quali. ordi. Et abbatib⁹ idipsum est concessum: vt supra de tonsuræ ministro. lib. vj. de priuile. ca. Abbates. & in ca. j. de sup. neg. præla. de ordi. ab episcopo qui renū. ca. j. Non aūt inferior Papa p̄t talē delegationē facere. Qui sūt de illa opinione hanc ponunt conclusionē. ¶ Sūma potestas ordinis erat potestas sacerdotalis: ita q; ois sacerdos quātū est de potestate sacerdotali p̄t omnia sacramēta ministrare, cōfirmationem oēs ordines, oēs benedictiones & consecrationes facere: sed ꝓpter periculū schismatis aliqua vni ex eis electo sunt reseruata humana dispositione & hic dicebatur ep̄s. Ratio secundū eos est: Apostoli in quorū locū succedunt episcopi, non legūtur aliquā potestatē a Christo recepisse: nisi in cœna dum dedit eis potestatem sup corpus suū verum: & in die resurrectionis super corpus suum mysticū dicēs. Hæc quotiēscūq;. & Accipite spm̄ sanctū &c. Illa aūt fuit sacerdotalis, & datur i sua ordinatione omnibus sacerdotibus: nec legitur Christum nisi presbyteros ordinasse. ergo nec, apli prius, nec episcopi posterius aliam habēt potestatem supra sacerdotium. ¶ Et si diceret quis ergo frustra fit episcopalis cōsecratio modo speciali, si non confertur potestas specialis: Respondent negando consequentiam. Nā sacerdotū manus inunguntur: & tamen per hoc non accipiunt specialem potestatem: sed aptantur: & quasi designantur esse aptatę ad tractādū sacra. Sic episcopi caput inungitur, non ad recipiendum nouam potestatem: sed ad ostendendū ipsum esse caput & superintēdētē cęterorum: & q; ab ipso veluti a capite & primicerio cęteri debēt ad militiā spūalē ordinari. Concludunt. Episcopus est maior sacerdote quantum ad potestatem iurisdictionis, non quo ad potestatem ordinis vel cōsecrationis: sic enim pares sunt: tametsi aliqua sint (vt supra) episcopis reseruata. ¶ Alia est opinio q̄ dicit q; potestas consecrationis & ordinis in ep̄o est maior A
q̄ in sacerdote nō solum ex ordinatione ecclesiæ A
sed etiam ex natura ordinis, & cōsecrationis per diuinam institutionē. Hęc opinio ꝓbabilior & cōmunior: sic episcopus super sacerdotes habet amplitudinem consecrationis, ordinationis, & non tm̄ iurisdictionis. Cuius ratio est. Nā lex vetus est figura eorū quæ fiunt in le. no. & q̄ fiunt in le. no. sunt signa p̄teritorū. sed in leg. ve. ep̄s siue summus sacerdos consecratus fuit (diuina & non humana dispositione) consecratione speciali, & fuit ad actum specialē deputatus vltra alios sacerdotes simplices. Siquidem Leui. viij. solus summi sacerdotis caput vngebatur: q; habebat alios ordinare suis officijs. Eiq; soli licebat ingredi in sancta sanctorum semel. ad Hebrę. ix. Item vngebatur oleo vnctionis: quo prohibebatur inungi omnis homo: exceptis sacerdotibus & regibus secundum Lyrā. Exo. xxx. Illo enim oleo vnctionis vngebantur Aaron & filij eius: vt sacerdotio fungerentur coram domino: Aaron in capite & manibus: filij solum in manibus: & erat oleum illud vnguentum compositum opere pigmentarij ex diuersis quæ ibi recitantur: nec erat tunc aliud oleum consecratum, nisi oleum vnctionis. ergo vt videtur etiam in lege noua decuit summū ministrum esse: & qui supra sacerdotes habet alios consecrare & similia facere. cap. Quis. distinctione. lxvij. hunc quoq; speciali consecratione inungendum esse & consecrandū. ¶ Volunt aliqui q; sacerdotum minorū manus non fuerunt vnctæ: sed vestes eorum solum aspergebantur



quadam mixtione ex oleo vnctiōis, & sanguine arietis. Nec valet dicere q; illud tūc fuerit iudiciale: esto q; sic: placuit tamen deo illud ecclesiæ suę nouo pręcepto in no. leg. per apostolos suos p̄cipere & intimare: licet non legat vbi apostoli motē illū seruauerūt, vel Christus sacramētorū institutor: in cuius potestate fuit sola volūtate eos facere noui testamenti ministros. Nec alia cerimonialia nunc obseruari solita obseruauit in apostolorum cōsecratione: sed cum in cœna dixit, Hoc facite &c. dedit eis potestatem super corpus Christi verū: & post tēpus aliquod sup corpus Christi mysticū. Vnde primū poterant Eucharistiā confi cere: potestate sibi a Christo collata: & dehinc soluere & ligare. Et siue dicat potestatē hanc duplicē fundari in vno vel duob⁹ characterib⁹: est tamē vnus ordo sacerdotalis, & vnum sacerdotiū vnitate cuiusdam ordinis & necessarię p̄suppositionis: vt infra. Et sicut placuit deo secundā quæ est potestas clauium, non dare sine prima: sic̄t potestas episcopalis p̄cise priores duas præexigit & requirit. Claret aūt q; solum consecrare eucharistiam minus est q̄ cōsecrare, ligare, & alios benedicere. Cum ergo potestas episcopalis potestatē super corpus Christi verum & mysticū includit eminēter ex institutione Christi, & aliā supaddit, manifestū est ipsam esse maiorē sola sacerdotali auctoritate & voluntate diuina: ex consequēti nō habent cōmunē administrationē episcopus & sacerdos. ¶ Volens tenere illā secundā opinionē (si saltem potest dici opinio) diceret ad rationes primę opinionis. Ex quo ita est q; ois episcopus est sacerdos & non econtra: dicit Hiero. eundē fuisse ep̄m & sacerdotē. ¶ Præterea verisimile est q; in primitiua ecclesia ꝓpter paucitatē ministrorū oēs sacerdotes fuerint & ep̄i: vt haberent in omnibus plenā potestatem, & poterant in eadē ciuitate ante diœcesiū & ecclesiarū distinctionē esse plures episcopi. Sic in Iudea erāt oēs apostoli: qui tm̄ fuerunt ep̄i. Iudiciū aūt sumit de frequēter accidētibus. ¶ Si dr, Christ⁹ nō p̄secrauit nisi sacerdotes &c. Dicendū: vt supra in dubio. iiij. negādo q; nō ordinauerit eos episcopos: Petrū p ser̄m vel ministerio Petri a se ordinati in ep̄m iuxta aliquorū opinionē. Multa em̄ facta sunt quæ scripta non sunt, & sufficit in his auctoritas ecclesię, quæ ritū illū ex diuina institutione ab apl̄is didicit non simul & semel: sed tēporū successu: sicut & in alijs sacramētis. ¶ Ad dictū Hiero. q; subiectio sacerdotū respectu ep̄orū sit ex dispositione humana hoc sic intelligitur. potestas ordinis data a deo diuisa est humana institutione & ordinatione: ita q; tota potestas ep̄i aggregatiue, diuisa est in duas. Sic & Christ⁹ discipulis primo dedit potestatē cōsecrandi: deinde ligandi. Hoc modo voluit eccle-

sia q; illa partialis potestas sacerdotalis esset in vno hoie sicut hodie est sine episcopali potestate: ita q; non semper detur vni tota: sed diuidatur quandoq; in duas p̄sonas. Est ergo character ille vel ille a deo & potestas: sed ministerialis traditio potestatis sic aut sic ab hoie. Si aliud voluit Hieronymus, dimittatur. Dictū beati Aug. de nomine episcopus non contradicit huic sententiæ: vt patet: vt sic conuenit vtriq;. Ad illud qđ adducitur de impositione manuū presbyteri: Dicēdum secundum Chryso. Homil. xiij. sup. j. ad Timo. iiij. Non de presbyteris hoc in loco loquitur: sed de episcopis. Neq; em̄ presbyteri ꝓfecto ip̄m ordinarāt. Hęc ille. ¶ Ad illud dist. xciij. ca. Legim⁹ dicendum secundum Hugo. glossatorem decreti Semper in primitiua ecclesia, sicut & modo differentia fuit inter episcopos & presbyteros, quo ad consummationem sacerdotij, & plenitudinē potestatis ordinis. Item quo ad administrationem p̄lationem, officium, & sacramentorū aliquorū collationē: vt patet ex epistola ad Hebrę. in multis ca. Tametsi in plerisq; scripturę locis, & in actibus apostolorum ca. xx. nomine episcopus veniāt sacerdotes simplices: cum inquit Paulus: In quo posuit vos spūs sanctus episcopos. Ait Beda: & est in glos. ibidē. Vna ciuitas plures episcopos non habuit: sed quos supra sacerdotes dixit hic episcopos nominat. Cōiūctus est em̄ gradus & in multis pene simillim⁹. Et secūdū Lyrā intelligūtur illo nomine episcopus in genere ministri ecclesiæ qui habent supintendere & gerere curam populi: hoc aūt cōpetit episcopo & sacerdoti. Cū autem episcopus aderat, sacerdotes non celebrarunt. xcv. dist. cap. Presbyteri. sed cum cęteris de populo de manu episcopi cōmunicabant: & calicem non manu propria: sed de manu diaconi p̄ceperunt. Q đ attendentes diaconi cœperūt insolescere contra sacerdotes & superbire: dicentes se maiores sacerdotibus: quia scriptum est quia maior est q; ministrat q̄ cui ministrat. Hoc supercilium Hieronymus redarguit in diaconibus, ostendendo sacerdotes etiam dici episcopos nominis appellatione cōmuni. j. ad Timo. iiij. & ibi Chrysosto. & Glos. ordina. Pro illius dicti testimonio est Anacletus quartus a beato Petro: & Clemens Petri discipulus: cuius meminit & dicta refert Anacletus in epistola ad omnes episcopos & Christifideles: vbi Anacletus nomine episcopus intelligit oēs curam aliorum habētes. Hinc & legis doctores episcopos nominat: quos & pastores dicit: & ita sumit nomē episcopus generaliter pro aliorum curatore. Dehinc ponens eorūdem distinctionem clare innuit q; distinctis nominibus & officijs veniāt episcopi p̄sbyteri & diaconi cum dicit. Nam vt ait beatus Clemens antecess-

ſor noſter in epiſtola ad beatum Iacobū epiſcopum Hieroſolymorū(vbi Clemens ea refert verba quę ponit Anacletus) Similis eſt omnis eccleſię ſtat⁹ naui magnę, quę per vndoſum pelagus diuerſis locis & regionibus viros portat ad vnā potentis regis vrbē properare cupiētes. Sit ergo vrbis portus omnipotēs deus,nauis eccleſia, gubernator Chriſtus. Tū deinde proreti officiū ep̄s impleat:p̄ſbyter nautarū:diacones diſpenſatorū teneant locum: qui catechizant nautologis cōferantur.Nautologi ſunt qui nauigationis rationē ponunt.Epibatis aūt(Epibatę dicuntur laici qui nauē cōſcendunt)totius fraternitatis multitudo ſit ſimilis.In eadē epiſtola Clemētis beatus Petr⁹ loquens ad Clemētē, vt Clemēs ſcribit,oſtendit lucidiſſime epiſcoporum officiū eſſe ligare & ſoluere. Et poſita admonitiōe epiſcoporū, preſbyterorum monita ſubiungit beatus Petrus : & deinde diaconorum:quos epiſcoporum oculos nominat. Pro illo etiam facere videtur dictū Dionyſ.cap.v.eccle.hierarch. vbi ponit tm̄ tres ordines,pontificalem,ſacerdotalem,& miniſtrorum. Item eiuſdem in epiſtola ad Demophilū monachū: vbi ponit magnā diſtinctionē inter pontifices,ſacerdotes,& cultores,monachos,& cōmunē populū,& miniſtros. Sic orator Ambro.in cōmentario primę epiſtolę Diony.colligit ex dictis Philonis contemporanei apoſtolorū, fuiſſe in primitiua eccleſia,pontifices,ſacerdotes,miniſtros,cultores ſeu monachos,& plebē ſanctam, diſtinguēdo eorum officia &c. Item beatus Hierony.in epiſtola ad Ruſticum ep̄m Narbonēſem nō dicit q; ep̄i ſint ſacerdotes aut econtra:ſed expreſſe vult q; ſępe nūcupanſ eodē nomine.Q d multis textibus canonicę ſcripturę probat. Et cōtra ſuperbiā & inuidiam aliquorum epiſcoporū diſputās oſtēdit ſacerdotem ita vere conſecrare Euchariſtiam & ab eo poſſe ſumi & nō minorē, q̄ ab epiſcopo. Sed licet conueniant ſępe in nomine,non poteſt ex hoc inferri idētitas ordinis in vtroq;. Siquidē ſacerdotes etiam poſſunt dici epiſcopi, ſuperintendentes aliis,& e regione epiſcopi ſacra dantes. Hinc idē Hierony.vt ſupra,patēter inq t dimiſſis aliis &c.Epiſcopus habet ordinare ſacerdotes & leuitas &c. Ad hunc pertinet chriſma. Huic ſumma ab omnibus clericis reuerentia exhibēda eſt &c.& ita non negat ordinem epiſcopalem prę̄cellere ſacerdotalē,& epiſcopū poſſe qd̄ non p̄t ſacerdos ſimplex. Si Iudas mortuus eſt ante reſurrectionē Chriſti, p̄t dici ſemiſacerdos, reſpectu aliorum apoſtolorum.Item Paulus inſtituendo epiſcopum ad Timo.includit ſacerdotē:qui p̄t dici ſemiepiſcopus ſi licet ita nomen fingere. Si quidem vt patet ex ſcripturis:ſępenumero eodē gaudebant nomine preſbyter & epiſcopus:ſicut & hodie quis tacito nomine honeſtiori min⁹ glorioſum aſſumit:& ſępe in eodem homine fuerūt illi duo ordines.ſ.ſacerdotalis, & epiſcopat⁹. Sic Augu. Hieronymū & ecōtra Papā nominat: qa patet venerandus & omni ſanctitate plenus fuit vterq;:ſic preſbyteri ep̄i dicti fuerunt : quia habebāt aliorū ſaluti intēdere,ſc̄dm Chryſ. vbi ſupra Cura em̄ eccleſię vtriſq; fuit commiſſa:& aduitores preſbyterorū coepiſcopi,cōpreſbyteri, vel cō ſuperintēdētes.diſt.lxvj.ca.Preſbyteri. ¶ Si quę ritur quō exorta eſt illa confuſio adminiſtratiōis inter epiſcopos & ſacerdotes ſimplices:Dicendū videtur ex eo.Cum olim ſtante paucitate miniſtrorum oīes ſacerdotes eſſent epiſcopi:poſtea multiplicatis miniſtris & facta eorundē ordinata diſtinctione, exiſtimabant ſimplices ſacerdotes & minus docti:ſe totum illud poſſe qd̄ poterant epiſcopi:non intelligentes inter eos & illos eē magnā poteſtatis diſtinctionē ex natura ordinis. Vt detur potiſſimā cauſam fuiſſe inuidiam,& ſuperbiam:quia epiſcopi volebāt dominari:quo viſo ſacerdotes etiam ſe dicebant & nominabāt ep̄os. Epiſcopi aūt nolebāt cū illis cōmunicare in noie. & hoc Hieron.dicit eſſe ſuperbiæ. Sic intelligitur ca.Olim idē preſbyter &c.xcv.diſt. Et itē cōmuni cōſilio p̄ſbyterorū regebāt eccl'iæ &c. Sed hoc nō arguit indiſtinctionē epiſcoporum & p̄ſbyterorū. Sic p̄t reſponderi ad dictū Panor. Nec valet arguere, qui poteſt principale cōſecrare,p̄t & acceſſoriū cōſecrare. Intelligitur in his quæ ſunt eiuſdē rationis: & cū id nō depēdet ex alteri⁹ voluntate:ac cū principale includit minus principale. Nā etiā in artificialib⁹ & naturalib⁹ nō ſeq t. Quis p̄t rōcinari,qd̄ mai⁹ ē,p̄t & volare,qd̄ min⁹ eſt. Nec ſequitur hic ſcit artē militarē,qd̄ maius eſt:ergo ſcit artē frenofactoriā:qd̄ minus eſt:& tā q̄ acceſſoriū ad militarē. ¶ De Chriſmate videt dubitare Hier.vbi ſupra:& in hoc remittit ad eccleſiā hieroſolymitanā. Si dicis naturaliſſimū opū i vi uētibus eſt gn̄are ſibi ſi'e:ergo ſicut ep̄s ep̄m:ita ſacerdos ſacerdotē cōſecrare p̄t:Rn̄deť negādo cōſequētiā.Hoc em̄ nō habet veritatē niſi i actione naturali:ſecus de poteſtate alicui ab alio cōceſſa & data determinate ſeu reſtricte. Et ſi forte diceret (qd̄ tm̄ nō cōcedit)ep̄i & ſacerdotis characterē eſſe indiſtinctū ſpecie : tm̄ in ſacerdote ſimplici eſt diuina ordinatione reſtrict⁹: donec ſupueniat eccl'ię alia ordinatio : quā auctoritate & inſtitutiōe diuina Petr⁹ docuit. Et forte in illo ſe fundabant oppoſitū tenētes. Itē abſolute cōpādo poteſtatē ſpūalē ad corpalē,ſpūalis maior eſt corporali:tm̄ nō optet q; in oib⁹ el equeť formaľr,ſufficit ſpūalē cōtinere eminenter oēm pfectionē corpalē. Sic de⁹ non eſt aſinus:ei⁹ tm̄ perfectio perfectionem aſini eminenter includit. Sic rex Romanorum



non generat filiū regem,cum hoc non dependet pręciſe ex carnali generatione:ſed hominū volūtate & electione. Ad hoc facit Luc.x.cum.lxxij. deſignauit qui vicem preſbyterorū tenent,ſicut xij.apoſtoli epiſcopor⁹, vt habet gloſ.Lu.x.vbi patet diſtinctio epiſcopor⁹ & preſbyterorū. Hos enim.xij.apoſtolos qui confirmabant & manus imponebant,pręfecit.lxxij.Nec Chriſtianus generat Chriſtianū. ¶ Septimū dubiū ē cōtra illud
B B q ordo faciat p decore & vtilitate eccleſię. ¶ Cōtrariū videtur verū,eo q ſtatus eccleſię eſt ſtatus libertatis. Nā ſecundū apoſtolum,vbi ſpirit⁹ domini ibi libertas.ſed hanc tollit ordo: quia nō poteſt eſſe ſine pręlatione & dominio,ac ſubiectione.Item non magis debet admitti repugnans libertati in ſtatu gratię q̄ innocentię.ſed in innocētię ſtatu omnimoda fuiſſet libertas & nulla pręlatio,nec ſubiectio,ergo nec in ſtatu g̃ę:cum Chriſtus dicat.Si filius vos liberauerit,vere libert eritis.Ioan.viij. ¶ Item videtur eſſe contra naturā hominis ſubeſſe pręlationi.teſte Grego.ſuper illud Gen̄.j.Dominamini piſcibus maris &c.Nō dixit hominibus. Eſt enim cōtra naturam vt homo homini domineť. ¶ Ad primū negando cōſequentiam,cōceditur q ſtatus eccleſię eſt ſtatus libertatis,vt libertas opponitur ſeruituti peccati. Qui enim facit peccatū ſeruus eſt peccati.Ioan. viij. Huic em̄ ſeruituti libertas ſpiritus contraria tur.Non autem repugnat ſeruituti politicæ occaſione pcti introductæ vel deſpoticæ ſiue regali. Sic ait Petr⁹.Serui ſubditi eſtote dominis &c.j. Pe.ij.Eſt enim quędā ſubiectio promouēs libertatem, & propellens ſubiectorum ignorantiā,& illa habetur in eccleſia poſt peccatum. Eſt pręlatio eruditionis ad docendum ſubditos,ad defendendum a concuſſoribus & iniuſtis oppreſſoribus: ad corrigendū & colubendum pacis turbatiuos. Creditur primā fuiſſe in paradiſo, tametſi non fuiſſet ibidem culpa vel ignorantia. Inſup parentes docuiſſent filios. Item vigentes & pręcellentes ingenio alios erudiſſent. Secus de duabus aliis,cū ibi non fuiſſet peccatū. Sic de domi nio ſuo modo dici poteſt. Deſpoticū dominū ibi nō fuiſſet, quod requirit ſeruitutē pœnoſam inductā ꝓpter peccatū : ſecus quo ad cętera aialia.Gen̄.j.Dominamini piſcibus &c.Vnde Gen̄. ix.Terror veſter & tremor ſit ſuper cūcta animātia terrę.dixit dominus ad Noe. ¶ Alio mō dominium non excludit:ſed includit dilectionem: vel ſecūdū certas leges:vt in dominio politico, vel ſecundū liberam volūtatem vt in coniugio. & illud fuiſſet in paradiſo quo ad coniugē & prolem. ¶ Si dicitur:iuſto non eſt lex poſita:hoc eſt iuſt⁹ nō iuſtificat litera legis:Verū eſt, correctiōis vel coercitionis,ſecus de lege eruditionis. Ex illo ſequitur q nūc poſt peccatū & hominis lapſum neceſſarium eſt habere ordines in eccleſia dei ad exercendū auctoritatiue & ex officio actus Hierarchicos per eoſdē. Nec eſt contra naturam hominis ſubeſſe pręlationi,non mercenarię,quęrenti vel honorem vel cōmodum ꝓpriū, ſed paſtorali, exemplo Chriſti,qui animā ſuam poſuit p multis.Hinc Paulus.Qui ep̄atum deſiderat,bonum opus deſiderat.j.ad Timo.iij.Loquitur de epiſcopatu nō vt eſt ſtat⁹ honoris: Sic em̄ appetere epiſcopatum turpe eſt,ſed vt eſt nomē officij : ratiōe cuius alicui competit aliorum ſalutem curare,& alijs ſupintēdere,quod eſt geminę charitatis. ¶ Octauum dubium cōtra concluſionē C
v.Cur in hoc ſacramēto plus q̄ in alijs totuplex C
gratia & character confertur . Non em̄ ſeptiformis ſpiritus ſancti gratia deſignāda videtur eſſe in cauſa.Nec eſt maximū ſacramentorū in eccleſia dei. Nec ſacramentorū aliorū ſuſceptio eſt in cauſa:cum baptiſmus ſecūdū prędicta eſt ianua omniū ſacramentorū. ¶ Pręterea q in minorib⁹ ordinibus non cōferatur character probať. Character eſt ſpiritualis poteſtas, vel in eo fundatur ſpiritualis poteſtas . ſed habentes minores recipiunt poteſtatem corporalem , quia poteſtatem claudendi oſtium & aperiendi , legere corporaliter prophetias , cōiurare dæmones,deferre cęreos.&c. ¶ Cōfirmatur. cuius vſus eſt corporalis & ipſum eſt corporale,ſed huiuſmodi poteſtatis vſus corpalis eſt:ergo & ipſa corporalis. ¶ Pręterea ſic ordinat⁹ poteſt manere in ſeculo & vxorem ducere: & ſic non erit diſtinctus a clericis: cum tamen character ſit ſignum diſtinctiuum: ergo fruſtra datur. ¶ Reſpōdetur, quia ex inſtitutiōe diuina null⁹ ordo eſt iterabilis: ergo imprimit characterem. Illa em̄ eſt ratio nō iterandi ſtāte diuina ordinatione. Cum autem dicitur,Cū in hoc ſacramento &c.dici poteſt ſalua maiorū ſententia primū quo ad gratiā &c. In digna actuū ordinis eccleſiaſtici executiōe tota ſalus & deuotio fidelitū pendet & ſubſiſtit, ad propellendū impediens, & habendum cōducens & neceſſarium ad ſalutem. Siquidem per eccleſię Hierarchas omnis ignorantię nebula propellitur, veritas aperitur, myſteria pandūtur, ſacramenta conficiūtur & miniſtranť. Et ideo potiſſima cauſa eſt diuina voluntas, & eccleſiæ per Hierarchas purgandæ illuminandæ & perficiendæ neceſſitas.vt ſupra. Datur enim gratia in hoc ſacramento nō ſolum ꝓ ſuſcipientis ſuſtificatione , ſed totius eccleſiæ vtilitate,vt miniſtri ea q̄ ſunt ordinis digne exequi poſſint. Exemplum de apoſtolis, quib⁹ mittendis in mūdum plenitudo gr̄ę collata eſt. Conceditur etiam q ſeptiformis numerus ordinum ſeptiformē gratiam ſpiritus ſancti repręſentat,

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hinc & maiori solẽnitate datur sacramẽtũ illud, & multiplici spiritus sancti inuocatione. Nec est maximum dignitate, quo ad contentum: pręcedit eucharistia; sed est maximũ officij dignitate. Hinc dicitur sacramẽtum dignitatis a multis: cũ omnes illi ordines respiciunt sacramentũ eucharistię vt dicitur & ad ipsum ordinantur, tamen diuersimode secũdum prędicta: ideo in cuiuslibet collatione datur nouus character. Et licet illi opere sint corporales, tamen eorum finis est spiritualis in quẽ ordinãtur. s. vnio fidelium cũ Christo Cur enim ostiarius claudit & aperit? cur indignos repellit? Cur exorcista dęmonium abigit, nisi vt digni sine impedimẽto quę sancta sunt exequi possint, & digne sanctam recipere cõmunionẽ: & per gratiam vniri Christo? Hinc lector intellectũ illuminat: Acolytus affectũ inflãmat. ¶ Ad aliud vsus rei corporalis potest dici spiritualis quãdo ex officio ordinatur in finem spiritualem: ita in ꝓposito. Sic vsus exterior cuiuslibet sacramenti est corporalis: sed finis est spiritualis. ¶ Ad aliud Clericus cõiugatus habet si vult adhuc signum exterius distinctiuũ a laicis puta coronam. Sed quo ad characterẽ manet distinctus in perpetuũ, licet id non videat. Si enim vxore mortua vult sacris initiari: vel etiam ea viuente & consentiente non reordinatur quo ad minores ordines quos susceperit ante contractum, quod tamẽ necessariũ esset fieri si illud signum distinctiuum character scilicet ordinis, tolleretur per contractum matri-
D monialẽ. ¶ Nonũ dubium: an ordinatio in cꝑm
D vt talis pręcise super sacerdotium ex opere operato etiam cõferat gratiam: & tantam, sicut alius ordo etiam proprie dictus. Q; sic. quia nõ est ratio diuersitatis, immo propter maioritatẽ episcopalis officij quod respicit omnes ordinandos, maiori opus habet gratia episcopus, cum sit generalis & superintendẽs aliorum omnium. ¶ Item August. in quęstionibus ve. & noui testa. quæst. xciij. manifeste docet spũm sanctũ dari & gratiã in potestatis ecclesiasticę collatione & ordinũ traditione vt cõmẽdatiores reddantur &c. Et loquitur indistincte de ordinatione & traditione ecclesiasticę potestatis. ¶ Q; nõ, quia non est ordo ꝓprie dictus. Item pari ratione in sacerdotij collatione, propter duplicis potestatis collationem duplex esset danda gratia. Sic & in alijs quibusdam ordinibus. ¶ Ad hoc dubium sine assertione temeraria dicendum. Tenentes opinionem q; octo ad minus sunt ordines ecclesiastici, & q; episcopatus est vere ordo, habent concedere q; episcopatus cõferat gratiam, sicut & ceteri ordines, quia nõ videt ratio diuersitatis. Immo eius actus nobiliores sunt actibus minorum ordinum, qui possunt vere fieri ꝑ laicũ, licet nõ ex officio. Pro illo inquit Augu. vbi supra. Sicut enim in salutore forma data est visibiliter: datio spũs sci vel forma dationis spũs sancti, vt post baptismum spũs sanct⁹ credẽtibus de cætero inuisibiliter dari non ambigatur: ita & in ecclesiasticę potestatis collatione forma data est in principio, hoc est in suffl atio & spũs sancti datio, vt ex eo traditioni ecclesiasticæ spiritus sanctus infusus credat. Si aũt tenet opinio cõtraria, põt dici de episcopatu sicut de sacerdotio. confertur enim secundũ prædicta sacerdoti diuersis tẽporibus & distinctis cõsecrationibus alia potestas sup corpus Christi verũ quã ꝑsupponit potestas secũda super corp⁹ Christi mysticum: & posset dari prima sine secũda. Nũc ponat q; aliquis sacerdos ordinet in episcopum: videtur q; gratia prior augeatur: & licet sint plures gradus gratiæ quæ ex diuina benignitate & dispensatione dantur a deo in huiusmodi completa susceptiõe sacerdotij successiue & gradatim: potest tamẽ dici vna gra vnitate prędispositiõis, necessarię necessitate sacramenti. Itẽ finis & ordinis sacerdotalis in eius esse completo & cõsummato. Et si imponãtur tria nomina: illã trifariam singulatim significantia ordinis & iurisdictionis potestatem: facile est imaginari quõ triplex detur gratia. Et potest nihilominus dici vna propter ordinis sacerdotalis vnitatem & ꝑsuppositionem potestatum illarum trium. Ita videtur intelligendum dictum Palu. cum inquit distinctio. xxiij. Nihil sensibile tantũ valet ad magnitudinem gratiæ impetrandam ex opere operato sicut ordo sacerdotij. Et subiungit. Nisi forte qs dicat illud de cõsecratiõe episcopi & de susceptione digna eucharistię. Vbi videtur loqui de sacerdotio summo siue perfecto ad sensum prędictum. Et ita sacerdotij cõsummati potest poni vna gratia: vel etiã plures gratię: eo q; diuersis temporibus & vicibus conferuntur & ad diuersos actus: suntq; vni⁹ cõsummati ordinis. ¶ Cõ E
clusiue dicendũ videtur omissa supuacanea ver- E
borum prædictorũ multiplicatione. Episcopat⁹ vere est ordo, dicuntur autem esse tantum. vij. ordines, quia episcopatus necessario ꝓsupponit sacerdotiũ, sicut potestas clauium potestatẽ ordinis. Et sic episcopatus est sacerdotium consummatum. Sicut forte dici posset apostolos fuisse integros sacerdotes. & si tunc etiam fuere facti episcopi: sacerdotes cõsummatos. Iudas tũc fuit semisacerdos: quia solum super corpus Christi verum in cœna recepit potestatẽ, & non plus. potuit Christus sibi vnq; velle dare potestatẽ ligandi & clauium: quę tamen ꝓsupponit potestatem ordinis. Nõne potuit ecclesia statuere q; illa potestas cõsummata in ẽpo quo ad priores duas sacerdotales, detur dũtaxat alteri: alteri ve-



ro dẽ tota aggregatiue. Et ita forte dicit Hieron. illã potestatẽ fuisse olim ex humana institutione quo ad eius ministerialẽ traditionẽ: quam tñ solus de⁹ principaliter confert & instituit ad ministerium hominis. Secundum hoc facile possunt exponi dicta antiquorũ theologorũ dicentium episcopatum nõ esse ordinem. Quod meo iudicio Paulus nõ admittit in epistola ad Hebręos, & Thessal, sed vult episcopatũ esse ordinẽ supra sacerdotium. Et Aug. & Diony. vbi supra, & multi ex veteribus. Forte concertatur plurimũ de nomine tantum, non de re.

## Distin. XXV.

Olet etiã quę ri si hęretici ab ecclesia &c. In dist. pręcedenti magister egit de sacramento ordinis, ꝓut respicit suscipientem. In hac distin. xxv. agit de ordine ꝓut respicit ministrũ cõferentem. Et potest sententia text⁹ tribus complecti propositionibus. ¶ Prima. sacramenta ab hęreticis & pręcisis celebrata & data vera sunt si ab eis ecclesię catholicę forma fuerit obseruata. ¶ Secũda propositio. licet sacramẽta ab hęreticis sumpta vera sint, nec oportet ab eis ordinatum secundum formam ecclesię reordinari: dicuntur tñ inania & falsa quandoq; ac damnãda: quia nec suscipienti nec danti propter obijcẽ peccati conferunt gratiam. ¶ Tertia propositio. Simoniaci dicũtur hęretici: qui rem spiritualem non appreciabilẽ precio: pecunia vel precio comparare volunt. Pauca tangit magister de ętate ordinandorum. Harum conclusionũ declaratio patet in textu.

A Circa distinctionem hãc mouetur quæstio prima de ministro & subiecto sacramẽti ordinis. Vtrũ omnis episcopus & solũ talis potest rite quocunq; tempore vel quibuscũq; hominibus sacramentum ordinis seu ordines ministrare. Solito more tres erunt articuli.

¶ Primus recitabit aliquot opinio-
nes quas tangunt doctores circa hanc distin. Prima est. Hæretici q̃diu ab ecclesia tolerantur habent potestatem ordines conferendi: non autem cum sunt ab ecclesia pręcisi. Et similiter degradati & alij huiusmodi. Et hęc est prima opinio: quã magister dicit non posse stare: quia omnis potestas quæ datur cum aliqua consecratione, manet manente re sacrata. sed potestas conferendi ordines datur episcopo cum quadã cõsecratione: igitur semper manet nec amitti potest vllo casu. Cõsecratio siquidem semel facta semper manet nec annullat. de conse. dist. j. in multis cap. Item de cõsecra. ecclesiæ vel altaris. ca. j. §. Propter hęc ¶ Alij dixerũt q; ꝑcisi ab ecclesia: si ecclia olim positi receperũt potestatem ordinandi, adhuc retinent eam, quod est cõtra primam opinionem. Addit, q; ꝓmoti ab huiusmodi pręcisis & degradatis nihil recipiũt. Hæc opinio stare non potest, quia non priuantur executione facti, sed iuris tãtum. Possunt enim de facto cõsecrare eucharistiã, igitur & ordinare. Priuantur tamen executiõe iuris qui sunt ab hęreticis pręcisis & degradatis ordinati. Sicut enim cõferens cõfert contra prohibitionem, ita recipiens accipit ad suam condẽnationem. Attamen sic ordinatus cõtra prohibitionem, vere est ordinatus. j. quæst. j. ca. Q d quidẽ. & sunt verba Aug. ad Parmenianũ. ¶ Aliquis priuatur executiõe dupl'r, vel facti, vl' iuris. Executione facti, quæ pręcise consistit in collata potestate, priuari non potest, a quo non potest potestas data recipi. Executione iuris priuari dicitur qui potestate sibi concessa illicite & contra prohibitionem vtitur. Executio enim iuris vltra potestatem, exigit licitum & concessum vsum. Executio vero facti solam exigit potestatem. Et istã opinionem nunc recitatam & improbatam Sã. Tho. dicit esse quartam. Annectit vero eã priori, quia ei contrarium tenet. ¶ Alij dixerũt q; ꝑcisi ab ecclesia & excõmunicati pariter & degradati possunt ordines conferre, & alia sacramenta ministrare, si debitam ecclesię formam seruant & intentionem: & quantũ ad effectum primum q; est characteris, & quantum ad secundum qui est gratiæ gratum facientis infusio. Et hæc est opinio. ij. secundum San. Tho. quã impugnat: quia cum quis cõmunicat cum hęretico excõmunicato & ab ecclesia ꝑciso, ac ab omnib⁹ actibus legitimis suspenso in sacramento⁹ perceptione peccat, & agit contra ecclesiæ prohibitionem: per cõsequens ficte, & sine gratia sumit sacramentum. Secus forte de baptismo in necessitatis articulo dum non est alius qui baptizare velit, aut possit nunc moriturum in forma ecclesiæ. ¶ Alij dixerunt q; vera sacramenta conferũt & vere, sed cũ suscipiens suscipit contra ecclesię ꝓhibitionẽ, ponit obijcem gratiæ: & ita nõ consequitur effectũ sacramenti qui est gratiæ infusio. Et hęc est tertia

Universidad de Deusto
Biblioteca



opinio & vera,& priori opinioni contraria,dum modo tamen sacramenta cōferunt secundū formā & intētionē ecclesię,quā si nō seruāt nihil faciunt.Et si eam recte seruāt, tamē & ipsi conferētes & susciptētes peccant:quia ab executiōe officij sunt perpetuo suspensi ipso iure, ideo nō licet ab eis sacramenta recipere. Hinc eorum cōsecratio sępe dicitur irrita, quod intelligitur quantum
B ad executionem iuris. ¶Secundo notandū,q; aliquis dicitur,secūdū Sco.ab ordinū susceptione tripliciter excludi: vel eos nō posse suscipere. Aut quia nō potest debite, & cū reuerentia ac deuotione suscipere.Aut quia non potest licite suscipere.Obstat em̄ sibi pręceptum vel prohibitio aliqua.Aut quia nullo modo potest etiam de facto ordinari ex prohibitione diuina. Sic pariformiter posset dici:aliquem nō posse exequi actū ordinis:Aut quia debite nō potest. Aut quia nō licite propter prohibitionem. Aut quia simpliciter nullā habet ordinis potestatem.¶Posset hoc dictum ad binarium reduci.Nam cōtingit aliquē excludi ab ordinū susceptione aut de necessitate sacri:quia nō pōt de facto ordines suscipere:aut de necessitate p̄cepti & nō sacri:quia nō potest licite & honeste suscipere.¶Primo modo excluditur sexus muliebris,qui stante prohibitione legis diuinę ordinari nō potest. Est ergo de necessitate sacramēti ordinandum esse sexum virilem. Nec valet quorūdam opinio dicentium sexū virilem esse duntaxat de necessitate præcepti:eo q; reperiuntur diaconissæ: item presbyterę.Sed illę sic dicūtur quia seniores & viduę: aut quia ad legendum euangeliū & Homiliam sunt specialiter benedictione in religione ordinatæ.¶Secūdo mō excludūtur quicunq; sunt vel de iure scripto,vel ecclesię prohibitione:aut alia causa rōnabili:quādoq; propter culpam,quādoq; sine culpa,sed nō sine causa,ab ordinum perceptione & executiōe prohibiti.Et illi possunt esse in duplici differētia. Quidā minores annis & ętate pusilli rōnis vsum nondum habentes:alij adulti.Cum enim quis ordinatur,suscipit gradum per quem disponit ad ministrandum in certo gradu ecclesiastico:quod quia facere non possunt pueri non habentes ad huc vsum rationis, ergo ordinandi nō sunt. Secundū San. Tho.Richar. & Palu.honestatis est q; susceptur⁹ minores ordines habeat vsum rationis,& congruitatis q; habeat voluntatē suscipiendi hunc vel hūc ordinē minorem saltem interpretatiuā.Quo ad maiores vero pręcepti est. Hinc in Cle.vltima de ęta.& quali.or.decernitur, vt alio non obstante canonico impedimēto, possit quis in.xviij.ad subdiaconatus:in.xx.ad diaconatus:in.xxv.vero ętatis suę anno ad presbyteratus ordines promoueri.Lib.vj.de tēporibus ordinan.cap.Nullus, prohibetur infans tōsurari minor.vij.annorum. secundū gloss.nisi velit religionem intrare.& annectitur pœna priuatio collationis tōsurę clericalis:si qs cōtra venerit. Adulti vero excluſi ab ordinum perceptione possunt esse in duplici differentia. Quidam em̄ prohibētur propter culpam, quidam sine culpa:sed nō sine causa.Propter culpam, quandoq; propriam, q̄nq; alterius. Propter culpā propriā excludunt degradati excōicati siue depositi, de quo supra in recitatione secundę opinionis.Carent em̄ executione iuris nō facti.Degradatio enim nō tollit a sacerdote characterem sacerdotalem: sed licētiā actus executiōis cuiuscūq; ordinis. Et infligitur solum a iudice : secundum formā quæ habetur ca.Degradatio.li.vj.tit.de pœnis.ꝑpter hęresim, de hęreticis ca. Ad abolendā. Schisma . de schismaticis,ca.Abscindēdos.lib.vj.Reuelationē cōfessionis.cap.Ois.de pœ.& re.Itē excludunt infames irregulares. Irregularitas autē multis modis incurri potest,prout idem Sco.recitat: vtputa ex quatuor crimnibus cōmitti solitis circa ordines,vel actus eorundem.Quorū vnum est Simonia,siue ex ordine,siue ex beneficio. Secundum, furtū in ordine . de eo qui furtiue ordines suscepit.ca.j.&.ij.Tertiū,ministerū in ordine nō suscepto.de clerico nō ordiato ministrāte p totū Quartū, contumacia in nō seruādo pœnas ecclesiasticas.de clerico depositio vel excōmunicato ministrāte.per totum . Item prohibetur quis suscipere ordines nō propter culpam propriam,aut alienam: vtputa serui nō manumissi.dist.lvij.per totum.Et de seruis nō ordi.ca. De seruorū. Prohibent corpore vitiati & notabiliter mutilati. De hoc late habetur dist.lv.& de corpore vitiatis nō ordinandis. per totū. & de clerico debilitato vel egrotante.Quandoq; prohibetur quis ꝑpter homicidium cōmissum ab ordinum susceptione & ministratione.De quo de homicidio voluntario vel casuali.& eodem tit.lib.vj.cap.Is qui.vbi habetur,q; si mādatarius cui cōmissum fuit alium verberare,nō tamen occidere,excesserit mandatum,& alter ex hoc mortuus fuerit,irregularis efficitur:& ita ordinari nō potest. Ad idem dist.lv. & dist.l.& dist.lviij.in multis capitu. Prohibētur bigami.de bigamis non ordinādis. Item presbyterorum filij & illegitime nati. De filijs presbyterorum.& in sexto eo.ti.quorum pręcisa determinatio hic locum non habet.Hos defectus omnes Sco.irregularitates nominat, extēso vocabulo.

¶Quantum ad articulum secundū C ponendę sunt conclusiones.Quęrit autem quæstio,An omnis episcopus possit ordinare.Secūdo an tantum episcopus,& ita de ministro huius



sacramenti.Tertio quando possunt ordines conferri.Quarto quibus,& ita de impedimēto ordinum in generali.¶Prima conclusio. Probabile est dictu,omnē episcopum rite consecratū & solum talem posse ordinaria potestate omnes ordines in dei ecclesia conferre: nō obstante quacūq; vel cuiuscunq; degradatione vel humana prohibitione &c. Ita tenent San.Tho. Richar. Palu, Tho. Argen̄.Gerson de ptāte eccl'iast.&c. Quilibet enim episcopus ratiōe episcopatus pręcise equalis est Papę in potestate consecratiōis:secus in potestate iurisdictionis. Hinc electus in Papā nō accipit nouā consecrationē secūdū Palu.q.j. Sed Papa pōt oēs ordines cōferre ex ptāte ordinis quā habet:ergo & episcopus rite consecratus idē pōt ex ordine.Hic & Papa vocat episcopos fratres. Si enim nō omnis episcopus hoc potest, vel hoc est propter demeritum vitę : vel carentiā fidei,aut gratię gratū faciētis:quia hęreticus : aut quia ab ecclesia prohibitus:aut suspensus vel excōmunicatus:aut degradat⁹ & pręcisus : aut pœnis canonicis innodatus. Sed nullū horū impedit.Non primū: quia vitę demeritum non impedit characteris infusionem, qui a solo deo infunditur,& non ab alio nisi a deo auferri pōt.In quo libet autem ordine character infunditur secundū pędicta ex opere operato si ordinator debitam habet intētionem,& alia necessaria obseruat: quę ex diuina institutione obseruari debēt in ordinationibus.Secus de gratia gratū faciente: quę nō infunditur in maliuolam animam.Item carentia habitus fidei & gratię gratū facientis similiter nō impedit quin episcop⁹ posset ordinare de facto cæteris paribus. Sic enim ecclesiæ ministri essent in maximo periculo cōstituti: & ecclesia ipa,cum nō potest homo citra reuelationē scire se vel alitū esse in gratia dei . Et ita semper dubitandū esset, si quis rite esset ordinatus vel nō.¶Pręterea nō requiritur necessario & de facto fides in eo qui sacramenta vult conferre,nec gratia gratū faciens, dum tamen alias debitā seruat formam & intentionem.j.q.j.cap.Quod quidem.¶Pręterea potestas quę datur episcopo in sua cōsecratione,datur ei indelebiliter.Datur enim ei per consecrationem:ergo semp manet manente re sacrata.Et licet is qui est excōmunicatus, priuat⁹ sit executione iuris,non tamē priuatur executione facti,quę directe correspondet potestati acceptę.j.q.j.cap. Si quis.Potestas enim per quam quis potest,nō requirit licitum vsum,sicut executio iuris,quę vltra potestatem requirit etiam licitū vsum. ¶Pręterea.cum clericus degradatur nō priuatur charactere ordinis : sed solū exuitur priuilegio clericali & dignitate ac legitima ordinis vel gradus executione.Nec obstat quod dicitur.j.q.j.ca.Quod quidem.§. Opponitur autē.cum dicitur, Degradatus episcopus potestatem largiendi sacros ordines non habet. quia hoc intelligitur de executione iuris.Illam enim amisit in degradatiōe: sed non executionē facti. Nā adhuc potest ordines conferre:sed nō licite.Hoc vult textus sequēs & gloss.Vbi inuitur differentia inter habere potestatem distribuēdi ordines: & habere executionem illius potestatis. Nomē executio includit in hoc loco vsum licitum:& dicit executionē non ꝑhibitam.Item de ordi. ab episcopo qui renun.episcopatui.cap.j.&.ij.habet. Si quis ordinatur a tali ad rogatum alterius episcopi, dūmodo solum renunciauit loco,non male agit: sed si renūciauit loco simul & dignitati:potest quis ab eo suscipere minores ordines,sed non maiores.Q; si de facto recipit maiores ab eo,si habet ignorātiam in uincibilem,potest auctoritate episcopi ministrare. Si nō habet ignorantiā inuincibilem:sed crassam,licet recipiat ordines caret tamen executione officij.Et ita est vere ordinatus, sed executionē iuris non habet, Et cap.sequente dicit,q; episcopus potest dispensare cum his qui ignorāter siue ex ignorātia ordinati sunt ab episcopo excōmunicato.¶Ex illo sequitur corollarie q; potestas conferendi ordines potest alicui cōuenire dupliciter: scilicet ordinaria potestate, & episcopali consecratione. Et sic conuenit solū episcopis ex institutione diuina.Cuius cōgruentiam tangunt doctores pręfati. Cum enim episcopus est summus sacerdos & ecclesiæ princeps, merito ad eū pertinet duces ecclesiasticę militię ordinare & cōstituere exemplo principis secularis. Alio modo cōuenit alicui generali vel speciali cōmissiōe seu de consuetudine:vtputa presbyteris cardinalib⁹ & abbatibus.Itaq; episcopi suo iure ordināt:cæteri vero cōmissione sibi facta. Hinc episcop⁹ vt iure suo & veluti habens plenitudinē administrationis omnium sacramentorū ordinat: non episcopus autem vt iure alieno.Episcopus propter episcopalem cōsecrationem : non episcopus ꝑpter papalem commissionem , stante ordinatiōe eiusdem in sacerdotem:aut ex consuetudine &c. Et ideo Palude nominat consecrationem episcopi sacramentū:non distinctum a sacerdotio: sed quia est pars sacramenti sacerdotij. ¶Secūda D conclusio. Sacerdoti non episcopo potest ex generali vel speciali cōmissione papę dari potestas conferēdi minores & forte maiores etiam dēpto sacerdotio.Patet ex dictis supra.& Panor.capi. quarto de consuetudine. ¶Nec videtur hic militare dictum aliquorum, qui hanc cōclusionem non admittunt de ordinibus maioribus. Nā nō potest dari ratio diuersitatis. Imo ratio eorum videtur esse contra eos.Dicit enim San.Tho.q;

Universidad de Deusto
Biblioteca



Papa potest cõmittere non ẽpo ea quę ad episco palem pertinent dignitatẽ: dũmodo illa non ha beant immediatã relationẽ ad verũ corp⁹ Chri sti. Sed quia maiores ordines habẽt immediatã relationem ad corpus Christi: supra qđ cõficien dum Papa nõ habet maiorem potestatem q̃ sim plex sacerdos: ideo nõ potest cõmittere sacerdo ti simplici eorũ ordinum collationẽ. Illa ratio nõ videtur sufficere. Nam secundũ eundem distin. prędcedenti. q.ij. art.iij. Diacono & subdiacono cõ mittitur doctrinę noui testamenti ꝓnũciatio. vbi ponit officium maiorũ ordinum: docens officiũ diaconi esse annũciare doctrinam euangelicam: Subdiaconorũ vero, apostolicã. sed illa remote respiciunt consecrationem eucharistię. Etsi act⁹ eorũ proprij & perfectissimi ponuntur circa ma terię offerẽdæ oblationem, quod est subdiaconi, etiam secundũ San. Tho. & eucharistię dispensa tionem, quod est diaconi: tamẽ constat q̃ officiũ subdiaconi non habet immediatã relationem ad corporis Christi cõsecrationẽ, sed remotam: qa nullã habet potestatẽ circa cõtenta in calice: q̃ po test diaconus in necessitate dispensare. Et si hoc officiũ dicitur habere immediatã relationẽ ad eu charistiam: hoc tamen non est circa eius cõsecra tionem: sed dispensationem. & vtrũq; potest alius nõ habens maiores ordines, de facto: licet nõ de iure. Potest enim de facto laicus calicem cum vino porrigere & pane, etiam non tangendo va sa cõsecrata nuda manu. Et ita omnes actus illo rum ordinum possunt fieri ab aliquo nõ ordina to: secus de consecratione eucharistię. ¶ Tertia conclusio. Licet episcopi possint sola voluntate & verbo his quæ merę iurisdictionis sunt, huma na potestate priuari: attamen quo ad ea q̃ sunt ordinis seu consecrationis aut potestatis episco palis prędcise, non possunt nisi a solo deo spoliari. Prima pars est in gloss. de consc. eccle. vel alta cap. Aqua. Sicut enim cõferẽ, ita auferri potest iurisdictio: sed cõfertur sola voluntate & verbo. igitur &c. Secũda pars ꝓbatur ex dictis ibidem. Ecclesia enim nõ potest ministrum impedire in his quę sunt ordinis prędcise. sed posse cõferre or dines, est in episcopo cõsecrationis & ordinis, er go &c. Ad idẽ est gloss. de ordi. ab episcopo qui renun. episcopatui. dicẽs. Resignatio non abstu lit illi ordinem, sed ordinis executionẽ. Facit ad idem. j. q. j. ca. Quod quidem. Sicut ergo digni tatem & officium apostolatus apostoli quorum episcopi sunt successores, immediate receperunt a Christo deo & homine: ita & episcopus nõ nisi a deo solo: suo potest ordine priuari. capiẽdo or dinem large: vt supra: vt scilicet est gradus emi nens disponens aliquem ad actum determina tum ecclesiasticum exercendum in dei ecclesia.

¶ Quarta cõclusio. Quis episcopus hereticus, apostata, degradatus, prędcisus, vel publice excõ municatus sit ipso iure omni iurisdictione priua tus: nec possit quenq̃ a peccatis absoluere: potest tamẽ de facto omnẽ hominem ordinis capacem nõ nolẽtem etiam sibi nõ subditum ordinare nõ obstante ecclesię iusta ꝓhibitione. Prima pars vi detur nota ex prędcedẽtibus. Secunda probatur, quia cõsecratione & ordine episcopali priuari nõ potest. Non ergo requiritur in ordinis collatione de facto q⁹ ordinandus sit subditus ordinatori: sicut ex natura absolutionis, quędpartim est ordi nis partim iurisdictionis, & hoc ex ordinatione Christi. Potest ergo talis episcopus alicui volen ti potestatem recipere, dare ordinem ministeriali ter. Et cũ character ordinis idelebiliter & ex ope re operato a deo infunditur ad ministerium epi scopi, ecclesia non potest illam characteris infu sionem impedire: licet potest facere sua prohibi tione ne qs sit illi vel illi iudicialiter subiectus: ne deniq; sese possit illi vel illi iudicialiter subijcere: & ita sententiã ab eo recipere. Sententia em̃ a nõ suo iudice prolata nulla est. ¶ Corollarie sequit. Ad hoc q⁹ aliquis possit ordinari, sufficit ex par te subiecti (saltem de facto: licet nõ de iure) subie cti capacitas, vtputa homo masculus, qui nõ est cõtrarie inuitus & inuolũtarius ad ordinis susce ptionem. Et ex parte ordinãtis, q⁹ sit episcopus aut ad ordinandũ delegatus a Papa & sacerdos. Patet ex dictis. ¶ Dicit de facto. Nullus em̃ sa cerdos rite & de iure habet ministrare quodcũq; sacramentum seclusa necessitatis articulo nisi in sibi subiecto. ¶ Corollariũ. Sicut quis põt cõse crare alienum & furatum calicem, aut panẽ seu vinum: ita & hominem peregrinum in quẽ nec habet dominiũ nec iurisdictionẽ. Et licet oẽ agẽs requirat subiectionẽ materię, nõ tamẽ subiectio nem iurisdictiõis. ¶ Dictũ est in cõclusione. Pu blice excõmunicatus: secus de occulte excõmu nicato, vt supra. Si aliquis diceret: excõmunicati & hęretici nõ ordinant nisi ministerialiter: Instru mentũ autem non agit nisi coniunctũ principali motori, igitur cũ nõ sunt deo cõiuncti, nihil pos sunt: Ad hoc est conclusio sequens. ¶ Quinta conclusio. Episcopi hęretici rite ordinati, prędcisi suspensi, degradati, excõmunicati &c. seu quõcũ q⁹ mali: licet non sint deo iuncti merito fidei spei & charitatis: possunt tamẽ dici secundũ qd deo iuncti & numero: dum sacris initiant cæteros ordi nare recte intendunt ecclesię formam seruando. Sunt enim numero de ecclesia, licet nõ merito, & agenti principali (cuius faciũt: licet prohibiti mi nisterium) secũdum formam ecclesię ministeria liter coniuncti. ¶ Sexta conclusio. Suscipiens ordines prędcertim maiores scienter ab ordinum



ministro, q̃ executionẽ sui officij ob ecclesię ꝓhi bitionem aut spontaneam resignationem nõ ha bet, licet sit rite cæteris paribus ordinatus: tamen est ab ordinum quos suscepit executione iure ꝓ hibitus & suspensus. Probatur conclusio. j. q. j. cap. Remissionẽ. dicit, Et prędcertim maiores, q̃a vt habetur de ordi. ab epi. qui renun. episcopatui si quis a tali, licet renunciauerit episcopatui, rece perit minores ordines: potest in ipsis deseruire: & deinceps in maiorib⁹ instiari & ordinari. Qz si re ceperit ab eo scienter maiores ordines, caret exe cutione officij. Secus si ignoranter. tunc põt epi scopus cum eo dispensare. Qz nõ liceat ordines recipere ab alieno episcopo cum nõ sit sibi subie ctus: nec habet executionem in alienũ parochia num non habito dimissorio. ix. q. iij. per totũ. Et in. vj. de temporib⁹ ordi. cap. Eos qui. prohiben tur episcopi ne absq̃ licentia superiorum sciẽter vel ignoranter ignorãtia crassa vel affectata alie nę Diœcesis clericos ordinare prędcsumãt, subpœ na suspensionis ab ordinum collatiõe per annũ. Et ordinati sic executiõe carent. ¶ Dicitur supe rior hoc in loco: de cuius diœcesi est ordinãdus, seu in cuius diœcesi obtinet beneficiũ ecclesiasti cum: seu habet (licet alibi nat⁹ fuerit) domiciliũ. cap. Nullus. eo. titu. lib. vj. De ordinatis simonia ce dicetur sequen. Ratio conclusionis habetur. j. q. vij. ca. Daibertum. Qui nihil habuit, nihil dare potuit. saltem eo modo quo non habuit. Sed ta les de quibus conclusio, nõ habent ordinum exe cutionem: cum sunt ab ecclesia prohibiti. igitur.

F ¶ Pro tertia parte quęstiõis de tempore ordina tionum: & ætate ordinandorũ: supponantur hic dicta prędcedentis dist. de tempore: de subiecto, & ministro tonsurę. ¶ Quibus suppositis est hæc conclusio septima. Tametsi ecclesia seu ius scri ptum, & tempus & ætatem congrua pro ordinũ susceptione & collatiõe determinauerit: attamen huiusmodi determinatio & limitatio nõ est de ne cessitate sacramenti, sed prędcepti & ministri. Pro batur conclusio. cap. De eo. de tempor. ordinan. Licitum est episcopis dñicis & aliis festiuis dieb⁹ vnum aut duos ad minores ordines ꝓmouere. Et sic habetur limitatio temporis pro collatione minorum ordinum: qui omnes possunt vno die recipi. dist. xix. ca. Si Romanorũ. Et cum hoc tẽ pore collationis maiorum ordinum. de eo q̃ fur tiue ordi. recepit. De matoribus ordinibus habe tur. cap. prędfato: q⁹ nõ possunt recipi nec cõferri ab episcopo nisi in. iiij. temporibus. In sabbato paschæ. Itẽ de passiõe domini. Sed illa limitatio quo ad tempus non restringit Romanũ põtificẽ Minister transgrediens illud ius ab ordinum exe cutione, & ordinat⁹ suspẽditur & punitur donec habeat Papalem dispensationem. eodem tit. ca. Quidam. Aut episcopi. cap. Consultationi. Nec possunt duo maiores vni eodem die cõferri. eo. ti. ca. Literas Episcopus in cõtrariũ facięs suspẽ ditur a potestate ordinandi. cap. Dilectus. ¶ De ętate ordinandorum statuitur in Clemẽ. Genera lem. de ęta. & quali. ordi. Annus. xviij. ꝓ subdia conatu, vicesimus pro diaconatu: vicesimus q̃n tus ꝓ sacerdotio. Ita q⁹ satis est attigisse. xxv. Ae tas minoꝝ ordinũ est maior infantia, hoc est septẽ nio. xxix. dist. ca. De his. Item lib. vj. Nullus. de tempo. ordi. Et per hoc corriguntr̃ dicta in decre. di. lxxvij. Nũc em̃ mores cõtrarij cõtrarię innitũ tur rationi. Tunc em̃ tardius, nunc citius eruditi tur Christiani in his quę pertinent ad diuinũ cul tum, nec absc̃odunt̃ diuina mysteria vt olim &c. De minorẽnibus adhuc infantibus: quo ad oẽs ordines, ad hoc est sequens propositio post Sã. Tho. Bonauẽ. Richar. Palu. Tho. Argen. Sco.

¶ Octaua cõclusio. Ordinis sacramentum: licet G dari non debeat quo ad ordines maiores nõ ha benti vsum rationis & adulto: attamen non exi git in suscipiente de necessitate sacramenti rõnis vsum, sed de congruitate & necessitate prędcepti ecclesię. Depueris. j. q. j. ca. Pueri. Pueri ad sacros ordines nullatenus admittant̃. Includunt aliqui etiam ordinationem episcopi, secus de obligatio ne officij episcopalis. Cum enim debet esse spõ sus ecclesię, requiritur ad eius obligationem & ac ceptationem ratiõis vsus. Sic nullus potest esse curatus, abbas, prior, beneficiat⁹, nisi assentiat de iure canonico. Vnde lib. vj. de pręben. Si tibi ab senti. dicitur, q⁹ dum beneficium absenti confer tur, nullum ius ei acquiritur quousq; ratum ha beat. Ita intelligendum est dictum San. Tho. & Bonauẽ. dicentium ad cõsecrationem episcopa lem necessario requiri vsum rationis. Ratio pri mi est, voti cõtinẽtię ex statuto ecclesię annexio. Et nullus potest obligari voto nisi ꝓprio. Dicit Palu. dist. xxxvij. q. j. Puer si in cunis ordinare tur, cum iam adolescit tenetur ex statuto ecclesię ad cõtinentiam propter susceptum ordinẽ. Hic dicit q⁹ non tenetur cõtinere: sed verus sacerdos existens potest contrahere: quia non potuit ne scius obligari. Hoc videtur esse verum de obli gatione personali & de voto clericorum perso nali: vt cum parentes pro eo vouerunt. Sic enim potest resilire, & nõ tenetur eorum voto. secus de statuto ecclesię. In dist. xxxvij. loquitur de statu to ecclesię: quod secundum eum potest ignoran tem obligare dum habuit eius notitiã. Et ita po terũt eius dicta cõcordari, quia aliter & aliter loq tur de obligatiõe voti: vel ex statuto ecclesię vel obligatione propria. Ratio secundi est, quia con gruit vt nulli detur gradus ecclesiasticus cuius actum exercere non potest. sed carens vsu ratio-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nis nō potest cōgrue actum ordinis exercere. ergo &c. Ratio cōclusionis potest esse. In collatione ordinum nihil aliud fit, nisi q̄ datur alicui potestas ad exercendum actum ordinis. Quid cñ est ordo nisi gradus disponens ad ministrādum in determinato gradu ecclesiastico? vt supra. Sed gradus respectu cuius competit actum illum exercere, potest duratiōe & tempore precedere actū illum vel potentiam propinquam. Non autē repugnat aliquem recipere potestatem, cuius non statim potest habere vsum. Et potestas ipsa pōt esse prior actu. Remoto vero posteriori nō tollitur prius. Itē sufficit quem posse quandoq; exire in actum dum sibi confertur potestas exercendi actum. Preterea, potest aliquis baptizari nullo homine posito in mundo nisi baptizando & ministro cæteris paribus. Sic similiter cōfirmari, ergo & ordinari sine eius cōsensu: vt fit in minoribus ordinibus, & tamen illa sacramēta imprimūt characterem. Nullibi cñ reperitur diuina lege prohibitum. De clerico ordinando per saltum habeā de quodam qui ante annos discretionis recepit ordines minores, & tamen factus vir non fuit re ordinatus cum maiores suscepit ordines. ¶Ex parte ordinādi nō videā aliud requiri nisi nō repugnantia subiecti: sed puer nō habet voluntatem cōtrariam: etsi nō possit elicere positiuam voluntatem. Et licet in adulto suscepturo sacramētum nō indigne requiratur volūtas positiua vera vel interpretatiua: secus tamē est in paruulis non habentibus ptunc vsum ratiōis. Sufficit cñ q̄ nō habeant volūtatem positiue cōtrariam, ita q̄ velint nō suscipere. Stat ergo (vt videtur) cōclusio, q̄uis sic ordinans peccaret, & ecclesię cōstitutioni cōtraueniret. ¶Corollarie sequitur. Sicut baptizatus dissentiens cōtrarie simpliciter & absolute nihil recipit: ita similiter ordinādus volens nō ordinari simpliciter & absolute nihil recipit. Nemo cñ cōpelli potest q̄ inuitus & cōtrarie nolēs suscipiat baptismum vel ordinem. capit. Matores. de baptis. & eius effectu. ¶Dictū est dissentiēs simpliciter, quoniam si dissentiret cōditionaliter, attamē vellet ordinari: nollet tamen nō posita illa vel illa conditione: hic vere ordinatur, sicut supra de baptismo. ¶Corollariū. ij. Quis aliquis nō possit absolute cogi vt ordines suscipiat, potest tamen cogi coactione conditionata, vtputa metu inferendę pœnæ, prtuationis beneficij, aut ecclesię: vel prębendę: aut executionis &c. tempore necessitatis in ecclesia dei: & tūc metu peccati aut lęsiōis reipublicę vel geminę charitatis. ¶Si dicit, ergo cum ex parte ordinandi non requiritur cęteris paribus nisi nō repugnātia subiecti, ergo mulier potest ordinari: Nā vbi est idem agens & passum eiusdem speciei: erit idem effectus, Respondetur: verum est de agente naturali necessitate: secus de agente voluntario & cōtingenter. Nec episcopus dat characterem, sed facit actū sacramētalem: ad quem Christus dat characterem. Est ergo agens ministeriale, nec necessario sequitur effectus sacramenti, nisi necessitate pactionis diuinę. Negatur ergo cōsequētia. ¶In quarta parte quęsiti habetur de impedimētis ordinis: quę possunt reduci ad tria. scilicet naturæ: fortunę: & maculę. De impedimēto naturæ est hæc cōclusio ad pcedētes. ¶Nona cōclusio. Sexus virilis est ex institutione Christi de necessitate sacramēti ordinis ecclesiastici: ita q̄ in hoc papa nō pōt dispensare. Probatur, per sacramētū ordinis aliquis ponitur in gradu eminenti ecclesię. Hoc autem non competit mulieri ex ordinatiōe apostolica: & dei dicentis Gen. iij. Sub viri potestate eris. Cum ergo nō est sexus Hierarchicę dñationis: sed subiectionis. ergo &c. Cur cñ Christus non contulisset matri suę ordines si fuisset capax? Cur deniq; ecclesia spoliasset totum sexum illo priuilegio: si fuisset capax ordinis? Hic apostolus phibet mulierem docere in ecclesia. j. Timot. ij. Item debet orare velato capite. Et sicut ecclesia Christo: ita mulier viro subiecta erit. Ephe. v. Palu. q. iij. j. ar. vult q̄ papa posset mulieri dare coronam: cum hoc sit positiuum. Hermaphroditus cum est mōstrum in natura, ordinari nō debet, & corpore vitiatus. Esset enim opprobrium clericis. Preterea sępe nescitur cuius sexus: An vir vel mulier. Si mulier, ordinari non pōt. Si vir, non debet: al ludenter ad legem vet. corpore vitiatos cohibentem a ministerio. De ætate habetur conclusione vij. &. viij. ¶Decima conclusio. Defectus natalium pariter & seruitutis conditio ordinis impediunt susceptionem non de facto, sed de congruo & iure scripto. Primum patet dist. lvj. Presbyterorum filij ad sacra officia nō sunt admittendi. De filijs presbyte. nō ordinā. Filij presbytero rum & cęteri ex fornicatione nati ad sacros ordines nō promoueantur: nisi aut monachi fiāt aut in cōgregatione canonica regulariter viuant. Sic enim secundū Richar. iam professi, possunt sine dispensatione sacris initiari. Deutero. xxiij. Non ingredietur mancer hoc est de scorto natus in ecclesiam domini vsq; ad decimam generationē. Sunt enim sępe imitatores paternę incontinētię. Si florent virtute, possunt per dispensationem promoueri ad ordines. ¶Si dicitur: vnusquisq; suam portabit iniquitatem, conceditur. Et vnicuiq; plus obest demeritum proprīū, q̄ alterius peccatū respectu dei: redundat tamē apud homines sępenumero in malum pœnę nō culpę alterius. Nec per hoc filius portat iniquitatem patris cum veluti illegitime natus arcetur ab ordinibus



& paterna successiōe in eadem ecclesia, quia sine culpa propria arcetur velut irregularis ab illis. Irregularitas cñ contrahi potest sine peccato. Exemplum de iusto iudice iudicio sanguinis. De cōditione seruili. De filijs presbyterorū. cap. j. Item de seruis nō ordinādis. ca. j. q̄ ante manumissionem non debent ordinari: alias suo restituentur domino. dist. lvij. fere per totū. Impediuntur cñ per hoc sacramentū ab onere seruitiorū suis dominis debitorum. ¶Nec obstat dictum apostolicum. In Christo Iesu nō est seruus. Gal. iij. Verū est, subiectione legali: quia lex cessat veniēte euāgelio: nec acceptio personarum est apud deum. ¶Preterea: licet seruitus peccati etiam impediat ordinis susceptionē de congruo: ita q̄ suscipiēs ordines in mortali, mortaliter peccat, secūdū Richar, illa tamē non enumerat inter impedimenta irregularitatē inducentia quę respiciunt forum ecclesię. Ideo dictū fuit in cōclusione. Nō de facto &c. Ratio generalis omniū hmōi impedimentorum, secūdū Bona. & Tho. hęc est. Hoc sacramētum ordinis cętera precellit ratione signi & significationis. Nam nō solum sacramentum ipm est signū: sed etiam suscipiens ipsum habet rationē signi. Ordinatus cñ ordine sacerdotali Christū representat vnicū ecclesiæ spōsum: & qui est vn⁹ vnius. Cū vero talis ratio secundū omnes deficit in bigamo qui carnē suam diuisit in multas: igit arcetur ab ordine. Insuper abundat hoc sacramentum in ratione remedij: quia secundū predicta cōfert gratiam multiplicē ad curandū subiectū & habilitādum ipsum. Hinc nominari solet sacramentū dignitatis: quia ponit hoīem in eminentem statū & gradū ecclesię: & requirit de congruo ex constitutione humana alludenter ad diuinam, hoīem honestū apud seculum. ¶Ad honestatē secularē requirit claritudo multiplex. Originis, nois, famæ, corporis, actionis, cōditiōis, & conuersationis. Illegitime nati carent claritate originis. Habent enim obscuram & probrosam originē, etiā in leg. ve. Deutero. xxiij. Publice pœnitentes & infames carent nois claritudine propter maculam infamię quā contraxerunt. Obscuritatem corporis habēt dęmoniaci, epilētici, in corpore notabiliter vitiati, in mēbris truncati & imperfecti. Homicidę carent bonę actionis claritudine quia humanū sitierūt sanguinē veluti hūanæ salutis hostes sęui & truculenti. Conditio seruilis affert præiudicium dño susceptis ordinibus nisi emācipetur: & sic affert quandā obscuritatē personę seruili. Tēporalium sollicitudo ptrsus auertit ab ordinū executione, & notabiliter est impedimento. distin. lj. cap. j. Sic de obligatis ad ratiocinia. Ideo tales prohibētur ordinari propter cuiusdam honestatis carentiā quam vult ecclesia suis ministris nō abesse. ¶Nūc de impedimento fortunę, qđ est homicidiū. Circa qđ notādū est, vt habet glos. Cle. vni. de homicidio. Mutilatio cōparat homicidio quo ad irregularitatē. Homicidiū aūt inuenitur quadruplex, scilicet simpliciter voluntariū: & id semp requiritur ad incurrēdū irregularitatē rōne homicidij, siue hoc fiat consilio, ope, auxilio, defensiōe, pcepto, mandato, cooperatione, exhortatione &c. vt occidatur homo cū effectu. dist. l. Si quis viduam. Et de clericis pug. in duello. vbi dicit. ca. Hēricus. Homicidiū tam facto q̄ pcepto, q̄ consilio, q̄ defensione ppetrat &c. Vnde in eo. cap. Sacerdos qui posuit pugilē qui reum ictib⁹ mactauit: irregularis est ac si per semetipsum occidisset. Ad idē ca. Sicut dignū. de homicidio. Oportet aūt mortē cū effectu sequi, quia lex promotionis factū requirit. xv. q. j. cap. Si quis non iratus. ¶Homicidium nō volū tarium contradistorte ad voluntariū, est per abnegationē liberę voluntatis & electionis. vt in furiosis & amentibus. Hinc dicitur Clemen. vnica. de homicidio. Si furiosus aut infans seu dormiens hominem occiderit: vel mutilauerit: nullā per hoc incurrit irregularitatem. Carēt enim vsu rationis. Dormiens videtur esse qui noctu dormiendo ambulat & hominem occidit: nesciens quid faciat. ¶Homicidium inuoluntarium cōtrarie ad volūtarium: noluntarium, cū quis vult actu elicito non occidere: & tamen sequitur occisio. Exemplum. Aliquis me nolente leuat brachium meum violenter & occidit manu mea hominem. Vel cum ego succido arborem, & alius me phibēte quātū possum opponit se lapsui arboris &c. Hic ego potius dicor patiens q̄ agens nec incurro irregularitatem propter defectum voluntarij. l. dist. Si qui arborem. ¶Homicidiū mixtum ex vtroq; puta quod est partim voluntarium, & partim inuoluntatium seu conditionatum: vt cum volo non occidere hominem: sed quia mortem vitare non possum, nisi occidam meum inuasorem: volo eum occidere: alias non occisurus eum: si pateret alia via effugij: quia nō directe volo eius mortem, sed meam euasionem & defensionem: non incurro irregularitatem. Sic dicitur vbi supra Clementi. vnica. Ad idem censemus de illo qui mortem aliter vitare non valens suum occidit vel mutilat inuasorem. Notanter dicit suum inuasorem, & mortem propriam: secūdum glossam ibidem. Si enim quis vel let inuadere mihi coniunctum sanguine vel amicitia, & ego occido eius inuasorem, incurro irregularitatem: quia non occido meum inuasorem. Hinc non oportet ponere illam distinctionem quam facit Palude quæstione tertia: articulo secundo, conclusio. iij. post Gratianū. xv. quæst. j.

Universidad de Deusto
Biblioteca



q; sic occidens in casu ineuitabilis mortis potest in susceptis ordinibus ministrare: sed nō vltē⁹ ordinari: quia nouum ius videtur vetus hic corrigere. Cōsimilia exempla possunt poni de homicidio casuali. cap. Lator. De homicidio. cap. Dilectus, cum quis dedit operam rei licitę vel illicitę &c. ¶ Secundo notandū: quia mutilatio comparatur homicidio quādoq;. Mutilare multiplicitet accipitur. Angelus in sum. in ver. Corpore vitiati. dicit. Debilitatio membri reddit ipsum ineficax: sed mutilatio dicit amputationē. Vnde secundum eīdem habere mēbrum mutilatum est habere mēbrum abscissum. Idem vult auctor casuum in. vj. ca. Is qui. de homicidio. & allegat alios. Idem videt velle Richar. qui sępe vtitur mutilatio pro amputatio. Et Palu. similiter. Idē Panor. cap. De diaco. Qui cle. vel vo. Quid si non mutilat mēbrum, sed debilitat ipsum? Respōdet q; nō incurrit irregularitatē: quia adhuc facit ad decorem, & in pœnis mitior pœna est acceptanda. Et sic idem est apud eum detrūcare, amputare, mutilare. ¶ Quid autem venit nomīe mēbri: non idē videtur sentire doct. Secūdū Palu. mutilatio mēbrorum dicitur illarum partium corporis quę amputata deinceps nō crescunt. Nā abrasio crinium, vnguium, vel euulsio, lęsio pellis aut carnis, nō dicūtur mutilatio membrorum. Talia eīm nō dicūtur mēbra. Sed amputatio manus, digiti, pedis, articuli digiti vel notabilis ptis pedis quæ redire nō possit, dicitur mutilatio membrorum ꝓprie dictorū. Panor. dicit membrū esse qđ habet officiū separatum & distinctū ab alijs mēbris. vt oculus. lv. dist. Si euangelica. Vel manus aut pes ad tangendū vel ambulandum. Addit. Digitus autem nō est proprie mēbrum: sed pars mēbri. Et ita secundum Angelū ver. Homicida. v. Pro hoc textus. lxxxix. dist. cap. Singula. iuncta glos. vbi appellatur membrum: quod habet officium distinctum. Ex quo potest inferri secūdum doctores. incidens alicui digitum nō est irregularis: secus si totam manum vel oculum aut pedem. Ex illis facile formari possunt conclusiones de impedimento fortunę. Ponitur pro ratione probibitionis homicidarum ab ordinum susceptione. ex cap. j. de homicidio. lib. vj. Nam sacramētum ordinis principaliter ordinatur ad eucharistię consecrationē: quæ est sacramentum pacis, & charitatis, & oīs benignitatis. Occisio vero volūtaria hominis est inimica pacis & charitatis, & opus crucifigētium: & cōtraria Christo: qui attulit vitā, & venit dispersos congregare in vnū &c. ¶ Cōsiderādum est q; ad incurrendū irregularitatem nō sufficit sanguinis effusio sola secundum Panor. vbi supra: sed oportet q; interueniat mors vel mēbri detruncatio. Aut secundum Angelū, omnimoda mēbri debilitatio & inhabilitatio. Et ita secundum eum non videtur sufficere q; mēbri presentia faciat ad decorem dum taliter debilitatum est. ¶ Consequēter notandū circa primam homicidij acceptionem, q; homicidium quandoq; cōmittitur mādato seu ꝓcepto, & tunc mandatarius & mandās peccant: & vterq; incurrit irregularitatem si mors subsequatur, vel mutilatio: quia vt dicitur de sententia excōi. cap. Mulieres. Is cōmittit, cuius mādato delictū cōmitti probatur. Ad hoc de cleric. pug. in duello. ca. ij. vbi dicitur q; homicidium fit tam facto q; ꝓcepto. ¶ Cōmittit consilio cum nō solum consulitur directe alterius occisio vel mutilatio, sed etiam consulitur aliquid quod est causa propīqua occisiōis vel mutilatiōis: vt notat Panor. cap. Ad audientiam. & cap. De cętero. de homi. De huiusmodi consilio dicendum sicut supra de bello. Licet clerico exhortari alios ad fortiter pugnādum: ad quod sępe comitatur mors nō volita: sed non ad occidendum. ¶ Cōmittit defensione dum quis de facto paratus est alium defendere, & defendit: vt mors subsequatur siue per se ipsum, siue per alios quos ad hoc ordinat sua auctoritate. Sic de mutilatione. ca. Henricus. de cleric. pugnan. in duel. Et cap. Sicut dignum. de homi. Et non est curę quo ad irregularitatem: si mandatarius alias erat eum occisurus vel non, secus quo ad restitutionem. Non enim tenetur dans consilium ad restitutionem: si ille cui dedit consilium alias occisurus erat eundem. Sufficit ad irregularitatem incurrendum, q; eo defendere parato ex animo cum effectu occisus est. Sic Saulus nunc Paulus custodiuit vestes lapidantium Stephanum, sed in eius promotione dispēsauit Christus. Nec tunc erāt cōstitutiones ecclesię. Vterq; ergo & mittens & missus pro defensione homicidę animo & voluntate occidendi vt homicidiū in effectu consummari possit, irregularis est subsequēte morte: secus si mors aut mutilatio non sequatur cum effectu. ¶ Item permissione cōmittitur homicidium. Et licet quidam dicant hoc habere locum in prelatis: quorū est ex officio cohibere malignantes: attamen iura loquuntur vniuersaliter de omnibus qui ex dolo nolunt prohibere ne mors inferatur, cum id facere possent cum effectu. Quia enim sitiunt alterius mortem: ideo nolunt prohibere. ¶ Cooperatione. sicut in capit. Dignum. de homici. §. j. vbi dicitur. Illi qui venerunt seu accesserunt animo occidendi, feriendi, seu capiendi illum sanctum virum Thomam Cantuariensem, & tamen non iniecerunt manus in eum: si tamen ex illa captione mors secuta esset, pari vel fere pari pœna essent cum occisoribus puniendi. Ad



idem cap. Studeat. l. distin. Dederunt enim operam rei illicitę: & voluntate interpretatiua quantum in se fuit inuaserunt eum. Qui ergo vult irregularitatē ex homicidio vitare, necesse est nec voluntate, nec opere seu actu homicidium commiserit per se vel alium: & q; operam non dederit rei illicitę: feceritq; diligentiam debitam & solitam ad pręcauendū homicidiū. cap. Dilectus. de homici. Si vero dedit operam rei illicitę reus est omniū quę sequunt ex hoc. lib. vj. ca. Is qui. eo. tit. De eo qui cōcepto in alium odio fecit eū per alios verberari, expresse tamē prohibendo ne occidāt eum. Sed cum mors subsecuta fuit, mādatarius irregularitatem incurrit, & is qui mandatū dedit vt percuteretur. Dedit eīm operam rei illicitę: & debuit hoc malum pręuidere. ¶ Animatione vel exhortatione. ca. Sicut dignum. de homi. Qđ limitat Panor. quādo illa animatio specialiter directa est ad homicidium: quia tunc incurritur irregularitas. ¶ Auxiliatione, quantumcūq; paruū sit auxiliū. Et licet auxilium id quandoq; fiat in re licita ad quā tamen mors sequitur: licet careat peccato, sed nō irregularitatis pœna: propter mortem subsecutam. Si dicitur: Exo. xxiij. Leuitę in le. vet. potuerūt occidere, igitur & nūc: Respondetur negando consequentiam: quia iudicialia habēt finem: & lex illa fuit lex timoris & infligens pœnam sanguinis. Noua vero lex pacis: ideo ecclesia illud prohibuit nūc: licet tūc fuerit ad iussum Moysi Leuitis ꝓmissum. ¶ Q; autem Petrus auriculam amputauit Malcho & de hinc ordinatus fuit in episcopum, non impedit: quia tūc non fuit illa ecclesię prohibitio. Itē Phinees occidēdo sacerdotiū meruit. Numeri. xxv. Macchabęi bellatores fuerunt sacerdotes. j. Macchabæo. v. Itē factū Dauid tūc fuit iudiciale. &c.

L ¶ Demum de impedimento maculę videndum Dicitur autē aliqd maculari dupliciter. Vel ex discōuenientiū presentia & appositiōe. Vel ex inesse debentium absentia & priuatione: vt cū quis priuatur eo quod pertinet ad eius formam: dispositionem, exercitium, statum, officium, &c. Sic peccator carens gratia gratum faciēte dicitur maculam habere. Itē carens mēbro debito ad hunc vel illū actū inesse debentem. Sic dicitur: infamibus non patent portę ecclesiarum, dignitatū. De reg. iuris lib. vj. De infamia & infamię macula supra habet. Hic de corpore vitiatis dicēdum. ¶ Vitiatus ex iusta necessitate vel casu: & prēter suā culpam, si ex hoc non generatur notabilis deformitas corporis: recte potens vel horrorem vel scandalum populi, aut ordinis irreuerētiam vel indecentiam gignere, aut inhabilitas vel impotentia rite exercendi ordinis officium, non prohibetur cæteris paribus ab ordinum susceptione vel per ceptorum administratione. Hæc conclusio habetur in diuersis canonibus. distin. lv. Et de corpore vitiatis non ordinādis. Et exemplate, figurati ue, & alludenter in vete. le. Leui. xxj. Sic non prohibetur ab ordinib⁹ qui ex iusta necessitate facit sibi amputari virilia. Exemplum de sacerdote q ad cōsilū medici ꝓpter vitare leprā hoc in se fieri ꝓmisit. De corpe viti. cap. Ex parte. ij. Sic dicitur dist. lv. ca. Eunuchus si per insidias hominū factus est: vel si in psecutiōe eius amputata sunt virilia: vel si ita natus est, pōt cæteris paribus in ēpm ꝓmoueri. Ad idē ca. Si quis ꝓ ægritudine. cap. Si qs a medicis. Si quis a medicis sectus est aut a barbaris abscissus, in cleto ꝓmaneat. ¶ Corollarie sequit. Si quis sponte & nō ex necessitate debita facit sibi amputari virilia vel mēbrū aliud propter fugere venerea &c. homicida est, & ordinari nō debet. ca. Pœnitētes. ca. Si quis abscederit. cap. Si quis carnali. cap. Qui partē. de corpore viti. Nō enim habet iustam causam. Nec facit obsequium deo, quia irrationabile est & legi contrariū. ¶ Dicitur vel casu &c. Qui eīm volēs operi rusticario intendere ꝑscindit sibi digitum non incurrit irregularitatē. Item non dedit operā rei illicitę. Secus secūdū aliquos: si dedisset operā rei illicitę. ca. j. de cor. vit. de clerico qui in duello partem digiti amisit: sed tam paruam q; sine scādalo populi celebrare potuit, fuit ergo cū eo dispēsatum. Et ita dans operā rei illicitę, si ex hoc priuatur membro, incurrit irregularitatem. Cōcordat Palu. q. iij. art. iij. cōclusione. iij. dicēs. Si quis per factum & culpam suam &c. Sic si quis vitiat propter ęgritudinem corporis. Ab hostibus. In bello iusto. In persecutione infideliū. Si casu fortuito. cap. Lator pręsentium. distin. lv. Normanni presbytero digitum absciderunt. Dicitur eīm ibi. Si qui a medicis vel dominis siue paganis non sponte tale quid patiuntur: non prohibentur ab ordinibus. Sic in capit. Cum de tua. dicitur de habente in oculo maculam. Si non generat notabilem deformitatem, potest in episcopum promoueri. Et de cle. ægro. capi. Presbyterū. prohibetur presbyter a celebratiōe cui amputati fuerūt duo digiti a prędone cū medietate palmę: tum ꝓpter infirmitatem, tum propter scandalū populi. Sic leprosus curatus prohibetur ab administratione propter horrorē populi. ca. Tua nos. & sequeñ. eo. titu. Item si careret ambobus oculis nō debet ad sacerdotium ordinari, dato etiam q; vnū oculum casu amiserit. capit. Præcepta canonica. & cap. Si euangelica. distin. lv. Vix enim poterit omnia videnda in altari vno oculo conspicere: & legēda rite legere. Sic abscissio pollicis vł tāta debilitatio q; eucharistiā frāgere nō posset. c. Thomas. de cor. vit. Iō notati disponit q; ille cui erut?

Universidad de Deusto
Biblioteca



est oculus,nō debet ordinari in sacerdotem.capi. Si euangelica,& capi.Precepta canonica.dist.lv. ¶Corollarie sequit. Quodlibet corporis vitiū vndecūq; proueniat, si reddit hoiem impotentē & inhabilē ad sacerdotiū & eius ministerium rite peragēdum, impedit ordinis susceptionem.Sic de vitio generāte scandalum & horrorem populi.vt āputatione nasi &c.Inducūt em̄ quādā obscuritatem personæ. Qz si alicui post susceptum ordinem talia contingunt preter suam culpā:potest ea q̄ sunt sacerdotalis ordinis exequi: dēpta celebratiōe missarū, dicit Angelus in Sum. ver. Corpore vit. Allegat cap. presbyterum. de cleri. egrotante. ¶Ad factū. S. Marci postea patriarchę alexādrini,amputantis sibi pollicē:Dicendū Exempla & facta sanctorum nō sunt semper trahenda in sequelam. Ordinatus em̄ ex dispensatione Petri fuit:& ordinatione spūs sancti,si saltem impedit⁹ fuit aliqua lege phibitiua. Et forte tā modica fuit amputatio: q; nihilomin⁹ potuit facere suū ministerium. Si dicitur:afflictio nō est addenda afflicto: Negetur cum subest causa: licet nō precesserit culpa.Nec illa prohibitio abordine est proprie dicēda afflictio in corpore vitiatis,sed salubris prouisio &c.

M ¶Quantum ad articulum tertium est dubium primum. Qz sexus virilis non sit de necessitate ordinis. Probat post dicta pri⁹. xxvij q.j.cap. Diaconissam.Et ca. Si quis rapuerit.vbi habet,q; diaconissa non debet ordinari ante annos.xl.Et in alio cap.disponitur de pœna rapiētis diaconissam.Itē di.xxiij.fit mētio de p̄sbytera.ergo ordines nō solū cōferunt in virilē sexū, sed & in muliebrē. ¶Preterea:si ordo repugnat sexui muliebri, hoc est quia mulier nō potest habere potestatē iudicandi aut doctrinādi.Sed hoc non prohibetur.Iudicum.iiij.Delbora iudicauit populum Israel,& ei prefuit multis annis. Item Maria Magdalena nominat apostola,& bene docuit populum,vt docet eius legenda. nō obstāte dicto apostoli.j.ad Timo.ij. Vbi phibet mulierē docere i eccl'ia. ¶Preterea:mas & fœmia in specie humana sunt eiusdē speciei specialissimæ: ergo quod cōuenit vni ratione speciei humanæ:& alteri.sed viro hoc competit quia homo. ¶Preterea.subiectum characteris est anima rationalis: & illa est eiusdē speciei in muliere & viro. ¶Preterea:q̄ sunt eiusdē speciei specialissimæ,habent ratione suę naturę eandē actionem,& in eundem possunt effectum.Sed sic est de viro & fœmina igitur. ¶Dicendū.Mulier nō est apta ad ordinū susceptionem.cuius ratio est diuina voluntas:& ordinatio. Ad primum dicit glos. Diaconissa: abbatissa. Aut diaconissa nō ab ordine diaconatus:sed quia ad legēdum euāgeliū publice in officio diuino ordinata,& instituta ad hoc orationibus & decretis ecclesiæ:vt Palu. videt sentire de mulieribus q; possunt tonsurari:cum hoc sit ecclesię. ¶Presbytera vero dicitur matrona senior aut vidua vniuira aut matricuria.cap. Mulieres. distin.xxxij.quæ fuit vxor presbyteri græcorū aut potentis habere vxorem.Dicitur ergo p̄sbytera ex etymologia nominis non ex ordine susceptо. ¶Ad aliud: Character ordinis non videtur naturaliter repugnare muliери de potentia dei absoluta:secus de ordinata.Nec repugnat mulieri habere potestatem iudicandi in temporalibus, sed potestatem clericorum quæ fundatur in charactere ordinis,seu ordine.Nec congruit mulierē publice docere in ecclesia.Nā secūdum Chryso. super cap.ij.epistolæ primę ad Timo. sunt multum loquaces,præstarent fomenta luxurię.Item debent esse ex institutione diuina subiectę viro: ideo non permittitur eis auctoritatiue & ex ordine docere:sec⁹ de pia & deuota exhortatiōe:quā dubium non est sanctas quandoq; fecisse. Sunt etiam alię rationes &c. ¶Ad aliud. Inter virum & mulierem non est distinctio quantum ad consecutionem salutis ęternę.Et sic locutus est apostolus.ad Gala.iij.& Augustinus.xxj.de ciuita.dei. Secus quo ad regimen ecclesiæ & actus Hierarchicos exercendos. Sic enim solos viros elegit Christus.Et ideo viro non vt homini:sed vt homini masculo conuenit habere ordinem. ¶Ad aliud,negetur maior. Vir enim non potest concipere sicut mulier.Vnde illa maior non habet veritatem de agente quodāmodo instrumētali & maxime respectu talis effectus:qui attingi non potest a tali causa : non posita quadam extrinseca & quasi in alterius voluntate constituta dispositione sibi conuenіente ex ordinatione principalis agentis liberi,& cōtingēter includentis huiusmodi effectum, vt inquit Tho.Argen̄. Sic em̄ non obstante similitudine in passis duobus:potest huiusmodi instrumento cōpetere actio vnius effectus quæ non competit alteri non habenti talem extrinsecam dispositionem ex ordinatione libera & voluntaria principalis agentis. Determinat enim in hoc casu agens principale passum ad hunc effectum & non aliud. Determinat in quā dando sibi potentiam propinquam pariter & remotam ad actum aliquem. Sic episcop⁹ qui est quasi minister & instrumentum dei : ex diuina ordinatione precise determinat & ordinat masculum ad ordinum exercitium & non muliebrem sexū: cum ei vt tali ex diuino statuto non competat habere exercitium ordinum.&c. ¶Secundum dubium.Esto:aliquis de lege veteri sacerdos superuixit vsq; ad institutionem nouę legis,An talis fuisset de nouo ordinandus. Et q; non,videtur.Nā dicit Paulus.j.Corin.x.Oīes eandem escam manducauerūt spiritalem: & oēs eundem potum spiritalem biberunt.& ita( vt videtur) eādem obligationem fecerūt nobiscum, ergo & in ordine participarūt. ¶Item cantico rum vj.Vna est columba mea: vna est p̄fecta mea.& ita vna ecclesia:sicut & vna fides: ergo & vnū sacerdotiū in le.ve & noua. ¶Respondetur secundum apostolum ad Hebrę.vij. Translato sacerdotio necesse est vt fiat legis translatio: legalium sacrificiorum. Qz autē sacerdotium Aaronicū & leuiticum sit trāslatum,probat ibidem apostolus.Nam Christus noui sacerdotij princeps non fuit de tribu Leui:sed Iuda:in qua tribu nihil de sacerdotio locut⁹ erat Moyses,iquit Paulus.ideo arguit,Trāslato sacerdotio necesse est vt & legis translatio fiat.Vnde desinēte sacerdotio leuitico (in quo plures facti sunt sacerdotes,& alter alteri successit,vt Aaron Eleazar, Eleazaro Phinees: idcirco q; morte prohiberentur permanere) supuenit sacerdotiū perpetuum Iesu Christi,eo q; ipse maneat in ęternū.Vnde & saluare potest per semetipsum in perpetuū &c.Quicqd ergo in le.vet. factum est,figura fuit futurorum.ad Hebr.itj. & idem pot⁹ ac eadem esca significatiue, quia vnū sacerdotem futurum generalem curatorem oīm hostię legis vete. repręsentabāt:& in vna fide omnes saluati sunt qui precesserunt: & qui sequebantur.Hi ex Christi merito pręuiso propter bonam fidem de redemptore futuro. Alij ex Christi merito iam cōsummato &c. Sic de aqua fluente petra. De pane cœlesti angelicis manibus p̄parato.Non autem fuerunt eadem quantum ad existentiā,& quantū ad contentum,& quantum ad effectum. Nihil enim ad perfectum deduxit lex.Hebræ.vij. Hoc est legis litera siue lex factorum, vt talis,sine gr̄a Christianoz: sedm Augu. ¶Ad secūdum, eędem fuere personę tunc sicut & nunc quo ad fidem & exercitium virtutum vt supra in.iij. sed nō quo ad exercitium sacrorum ordinum a Christo institutorum,nec quo ad officium eis debitum actuum Hierarchicorum. Sacerdotium enim potestatem super corpus Christi verum & mysticum respicit:qua caruerunt patres ve. testamenti. Habebant deniq; sacerdotes tunc mactare & occidere hostias &c. Secus de lege noua &c. ¶Corollariū responsiuū. Sacerdos legis vete. non habuit ordines a Christo institutos:nec ordinū ecclesiasticorū officium:ideo fuisset tunc ordinādus. Sed pro ritu temporis illius ante sacerdotij institutionem primogeniti habebant officium sacerdotum. Deinde Aaron & filij eius fuere consecrati in sacerdotes & vncti,sal tem aliqui.Exo.xxix.

N



QVæstio secunda.Vtrum sacris ordinibus initiato vel initiando liceat citra simoniam p̄ tali sacramēto aut quouis alio aliquod tēporale libere vel exacte dare ordinatori vel cuiusuis sacramenti collatori. Cōsimilis quęstio posset moueri de recipiētibus temporale pro spirituali,sicut nunc facta est de dāte spirituale pro tēporali. ¶Pro articulo primo q̄ ter- A minos declarabit,suppono primū dicta in expositione canonis missę præceptoris mei, lectione xxviij.de simonia.Simonia.j.quæst.j.est studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquod spirituale vel spirituali ānexū. Ista definitio bona est & generalis,& definitur per actus & obiecta sicut & nomina virtutū. Actus tāgitur cū dicitur studiosa voluntas emendi vel vendendi. fundatur em̄ & habet sedē in cōtractu emptiōis & vēditionis simonia. Obiectū,cum dicitur spūale vel spirituali annexum. ¶Dicit primū voluntas:quod hic est nomē actus siue interioris siue exterioris: vt definitio cōueniat omni cōtento sub definito, & nō solū simonię exteriori p̄deunti in opus ad extra. Placet aliquib⁹ q; nomē voluntas hic dicit actū voluntatis interiorē:& ly emendi vel vēdendi inuit actū exteriorē & materiā circa quā. Clari⁹ est vt nomē voluntas vtrūq; actū,elicitū.s.& imperatum dicat:& ly emēdi vel vendendi actū illū specificet. ¶Dicitur studiosa: secundū aliquos ex deliberatione procedēs. Secundū Gerson ad ditur studiosa:quia simonia p̄prie dicta quā punit ecclesia fulminatione pœnarū ecclesiasticarū nō stat in sola voluntate. Cū ergo de simonia in genere, innuitur in hoc vtrūq;, scilicet volūtatis deliberatio,& voluntatis prauę ad extra declaratio siue ostēsio in effectu,scilicet verbo,signo,nutu,operis exhibitione.Hāc enim solā punit ecclesia de patente iudicās,apud quā idem est nō esse & nō apparere.Hinc aliqui simoniam pure mentalem quæ nō prodit ad extra,nō nominat simoniam,neq; dicunt esse peccatum.Verum est in foro ecclesiæ:per censuras mulctandū: secus apud deum qui intuetur cor. Hinc Palu.dicit.Est voluntas quo ad deum &c. ¶Dicitur emēdi vel vēdendi:per quod in gr̄ie innuitur,quod is cōtractus nō gratuitus:quia omnis talis quo cōmutat vel datur spirituale pro tēporali &c.potest esse sedes simonię,cū nō gratis datur. Dicit tm̄ gr̄aliter fundari in cōtractu nō gratuito emptionis & vēditionis large. Et accipit ly datur large,vt etiam extēdit se ad omissionem alicuius spūalis pro tēporali &c. vt cum quis negligit vel omittit punire delinquentes propter temporale vel consequēdū

Universidad de Deusto
Biblioteca



vel retinendum,vel nō amittendum,vel cum datur pecunia ad non præstandū testimonium, ad non eligēdum quēpiam &c. vt in cap.Nemo.de simonia. Nam sicut propositū in proposito: ita oppositum in oppositō. ¶Dicitur autem vtrūq;,emendi scilicet & vēdendi. Simon em̄ magus emere voluit gratiam conferendi spūs sancti vt operationes suas vendere posset alijs. Actu.viij. & ita voluntatē emendi & vendendi habuit. Giezi vero famulus Helisei ꝓ sanitate ad preces Helisei collata mūera accepit a Naamā Syro.iiij.Regū.v. Et sic possunt dici a Simone mago emēte & vēdente simoniaci: a Giezi vendente Giezitę. ¶Dicitur cōsequenter spirituale, nō physicum quod est res indiuisibilis: sed theologicum. Dicitur autem spirituale theologicum tripliciter. Primo essentialiter, vt virtutes infusę. Character sacramentalis. dona sancti spūs. Secūdo causaliter vel dispositiue, vt sacramenta causantia gratiam ex opere operato,& sacramentalia ex opere operante, Iuspatronatus, Inuestitura, Iurisdictio ecclesiastica: potestas spiritualis &c. Et ad hęc antecedētia, comitantia, consequētia, inquit Durañ. Tertio actualiter siue effectiue vt effectus procedens a causa spirituali. Item effectus qui fluunt a potestate ecclesiastica siue ordinis. Vel ab officio ecclesiastico: aut a dono spūs sancti: vt actus baptizādi vel baptismus, cōfirmatio, vnctio, ordinatio, absolutio, qui sunt ipsamet sacramenta, prophetare, miracula facere, docere sciētiam pietatis,& sic de alijs procedentibus a dono prophetię vel doctrinę.i. Corint.xij. Hi enim sunt actus spirituales a spiritu increato & a donis increatis spiritus sancti procedentes mediate vel immediate. Ideo emi vel vendi nō possunt. Causa em̄ & potestas vnde ꝓcedūt, spūalis est: ergo & actꝰ ipsi. Et cū parī passu ambulant ius ad actū, siue potestas ad actū,& actus ipse: sicut vnū est spirituale,& a spiritu increato saltē causaliter & originaliter: puta ius id fundatū in aliquo quod est a spū sctō: vt puta in ordie ecclesiastico: ita & actꝰ. His possunt adiungi benedictio nuptiarū: consecratio ecclesiarū, altarū, calicū, vestium sacerdotaliū,& similiū ad sacra pertinentiū. Item cœmiteriorū, virginū,& similiū ad diuinū cultū applicandorū: benedictio abbatū: electio clericorū: absolutio a censuris: missio in possessionē bñficiorū: renūciatio spūaliū, visitatio, correctio, oratio, prędicatio, bñficiorū officiatio, cura aiarū, ingressus monasterij, ꝓfessio, officiū sepulturę, ꝓmutatio beneficiorū: prębēda ecclesiastica &c. Et in genere oīes actus & oia bñficia annexa clericali ordini. Et sicut illa dicta ꝓcedūt de spūali a spū ĩcreato: ita potest esse triplex spirituale a spiritu creato. Primo p essentiā: vt sciētię philosophicę quæ per studiū acquirunt̄,& sunt veluti habitꝰ aut effectus derelicti in aliquo ex doctrinatione ꝓuta. Et possunt sub illis includi oēs habitus humani tus acquisiti & oēs virtutes morales acqsitę. Spiritualia per cām quia gignūt effectū spūalem: vt docere, cōsulere, iudicare, testificari. Quid em̄ est doctrinatio: nisi gignitto sciētię in aliꝰ. In doctrinatione em̄ duo sunt attendēda: scilicet labor docendi,& opera docētis quo ad vnū. Et sciētia genita in aliquo quo ad secundum. de quibꝰ infra. ¶Dicit cōsequēter in definitione. Vel annexum B spūali, correspōdēter ad prædicta de spūali in ordine ad spūm increatum vel creatū. Pro cuius intellectu notat Alex.p.ij.q.clxxxvij. Aliqd dicit annexū spūali dupliciter, Vno mō spūali qđ ꝓcedit ipm̄ annexū, vt ius recipiēdi decimas annectitur ordini clericali. Alio mō spūali quod sequit, Vt iuspatronatus est annexū spūali: puta beneficio ecclesiastico:& ꝓsentationi ad idē, q̄ sequuntur tale ius, qđ dicitur iuspatronatus. Idem fere sentit btūs Tho.ij.ij.q.c.dicens. Dicitur annexū spūali, quia in spūali fundat̄: aut quia ex spūali dependet:& nō potest de iure competere nisi spirituali aut clericali statui. Hoc alij nomināt vt supra ratione fundamēti. Aut secūdo quia dirigit vel ordinat ad spirituale, quod alij nomināt ratione termini. Exempla patēt ex dictis. Richar. Durañ. Palu. idem volunt. Omnia em̄ annexa spiritualibus secundū eos, aut sunt annexa sacramētis quę sunt spūalia per causam sine qua non, in quātum sunt causę effectiuę gratiæ sacramētalis quę est spiritualis p essentiā: aut sunt annexa spiritualibus officijs: vel iuribus aut potestatibus q̄ cōueniunt alicui ex dono spūs sancti gratis dato: vel officio aut ordinatiōe eccl'ię: aut alias modo cōsimili: antecedēter, cōcomitanter, cōsequenter. Antecedenter ad sacramenta vt termino ad quē dirigūtur, ordinātur, vel disponunt̄: vt vasa sacra & cōsecrata: ornamenta ecclesiastica: Iuspatronatus: quod est ius ꝓsentādi aliquē ad beneficium vel officium ecclesiasticū: & potest cadere in laicum: nec potest de iure vendi ex prohibitione ecclesię. Vasa consecrata spiritualibus antecedenter annexa vendi non debēt nisi prius sint in massam redacta, præsertim calix consecratus. Potest enim in ecclesiæ necessitate vendi solū respiciendo materiale quod est in eo,& non consecrationē: vt propter hoc carius vendatur. xij.q.ij. Aurum. Et est Ambros. in de officijs. Sic iusꝫ patronatus vendi non potest ex prohibitione ecclesię. Est enim annexum spirituali, ad quod dirigit & ordinat, puta officium ecclesiasticum, aut beneficium. Nec in feudum dari, sed transit cum re vendita & comitatur eam. de iurepatronatus. capite De iure. Nec propter ipsum licet



villam carius vendere: aut emere. Nam secundū ꝓdicta pari passu vadunt actus & ius agendi. Ideo sicut officium ecclesiasticum vendi non potest: ita nec ius ordinans ad ipsum. Item accessorium sequitur naturam principalis: sed id vendi nō potest: ergo nec accessoriū. Posset tamen vēditor villę sibi per expressum ius patronatus reseruare:& illud in venditione villę excipere. eo.ti. cap. Ex literis. Cōcomitanter vt labor corporalis annexus quasi inseparabiliter spiritualibus in sacramentorum administratione, consecratione altarium, ecclesiarum &c. Hic enim labor secundū Richar. locari potest, si minister nō tenetur alias ad executionem illorum officiorum: sicut patet secundū Palu. in clerico legente psalterium ꝓ defuncto &c. Secundū Palu.& Durañ. labor q̄ est in administrādo sacramenta non potest vendi, nec vnq̄ cadit sub emptione labor operantis: sed opus ipsum operatum: etiam in pure corporalibus. Quis enim vnq̄ emeret laborem operantis (inquit) nisi propter fructū operis? Nullꝰ. Hinc secūdum eosdem,& Sco. in Quodli. ridiculum est dicere q̄ ministri possint suum laborem vendere cum opus ipsum vendi nō potest. Dicit q̄n q̄(licet improprie) sacerdos locare operas suas. cuius sensus est: idest locat personam suam vel corpus suum ad operas ipsas impēdendas. Hoc modo locatio personæ dicitur locatio operarum nō q̄ operę locentur: sed persona locat se. Sicut locat quis alteri ius percipiēdi fructus beneficiales: qui sunt intrinsece quid tēporale:& perceptionem decimarū. In locatione dominiū rei locatę non transit in conductorem, sed manet apud locatorem. Ideo licet vendere ius decimarum sit simoniacum: sed non locare ius decimarum. Primum prohibet ecclesia, non secundū. Et ideo licet locatio sit cōtractus nō gratuitus: tamen in ꝓposito dicitur gratuitꝰ, quia excludit prectū: sed non sustentationis stipendium. Recipit enim sacerdos sustentationis stipendium: sed nō preciū pro operis. Hinc nec vendit laborem nec actus suos sacerdotales. Spirituale enim gratis sine p̄cio debet concedi: & non pro mercede locari. Cū ergo minister sacramētorum aliquid recipit: rectpit id titulo iustę sustentationis, non vt precium operis vel laboris. Ex illo sequitur. Sicut principium illorum actuum est spirituale, & similiter finis eorūdem: puta gratia: quorū neutrum potest vendi: ita nec labor nec opus laboris. Cōsequenter vt perceptio decimarum, hoc est ius ecclesiasticum leuandi decimas: item beneficiū ecclesiasticum. Dicitur notanter ius ecclesiasticum propter ius laicale decimarum laicalium: seu ius vasalicum potens cadere in laicum: vt prębendę laicales in hospitalibus, ecclesijs, monasterijs, potentes cadere in laicum, & precio cōparabiles. Tale enim ius nō habet se cōsequenter ad spirituale, nec consequitur statum ecclesiasticum vel clericalem. Sic consequēter se habent ad spiritualia officia consequentia ad sacramēta quę quis recepit. Sic si in certo collegio sunt determinata officia ministrandi & dispensandi temporalia: aut cathedrandi vel legendi: quę de iure aut consuetudine solis personis ecclesiasticis solent cōferri, dicuntur se habere cōsequēter ad spiritualia,& esse eis annexa. Sic recipere & ius recipiendi oblationes & primitias, se habent consequenter ad spiritualia & dicūtur eis annexa:& possunt dici annexa spūali tanq̄ suo fundamento, & titulo in quo ius id fundat̄: puta beneficiū & officiū ecclesiastici cū. Iuspatronatus tanq̄ termino ad quē dirigit, & ꝓsentat: scilicet beneficium ecclesiasticū aut officium. ¶Secūdo notandum. Licet illa simonię definitio multis nō placet ex eo q̄ non addit̄ ope subsecuto: Intelligunt em̄ ipsi de simonia q̄ corrigitur ab ecclesia:& vt ꝓcedit in opus ad extra: nō curādo de simonia occulta soli deo cognita: attamen philosophice & theologice loquēdo cū omnis definitio bona debet cōuenire omni cōtento sub definito,& simonia mentalis est vere simonia apud deū perpetuis igne & sulphure punienda, nisi sequatur pœnitentia: potest dici definitionem priorem non esse malam. Immo secundum Gerson in floribꝰ, simonia notificata vt supra, est de genere mortalis, plus vel minus, ꝓprie vel improprie, iuxta naturam eius quod dicitur spirituale. Nā etsi quędam res dicatę deo sint vere temporales, attamē licet sint tēporales, quia dedicatę sunt ecclesię dicunt̄ quędam spūalia. Hoc aūt solū est de iure positiuo ecclesię: ex quo & nō alias recipiunt nomen simonia. ¶Vt clarior fiat res ipsa, Simonia accipit̄ multipliciter. Quīq; large: vt dicit voluntatem liberā emēdi vel vendendi spūale vel spirituali annexū, siue voluntas illa progrediatur in actum exteriorem siue non, siue etiā interueniat pactum aut cōuentio, seu ꝓmissio dandi, aut exactio rei temporalis pro spirituali siue nō.& hæc acceptio cōuenit omni simonię. Stricte accipitur vt est collatio effectualis nō gratuita temporalium pro spirituali nō intercedēte pacto. Exemplū. a, dat aliquod temporale non exactus, & sine pactione præuia ipsi b. obloquit hoc ꝓcise vt ab eo recipiat ordines: & ne repellat̄ ab eo, seu ꝓ re cōsimili, finaliter & pricipaliter. Et b. ꝓcise eodē aio & intentione recipit vt p̄mium. Vel forte b. noluit in animo suo ordinare a. nisi leuaret aut speraret ab eo tēporalia ꝓ suis operis. hic est simonia. Et potest dici mētalis nō pactionalis. Simonia mētalis accipitur dupl'r. Quandoq; mentalis distinguitur contra exteriorem &

Universidad de Deusto
Biblioteca



effectualem:que ꝓcedit in operis exterioris exe-
cutione.& sic mentalis est quæ nō est effectualis,
seu que nō deducitur ad extra in actum exteriorē
Quandoq; mentalis dicitur que nō est pactiona
lis siue cōuentionalis:licet prodeat ad extra. Pri-
ma potest dici purementalis. Secūda mētalis nō
pactionalis:eo q; nō interuenit pactio. ¶Notat
quidam in tracta.suo de simonia prope finē par.
iij.de pœna & pœnitētia simoniacorum:q; cōuē
tionalis dicitur nō solum si conuentio aut pactio
temporalium interueniat ad sacramenta: sed etiā
si interuenerit exactio. Puta sacerdos nō vult sa-
cramentum dare nisi detur pecunia. Talis simo-
nia(dicit)si est manifesta inducit irregularitatem:
et si cōuincatur in iudicio,infamiam. Deponitur
enim talis vel beneficio priuatur.cap. De hoc.ca
pi.Insinuatum.cap.Ex diligēti.& ibi de infamia
cap.Dilectus filius.cap.Sicut pro certo. cū mul-
tis alijs de simonia. Si vero est simonia occulta
est grauissimum crimē:quod pro sui vera pœni-
tentia requirit restitutionē perceptorum tempora
lium:post quę,peracta pœnitentia potest in offi-
cio ministrare. Quod autem docto.tenent,simo
niacum(in beneficio)occultum non esse suspen-
sum,mutatum est per extrauagantem Martini
quinti. Eugenij.iiij.Pij.ij.&c.Hi enim pontifices
occulte simoniacū in ordine aut beneficio decla-
rant suspensum & excōmunicatum. Sed illa de-
claratio nō extenditur ad alios simoniacos:circa
quos nihil innouatū esse videtur.hęc ille. ¶Dici-
tur simonia occulta de qua nō constat per sentē-
tiam vel confessionem in iure factam,aut per rei
euidentiam quæ nulla posset tergiuersatione ce-
lari,vt habent Summistę.Et per cōtrarium simo
nia manifesta vel notoria dicitur de qua constat
vel per sententiam vel cōfessionē in iure factam
vel rei euidentiam. ¶Strictissime sumitur simo
nia,vt vltra illam effectualem non gratuitam cō
mutationem tēporalis pro spirituali etiam inter-
uenit pactio,ꝓmissio, vel obligatio. Et illa dicit
pactionalis vel conuentionalis:cū quis ex pacto
vel exactus precise dat cum effectu temporale ꝓ
spirituali.Videtur enim talis exactio rigida & ab-
soluta pactionem includere.cap. Ex tuę.de simo
nia.de eo qui noluit sacerdotem presentare &c.ni
si daret.vj.solid. ¶Addit Panor.aliam speciem
simonię,quā dicit quasi cōuentionalem/vbi scili-
cet nescitur an id donū tēporale datum pro spiri
tuali sit libere dono datum: & vt tale receptum p̄
cise:vel an sit alias illicite datum & simoniace. ca.
Et si quęstiones.de simonia.Pro cuius considera
tione dicit oculum esse habēdum ad qualitatem
personę dantis & recipientis. Nam facilius præ-
sumitur de liberalitate & donodatione cum a di-
uite fit pauperi/q̄ econtra. Item ad quantitatem
muneris. Nemo enim presumitur suum iactare
& libere conferre quæ sunt magnæ importantię.
Item ad tēpus donationis : an in necessitate vel
extra.Non enim presumitur quis dare multa ne
cessitate nō postulāte.vt supra.cap.Et si quęstio
nes. Et istam simoniā sic strictissime sumptam,
quidā noiant simoniā secūm modū & rem simul:
quia interuenit pactum & effectualis datio. Si ve
ro non interuenit pactum:exit tamen datio in o-
pus extra,dicunt secundū rem,non secundū mo
dum:eo q; non interuenit pactum. Si vero vtrū
q; extremum alicuius commutationis spiritua-
lis pro spirituali est spirituale: dicunt esse secun-
dum modum tantū : vt cum duo cōmutant sua
beneficia sine licentia superioris & auctoritate ꝓ-
pria. Et si placet idem tenere de exactione quod
de pactione secundum hoc extendantur nūc di- D
cta & interpretentur. ¶Tertio notandū est circa
illam prępositionem pro,q; accipitur multis mo
dis. Primo vt dicit appreciationem: vt scilicet su
um casuale sit precium cōdignum alterius : & sit
ibi adæquatio valoris vnius ad alterum. Exem-
plum,do tibi decē Florenos ꝓ equo. Qui sic dat
recipit vel expectat corde ore vel opere : aut etiā
cum pactione exactione promissione &c. aut si-
ne expressa pactione vel exactiōe spirituale pro
temporali:quasi vnum sit rationabile & adęqua-
tum precium alterius : licet etiam hoc nō teneat:
est simoniacus aut Gteziata. Et secundum Ger
son in floriб⁹ potest fieri corde ore aut opere. Et
hæc tria oportet esse in simonia generaliter lo-
quendo : scilicet temporale,et spirituale vel spi-
rituali annexum, et commutationem non gra-
tuitam vnius pro reliquo. Et hoc est vendere vel
emere spirituale large:in talismodi non gratuita
cōmutatione vnum ꝓ alio recipere vel expecta-
re,vel in alium de iure aut facto transferre &c.
¶Secundo modo accipit:vt dicit causam prin-
cipalem & finalem mouentē ad opus:& sine qua
precise opus non fieret. Sic dare aut facere spiri-
tuale pro temporali vltimate & finaliter propter
comodum temporale datum aut dādum aut ex
actum praua auaritię affectione &c.simoniacum
est.quia non gratuito datur: sed in animo fit cō-
mutatio non gratuita huius pro illo. Sic dare rē
pecunia æstimabilem pro spirituali precise & fi-
naliter turpe est. De hoc San.Thomas Quodli-
beto.viij.quęst.xj.quęrit de ituro ad ecclesiam ꝓ
pter distributiones temporales. Si illæ distribu-
tiones temporales ponuntur principalis finis in
gressus in ecclesiam,simonia est. Sic de celebran-
te propter pecuniam finaliter & principaliter. Si
autem non sunt finis principalis : sed deus ipse
finis est,cui vt seruire possit sustentationem re-
cipit necessariam, sic non est simonia. Et hoc



modo acceptio distributionum non est præci-
se causa quare intrat ecclesiam:sed est causa qua-
re protunc ingreditur, & non alia vice. ¶Tertio
modo accipitur nō vt dicit causam finalē & prin
cipalē:sed solum vt dicit causam allicientem, tra
hentem,persuadentē ad donandum aliquid libe-
re intuitu beneficij susccpti,vel susciпiēdi siue an
te siue post fiat,sublato pusillorū scandalo,& spe
cie mala, vnde sumi posset suspitio simoniaca.
Sic relicta & permissa sunt & assignata nōnunq̄
temporalia paganis & infidelibus : vt cōuertant
ad fidem:vt visa fidelium beniuolentia,& salutis
eorundē cupiditate conuerti studeant. Sic cū Iu-
deis fieri posset q; ecclesia relinqueret eis (& eos
de hoc certiores redderet) temporalia vage resti-
tuenda. Si em̄ vaga restitutio pōt alijs applicari:
quare non eis vt conuertantur dimittit? Sic secū
dum Alexan.par.iij.q.clxxxvij.mem.j.ar.iiij.dā
tur eleemosynæ pauperibus & religiosis vt ꝓuo-
centur in amicitiam spiritualem oraturi deum ꝓ
benefactoribus. Lucę.xvj. Facite vobis amicos
&c. Sic ca.Etsi q̄stiōes.§.Q d aūt.de simonia.ad
mittitur aliquid modici precij ordinatori dari. sic
p̄dicat aliquis secundum eundē: aut celebrat : vt
moueat alios ad opera pietatis: non vt p̄cium
luet.exēplo Pauli apl̄i.j.Corin.vltimo. ¶Quar-
to vt dicit stipendiationem siue iustam ministri
sustentationem. sic prędicator non vendit opas
suas sed gratis p̄dicat expectās sustentationem a
subditis:dato q; nollet prędicare si non dare⁊ sti-
pendium:quia ad hoc non tenetur. Sic dantur sa
cerdoti beneficia:vt officium suum gratis exolue
re possit.Matth.x. Dignus est em̄ operarius mer
cede sua.Lu.x.& secūdū apostolum Qui altario
seruit de altario viuet.Nec magnū est si seminās
spiritualia,metat temporalia.j.Corint.ix. Hoc ti-
tulo q dicit iusta ministri sustentatio secūdū Ger
son.lect.iiij.de vita spirituali animę:omnis mode-
rata receptio temporalū pro spiritualibus saluari
potest secundū Duran.q.iij.dist.presentis. Idem
in floribus. Sustētationem suam moderatam(in
temporalibus aliunde non habens ) siquis expe-
ctat ex opere spirituali, non incurrit ex hoc simo
niam:quia iure diuino dignus est operari⁹ merce
de sua. Ad idem in tract.de simonia propositio-
ne.viij.&.ix. ¶Quinto dicit punitionē. Sic dat
quis temporalia pro absolutione:nō vt precium
absolutionis:sed in pœnā correctionis. Tenet ta
men secundum Richar.recipiens vitare scanda-
lum,ne magis videatur intendere auaritiam q̄ de
linquentis correctionem. ¶Sexto vt dicit quan
dā p̄miationem gratuitā ad meritum precedens.
Sic temporale datur pro spirituali ratione pieta-
tis: vt supra in tertio modo. Sic ait Daniel.ca.4.
Peccata tua eleemosynis redime. Redimere ibi
capit non pro emptione ciuili: sed metaphorica:
nec eleemosyna sumitur pro re tēporali præcise
sed dicit meritoriam actionē: quæ est quoddam
spirituale consistēs in eleemosynę largitione. Sic
dantur indulgentię pro pecunijs,quibus nōnun-
q̄ ecclesia opus habet:vt gratis perceptis indul-
gentijs animentur ad dandū temporalia pro spi-
ritualibus:vel in proposito non vt pro precio sed
ratione actus quē quis facit meretur hoc sibi da-
ri gratis: tametsi indulgentias non fuisset conse
quutus non faciendo id propter qđ dantur pro
tunc. Sic dicunt sancti apostolos mercatos fuis-
se regnum cælorum suorū expropriatione. Et di
citur regnum cęlorum emi, mereri,metaphorice.
Et possent acceptiones includi in.iij. ¶Septimo
dicit vexationis iniustę redemptionem:sed ille sa
tis includitur in primo ratione appreciationis. Cū
enim cessatio vexationis iniustæ est quid estima
bile precio,potest habere rationem mercis appre
ciabilis:& sic reducitur ad primū modū. Exēplū
Sacerdos meus nō vult mihi dare sacramentum
vt tenetur:do sibi temporale:non vt emā spiritu
le:sed vt iniustam vexationem redimā. Nō ergo
emit actus sacerdotis. Si em̄ liceret eū emere, lice
ret & vendere:& sic posset vendere actus & labo-
res suos. Ad hoc est Gerson in flo.& in tract.de
Simonia in responsis ad sextā rationē. Et Palu.
q.v.ar.ij.cum inquit. Sicut licet iure ciuili sangui
nem suū redimere, sic iure canonico vexationē
qđ fit qñ homo dat pecuniā nō vt ius aliquod si
bi acquirat de nouo: sed ne ius sibi debitum & iā
iure quęsitum iniuste impediatur. ¶Octauo se-
cundum aliquos:vt dicat reuerentiam seu cōsue
tudinem obseruari solitam. Sic dicit⁊ pecunia da
ri pro sacramento:propter reuerentiam sacramē
ti:& quia sic habet consuetudo gratitudinis vice
vt detur temporale aliquod ministro spiritualiū.
& hoc non prohibent iura cum dicunt q; nihil de
beat recipi. Verum est in ratiōe precij: cessante pa
ctione.cap. Ad apostolicā. de simonia.sed serua
ri iubent consuetudinem. ¶Nono inuenitur ac-
cipi vt dicit adminiculationē:vt gratia exempli,
a.debēs legere missam primā dicit ad b.legas tu
missam meam,ego legam tuam. Et secundū Ri-
char.dist. presenti,art.iij.q.j.dicit quidā. Baptizo
te vt baptizes me,est simoniacum. sic enim spiri
tuale non datur gratis. Posset autem dici pactio
gratuita non ciuilis: & pia intentio factum excu-
sare potest. San. Tho. dicit primum casum esse
vitiosum si interuenit pactum. Angelus vero di
cit non esse illicitum,cum ly pro denotat admini
culationem.Est enim retributio gratuita, & ly ꝓ
non dicit appreciationem.sed sic forte accipiunt
doct.casum inculpantes. ¶Quarto notādum. E
Valde refert dare spirituale pro temporali non iā

Universidad de Deusto
Biblioteca



habito:sed quandoq; consequendo a dante spirituale:& dare spirituale pro temporali tam habito & pexistente. Requiritur enim ad rationem simonię,cum fundat in ratione cōtractus emptionis aut venditionis secundū San. Tho.ij.q.c. ar.v.q; cōmodū tēporale vel munus aliquod retributionis expectetur quasi quandoq; habendū pro concessione spiritualiū vel eis annexorum. Hinc episcopus cōcedens p̄bendā suo cōsanguineo pręcise propter consanguinitatem, nō expectato aliquo tēporali lucro,nō incurrit simoniam etiam capiēdo propter vt dicit causam principalem motiuā. Et ratio est:qa mouēs ad collationē pręexistit collatione:& ita non emitur vel vendit: quia in omni venditione res vendita transfertur de iure aut facto in alium:sed id tēporale ratione cuius spirituale cōcessit, prius habet & haberet si ne illa collatione p̄bendę. Ad hoc facit.j.q.iij.ca. Non solum. vbi ostendit q; non est simonia nisi vbi cōmodū tēporale vel mun⁹ retributiuum cōcessionis spiritualium vel eis annexorum interuenit. Ad idem cap. Peruenit.&.j.q.j.ca.Quibus dā.in glo.innuitur q; in simonia debet interuenire munus vel cōmodū applicādum re vel specie vendēti.Hinc cū nudæ p̄ces pręcise nil ul dāt,nec sunt aliquod munus conferendū in cōmodū alterius,non inducunt simoniā. Ad idem Alex.par. ij.q.clxxxvij.mem.iiij.ar.ij.§.vj.dicēs: Gratis datur qđ pro nullo p̄cio habēdo datur. Et ifra. Gratis dedit:quia non intuitu p̄cij qđ recipiat dedit:q tm̄ ꝓpter consanguinitatē dedit. Et iterū. Cū spirituale amore pecunię alicui confertur: intētio est q; aliquid transeat ad ipsum conferentē aliquo modo ab eo cui confertur. Hinc cōcludit Alex. q; conferre alicui spirituale amore carnis, non inducit simoniā:quia tunc nihil confertur danti spirituale:nec aliquid ab eo accipitur.Nisi hoc dictū ad sensum turpē retorqueatur : intelligendo per carnē non amicitiam & consanguinitatem carnalem:sed commixtionē turpē &c. vnde sequit. Affinitas.Nec obstat ca. Nemo presbyterorum. de simonia.quia vt habet textus, is qui respectu cōsanguinitatis peccatū manifestandum episcopo noluit manifestare sed celare : hoc fecit propter emolumētū & xenium qđ recepit:& ita fuit ibi cōmutatio spiritualis pro temporali precio.Preterea(vt videtur)si ego olim multa bona feci prælato alicui:non propter velle consequi aliquod spirituale ab eo:sed ex mera liberalitate & amicitia, nihil protunc cogitando de refusione cuiuscūq; doni : nunc vero volēs habere beneficium ecclesiasticum allego corā eo id beneficium p̄teritum vt principale motiuū prelati ad conferendū mihi spirituale propter temporale olim exhibitum:nō incurro simoniam ex hoc : quia nō possum ipm allegare vt p̄cium seu cōmodū nunc conferendū pro illo spirituali vel nunc consequendū a collatore. Hinc vbi supra,mē.iiij.ar.ij.§.vj. concludit Alexā. Licet detur spirituale vel annexū p re tēporali tanq; pro fine vel motiuo, nō est simonia si non datur tanq; pro precio consequēdo vel habēdo:sed est aliud genus peccati:scilicet acceptio p̄sonarum, vel simile qd. Necesse est ergo q; tēporale aliquando habendū saltem aptitudine detur in ratione precij pro spirituali vel ecōtra,si debet eē vera simonia. ¶Quinto notādū secundū Gerson in tract.de directione cordis,cōsidera.3x, & de simonia prope finem,post Petrum de Aliaco, q; in administratione vel receptione temporalium pro spirituali vel econtra: valde vtilis & necessaria est cordis directio. Nam sæpenumero si quis recte suam formaret intentionem & cordis directionem in dando & recipiendo temporale p̄ spūali vel econtra,euaderet simonię labē quā alias incurrit. Præterea tam multi vidētur esse text⁹ contra multorum doctorum & deum timētium diuturnā practicā:q; nisi inueniatur exitus aliquis per cordis rectificationē, vix inuenit q ab hac labe imunis euadat. ¶Cōtingit aūt in dādo tēporale pro spirituali,vel in expectādo temporale cōmodū pro spirituali, quadruplicē haberi intuitū vel respectum. ¶Primo pōt intuitus ferri ad tēporale cōmodum tanq; ad precium rei spiritualis quasi sit adequatio valoris vni⁹ rei ad alteram : sicut est in emptione & vendicatione ciuili: vbi datur pecunia pro merce: quasi rationabile eius precium. Et hoc dupliciter. Vel ex deprauatione iudicij intellectus:ita q; intellectus credat assentiendo hoc temporale cōmodū vere posse esse precium rei spiritualis etiam adiecta pertinacia sic credētis ita q; sit vere error pertinax & in intellectu practico & speculatiuo simul. Vel secūdo: licet non credat spirituale posse vel debere licite pecunia cōparari: attamen vult simpliciter & finaliter habere tēporale cōmodū pro spirituali quasi mercedem quādā, alias nō daturus spirituale: ita q; sit error in intellectu practico tm̄,& receptio cōmodi temporalis sit p̄cisa & principalis causa dationis seu etiam expectationis rei spiritualis. ¶Secūdo cōtingit intuitum ferri ad cōmodū temporale tanq; ad motiuū p̄cisum & principale dandi spirituale:ita q; cōmodum temporale sit finis principalis & vltimatus dandi spiritualia:in quo sistit intuit⁹ spiritualia conferentis. Et ille intuitus potest procedere ex sola deprauatione affectus per auaritiā remanēte iudicio recto intellectus speculatiui: vel potest vt supra,& intellectus & affectus esse vere & omnino deprauatus: vt ex intellectus deprauatione vere sequitur hęresis iuncta pertinacia,& error in fide. ¶Tertio contingit intuitū ferri tanq;



ad motiuum minus principale, vel ad finē subordinatum fini vltimo & principali. Et tunc secūdum doctrinam philosophi,hi duo fines habent tanq; vnus: cum vnus est propter alterum,& minus principalis propter principalem. ¶Quarto contingit intuitū cōmodi tēporalis ferri tanq; ad rem debitam de iure naturali & diuino:vtputa vt habeatur iusta sustentatio ministri iuxta doctrinam Christi & apostoli,sumptā nunc ex lege naturę,nūc scripturę. Ait em̄.Dignus est operarius mercede sua. Luc.x.& Matthæi.x.Cibo suo. vbi Christ⁹ determinat quę sunt de iure bñficij respectu officij & multa similia.j.Corinth.ix. vbi dicit dominū ordinasse vt de euangelio viuat q euangelium annunciat. Et cū altario participent q altario deseruiunt &c. ¶Cōstat q; primus intuitus & secundus sunt vere simoniaci de iure diuino:& includuntur in prima & secūda acceptiōe lib.prę. nota.tertio. Et si vtrobiq; concurrat error intellectus speculatiui,q; spiritualia sic possint de facto & de iure emi,quo ad primū,aut quo ad secundū q; liceat sic de iure pro spirituali recipere tēporale q;q; datio spiritualiū possit recte recusari nisi detur temporalia:est error manifestus & hęresis propte dicta accedente pertinacia:& sic agentes re se cuta habendi sunt tanq; hęretici pertinaces. Hinc frequenter simonia hęresis dicitur:quia omnis simoniacus est vere vel interpretatiue hęreticus. Vere,in casu nunc dicto. Interpretatiue,cum nō posito errore speculatiuo nihilominus non vult dare spirituale nisi habito cōmodo tēporali. Videtur em̄ quasi vendere spūale huiusmodi posita intētione praua & erronea practice : etsi non speculatiue. Hinc oīs simoniacus potest haberi suspect⁹ in fide p̄sumptione iuris vel operis. Tertius vero & quartus intuitus possunt fieri sine omni peccato laudabiliter & meritorie:dum tamen apostolica obseruetur doctrina qua dicit. Ab omni specie mala abstinete vos. vt si non exercentur spiritualia vel administrantur,nisi prius percepto cōmodo tēporali. Si turpiter & scādalose extorquentur vel exigantur temporalia. Si a paupere. Si tempore necessitatis. Si in excessiua quātitate: & cū auaritię nota. In his etem̄ & similibus casibus quorum aliqui habentur cap. Et si quęstiones. de simonia. ad min⁹ dubitari potest de intētione dātis vel recipientis,& rationabiliter haberi suspitio de simoniaca prauitate,tam præsumptione iuris q̄ facti.immo secundū Gers.sic agentes possent tanq; tales iudicialiter euocari. Ex illo sequitur q; simoniaca labes sępenumero vitari potest per rectificationem intentionis,desiderando.s.vel accipiendo temporalia:non vt precium spiritualium quo ad primum:nec vt cupiditatis & auaritię instrimentum quo ad secundū intuitum: sed vt necessarię,& debitę sustentationis corporalis adiumētum.vbi tm̄ concurrit quædam apparens pactio:vt do si des,vel do vt des,vt do beneficium vt des officium.Beneficium nāq; dari dicitur ꝓpter officium.hoc est ius recipiendi sustentationē vitę corporali condecentē datur alicui ꝓpter obligationem ad exercitium aliquod gratis impendēdum alteri pro consecutione felicitatis ęternę:seu etiam pro illo exercitio qđ sit gratis ad vtilitatem spiritualem alterius vt saluetur & non damnetur. Primū dicitur beneficium ecclesiasticum:sumendo nomen pro iure beneficij. Secundum officiū ecclesiasticum. Si quidem illę dationes conditionales & causales: vt si propter,pro,&c.nō dicunt necessario appreciationē vel causam principalē: sed etiam consecutiuā & minus principalem:seu motiuam vel adminiculatiuā vt supra. Sic diligitur deus ꝓpter retributionē,vt retributio sit finis sub fine. Caueat aūt qulibet ne mentiatur iniquitas sibi. Nisi ita dicatur, vidētur fere omnes sacerdotes & religiosi esse in periculo constituti,ac etiā laici. Quomodo em̄ poterunt institui beneficia vel officia ecclesiastica:nisi interueniat largo noīe conuentio quędā & pactio? Quis assumitur ad p̄dicandum vel legendum,nisi prius audito valore stipendij,onerū qualitate &c. Quomodo conducuntur socij diuinorum, quomodo ordinant anniuersaria & similia multa,sine conuentiōe seu pactione? q̄is vt quidā loquunt, illę fiant sup tēporalibus & non spiritualibus:quę vtiq; omnino gratis dantur. Richar.in.iiij. vult saluare plebeos de illa re ita loquentes & tractantes: quasi vere liceat pacisci,& cōuentionem facere vt in temporalibus. Ad idem Gerson in tract.de simonia consideratione.iiij. vbi ponit multa quę licet possent fieri recta intentione:tamē modus agendi scandalizat. Nā videt fieri pactio de spiritualibus & temporalib⁹. Quātū ergo fieri potest vitanda est species mali per bonī speciē oppositā:quia nō est nostrum scandalis oīmbus acceptis occurrere. Hæc ille. Nec est illa consequētia necessaria: hic recepit stipendium vel beneficium propter officium:ergo non gratis impendit spirituale exercitiū : sed ecōtra bene sequitur:quia hic gratis impēdit spirituale officium vel exercitium,ergo recipit beneficium,vel sustentationis stipendium. ¶Quātū ad articulum secundum collatiue & disputatiue solū sunt aliquot ꝓpositiones. ¶Prima. Deliberate & ex animo intendens dare aut recipere, exigere,aut exactus reddere seu remittere temporale pro spirituali & econtra:primo vel secundo modo tuitu:siue capiendo ly pro primo aut secūdo modo:siue ponat error in iudicio intellectus practici & speculatiui simul:siue practici tm̄: cum affect⁹ deprauatione:mentalem & execrandam cōmittit

Universidad de Deusto
Biblioteca



corā deo simoniā ab ipso grauiter puniēdā. Hæc propositio claret ex primo notabili & ex tertio & quinto: & aliis. Et Act. viij. cum Simon magus ait apostolis. Date & mihi hāc potestatem vt cui cunq; imposuero manus accipiat spiritū sanctū: ait Petrus ad eum. Pecunia tua tecum sit in perditionem, cor tuum non est rectum coram deo: pœnitentiam itaq; age pro hac nequitia tua: & roga deum si forte remittatur tibi hęc cogitatio cordis tui. ¶ Secunda ꝓpositio. deliberate dans vel recipiens, exigens aut exactus reddens temporale ꝓ spirituali vel econtra primo vel secundo modo: vt supra: siue etiam interueniat pactum siue non, execrādā cōmittit simoniā diuino & humano iure vetitā. De iure diuino Matth. x. vbi Christ⁹ ordinauit spiritualia gratis accepta gratis dari debere, & prohibuit venditionem omnium actuū spiritualium. Et. iiij. Regū. v. percussit Giezi seruū Helisei: qa recepit munera a Naamā leproso quē dominus eius curauit a lepra: hinc lepra Naamā ei adhæsit: & factus est leprosus sicut nix. Item iij. Reg. xiij. Euertit deus domum Hieroboam, & deleuit de superficie terrę. Nā secundū Nicolaum de Lyra ibidē, Hieroboā vendebat sacerdotium: & ideo q implebat manū ipsius, plus. s. dādo aut minus precium sibi offerēdo, hic obtinebat sacerdotium: & ita fuit simoniacus pactionalis saltem implicite. Item Micheæ. iij. dicitur. Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant: & prophetæ eius in pecunia diuinabant &c. & sequitur. Propter hoc causa, vestri Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi aceruus lapidū erit, & mōs templi in excelsa syluarum. Ecce quātū malū pœnę minat dominus se facturū propter pctm̄ simonię. Qz etiā prohibita sit iure humano, patet per totū ti. de simonia & .j.q.j. fere per totum. Item in extrauagāte Martini. v. & Eugenij. iiij. Et Paulus secundus exp̄sse dicit simoniā damnatā diuino & humano iure in extrauagāi. Qz autē in præcedenti conclusione dictum est de simonia mentali q; sit execrāda coram deo, & ab eo punienda: In præsenti vero cōclusione id omittitur: ratio est. Nam secundū beatum Tho. ij. ij. q. c. ar. vj. licet quo ad deū sola voluntas faciat simoniacū: attamē quo ad pœnā ecclesiasticā exteriorē non punitur vt simoniacus: vt renunciare teneatur: sed debet de mala intētione pœnitere. Istud dictū indeterminate & indistincte ꝓcedit de mentali simonia: siue sit diuino aut humano iure prohibita. Et idem videt esse quo ad rationem peccati prauitas volūtatis, siue sit de simonia de lege diuina siue hūana prohibita. Antoninus par. iij. tit. j. ca. iiij. §. j. post enumerationem multorum spiritualium de quibus in definitiōis explanatione aliquid tactum fuit, tripertitum ponit dictum. Primum. exigere vel exactū soluere, aut promittere, aut pacisci pro aliquo prædictorū spiritualium consequendo pro pecunia seu re q̄ precio ęstimari potest, alias ipsum spirituale habere non posset, est expressa simonia per ecclesiam punienda. j. q. iij. ca. Quā pio. vbi dicit. Cesset oīs pactio: cesset omnis cōuentio. Secundū dictum. Et si sine pactione vel exactione expressa qs cōferat spirituale propter hoc præcise & principaliter vt reciptat temporale: vt cum quis audit cōfessionem quia sperat firmiter se habiturum pecuniā: sic si dat temporale præcise propter spirituale etiā sine pactione & conuentione: vterq; mentalē cōmittit simoniam: licet trāsierit in opus, re secuta: sed nullam incurrit ecclesiasticam censuram. cap. finali de simonia. ideo pœnitētia tolli potest licet sit mortale & graue pctm̄. Tertium dictū. vbi vero nulla fit pactio vel conuentio, nec principalis intentio dirigitur ad temporale consequendū vel recipiendum, sed spirituale datur gratis, & pecunia recipitur vt liberale donum pro sustentatione necessaria ministri, pro honore & reuerentia sacramēti aut obseruantia laudabilis cōsuetudinis, nulla incurrit cęteris parib⁹ simonia. Hęc ille. Ex quo dicto etiam illa patet clausula adiecta in positione, Siue interueniat siue nō interueniat pactum. vbi enim interuenit pactum, ibi inducitur obligatio, & ex consequēte spirituale nō libere cōfertur: qđ libere conferēdum est ordinatione diuina & ecclesiæ. Ad hoc valent notabili. ij. de mētali pactionali vel non pactionali. Et q̄n mētalis dicitur pactiōalis. ¶ Sed diceret aliquis. in canone allegato Quā pio. solum fit mētio de conuentione & pactione. Quid de exactione? An licet exigere pecunias, vel tēporale precio æstimabile ab his quibus licitum est dare temporale pro spūali & eo modo siue intentione quibus licitum est aliquid pro spirituali dare, vel datum liberaliter recipere? Q đ non videtur ex notabili. ij. vbi secundū aliquos exactio sufficit ad cōuētionalem: & si est manifesta, inducit irregularitatem &c. ergo videt q; exactio faciat de mentali pactionalem siue cōuentionalem ab ecclesia puniendam. Ad hoc ca. Non satis. ca. Cū in ecclesię. cap. Ea quę. cap. Ad apostolicam. de simonia. Item. j. q. ij. in multis ca. ¶ In oppositū q; liceat exigere qđ licet recipere est beatus Tho. ij. ij. q. c. ar. ij. cum inquit. Si vero exigantur quasi quędā stipendia per consuetudinem approbatam, non est simoniacū si intentio fuerit recta. nā (vt videtur) nihil impedit de per se exigere temporale pro spirituali cæteris paribus. Nam posita exactione alicuius temporalis: ita libere post exactionē potest quis dare ipsum sicut ante: & forte etiam non posita exactione quacunq;, nihilominus daturus fuit temporale vice gratitudinis, & amicabilis remunerationis prouocatus per dationem rei spiritualis. Præsertim capiendo ly exigere: vt nō dicit nisi simplicem, & planā rei temporalis postulationem, & non extorsionē quandam pecuniarū cū scandalosa spiritualium subtractione & denegatione, etiā ab inuitis ac nolentibus, aut non valentibus ex penuria dare qc̄q̄ tempore administrationis spiritualium vel sacramentorum. Siquidem posita vetusta consuetudine dandi aliquid temporale, cum ministrant spiritualia, non videtur is esse simoniacus cęteris paribus, qui simplici verbo petit consuetudinem laudabilem obseruari, siue per seipsum, siue per alium monentē alios ad dandū stipendiū debitū vel alias munus consuetudinarium & volūtariū ministro spiritualiū. Et quid faciunt speciosa verba? Quid refert si sit monitio vt det, & si simpliciter dari rogatur & petitur, siue p se, siue per aliū? Hinc San. Tho. vbi supra. ar. iij. ait: q; licet dare & accipere temporale pro sustētatione ministri secundum ordinationem ecclesiæ, & consuetudinē approbatā, posita synceritate intētionis: dum ab inuitis non exigant per spiritualium exhibendorum subtractionem. Istud em̄ habet speciem mali. Gratis vero sine precio spūalibus prius exhibitis licite possunt alij prouentus exigi a nolētibus & valentibus soluere auctoritate superioris interueniente. Sic sacerdos curatus redarguit populū & denūciat ei scelera sua cōmissa, vel cōmittenda si non recte soluat decimas. Item exigit mortuaria, Canonicā portionē, oblationes altaris ordinarias, & similia sibi iure vel cōsuetudine debita. Sic beneficiatus exigit fructus sui beneficij etiam coram iudice seculari. ¶ Dictū est notanter q; de p se nihil videtur impedire, exigere temporale sibi de iure vel consuetudine debitum in spirituali administratione. Nam per accidens inducit malā speciē emptionis vel venditionis spiritualium: quasi non gratis conferant: quā forte tollere posset qui tēporale exigit vel recipit aut dat, protestando palam & expresse q; non det inuitus & nolēs ad alterius exactionē vel extorsionem: q; q; nullatenus sic dare vellet si constaret alium id vel non posse iure recipere vel petere. Is deniq; qui recipit hoc petit veluti consuetudinarium aut stipēdium debitum. Sicut in simili omnis pactio & conuētio est prohibita in spiritualibus. Verum est, illicita & inhonesta: vt habet glos. in allegato ca. Quā pio. j. q. xij. cum multis allegationibus. Qz em̄ multę sint permissę pactiones & conuentiones, nō est q nesciat: in curatoribus, in adiutorib⁹ diuinorum, in concionatoribus, in doctoribus & legentibus in anniuersariis &c. Hinc in ca. Ad apostolicā. & ca. Suā nobis. de simonia. dicitur. Ne clerici exigant vel extorqueant aliquid pro exequijs mortuorum, vel benedictionib⁹ nubētium. Si tamē est laudabilis consuetudo aliquid dandi, cum sacramenta gratis conferantur: possunt ad hoc superioris mandato cōpelli. Notanter dicit exigant vel extorqueant. Et in ca. Nō satis. prohibetur ne vlla precij exactio attentetur pro sepultura, chrismate, vel oleo. qđ clarū est: & alios textus exponit. Sed in cap. Cū in ecclesiæ. & ca. Ea quę. eo. ti. exactio ꝓhibetur. Hainricus Gorichū Colonien. in tract. quodā de Simonia, cuius initiū. Sagittę potentis acutę. propositione. x. pro concordātia diuersarum auctoritatum, & allegationum papalium dicit esse notandum: vt omnibus instantijs dari possit responsio: Qz oēs constitutiones patrum ad hoc tendunt q; spirituale non cōmutet cum temporali vt p̄cium adęquatū siue in ratione precij, aut pricipalis motiui: sed solū ferat animus ad tēporale tanq̄ ad aliquod organice subseruiens ad sustentationis & stipendij solatiū: nō vt ad appreciationē spiritualis cū tēporali. Et q; nihil per subtractionem sacramenti vel alterius actus spiritualis exigatur: & q; ministrātes sacramenta se non exhibeant suspectos exigendo immoderate tura sua: vel vltra q̄ eis sit stipendium debitum seu necessarium. In responsione ad dubium sibi motum: An sacerdos posset celebrare pro pecunia: Dicit ꝓpositiōe prima. Quis obligatus aliquo modo ad actus spirituales: potest propter eos licite aliquid exigere quodāmodo. capiēdo ly propter vt dicit mercedē vel stipēdiū sustētationis, aut laboris, seu causam occasionalem remotam: vt supra notabili. tiij. declarat. Nā sępe reperiunt curę parum habentes in prouētibus pro sustentatione ministri: vbi statuitur vel ex cōmuni consensu parochianorum, vel aliorū deum timentium, ad succurrendū multis defectib⁹ & prauis cupiditatibus, q; in missa defunctorū tātum detur curato: tātū in sepultura: in vigiliis solennibus tātū. In tali ergo casu inquit exhibitis antea spiritualibus potest minister recipere cōsueta dari, & exigere a nolentibus & valentibus soluere, & hoc tanq̄ debitum stipendium, & mercedē laboris. Nec obest si minister habet alias sumptus sufficientes, potest nihilominus tēporale recipere ꝓ spirituali ad sensum prędictum, si facit actus ad quos ex officio non tenetur: sed ad aliorum instātiam, & rogatū. Concludit. Licet gratis dari debeat spirituale: attamen recipiens spirituale ex debito rependit temporale. Ex debito inquā non pactionis & conuentionis: sicut aliquis se obligat alteri: sed ex debito moralis gratitudinis: quo quis ex gratitudine tenetur recognoscere beneficium qđ gratis accepit. Sic ergo est ibi debitum conde centię & gratitudinis: sed non pactionis & conuentionis prędictę. Hæc ille. Item Hulricus q̄rens

Universidad de Deusto
Biblioteca



vtrum aliquid possit recipi cum recipitur monachus, aut canonicus, aut cōsecratur episcopus, ex consuetudine: Respondet. Si obtineā aliquid tale per exactionem iudicij: vel per violentiam, vel pactum antecedens, vel subsequens, simonia est nulla obstante consuetudine. cap. j. & ca. Sicut p certo. de simonia. Si vero sponte offeratur ratiōe consuetudinis, vel charitatis, etiam si fuerunt exacti per spirituale beneficium, nō est simonia. j. q. iij. Quā pio. Et licet illi qui solent hoc recipere, non possunt hoc exigere, ex consuetudine tamē possunt monere illos: vt bonā seruent consuetudinē: non aūt debēt eos arctare per subtractionē sacramentorū & huiusmodi. tñ per superiorē cōpelli possunt. cap. Ad apostolicā. de simonia. Itē Guiliel. Durā. super Rat. in ti. de simonia. Si qs episcopo qui dedit p̄bendā, dat rogatus vel non rogatus palefredū, vel aliud, non vt precium vel principale motiuum: sed ex dilectione exorta ex suscepto beneficio, vel deuotione, nō incurrit coā deo simoniam semota praua intentione. Sic si quis dat quippiā monasterio ꝓpter hoc qa recepit suum fratē vel nepotē rogatus vel non rogatus, dum indiget siue cum non indiget, non corrupta intentione, ex deuotione vel dilectione exorta ex beneficij impensione, non incurrit in foro pœnitentiali simoniā. Et si quid exigitur vt debitum, dans vero libere dat: & non vt debitum, pr̄tia protestatione q̄ gratis & non ex debito confert, posita rectitudine intentionis: non inducit in dante coā deo simoniā. Nec vt videtur (inquit) requiritur ad hoc q̄ quis libere dare dicaā spirituale cum exigitur tēporale: q̄ etsi non daret spirituale adhuc dare vellet temporale siue exactus sit ue non exactus. Hoc eñ valde durum esset, inqt super illo verbo Rai. Si quis alias esset datur⁹, q̄ non obsit requisitio. Existimo eñ q̄ si volens recipere spirittuale haberet ex consuetudine dare aliquod tēporale: vtputa prelatus aliquis inuestiendus vel confirmandus aut consecrandus ab episcopo: qui solent ex consuetudine aliquid dare: certe credo q̄ nullus quippiam daret vel daturus esset: si crederet se non posse consequi spirituale illud: vel episcopum nolle dare. Hic tenēt plerique cum in talibus aliquid datur sine pacto: nō vt debitum: sed vt dari cōsuetum: nō est simonia. Cōsonat Panor. in ca. Suā nobis. de simonia: vt infra propositione. viij. allegatur. Satis concordat San. Tho. vbi supra. ar. ij. dicens. Cōsuetudo nō præiudicat iuri diuino aut naturali quo simonia prohibetur. Intelligitur simonia ex prohibitione diuina: & ideo si aliqua ex consuetudine exigaā, quasi precium rei spiritualis cum intentione emēdi, vel vendendi, est manifeste simonia: & præcipue si ab inuito exigantur. Si vero exigaā quasi quędā stipendia per consuetudinem approbatā, non est simonia: si tñ desit intentio emēdi vel vendendi: sed intentio referaā ad solam consuetudinis obseruantiam, & præcipue quando aliquis voluntarie soluit. In his tamen omnibus ab oñi specie mala abstinendū est simoniæ vel cupiditatis. j. ad Th: essalo. vlti. ¶ Per hoc ad replicam. Cō suetudo non valet cōtra legem diuinam. Sed aliquid recipere pro sacramentorum administratiōe est legi diuinę contrarium: igitur ad hoc vt liceat non potest induci consuetudo. Dici pōt concedēdo maiorem & minorem, capiēdo ly pro vt dicit precium adequatum, vel motiuū finale & principale: secus si dicit causam adminiculantem. Licitum enim est vt supra notabili. iij. recipere stipendium sustentationis: vt supra. Secundum hoc limitanda sunt iura quę dicunt nihil esse exigendū pro spiritualium collatione a laicis non obstante consuetudine. Verum est vt precium vel vt principale motiuum, aut stipendium non debitū. Nā secundū Pa. in cap. Iacobus. de simonia. valet cō suetudo vt laici dent aliquid clericis pro spiritualibus receptis: quicquid sit de clericis inter se. Et iura quæ videntur prohibere ne a laicis quid recipiaā, intelligenda sunt ante spiritualium collationem. Hoc enim inducit malam speciem. Sed gratis datis spiritualibus possunt recipi temporalia, non vt precium spiritualiū vel vt principale motiuum pro cupiditatis satietate: sed vt iustū & debitum stipendium, dum ad operas ipsas ex officij debito non teneā secundum Duran. q. iij. Nec licet huiusmodi stipēdia scandalose exigere quæ ex cōsuetudine solita sunt dari, ab inuitis aut nolentibus seu non valētibus dare per spiritualium subtractionem: sed nolētes possunt compelli auctoritate superioris. Quicquid sit in foro contentioso, in foro conscientię videntur hæc dicta doctorum procedere posita synceritate rectę intentionis. ¶ Tertia propositio. Licet oñis simoniacus non pure mentalis sed opere subsecuto possit suspitione iuris vel operis haberi in fide suspectus: attamen solus ille qui iudicium intellectus practici & speculatiui habet deprauatum vna cū affectu adiuncta pertinacia, est hereticus vere censendus. Patet ex notabili. v. Verū in foro conscię tię intentio attenditur, non pręsumptio, secundū doctores. ¶ Quarta ꝓpositio. obligatus ex officio seu beneficio ecclesiastico spiritualia & sacramenta ministrare non potest aliquid ex his quibus sic ex officij debito astrict⁹ est, cū pacto vel sine pacto vltra debitum & assignatum sibi propter hoc beneficium seu stipendium exigere etiā in ratione stipendij absq; simoniaca labe. Attamen gratis & liberaliter oblatum, & dono datum, aut ex laudabili consuetudine dari solitum, iuste



& licite potest stante recta intentione recipere, nō vt precium, vel vt principale motiuum: sed vt liberale aut consuetudinarium, vel gratitudinis donum. Prima pars conclusionis patet. Nam si sec⁹ ageret, diceretur vēdere suum officium, & nō operas suas locare: quas ex debito suscepti officij & beneficij teneā gratis impendere. Hinc recepit beneficium propter officium gratis exhibendū: vt ad hoc est textus. j. q. iij. ca. In templo. & cap. Nō solum. Item ca. Ad apostolicam. de simonia. ca. Non satis. ca. Cū in ecclesię. ca. Ea quę. ca. Ad nostram. eodem ti. Item. j. q. j. cap. Placuit vt nullus &c. Pro secunda parte conclusionis faciunt dicta & allegata in conclusione. ij. & ca. Sicut. j. q. ij. vbi dicit. Et⁹ oblatio nullam culpę maculā ingerit: q̄ non ex ambitūs petitione processit. Et licet multa cap. videantur esse ad oppositum in titu. de simonia: videtur tamen ex equitate iustitia & ratione, & etiam rigore literę q̄ sint intelligenda cōsone ad dicta Sanct. Tho. & aliorum doctorum: de quibus conclusione secūda. Et videtur probabile dictu q̄ ita valeat consuetudo inter clericos: sicut inter laicos & clericū de recipiendo aliqd dari solitum, non vt debitum, post dationem spiritualiū. Hinc & San. Tho. indistincte loquitur, vt supra conclusione secūda. Nec impedit ca. Emēdari. j. q. j. qn secundū laudabile cōsuetudinē quā ca. Ad apostolicā. de simonia. seruādā dicit: liceat aliquid dare ad sensum pręmissum sacerdoti baptizanti, confirmanti, vel inungenti cessante scandalo, & specie mala, quæ nunc sublata videt ꝓ vetustissimā consuetudinem. secus de scandalosa extorsione, cum sacramentorum denegatione: aut in ratione precij &c. Nonne passim prælati & episcopi, ac superiores ministrātes spiritualia recipiunt pecuniā a clericis & religiosis tuētes se sola cō suetudine. Et si dicitur negando propter constitutiones extrauagañ. quæ huiusmodi ꝓhibēt, Martini Quinti, & Eugenij: potest dici q̄ solū loquūtur de ijs qui simoniace dant vel recipiunt ordines aut beneficia. Oportet deniq; concedere secūdum Gerson. in florib⁹, q̄ in actibus qui sunt simoniaci ex solo iure positiuo, cadit præscriptio. Sic ꝓhibentur archiepiscopi ne aliquid pro consecratione episcoporum recipiant. ca. Sicut tuis. de simonia. tenenā eñ ad hoc ex officio. Item ꝓhibentur episcopi ne quicq̄ pro ordinationibus recipiant, necnō ministri & notarij saltem episcopi. eo. ti. ca. j. Item pro cōfirmatione electoꝝ, collatione beneficiorum, missione in possessionem, aut installatione, pro consecratione, confirmatione, vnctione, oleo sancto, consecratione ecclesiarum, & altarū, salua procuratiōe moderata, benedictione virginū & abbatū, ꝓ absoluttone, pro reconciliatione peccatorum, pro spiritualiū aut sacramentorū collatione. Sic prohibentur maiores ne celent peccatum alicuius ꝓpter fauorē, gratiā, aut pecunias, seu preciū &c. Prohibenā monachi & religiosi, ac moniales, ne alias pro pecunia ad ꝓfessionē recipiāt. ca. Veniēs. de simonia. ¶ Quinta propositio. Non obligatus ex officio seu beneficio ecclesiastico alicui spiritualia ministrare: si rogatus vel nō rogatus ministrat eidem spiritualia vel sacramenta, nō obstante q̄ alias sufficientes habeat sumptus: potest nihilominus sustentationis stipendium dari solitum & cōsuetum sine pacto petere & recipere: sed non vt quātulūcūq; ad ministrationis illius p̄ciū, aut auarę cupiditis satiatiuum. Patet ex quotidiana obseruātia etiam maiorum deum timētium. Qui eñ seruit altario de altario & viuet, & qui plātat vineam, ex fructu eius edet, secūdum apostolum vbi supra. Nec peior est ea in re conditio diuitum patrimoniū habētium, q̄ pauperum. Quis eñ suis stipendijs militat vnq̄ sar. j. q. j. ca. Iudices. Vnde sup illo. j. ad Timo. v. Qui bene p̄sunt p̄sbyteri. dicit glos. Aug. Accipiant sustentationem necessitatis a populo, & mercedem dispensationis a domino. Et San. Tho. in. iij. articulo secūdo, secūdi articuli principalis quęstiuncula. j. Si sacerdos habet sumptus & non tenetur missam cantare: pōt accipere denarios sicut faciunt sacerdotes conducti, non quasi precium missę: sed sustentationem vitę. Et notāter dictum est in ꝓpositione: Nō obligatus ex officio &c. vt supra propositione quarta &c. ¶ Sexta propositio. Non obligatus ex officio seu beneficio ecclesiastico alicui spiritualia aut sacramēta ministrare, si vult tempore multo operas suas alicui locare, potest (vt videtur) interuenīēte conuentione super sustentationis stipendio non sup spiritualibus, iuste & licite quantū est de se sustentationis mercedē cōstituere, petere, & recipere, & se se assignato stipendio ante vel post ad spiritualiū administrationem obligare. Ita videmus fieri cū assumuntur socij diuinorum: Item cum quis auctoritate superioris ponit substitutum: cū se vult absentare ad tempus. Sic subeunt onera spiritualium, quo ad sacrificium celebrandum, sic & sic, quo ad exercendū curā illius ecclesię, quo ad p̄dicandum, adiutores, & substituti: cum promissiōe & obligatione ad certum tempus sic famulandi, & officium suum fideliter exercendi. Sic conducuntur prędicatores Theologi vt prędicēt vel legant mercede ex pacto constituta. Cum autē dicitur sacerdos hoc officium facere pro stipēdio, ly pro dicit causam adminiculantē, nō appreciationem sacramenti vel officij vel auaritię saturamentum. Q̄ autē sacerdos possit sic operas suas ad quas non teneā locare, est cōmunis modus loquēdi, cōsone ad dictum Saluatoris. Dignus est ope

Universidad de Deusto
Biblioteca



ratius cibo suo. Lu. x. Nec obest si sacerdos indigeat sumptibus vel nō: dūmodo saltē assit recta intentio, nec mentiatur iniquitas sibi. Valent ad hoc. j. Corinth. ix. Et Gerson in tracta. de sollicitudine ecclesiarū, fere p totum. Hinc Hieronym⁹. Apostolicis viris, & euāgelizatorib⁹ Christi i necessarijs vsibus nō tribuere, seipsum damnare est xvj. q. j. ca. Apostolicis. &. j. q. ij. cap. Clerici. dicit. Clerici omnes qui ecclesię fideliter vigilāterq; deseruiunt, stipēdia sanctis laboribus debita secundum seruitij sui meritū per ordinationē canonū a sacerdotibus consequant. Ecce q̄ patenter hic ca non consilij Agatheñ. disponit q; iuxta meritū laboris ecclesiastici stipendia sacerdotes distribuant. Cum autem licitum sit, & iustum huiusmodi stipendia dare & recipere: cur super eo conuentio erit illicita, cum intentio dantis & recipientis est recta & syncera, nō velle appreciari spūalia: aut auaritię voraginē satiare: sed stipendiū accipere, & dare pro operis exhibitis, non in ratione precij, sed stipendij nomine, vt possint spiritualia gratis administrare? Preterea cum paciscitur, paciscitur super temporali principaliter nō sup spirituali. Nec obest q; sacerdos tunc non administraret spūalia si non haberet stipendium. Patet ex dictis. Preter ea cum hic contrahit quędam obligatio partium non potest abesse conuentio. Omnis em̄ obligatio cōuentionē habet. Nōne pōt quis se obligare ad manendū tanto vel tanto tēpore cum aliquo curato vel beneficiato &c? Nonne expedit scire q̄ sint operę ad tollendum lites, & dissensiones innumeras: ne deniq; aliquid agēdorum omittatur: & ita de similib⁹? Cōstat ex glos. j. q. ij. ca. Quā pio. supra allegato: non oēm pactionem, aut conuentionē in spiritualibus esse prohibitā: sed illicitam, & inhonestam. Sic sępenumero dignitates aliquę non conferuntur: aut facultates alię, nisi iuramento tali vel tali. vt dist. c. ca. In ea synodo. &. xxtij. ca. Q̄ q̄. Alludit Panor. de simo. c. Suā. cū inqt. Si proprius sacerdos habet vñ viuat, tūc cessante consuetudine non pōt aliquid exigere. vt in ca. Suam. & ca. Cum in ecclesię. de simonia. sed gratis oblatū potest recipere. vt in ca. Proximo. & in ca. Tua. & cap. Etsi quęstiones. eo. ti. Si vero desunt ei sumptus necessarij, si potest victū aliunde habere ex opere manuali, vel puerorum doctrinatione, non potest aliquid vltra exigere: sed imputet sibi q; tam exile beneficium acceptauit. Quę rat ergo victum manibus, sicut Paulus quęsierat Si vero non potest sibi aliūde acquirere victum: tunc vel episcopus sibi prouidebit, vel populus poterit compelli ad prębendum sibi necessaria p victu. Ad quod remittit ad glos. de conse. dist. j. cap. Omnis christianus. quę dicit: sacerdotē indigentem posse subtrahere populo spiritualia, nisi faciat oblationem vnde possit viuere. Si vero est sacerdos alienus, q; forte inuitatus est ad exequias faciendas, vel alia spiritualia impendēda, licite potest suas operas spirituales locare: non vt dicte pro spūalibus recipiat temporale: sed in compensationem damnorum perpessorum in sustinendo ibi p̄sentiam suam, & trahendo moram in spiritualibus impendendā. Et dicit hoc esse extēdendum etiam ad alienū sacerdotē habentē sumptus. Talis enim potest exigere in compēsationē damnorum, cū ad hoc ex officio nō tenetur. Hęc ille. Concordat Rai. ti. de simonia. Et licet plerique videant dicere q; si sacerdos habet sūpt⁹ necessarios, & vult facere, vel assumere noua onera ad q̄ ex officio non tenetur, debet vel gratis facere vel omittere. Attamen videtur q; non incurrit cæteris paribus simoniam, si habens sumptus recipit stipendium ab his quibus militare nō tenetur. Licet forte hic posset esse nota auaritię p loco & tēpore dum satiari non potest &c. Nec placet dictū glos. de omissione spiritualium in pœnā nō subuētionis temporalium: melius est, & iuri conformius q; interpellet potestatem superioris: & eius auctoritate petat populum compelli vt faciāt ad quod iure tenētur: vel cedat beneficio si prouisionem sufficientē habere non potest: secūdum prędicta ad hoc ca. Ad apostolicā. de simonia. ¶ Septima propositio. Sacramēto vel sacramētis initiando licet quantū est de se, semotis pactione & pusillorum scādalo, libere dare collatori amice requirenti vel non requirenti, & maxime post sacramenti collationem aliquod tēporale per modum liberalis doni: seu etiam stipendij p̄ operis debiti: aut doni consuetudinarij sic dari soliti. Non autē in rōne principalis prouocatiui: vel motiui ad sacramenti collationem. Neq; in ratione precij siue pro sacramento appreciando: siue etiam pro actua sacramenti collatione, cum vel sine pacto, siue libere, siue exacte id fiat. Potest tñ intusta vexatio p̄cio redimi. Secus dicendū de matrimoniali onerosa obligatione. Dicitur in ꝓpositiōe, Licet quātum est de se. Nam oportet cauere scandalum pusillorum: qđ oritur quādoq; ex modo: si datur pecunia ante sacramenti susceptionem, forte ad p̄uocādum collatorē alias nō daturum. Item cum excessiua donaria dantur tempore & loco insolitis &c. Item cum dans est necessitate pressus, vel habundans, & collator nūc p̄mitur penuria. Posset tamen tolli data clara informatione cum sic facit vt supra ꝓpositiōe. ij. Dicit, Amice requirenti, vel etiam non requirenti. ar. ad hoc ca. Cum apostolus. de cēsibus. vbi dicit q; prelati possunt subsistente causa cum charitate moderatū petere auxilium. Q̄uis enim multi textus omnem videant prohibere exactionem: attamē intelligitur solum



prohibere temerariā, & scandalosam non fieri solitam & consuetam: vt supra propositione secunda, stante limitatione doctorū ibi posita. Dicitur Et maxie post sacramēti collationē. q̄uis em̄ etiam ante fieri posset quantū est de se: habet tamen ex illa circunstantia & mō tali aliquo modo speciem mali & scādali: ideo melius post fit. Dicit Seu stipendij pro operis debiti: vt supra propositione v. &. vj. Dicit, Non aūt in ratione principalis &c. quia si per hoc principaliter vellet flectere & mouere collatorem sacramēti, alias nō collaturū, esset vere simonia ex parte dantis. Vult enim principaliter ad habendū spūale dare tēporale citra iniustę vexationis redemptionem: vt cum ordinandus non est habilis. Dicitur neq; in ratione precij. Sacramentum enim precio comparari non potest. Sic etiam sacramenti collatio actiua præcise precio comparari non potest: q̄uis possit dari stipendium pro illis operis habitis. Et licet Scotus dicat in. iiij. dist. v. q. ij. iuxta finem: Si sacerdos nitatur vendere actum baptizationis: potest ille qui offert parumlum, emere: non intendēs actū illum in quantum est sacramentalis emere: sed sacerdotis laborem in actu: sicut conducūtur sacerdotes ad celebrandum missas: non vt ipsi vendant & alij emant actum celebrationis inquantum est sacramentale: quod absit: sed ipsi vendunt laborem, & alij emunt eum: Oportet enim quenq; de suo labore victitare: Tamen clarius loquitur in Quodlibet. quæst. xx. artic. iij. vbi dicit q; sacerdos non commutat laborem suum corporalem pro aliquo temporali: quia non est verisimile q; aliquis vellet ei tantum dare pro labore corporali in illo actu. Hæc ille. Itaq; actus ille non emitur vel appreciatur: sed datur operanti pro operis habitis quandoq; debitum, quandoq; non debitum stipendium: non aūt adequatum p̄cium. Hinc dicit San. Tho. in. iiij. dist. p̄senti. art. ij. principali. q. ij. quęstiūcula. ij. q; actus qui sunt spirituales ex parte agentis: quia. s. competunt alicui ex aliquo spirituali dono vel officio, nullo mō locari possūt sine simonia. Pōt tamen pro eis stipendium recipi in sustentationem vitę &c. Ad idem Duran. q. iij. & Palu. Sacerdotes conductitij excusantur: quia in sustentationē vitæ, non quasi precium missæ, nec laboris, recipiunt. q. v. ar. ij. Et secundū prędicta notabili primo, pari passu ambulant potestas ad actum & actus ipe. Quid refert si dicatur: sicut quis locat equū suum alteri ad agriculturam: ita sacerdos locat seip̄m ad opas illas: vel q; ille locutiones cōmunes Scoti & aliorū vbi supra tantundem valent? Cum enim locatur aliquid, dominium rei locatę non transfertur in conductorem, sed manet apud locatorem. Ideo locans ius decimarum, non est simoniacus: sed venditor iuris decimarum. Vnde non est sermo proprius: locaui operas meas: quia operę quę sunt fruct⁹ percipiendi, a conductore nō locantur: sed ius percipiendi illas operas potest dici locari: & illa locatio fructuum est ęquiualenter vēditio fructuum, vel vsus rei. Locat tertio sacerdos operas suas: quia locat personam suam ad illas operas exercēdas. Cum ergo dicitur locatio personę, locatio operarum: sensus est, persona locatur ad operas impēdendas. In simonia semper aliquid expectat pri⁹ non habitum, ergo, vt supra in notabili. iiij. j. q. ij. ca. Clerici. ¶ Dicitur pōt tamē iniusta vexatio re M
dimi precio. Nam cum iniusta vexatio est res ęstimabilis precio, potest pecunia tolli & redimi: & tunc datur temporale pro temporali, & non pro spirituali, vel annexo spirituali. Deberet enim prelatus, vel curatus, aut alius habens conferre spirituale talismodi iniquā vexationē omittere: & sinere hunc qui habet de facto ius ad rem spiritualem consequendam: vt iure suo sibi debito recte ad finem optatum vti possit, & eum in hoc nullatenus impedire. Cum autem id facere recusat nisi detur pecunia: licet non ius id iam habitum ad rem emere: sed pecuniam dare vt a vexatione, & impeditione iniusta liberetur: vt supra notabili tertio. Consonat Gerson in tractatu de Simonia dicens. Redemptio vexationis videtur habere locum: non quidem in acquirendo ius nouum ad officium vel beneficium huiusmodi spirituale præsertim apud conferentem temporale: sed inuenitur habere locum dum tolli quæritur impedimētum quod apponitur ne quis iure suo vel re sua pacifice vtatur vel potiatur. Sic fortassis etiam excusari possunt subditi respectu curatorum dum compelluntur exactione præuia pecunias prius dare ante spiritualium eis debitorum collationem. Vt gratia exempli, aliquis qui debet & tenetur puerum baptizare, vel confirmare ex officio, vel sepelire mortuum, aut absoluere vel ordinare, vel eucharistiam conferre, recusat illud facere nisi detur pecunia. Item aliquis legitime electus est ad officium requirēs ordinem infra certum tempus: habet ius ad ordines. Non sic beneficiatus beneficio non exigente ordinem nec religiosus. Cum ergo aliquis talium vel consimilium vexatur super iure suo quod tam habet actu ad rem: nec potest ipsum consequi nisi data pecunia: potest vexationem illam pecunia redimere: quia est res æstimabilis precio. Ex quo sequitur q; redimere vexationem est super acquisitione iuris habiti, seu ad qđ habet ius ad rem vel in re. Si enim aliquod spirituale ius est adhuc acquirendum alicui: ita q; ad id non habet ius ad rem nec in re: q̄uis ex gratia consequi posset: non licet ibi vexationem redimere. Sic em̄ dādo

Universidad de Deusto
Biblioteca



pecuniâ pararet ſibi vtam ad rem ſpiritualem habendã ſibi,nũc iure non debitã.Nã non volẽs dare alteri qđ habere vellet: ſed recuſans dare eo q̃ alter non habet ius ad ipſum,non vexat ip̃m iniuſte:quia non teneť ſibi illud dare.Et iſtud videť rationabilius q̃ dicere q̃ licet alicui vendere actũ ſuum nõ habito reſpectu ad ſpirituale: vel vt eſt quid ſacramẽtale:ſed vt eſt quidã labor humanꝰ. Si enim licet vendere,licet & emere : & ſic pateret vía vendendi omnes actus ſacramentales. Nam in propoſito cum vexatio redimitur,& ſpirituale ad quod quis habet ius ad rem vel ius in re,iniuſte impeditur,non emitur id ius qđ ſpũale eſt:ſed de facto habetur:ſed vexatio intuſta p̃cio dato redimiť.Eſt eñ res ęſtimabilis p̃tecio:nec redimens vexationẽ cooperatur peccato alterius:vel cõſentit peccato ſimonię hmõi curati vel prẽlati iniuſte vexantis & iniuriam inferẽtis: ſicut in materia de vſuris licet quandoq; recipere ad vſuram in caſibus certis:q̃uis alteri nullo mõ licet dare ad vſuram. Sic inuaſus a latrone iniuſte coactus dat licite pecuniã, & ſine p̃cõ, nec cooperať peccato alterius qui iniuſte recipit. ¶Iſte modus dicẽdi placet plus q̃ dicere,ſi non poteſt haberi baptiſmus ſine pecunia, debet puer dimitti ſine baptiſmo: vt cũ non eſt qui ſciat formã,aut poſſit ſeu velit baptizare niſi data pecunia &c.Idem videtur eſſe de quocunq; ſacramento ſiue neceſſitatis ſiue nõ neceſſitatis,cũ quis habet ius ad ipſum. Additũ fuit. Secus de mrimoniali oneroſa obligatione. de quo infra ꝓpoſitione. vtij. ¶Corollarium primum. Licet baptizando,cõfirmando,cõmunicãdo,abſoluendo,inungendo,vel ordinãdo, quantũ eſt de ſe libere citra iniuſtã & ſcandaloſam exactionem aliquid dare collatori,per modũ liberalis doni dari ſoliti & cõſueti,maxime poſt ſuſceptionẽ ſacramẽti:ad qđ prouocatus eſt per gratiã gratis ſibi factã in ſacramẽti collatione. Et etiã p̃ redimenda iniuſta vexatione ante ſacramẽti ſuſceptionẽ,p̃cuia proteſtatione fieri ſolita,ſi opus eſt pro tollendo ſcandalo:aut etiam in ratione ſtipendij debiti:cum ad operas illas alias ex officio non tenetur. ¶Corollarium ſecundũ.Non licet baptizando,confirmando &c.vel ordinando dare aliquod temporale per modum precij: propter actuam baptizationem,confirmationem &c. aut ordinationem:aut per modum mercedis ꝓuocatiuę principaliter vt collator conferat ſacramentũ. Neq; pro illis operis ſpiritualibus,ſiue ante ſiue poſt,ſiue libere,ſiue exacte det: ſiue denicq; interueniat ſiue non interueniat pactio vel cõuentio. Ex his poſſunt conſimilia corollaria multiplicari de multorum ſacramentalium & ſpiritualium collatione. ¶Corollarium tertium.baptizando,confirmando,cõmunicando,abſoluendo,ordinãdo, inungendo &c.non licet emere precio ius baptizandi,confirmandi,benedicẽdi &c.ſed neq; actũ officiandi,baptizandi,confirmandi &c.quia vtiũ q; eſt ſpirituale.Actꝰ enim illi ſunt ſpũales ratione principij:quia non cõpetunt niſi habenti ordinem eccleſiaſticũ:& etiam ratiõe finis vel obiecti: & vt frequenter rõne ipſiuſmet obſequij: vt Gerſon loquitur:ſicut ſunt baptizare, confirmare,ordinare,benedicere,& celebrare miſſam,a peccatis abſoluere. ¶Corollarium quartũ.Non licet materialia ſacramentorũ ſi conſecrata ſunt cariꝰ emere propter conſecrationem poſito caſu in quo alias liceret ea emere:forte cõſuetudine emẽdi aquã a ſacerdote de proximo conſecrandam. Oleũ vero & balſamum non ſunt materialia ſacramenti, niſi ſint conſecrata,quę epiſcopus gratis dare tenetur,& ſuis expenſis.j.q.j.cap. Placuit.& ca. Statuimus. Pari eñ paſſu ambulãt actus & ius agendi. Cum ergo actus eſt quid ſpirituale: ergo & ius agendi & econtra. ¶Octaua ꝓpoſitio. gratis dato & accepto hinc & hinc matrimonij ſacramẽto, licitum eſt coniugibus(ſeſe ad matrimonij onera ſupportanda,reciproce & viciſſim obligantibus) a ſe inuicem temporalia,non pro ſacramẽto, ſed naturæ officio,ſeu oneroſa matrimoniali obligatione,ac onerũ mrimonialiũ,iuſta ac fieri ſolita p̃ peſſione, exigere petere ac recipere etiam in cõpẽſationis & precij ratiõe. Nec valet hic ſentẽtia dicentium: quia in ſacramento matrimonij gratia non conferturideo licet pro eo pecuniam petere & exigere. Ex quo enim eſt ſacramentum no. lea Chriſto inſtitutum, confert gratiã ex opere operato:ſicut & cętera no.leg.ſacramenta. Cum vero matrimonium non ſolum eſt ſacramentũ: ſed etiam naturæ officium:ideo vt ſic, licet pecuniã exigere:ſed non vt eſt ſacramentũ, vel pro ſacramẽto. Vnde nõ eſt ꝓpria locutio q̃ ſacerdos cõferat hoc ſacramentum ſicut cætera:ſed conluges ſibi mutuo cõferũt & accipiunt. Vnde cũ vnus conlugũ hoc ſacramentum ab alio vt partiali miniſtro recipit:non licet recipienti dare conferenti aliqua temporalia pro matrimonij ſacramento tranſitiue ſumpto , nec in ratione precij, nec ſtipendij. ſed ratione liberalis doni: vt ſupra de alijs ſacramentis dictum eſt. Nam ſacramenta non ſunt precio comparanda.j. quæſt. j. cap. Quicquid. Item ſtipendium datur pro labore & opera : ſed cum ſacramentum matrimonij trãſitiue conferẽ cõiugi a cõiuge,nõ eſt ibi labor aliqs:ſed ſolũ exhibetur aliquod ſignum ſenſibile indicans cõſenſum conlugum. Item conferenti ſacramẽtũ ip̃m ſimiliter non licet recipere a ſuſcipiente temporalia vt precium,nec vt ſtipendium pro ſacramento,ſeu etiam actiua ſacramenti collatione. Nec licet pro eo quicq̃ exigere : quia nec vt precium



nec vt ſtipẽdium. Hoc dictum etiam procedit capiendo ſacramentũ matrimonij intranſitiue:hoc eſt, vt eſt ipſum matrimonium vnio ſeu vinculum perſonarum coniugalium.ſic enim nõ eſt ſacramentum proprie: ſed ſignum ſacrum,dicente Apoſtolo. Sacramentũ hoc magnũ eſt, magnę rei ſacrum ſignum in Chriſto & in eccleſia. Sic nõ licet ipſum vendere,cum ſit ſacramẽtale,nec licet pro eo in ratione ſtipendij quicq̃ exigere vel recipere. Poteſt tamen talis vnio coniugalis habere rationem beneficij nati prouocare alium ad repẽdendum libere quippiã temporale. ¶Corollarie ſequitur. Si quis ſuſcipit matrimonij ſacramentũ ab alio coniuge,ſiue tranſitiue,ſiue intranſitiue ſumatur:poteſt illi qui ſibi hoc confert dare temporalia,non pro ſacramento: ſed pro obligatiõe illa qua conferens ipſum ſeſe obligat ad multa onera ſupportanda,ex parte ſuſcipientis ipſum per modum precij,& compenſationis.vtputa cõferens hoc ſacramentum alteri vult alere ip̃m recipientem, eius curam gerere, bona ſua ei cõmunicare &c. Hæc aũt obligatio regulariter comitatur ſacramentum,& non eſt ſacramentum ipſum & eſt multũ oneroſa,& precio ęſtimabilis : nec eſt neceſſario annexa matrimonij ſacramento. Poſſunt enim coniuges coniugaliter coniungi: & ſibi illam libertatem reſeruare de non cõmunicãdo bona ſua in toto,vel in parte,& q̃ quilibet de ſuo alatur,poſita educatione prolium ſi erunt proles. Hęc enim nõ ſunt de eſſentia matrimonij:ſed ſufficiunt ad eius eſſentiam perſonę legitimę, cõſenſus & ſigna,& mutua corporũ tranſlatio ad actꝰ coniugales cum petũtur. Et eſto q̃ onera illa ſint annexa ſpirituali:quia tamen eccleſia non prohibuit vendi huiuſmodi onus:licet ipſum vendere ſicut & alia p̃dia annexa ſpũalibus non prohibita vendi . Nõ ergo tenetur quis illa gratis ſubijcere. ¶Cõſimiliter dicẽdũ eſt de ſuſcipiente & conferente benedictionem matrimonialẽ:ſicut ſupra de ſuſcipiente vel conferente baptiſmum, vel cõfirmationem &c. reddendo ſingula ſingulis.

O ¶Quantum ad articulum tertium eſt dubiũ primum:Vtrũ ſimoniaca labes poſſit cadere in Papam.Hoc dubium videatur in Palu. qui aliquo modo impugnat Duran. ¶Cõcluſio prima. Alt qua ſimonia ꝓprie dicta quo ad culpam : vtputa diuina lege ꝓhibita immediate: põt cadere in Papã,ſicuti & in alium hominẽ diuinę legi ſubiectũ. Culpa non excludit pœnã coram deo pro peccato debitam:ſed pœnam iuris. Probatur concluſio. Omnis homo factẽs cõtra legem diuinã,cui ſubiectus eſt,peccat. Sed omnis homo vendens ſpũale pro tẽporali(ſaltẽ lege diuina ꝓhibitũ vendi,& de ſe:hoc eſt in lege & euangelio ſecundum Duran.)facit cõtra legẽ diuinã,cui ſubiectus eſt. ergo talis peccat,& nõ niſi peccato ſimonię ex definitione ſimonię p̃miſſa.ergo ꝓpoſitum.Maior nota ex notificatione peccati ſecũdũ beatũ Ambro.& Aug.Minor patet ex dictis. Lex cñ diuina & naturalis oẽm hoiem inuolut,& neminẽ excipit.Cũ ergo Papa eſt homo,teneť vtiere obedienter legi diuinę ſi vult ſaluari:ſicut & Chriſtꝰ ſecundũ naturã humanã voluntati diuinę ſemp ſe ſe confirmare curauit.Ita habet Sanct.Tho.vbi ſupra ar.j.& Duran. immo vt videtur,grauiꝰ peccat cæteris,quanto prę cæteris ſcandalizat amplius.Et licet res eccleſię ſint Papę vt principalis diſpenſatoris:non tamen eſt dominus earundẽ ſecundũ San.Tho. ¶Secunda cõcluſio. Quia ſuis poſitiuis legibus inquantum tales ſunt, Papa non eſt ſubiectus:ideo ſimonia ex ſola iuris poſitiui prohibitione non poteſt in Papã cadere. Probatur:quia princeps legibus ſolutus eſt: vt dicũt iuriſtæ:par in parem agere nõ põt.Cum ergo vt ſic,ſit ſupra legem pure poſitiuã pœnalem, nõ ligatur lege tali poſitiua pœnali.Hinc ait Palu.Papa nõ poteſt committere ſimoniam quo ad pœnam iuris poſitiui,cui nõ ſubeſt. Vnde nec excõmunicationẽ, nec ſuſpẽſionem, aut alias pœnas vel cenſuras eccleſiæ incurrit etiam ſi clericũ percutiat ſuadente diabolo. Poteſt tamẽ ſi vult ſeſe ſponte,vt videtur,ſubijcere legi poſitiuę,ſicut & alius homo opus ſupererogationis poteſt vouere. ¶Tertia cõcluſio. Simoniaca labes ſicut de p̃ ſe non eſt hæreſis,ſic non aufert a Papa neceſſario ſuam poteſtatẽ vel eccleſiaſticę poteſtatis plenitudinem,ſeu executionem. Prima pars patet ex dictis:qa põt aliquis eſſe ſimoniacus ex ſola prauitate affectus per auaritiam ſine errore intellectus:vt dictũ eſt.Hęreſis vero non eſt ſine errore intellectus circa ea quę fides tradit. Secũda pars patet ex ꝓpoſitione ſecũda. ¶Secũdũ dubium. Vtrũ is q̃ emit a Papa bñficiũ vel ordinẽ: ſeu ordinis executionẽ,vel aliud ſpũale, aut ei annexũ ſit eo ip̃o a ſimonia liber,& a pœna canonica:qa emit hmõi ſpũalia a papa,etiã in caſu quo papa p̃ſus eẽt imunis, & a culpa,& a ſimoniæ pœna. Qz ſic,oſtenditur ex dictis multorũ doct. quorũ aliq tenent,q̃ nec papa, nec alij exiſtẽtes in curia cõmittant ſimoniã ſi papa ſcit: & ex certa ſciẽtia tolerat. Dicũt eñ. Certa principis ſciẽtia purgat hoc vitiũ.In oppoſitũ eſt Cle.Si ſumm. de ſen. excõmu.vbi dicit in effectu. Si Papa etiã ſcienter excõicato participat, per hoc nõ abſoluit illũ,niſi exprimat ſe hoc velle. Et ſi ſcienter ſub titulo dignitatis aliquem nominet,vel honoret:per hoc illum in dignitate non approbat. Ad hanc Cle. reſpondent multi dicentes: Secus eſſe ſi Papa cõfert alicui ordinem vel beneficium propter pecuniam: et ſi communicat alicui excommunicato

Universidad de Deusto
Biblioteca



vel nominet aliquem nomine dignitatis. Nam per hoc nulla dispositio inducitur vel traditur sic enunciato nomine dignitatis, seu illi cui communicat. Cum vero conferatur ordo aut beneficium a papa alicui pro pecunia: censeret papa ratione talis facti, ex cōmuni theorica cū eo dispensare: nisi id nominatim exprimat. Theorica hæc est. Papa exercens actum in psonā subditi scienter qui citra dispensationem non valeret: vel saltē diceret illegitime factus: vt puta cū scit eū indigere dispensatione: in hoc casu censet cū eo dispensare, & eū velle habilitare. vt gratia exempli, si sciens aliquē esse excōicatum nihilominus cōfert ei ordinem, aut irregularē, aut sil'i defectu grauatū. Nā dignitas collata p principē facit infamiā abolere: vt dicunt iuristę. &. xvij. q. iiij. Si quis suadente. §. Cōmittūt. vbi dicit. Instar sacrilegij est disputare an dignus sit quē princeps elegit. Item. xciiij. dist. ca. j. Nō enī presumit papā aliquid frustra cōcedere, & imperfecte. Concedit ergo cū principali omnia ad hoc necessaria: vt presumi recte pōt. Censetur ergo velle dispensare cū eo quem nouit excōicatum vel irregularem, & nihilominus confert ei ordinem vel beneficium: vt possit executionem ordinis habere. Hic cum dat alicui priuilegium, vel rescriptum, primū absoluit eū ab excōmunicatione si quā incidisset, vt aptus reddatur &c. Et forte posset dici: hoc dictū procedit quando Papa scienter confert beneficiū vel ordinē excōmunicato, seu simoniaco: & pro pecunia: secus de alijs a Papa. Et licet Papa sciat q; dñi cardinales & alij exigant pecunias pro spiritualibus, & toleret idipm, non tamen censetur ex hoc dispensare cum illo q in curia beneficium aliquod pro pecunia adept⁹ est: sed manifeste inuoluuntur tales vitio simonię sicut & cæteri: vt est videre in diuersis extrauagātibus. In Paulina de casib⁹ reseruatis: cuius initiū Etsi dominici gregis. reseruatur simonia in ordine & beneficio, siue in curia, siue extra contracta sit. Et iterum in alia Paulina: cuius initium, Cum detestabile. Itē in extrauagātib⁹ Martini. v. & Eugenij inuoluuntur etiā cardinales &c. Tenētes oppositum vident loqui de ijs qui recipiūt tēporalia datis spiritualibus pro sustentatione curiæ & officialium secundū ordinationem Papę, non in ratione precij: sed pro sustentatione ministri. Sic enī perinde est ac si papa recteret. Sic recipiūtur & soluuntur annatæ, seu primi fructus p collatis beneficijs in curia, pro bullis, pro dispēlationib⁹ pro gratijs, non vt p̄cium rei spiritualis, sed pro sustentatione curię in supplemētū sustentationis necessarię ꝓregimine totius ecclesiæ. Sic non videtur esse simonia, si papa per viam reseruationis tēporaliū collaturus alicui episcopatū, vel officiū diceret. Confero tibi. N. cum hoc onere q; singulis annis tātūdē dabis illi psonę, vel curię meę. tam enī reseruat sibi collaturus aliquod beneficiū qđ ante collationem suum futt. Facit ad hoc anti quissima curię consuetudo, quæ multos sanctos & doctos fouit viros. Pręterea cum talia tempora talia dantur pro bullarum expeditione, non emit spirituale iam gratis datum, & obtentū sine p̄cio rei spiritualis: sed salarium debitum datur curialibus aliam prouisionem non habentibus. Ita videtur sentire Baptista in summa. & cōcordat Angelus de Simonia. iij. §. vltimo. Ex illis patet solutio ad rationem ante oppositum. ¶ Tertium dubium. Vtrum liceat pro quocūq; accepto vel exhibito obsequio ecclesiastica largiri beneficia vel officia. Ad hoc dubium quidam respōsuri multiplicem ponunt obsequij distinctionem. Si honestum vel inhonestū fuerit: Si spirituale vel corporale: Ordinatum vel nō ordinatum ad spiritualia. Quorū primum (qđ nō respicit vt finem spiritualia) nominant prophanū obsequium. Aliud vero non prophanū, qđ est ad spiritualia ordinatum. Et videtur q; non sit opus huiusmodi distinctione in foro conscientię: secus de præsumptione. Hinc est respōsiua conclusio: ex qua elici poterunt corollaria: q̄ omnia sicut & præcedentia collatiue & disputatiue solum recitātur. ¶ Cōclusio est hęc. Sicut contingit dantē vel recipientē pecunias pro spirituali, vel ei annexo: vel econtra: quandoq; incurrere vel nō incurrere simoniā mentalē vel pactionalem, a deo solū, vel etiam ab ecclesia puniendā, ita pariformiter suo modo cōtingit prestantem vel acceptantem temporale obsequium precio estimabile pro spirituali vel econtra, quodcūq; sit illud, quādoq; incurrere vel non incurrere simoniā mētalem vel pactionalem a solo deo vel etiam ab ecclesia puniēdā. Patet ex dictis. Nihil enim refert dare pecuniam seu preciū quodcūq; pecunia estimandum, & dare obsequium vice pecunię. Notum est obsequētes pecuniaria mercede conslitui & cōduci. Idem ergo est dare spirituale vel annexum pro obsequio exhibito, vel exhibēdo: vt ly pro dicit causam finalem vel appreciatiuam: ac si daretur pro precio pecuniario &c. ¶ Corollarium primum. Faciēs obsequium vel seruitium siue temporale, siue spirituale alicui prælato vel monasterio, non gratis: sed vt in ratione precij vel principalis motiui spirituale remunerationem habeat sui laboris per collationē beneficij ecclesiastici, vel monastici, execrā dā cōmittit simoniam, a deo si sine pacto, vel etiam ab ecclesia si cum opere exteriori, & cum pacto fiat, grauiter feriendam. Patet ex dictis, quo ad eam partem, cum obsequium est temporale, & precio, vel pecunia cōparabile. Si. n. principaliter seruit sibi cum pacto: vt consequi possit beneficiū ab eo, est simonia pactionalis. Si sine pacto, principaliter tñ ꝓpter habere beneficiū, est simonia mentalis: vt quidam loquunt. Si vero est obsequium spirituale: & interuenit pactū inducens obligationē: iam spirituale non gratis datur: & est simonia saltē secundū modū: etsi non secundum rem: cum non interuenit vt p̄cium aliquod tēporale pro spirituali: sed spūale datur non gratis & cum pacto pro spūali. immo illa obligatio ex pacto ꝓueniens videt esse res estimabilis p̄cio: & sic datur spūale etiā ꝓ tēporali saltem tacite. Si nō interuenit pactum, adhuc videtur esse simonia: saltem secundū p̄sumptionē iuris: ex eo quia spirituale qđ expectat, non pōt esse p̄cium alteri⁹ spiritualis: quia non est precio comparabile. Itē obsequium spūale non gratis impendit: sed expectat aliud spirituale reddendū, veluti p̄cium laboris illius, cum tñ hoc spūale obsequiū non possit p̄cio cōmutari secundū dicta: sed gratis dari debet. Secus dicendū cęteris paribus: si aliquod onus tēporale esset annexū auctoritate legitima illi officio spirituali: de quo infra. ¶ Secundū corollariū. faciens gratis & libere honestū obsequium vel seruitium tēporale vel spirituale alicui p̄lato vel monasterio cū spe & expectatione alicuius cōpensationis vel remunerationis spiritualis gratuite, & liberaliter pro meritis, & qualitate psonę obsequentis conferēdę, nō in ratione p̄cij, vel mercedis, pacto cessante non polluitur simoniaca labe: & dicit honestū. Nā si esset turpe & inhonestū, eēt simonia secundū p̄sumptionē iuris, secundū Palu. Patet corollariū auctoritate beati Gregorij in Registro cum inquit. Ecclesiasticis vtilitatibus deseruientes ecclesiastica dignū est remuneratione gaudere. Hoc enī meretur deuotio gratis obsequentis. Sic diligimus deum propter se principaliter cum spe remunerationis æternę beatitudinis & tēporaliū. Ad idem Gerson. de simonia ꝓpositiōe vj. & San. Tho. vbi supra ar. v. Hinc ait Richar. Clericus seruiēs alicui p̄lato cum spe futurę remunerationis spiritualis ꝓ sua idoneitate simoniam nō incurrit: dūmō principaliter hac intētione non seruiat: nec p̄latus principaliter & directe propter seruitū impēsum p̄bēdā assignet. de simonia ca. Cū esset. in glos. Sic secundū Palu. art. iij. q. v. cū curię p̄latorū ꝓbatiuæ sunt clericorū: si aliqs clericus famulat p̄lato ob hoc p̄cise vt eius idoneitas & bona qualitas innotescat p̄lato: quatin⁹ ea sic cognita mueniat dignus bñficio: & p̄latus cōperta idoneitate gratis cōfert sibi bñficiū: alias nō collaturus etiā posito quocūq; impēso vel impēndēdo obsequio: neuter incurrit simoniā: sed illud obsequium erat quasi ꝓbatio eiusdē. Sic forte abbas vel alius prælatus religionis alicuius dicet petenti pro religione: Non recipiam te, nisi scias illā vel illam artem: nisi prius artiū magister, vel theologię baccalaureus &c. nisi emēdaueris vitā tuam nisi dimittas illa & illa &c. Nec illa pactio inducit simoniā: quia non tendit ad recipiendū aliqđ tēporale pro spirituali: sed aperit qualificationē per psonę assumendę. Perinde enī est ac si diceret: recipiam te si inuentus fueris idoneus: & ita qualificatus, vt status ille petit vel necessitas psonarum exigit &c. Vnde potius est quædam monitio seu eruditio q̄ pactio vel conuentio. Sic si alicui bñficio annexū est hoc vel hoc onus. s. docere theologiā, p̄dicare &c. necesse est psonā assumēdā eē sic qualificatā. Et licet recipiat cū tali pacto &c. tamē proprie non est hic pactū: sed explicatio onerum annexorū beneficio. Ita dicit de conferente beneficiū ꝓpter obsequiū: sicut de p̄stante obsequium propter habere beneficiū dictum est suo modo. Posset tñ quis habere prauā intētionē, non petēdo illā psonę q̄lificationē ꝓpter officiū: sed ꝓpter quęstum inde ꝓfuturum quem q̄rit vel principaliter vel secundaria intentione &c. Notat hic Duran. Si mun⁹ a manu est tātū q; p̄sumit inclinare affectum ad collationē rei spiritualis, sic est simonia. Si tā paruum q; non p̄sumitur &c. non est simonia. Verū est in foro ecclesię p̄sumentis de exterioribus. Quo ad deum semp est simonia si ꝓpter munus magnū aut paruū in rōne p̄cij cōfert spirituale. ¶ Corollariū tertiū. Sicuti mun⁹ a manu quātulūcūq; sit si dat in ratione p̄cij ꝓ spirituali inducit corā deo simoniā siue assit siue nō assit pactū: ita pariformiter dicendū est de munere ab obsequio quātūcūq; sit illud. Patet ex definitiōe Simonię. ¶ Corollariū quartū. Sicuti in foro ecclesię p̄sumit q̄ncq; p̄sumptione iuris vel opis de simonia: cum munus a manu qđ datur in collatiōe spūaliū, & p̄sertim ante collationē, est tātum vel tale q; merito præsumi posset de inclinatione voluntatis & affect⁹ recipiētis ipsum ad conferendū pro eo spūale, vt supra, seu non pōt sumi p̄sumptio de inclinatione affect⁹ ꝓpter doni extilitatē & modicitatē, attētis circunstantijs variis loci, ac tēporis, ac psonę dantis & accipiētis: sic fuo modo dicendū est de munere ab obsequio. ¶ Corollariū quintū. Sicut in munere a manu attēdit in foro cōsciētię intētio dātis & recipiētis cū dubitat alias de simonia nō obstātib⁹ qbuscūq; iuris vel opis p̄sūptionib⁹ ecōtra multātib⁹: ita in munere ab obsequio, aliter in foro cōsciētię: q̄ respicit intētionē: aliter in foro ecclesię q̄ exterioribus innitit signis & factis p̄sumptionē inducentibus dicēdū venit. Vt enī simonia est pctm̄ solū, sola volūtate cōmittitur: vt vero inducit pœnā iuris, committit per mun⁹ a manu, a lingua, ab obsequio. ¶ Quartum dubiū: Vtrum velle realiter. & cum effectu consequi per preces pro se vel alio. R

Universidad de Deusto
Biblioteca



fusas aliquod spirituale vel ei annexum: vtputa ordinē,aut officium,aut beneficiū ecclesiasticum sit simonia vere dicendū. Premittēda est termino rum declaratio. Notādum, sicut est munus a manu,& munus ab obsequio quo incurritur simonię vitium: ita est & munus a lingua. Et illud quā doq; dicitur adulatio, siue locutio eorū q̄ mulcent aures audiētis siue prurientes. Q̄nq; est preces fusę pro se vel pro alio cum spōsione & promissione tacita, vel expressa alicuius muneris a manu, vel ab obsequio, vel cuiusdam laudatiōis, cōmē dationis,aut cōsimilis obsequij præcise p̄cedētis a lingua. qđ beatus Grego. dicit fauorē aut gratiam. Et beatus Tho. vbi supra. ij. ij. ar. v. q. c. dicit laudē pertinentē ad fauorē humanū qui cadere potest sub precio, vel etiam preces, ex quibus fauor humanus procedit. vt euitetur contrarium quia etiam carere malo bonum quoddam est secūdum philosophū. v. Ethico. Est ergo munus linguę qđ cōsistit in actu linguę sicut laus: vel qđ ex lingua initiū sumit: sicut cum quis ex hoc q̄ p̄cibus alicuius satisfacit, expectat fauorem aut gratiā: vt habet in. iiij. ar. iij. articuli. xxj. Ex quo dicto Thomę sumitur q̄ locutio beati Gregorij est causalis: ita q̄ fauor & gratia accipitur p̄ causa laudationis alicuius cui faueo: seu quē fauore prosequor: ita q̄ causa ponit̄ p̄ effectu. Vel oportet ponere. iiij. simonię species. Nam & ille cęteris paribus vere est simoniacus: qui propter habere fauorē & gratiā hominū: etiā intus manentē citra proruptionem in laudē sui vel alterius, vel etiam citra alterius muneris temporalis collationē vult dare aut dat spiritualia finaliter & principaliter alias non daturus: & tñ ibi nec est munus a manu: nec ab obsequio: nec a lingua. Sic enī habere fauorem & gratiā hominū est pecunia & p̄cio estimabile. Ergo vel locutio beati Gregorij erit causalis, & ponitur causa p̄ effectu: vel oportebit aliam & quartam ponere speciem. ¶ Secundo notandū suppositis dictis Notabili quarto, q̄ p̄ces nudę, vt tales pręcise sine spōsione vel obligatione, pactione aut p̄missione muneris a manu: vel ab obsequio impenso vel impēdēdo, & maxime in ratione precij, aut principalis motiui pro spirituali consequendo, cessante pactione, & scandalo sa p̄catione, non inducunt cæteris paribus simonię labē. Nam p̄cari seu petere aliquē p̄cise, nō est de per se sibi munus aliquod tēporale dare. Alias rogatus pro spirituali dando, nunc esset ditior q̄ prius fuerit ante huiusmodi p̄cationē suā. Necesse enī est cū simonia fundat̄ in contractu emptionis & venditionis, q̄ dans spirituale pro temporali aliquod tēporale quandoq; accipiat vel cōsequatur: vt precium rei spiritualis vt supra notabili quarto: sicut fit in contractu emptionis & vēditionis. ¶ Tertio notandum. Precū alię sunt spūales: quę. s. faciūt dūtaxat & pręcise pro explicatione & manifestatione meritorū p̄sonę p̄ qua petitur: vt cognoscant ei⁹ merita tāto officio & beneficio condigna. Alię sunt non spirituales sed carnales: vbi. s. allegat̄ affinitas vel consanguinitas: aut multiplex beneficentia: eius pro quo petitur. Et si talibus annectuntur minę nisi exaudiantur ad incutiēdū formidinē & metū illi q̄ rogat̄, dicūtur p̄ces armatæ. ¶ Quarto notādum q̄ ideo videtur munus linguę inducere simoniam: quia aliquo modo tollit libertatem donationis rei p̄ qua petitur. Vnde Sene. lib. ij. de beneficijs. Nō (inq̄t) tulit gratis, qui cum rogasset accepit. Et iterum. Nulla res carius constat, q̄ quę p̄cibus empta est. ca. Sunt nonnulli. j. q. j. Hinc vt videtur canones diuersi tāta pœnatū exaggeratione p̄ces in ordine & bñficio tā rigidissime phibēt: secus de alijs sacramētis & sacramētalib⁹ ac spūalib⁹: q̄ licet humiliter petere: qa ea petere humiliter nō inducit regulariter simoniā: sicut petere p̄ ordine vel beneficio: siue id fiat p̄ se siue p̄ alio. j. q. j. ordinatiōes. & cap. De ordinationibus eadem. q. vbi dicit. De ordinatiōibus aliquid accipere sub districta interdictione decernimus. Oportet ergo vt neq; p̄ donū neq; per gratiā neq; quorundā supplicationē aliquos ad sacros ordines consentias vel pmittas adduci. Verba sunt beati Gregorij. Stilia multa ibidem & alibi ponuntur. Ex hoc forte motus fuit Hugo decreti glossator dicere post alios. ca. Tuam. de æta. & quali. ordi. Si quis ordinat̄ suis p̄cibus, quātūcūq; alias est idoneus, simoniā cōmittit. allegat ca. Ordinationes. j. q. j. Et quidam alij moti vident̄ ex verbis beati Grego. loco allegato cap. sequente ad dicendū q̄ petens p̄ se curā aiarū, simoniā incurrit. Palu. hoc exponit secūdū p̄sumptionē iuris in foro exteriori. Sā. Tho. dicit ar. v. vt supra: q̄ p̄ hoc simpliciter reddit in dignus: secus de non curato beneficio si sit indigēs. Idē habet ar. ij. principali ar. iij. ¶ Quinto notādū q̄ in hac materia doct. solēt distinguere de digno & indigno. Dignū dicūt q̄ nō habet canonicū impedimētū, quo minus possit ordinē vel bñficiū cōseq. Indignū p̄ oppositū. Et hoc pōt contingere dupliciter, secūdū q̄ ly indignus cōtrarie vel priuatiue aut contradictorie sumit̄. Contrarie cēset̄ indign⁹, qui habet cōtrariū dignitati: vt hæretic⁹, notorie criminosus, infamis infamia iuris. Talib⁹ em̄ portę dignitatū nō patēt. Priuatiue, q̄ priuat̄ his q̄ merito dignitati adessent: non tñ habet aliq̄d bñficio, vel ordini cōtrariū: vt corpe vitiosus, illegitim⁹ &c. Vtriusq; indignitatis exēpla habent̄. j. ad Timo. iij. Et. lj. dist. ca. Qui in aliquo crimine, plura ponūt impedimēta q̄ faciūt hoiem irregularē ad ordines vel beneficia. Nec oportet vt



videtur, dilligūere de digno vel indigno: cū quæritur de munere a lingua, q̄n inducat simoniā, secūdū veritatē & corā deo: secus in foro contētioso & ecclesię. Cum em̄ preces fiunt pro indigno, satis probabiliter p̄sumi pōt secundū Durand. q. iiij. q̄ nihil aliud moueat collatorem, nisi timor ad vitandū malū aliquod: aut fauor petentis, vel laus quę expectatur: aut simile quid. Sic cum formantur p̄ces armatę. Caute ergo videndum quā do dicta doctorum sint intelligenda de simonia secundum veritatē & quādo secundū p̄sumptionem tm̄ iuris vel operis. Cum autem sint p̄ digno secūdū humanū iudicium, q̄uis tales preces etiam possint esse simoniacę coram deo, vt notū est: p̄sumitur tamen q̄ dās magis moueat̄ idoneitate, & bona qualitate personę q̄ fauore, gratia laude, timore, metu, aut consimili causa indebita: immo tales preces acceptantur vt tel simoniū bonæ cōditionis illius pro quo petitur. Potest tamē
S q̄nq; oppositū fieri. ¶ Conclusio prima, responsiua ad dubium: an licet sibi ipsi petere p̄ beneficio curato. Si quis principaliter & finaliter amore dei & proximi vult associari militię clericali, & nescit se indignum ad hoc, sed morali certitudine & p̄babili coniectura p̄sumere potest de sua idoneitate, cuius iudicium & scrutinium secundū eccl̄ę ritum, maiorū quorum interest cōmittit examini & discussioni, paratus eorundē ea in re obtēperare mandatis, petit sibi ipsi beneficium vel officiū curatum vel nō curatum: hic immunis esse videtur, & a simonię labe, & a p̄sumptionis, & ambitionis vitio, ac ab auaritiæ, & cupiditatis ardore, nec sibi sumit honores: sed a deo vocatus, ei⁹ paret digne & laudabiliter vocationi. Tales enim p̄ces non sunt proprie petitiones: sed bonę conditionis explicationes, & ad officium oblatiōes: vt supra notabili. iij. Cum enim finaliter & principaliter mouetur amore dei & p̄ximi, nec sese offert, vel obligat ad quęcunq; donaria pro ordine vel beneficio, aut officio, quomodocūq; danda collatori, vel alteri eius nomine: & agit secundū formā ca. Quādo. xxiiij. dist. fere p̄ totū, non videtur vt sic indignus esse. ¶ Secunda conclusio responsiua ad dubiū tale: An licet alicui petere ordines sacros p̄pter habere beneficium. Si quis finaliter & principaliter propter cōsequi beneficiū petit ordines sacros, vel ecclesiasticū officium: aut si ab alio rogatus vt ordines suscipiat simpliciter recusat ordinari, nisi spondeat & p̄mittat cū obligatione se daturū sibi bñficiū, nō euadit auaritię, aut simonię labē: q̄uis possit de obtinendo bñficio bonā habere spem, & secūdariā seu minus principalē intentionē. Patet: talis em̄ principaliter intēdit deo seruire p̄pter beneficiū, & tēporaliū p̄ceptionē: nec impedit si nō interuenit pactū expressum corā deo stante volūtatis prauitate. ¶ Tertia conclusio respōsiua ad dubiū istud: An petere religionis ingressum p̄pter vitę sustētationē, sit simoniacū. Petēs recipi ad aliquā religionē approbatā p̄pter habere honestā vitę sustētationē, alias non petiturus, nō incurrit ex hoc simonię labem si citra pactionē finalē & principalē habet ad seruiendum deo intentionem: ac vitę suę laudabilē emēdationē. Sic cīn tēporalia sunt finis sub fine. & secundum prædicta: vbi vnum propter aliud, tam nō duo sed vnū sunt secundum philosophū &c. ¶ Quarta conclusio respōdebit ad istud dubiū: quādo p̄ces fusę pro se vel alio p̄ beneficij aut ordinis adeptione inducūt simoniā. Si quispiam p̄ seipso vel alio fusurus preces alicui p̄ ordinis aut beneficij ecclesiastici consecutione prelatum ipm quem rogat, multiplici laude & gloria palā prosequitur, seu amicitiā vel beneficentiā plurimā eidē vel ei coniunctis a se vel alio pro quo petit, puenturā, & exhibendā allegat, tum in boni vtilis & cōmodi appositione, tū in mali quātum fieri possit p̄pulsione, forte cū timoris incussione, aut minarū intentatione, non curando de dignitate vel indignitate illius p̄ quo petit, ob hoc finaliter & principaliter vt p̄pter hmōi oblata vel allegata aut intentata ipsemet petens vel is pro quo petit consequi possit ordinē aut bñficiū ecclesiasticū siue interueniat siue nō interueniat pactū, posita hmōi volūtatis prauitate, & is q̄ rogat, & is cuius noīe cōsensu & voluntate fit rogat, & simīliter rogatus, ac etiam mediator & collator simoniæ labē corā deo cōtrahunt: si saltem collator talismodi satisfacturus petitioni & oblationi concedit spirituale vt mercedē vel precium laudis seu amicitię vel beneficentię: seu etiam suę collationis principale & finale motiuum. Gerson de consolatione theologię lib. iij. Prosa. iij. inquit. Potest fieri vt idoneus aliquis seruire deo in regimine publico quęrat illud intendēs ex consequenti, & secundarie, sustētationem vitę propriæ sufficientē habere: quatenus absq; mendicitate vel iproportionato sibi labore seruiat in hoc statu liberiori q̄te deo. Nec est leuiter hoc imputādum simoniacæ prauitati. Sicut nec dum frequentantur horæ canonicę ad recipiendum distributiones solitas. Et q̄ vbi loquatur de cura animarū, patet ex verbis p̄cedētibus. Et infra inquit. Dicam amplius. Si profitetur aliquis vitam claustralem, rationabiliter intendens illic sufficienter sustentari, alioquin non intraturus: neq; tum simoniacus est, dum intentio principalis est seruire deo, & sustentatio vitæ est ad illum finem: & sub illo. Vbi autem vnum propter aliud, iam non duo: sed vnum sunt. Hęc ille. Et posq̄ doctor ille in tractatu de directione cordis quadruplicem posuit intuitum quem

Universidad de Deusto
Biblioteca



habere cõtingit cum datur temporale p spũali: sic inquit Consideratione. xxxvj. Potest ex p̃missis elici qualiter liceat homini se transferre ad statum clericalẽ aut religiosum: immo ad curam animarũ, aut ad p̃laturã, quatinus possit habere sustentationẽ vitę suę, sine sollicitudine tẽporalis exercitij: ita tamen q; illã libertatẽ vel ociũ referat principaliter ad honorẽ dei & eius obsequium, suãq; & aliorum salutẽ. & infra. Si opponit, nullus põt appetere p̃laturã, & minus illã licite q̃rere: qa ad officiandũ in tali statu p̃laturę, necessaria est gratia dei, de qua non potest esse certus si habeat illã: videtur ergo p̃sumptionis esse sese ingerere: Respondet. Fallit hæc ratio q̃is magnorum sit doctorum, qm̃ ex simili fieret argumentũ, q; homo nõ posset appetere, aut quærere celebrare missam vel eucharistiam recipere: qa reqrit q; homo sit in gratia: alioquin iudiciũ sibi manducat & bibit: quia indigne sine gratia sumit. Hæc ille. Et in hoc doctor ille soluit Achillẽ aliorum, cum non liceat officium curatum quærere, aut petere: quia. s. exigit pfectionẽ in gratuitis, de qua nõ est facile præsumere. Idem in floribus ca. de auaritia, sic inqt. Raro licet alicui quærere p̃laturã: sicut raro contingit q; aliquis possit sine p̃sumptione iudicare se talem qualem describit Apostolus, dicẽs ad Timo. iij. Oportet episcopum irreprehẽsibilem esse. Tamẽ necessitas euidens ecclesię, & probabilis coniectura, fidẽ faciens de sufficientia sua posset appetitũ talẽ aut excusabilem, aut laudabilẽ efficere. Ecce hic innuitur quẽ posse habere probabilem coniecturam de sufficientia sua. ¶ Forte q̃rit aliquis: quid si petens pro beneficio, vel ordine sibi vel alteri, nõ allegat munus quodcunq; siue a manu, siue ab obsequio: nec etiã a lingua, dandũ quandoq; collatori vel sibi coniunctis eius nomine & gratia: sed allegat aliquã causam quandoq; debitam, quandoq; indebitã: quã vult quandoq; principaliter vel nõ principaliter respici a rogato: quandoq; p̃teritã, quã principaliter ob hoc forte allegat: vt nunc moueat rogatum ad dãdũ id qđ petit: vel solum in reminiscentiam reducit vt causam occasionalem & motiuam ad dãdum: Quãdoq; allegat obsequia licita, & honesta habita, vel habenda: Item genus, familiã, cõsanguinitatem, carnis propinquitatem, vel vt is qui dotãdus est beneficio illis temporalia donet & benefaciat, vel vt inde laudent vel ipsi aut ipse ab hominibus: & similia multa? Ad illa dicẽdum: in collatione beneficij præsertim non curati haberi licite potest respectus ad petentis obsequia licita & honesta: ad genus & amicitiam carnalem nõ turpẽ: ad spem proficiẽdi in futuro, & similia multa: dũ tamen intentio primaria & finalis & ad conferendum præcise prouocatiua sit deus ipse, & vtilitas ecclesię semotis pactiõe & scãdalosa specie, vt supra dubio tertio. Dicitur p̃sertim non curati: qa curatum secundum cõmunem opinionem doct. exigit perfectionem in gratuitis in illo cui conferendum est: vt etiam habet Gerson in florib⁹. de qua non ita facile p̃sumi potest in singulorum per eum agendorum executione propter diuersa occurrentia, sicut in simplici beneficiato: q̃is & illi scito esse in mortali non sit conferẽdum beneficium. Item plura alia ad hoc officium digne exercendum, q̃ in alio requirũtur &c. Sed cum reuerẽtia, tametsi multa habet facere curatus, ad quæ non tenetur sacerdos simplex: attamen pro digna officij executione in vno sicut in alio exigitur perfectio in gratuitis. Et potest quis petendo pro curato ad sensum in conclusione prima: ita esse liber a p̃sumptione & ambitione, & ita intẽdere prodesse, non p̃esse, ministrare, nõ ministrari &c. sicut petẽs pro simplici. Dicitur, Licite haberi potest oculus seu intẽtio. suppleat minus principalis & secundaria: vt finis sub fine principali & vltimo. Dicitur. Ad petentis obsequia licita & honesta. Sed caueat quisq; ne oculus suus nequã sit. Si enim sunt obsequia illicita, est simonia p̃sumpta: vt in notabili. v. Dubij quarti. Et in dubio de munere a manu. Dicitur. Ad gen⁹ & amicitiam carnalem nõ turpẽ. Ad genus respici potest, & ad consanguinitatem: non vt ad principale motiuum conferendi: sed secũdario: saluis his q̃ dicta sunt q̃est. vij. distinct. xv. de conferen tib⁹ beneficia. Et an peccent dum minus idoneũ p̃ferunt meliori, consanguineum extraneo &c. Q; si petens illam cõditionem principaliter vellet attendi a collatore, & per eam ipsum principaliter ad dandum prouocare, & petitus eadem intẽtione confert: est acceptio personarum: sed non simonia: quia hic nullum est munus tẽporale estimabile precio dandũ collatori. Et secũdum Alexan. & Thomã spirituale gratis confertur: quia non p precio. Nõ cm̃ vendit hoc spirituale: cum nihil temporalis precij consequatur. Est tamen illicita & carnalis collatio: sed non simoniaca: quia nihil ibi accipitur. Simonia enim fundatur in cõtractu emptionis & venditionis. Si tamen aliquis dat beneficium ecclesiasticum alicui: vt suis amicis, consanguineis, vel affinibus, aut familiæ benefaciat: & eos diuitijs accumulet, vel vt eum fauore, gratia, & laude prosequantur: vt honorẽ a populis habeat: vt familia sua nobilitetur: vt fortior euadat &c. est simonia vera mentalis vel pactiõalis: si pactum interuenit. Secũda secũdæ quæst. c. art. v. In quarto scripto idem videt velle cum ait. Nõ est simonia si cõfero beneficiũ alicui rõne cõsanguinitatis: ita q; bonũ tẽporale p̃ueniens consanguineo ex hoc, non redundat in



me: sed manet p̃cise apud cõsanguineum sine redundantia in me. Vnde cum dicitur. Cõfero tibi beneficium ratione cõsanguinitatis &c. potest esse intellectus duplex. Vnus: quia es consanguineus meus: ideo principaliter & p̃cise cõfero tibi: ibi sistendo. Alius. quia es cõsanguineus &c. cõfero tibi Ioan. beneficiũ vt meis cõsanguineis hoc vel hoc facias: illa vel illa dones &c. Alius: quia es consanguineus &c. confero tibi, vt familia nostra glotiosior reddat: vt me fauore & gratia prosequaris &c. Dicitur ad spem proficiendi in futurum. Si enim prorsus esset insufficiẽs ad obsequium ecclesię, nec esset vlla spes de profectu in futurum: si peteret talis beneficiũ & collator hoc sciret, aut scire deberet, vterq; grauiter peccat: & rogans & rogatus & mediator: si adest. Dicitur & similia multa. Contingit enim sæpe allegari nõ munus temporale dandum vel cõsequendum, sed causam, vel debitam vel indebitã. Indebitam, q̃ merito neq; moueret collatorem principaliter ad dandum spirituale, nec etiam allegaretur vt causa: attamẽ vterq; & petens & cõferens respicit eam: & ei⁹ intuitu principaliter cõfertur, & recipitur spirituale sine acceptione cuiusc̃ũq; muneris tẽporalis in se vel alio, vt puta consanguinitas, affinitas &c. Sic est acceptio p̃sonarum & nõ simonia, secundũ p̃dicta. Si vero allegatur & acceptatur, vt minus principaliter motiua, tũc si est inhonesta preces sunt illicitę, et si cõfertur spirituale: cum hic nullũ est munus vel p̃cium, vel nõ est simonia, vel solum p̃sumpta. Si est honesta, vel affert aliquod temporale precium collatori, vel nõ. Si secundum, nõ est simonia. Si primũ, potest esse simonia, cęteris paribus posita intentione praua secũdum p̃dicta. Si allegatur vt debita & spiritualis, sic acceptat tanq̃ apertio & manifestatio bonę qualitatis & idoneitatis p̃sonę. Et sic nõ est simonia cęteris paribꝰ. Potest tamẽ cõferens p̃cise respicere fauorem humanũ vel simile quid vt supra. & erit simonia cus. Ecõtrario etiam potest esse defectus in intẽtione petentis, sine defectu conferentis. Quãdoq; vero nihil allegatur: & tunc respicienda est intẽtio dantis & recipientis: & quid eum moueat ad petendum vel conferendũ: cõsone ad p̃dicta. Cętera patent ex dictis de munere a manu, & ob sequio. Secundũ hoc procedit dictum Palu. cũ inquit. Quicũq; intuitu precum concedit vel rogat beneficium, intendens q; propter preces hoc fiat: est simoniacus in foro cõscięntię. Si autẽ prælatus ad preces alicuius cõcedit alias nõ concessu rus: quia supponit de dignitate petentis: & habet preces vt testimoniũ bonę conditionis, nõ incurrit simoniam. Qui autem scit vel credit conferẽtem sibi contulisse beneficium, vel ordinem principaliter propter obsequia siue preces carnales, si erat indignus debet resignare: quia tũc succedũt loco precij. Si dignus, non tenetur resignare, sed agat pœnitentiam de intentione corrupta: si ita pcurauerit sibi dari. hęc ille. ¶ Quid de illo casu: Ego dico Ioan. si effeceris apud patronũ q; habeam hãc p̃laturam, vel hoc officium spirituale, dabo tibi. x. floren. aut beneficium tale vel tale. Respondetur. est simonia in me & Ioanne siue pactum interueniat, siue nõ: dũmodo principaliter intuitu illius obligationis vel sponsionis mihi factę fundo preces pro Ioanne. Immo illa obligatio videtur includere pactũ, & tollit libertatem donationis: & potest collator rei illius nescius, recte conferre beneficium. Ego em̃ videor emere beneficiũ pro donario quod spopõdi me daturum, si res sortiatur effectum. Simonia aũt consistit in emptione & venditione spiritualis p temporali: vel etiam secundum aliquos spiritualis pro spirituali. ¶ Forte qs diceret. B. expectat spirituale quoddam ab A. pro beneficio seu officio ecclesiastico sibi obtinẽdo, et sic non est hic simonia. Dicitur. si pactum interuenit vel obligatio includens pactionem, iam est simonia. Talis enim tollit libertatem donationis. Si nõ interuenit pactum expressum: est tamen implicitũ: & spirituale datur vt precium spiritualis: & ita non gratis, igitur adhuc videt esse simonia, vel detur aliud vocabulũ. Huiusmodi prauã ac mercenariam cõmutationem significãs Palu. q. iiij. art. ij. dicit q; permutatio spiritualis cum spirituali: si fiat cũ pacto: est simonia. Et infra. Mirũ est quomodo permutatio est minus de se simoniaca q̃ vẽditio &c. Ratio eum moues videtur esse: quia est contractus non gratuitus, nec spirituale omnino gratis datur: licet nõ detur pro precio, eo q; vendi non potest. ¶ Quintũ dubium. An Papa potest vendere simplex beneficiũ vel simplicem canonicatum citra simoniã. Ad illud diuersi diuersimode respondent. ¶ Quidam dicunt de bñficio simplici siue de canonicatu simplici secluso officio ecclesiastico q; Papa potest licite ipsum vendere cum sit quiddam annexum spirituali: non tamen potest vẽdere officiũ ecclesiasticum, sed neq; beneficium propter officium, vel cum officio, vel respectiue ad annexũ officium. Hoc enim est lege diuina, Matth. x. vbi dicitur, Gratis accepistis, gratis date: prohibitum, vbi prohibetur vẽditio omniũ actuum spiritualium. Et licet Papa sic posset simplex beneficiũ vendere & officium ipsum alicui gratis conferre, tamen male ageret sic faciendo: vt puta dicendo, officium confero tibi gratis siue canoniam, sed vendo tibi p̃bendam, quia iam semel datũ venderet. Dando enim canonicatum dat per cõ

Universidad de Deusto
Biblioteca



sequens prębendam: secundū Palu. Vel loquendo de officio ecclesiastico. Obligando enī quę̄q; ad officium tale: nō potest ab eo recipere beneficium sibi debitum propter officium. q̄uis per viam reseruationis posset sibi aliquid de beneficio reseruare, & sic agēdo reseruaret sibi quod ante collationem suū erat. ¶ Alij tenent oppositū dicentes q; Papa nō potest simplicem canonicatum vel beneficium simplex vendere. Huiꝰ opi. videtur esse Durañ. q. v. Cum enī in primis ostēdit peccatum simonię posse cadere in Papam, sicut in alium hominē subiectum legi diuinæ: ostēdit pro secūdo: q; conferre pro pecunia simplicē canonicatum est simoniacū de se, & non solum iuris prohibitione. Quod probat: quia in canonicatu simplici sunt duo, scilicet officium & beneficium temporale: qđ datur ꝓpter officiū ad sustētationem ministri. Officiū vendi nō potest cum sit mere spirituale. Nec beneficiū, quod est annexum spirituali. Hūc imitatur Palu. & Gerson. de simonia. Suppositione. vij. di. Beneficium ecclesiasticum, hoc est ius percipiendi tēporalia, quātumcūq; videantur, est spirituale ratione finis & obiecti. Et ideo nō magis q̄ officium ecclesiasticum potest vendi. Ratio Palu. est. Quando aliquid est partim corporale & partim spūale, sicut est calix consecratus, cuius materiale est aurū vel argentum: sed consecratio & ad diuinū cultū deputatio est quid spirituale: & vendens potest directe illud temporale in alium transferre, non mediāte spirituali: pōt illud corporale vēdi sine relatione ad spirituale. Sic autem nō est in venditione officij vel beneficij ecclesiastici. Officium enī est mere spirituale, & ideo secundū se vendi non potest. Nec etiam potest vendi ratione temporalis annexi, hoc est ratione beneficij. Nam id non pōt transferri in alīū, nisi translato officio, ex quo datur propter officium. Si ergo venderetur beneficium, vēditio caderet super officiū: quod est spirituale prohibitum vendi lege diuina. modo accessorium sequitur principale: & cum principale puta officium vendi nō potest ex prohibitione legis diuinę: ideo nec accessorium vendi potest: & hoc ex prohibitiōe legis diuinę. In iurepatronatus accessorium est ius patronatus & villa cui annectitur principale. ideo comitatur ipsum: & posset citra prohibitionem legis diuinę vendi auctoritate Papę. Habet & aliam rationem. quando vēditur beneficium, nō venditur ipse prouētus: qui vtiq; vendi potest & locari: sicut & prouentus & fructus decimales vendi solent & locari: sed venditur ius percipiendi prouentus illos. Ius vero percipiendi illos fructus temporales nō est aliud secundum eundem a iure officiandi: quod quia vēdi nō potest ex prohibitione iuris diuini: nec vēdi potest ius percipiendi fructus illos. Ponit exē plum. in sacerdote est vn⁹ & idem character quo ei competit potestas conficiendi & ligandi seu super corp⁹ Christi verum & mysticum. Sic (dicit) est vnus canonicatus, ius officiādi & ius percipiendi officio debitū. Sicut ergo Papa nō potest licite vendere cōsecrationem calicis: ita nec canonicatū vel beneficium. ¶ Volens tenere illā opinionem secundā (a qua tamen multi declināt) diceret q; beneficium potest vēdi acceptum nō ꝓ ipso iure percipiendi fructus illos in sustentationem condecētem vitæ temporalis officiantis ratione sui spūalis officij: sed pręcise pro ipsis fructibus & puentibus, qui sunt quid mere corporale: qđ potest locari vel etiā vendi laico. Sicut enī officium ecclesiasticum quandoq; accipitur pro iure officiandi: quādoq; ꝓ obligatione ad officiādum: quādoq; pro actu officiandi, quorū quod libet est mere spirituale: sic similiter dici potest de beneficio. Cum autem beneficium accipitur pro iure vt supra, correspondet iuri officiandi. Cum accipitur pro obligatione ad pręstandum beneficium, quæ consurgit ex obligatiōe ad officiādū, correspondet eidem. Sed actus beneficij actui officij vel exercitio correspondet: & hoc iure diuino & naturali. Neutro illorum trium modorū vēdi potest, sed solum cū sumitur pro ipsis prouētibus pręcise: non autem pro iure leuandi talia ratiōe officij ad quod tenetur propter beneficium. Sicut dicitur de iure ecclesiastico decimarū: qđ conuenit ratione ordinis soli clerico: ideo nō potest vendi, secus de fructibus & prouentibus decimalib⁹, qui possunt locari. Hinc ait Palu. vt supra. Fructus alicuius canonicatus vendere licet, nō autem ius percipiēdi. Hoc enim spirituale est & in laicum nō cadit. Item posset quis dicere: vt supra. Ius agendi & actus pari passu ambulant, sed actus beneficij qui est & actus officij, vēdi nō pōt: immo eiꝰ vēditio est de se simoniaca: igitur etiam ius agēdi ipsius beneficij, quod est ius percipiendi fructus &c. vendi nō potest, & est eiꝰ vēditio de se simoniaca. Similiter dicēdum de obligatione, igitur restat id solum, q; fructus beneficij vendi possunt. Et si nō beneficiū pro illo fructu accipitur & supponit, habetur intentum. Est ergo beneficium quolibet illorum triū modorū acceptum spirituale ratione principij: quia exigit personam clericalem seu ordinatam: licet prima tonsura nō sit ordo sacramētalis: sed benedictio ecclesię: & etiā ratiōe obiecti. Et ideo cum habet sibi annexum spirituale: vel verius ipsum annexum est spirituali: & necessario annexum diuina lege & naturali, ideo nō potest vendi: sicut nec officiū ecclesiasticū. Et licet causa primordialis beneficij vel canonicatꝰ sit a iure positiuo & humano vt quidam volunt: & ita sibi accidit esse spirituali annexum: attamen cum est ad diuinū cultum dedicatū per eos quibus competit potestate a deo accepta rem aliquam diuino cultui dedicare & assignare certis solēnitatibus & orationib⁹, ideo simoniacū est illā deputationem vendere. Immo de se simoniacum. Sufficit enī ad hoc q; vendere aliquod spirituale de se sit simoniacum q; sit ad diuinum cultū rite deputatū. Nec oportet q; habeat in se spiritualitatem aliam ab ea quę est per relationem rationis. Et quia illa deputatio est vere spiritualis sicut cultus diuinus: ideo vendi nō potest. Ad idem San. Tho. Secūda secundę. q. c. Et Richar. & Alex. parte. iij. q. clxxxvij. Concludit Palu. Vt aliquid sit spirituale sic q; eiꝰ venditio sit de se simoniaca, non requiritur ipm esse a deo institutum: nec q; habeat in se aliquam entitatem supernaturalem quę sit spiritualis per essentiam, vel etiam a spiritu increato: sed sufficit q; ipm sit rite & legitime ad cultū dei dedicatum per ecclesię ministros & orationes siue benedictiones nūc in le. no. licet olim secus fuerit in lege ve. Non enim vendere sacerdotium erat tunc simoniacum, quia a deo institutum: sic enim cuiuscūq; rei venditio esset de se simonia, cum sit a deo instituta: sed quia erat ad dei cultum ordinatum & institutum. Sic etiā dedicatur ad dei cultum clericus tonsuratus dūtaxat: & nondum ordinatus ordine sacramentali. Opinionū illarum
V examē & discussionē maioribus cōmitto. ¶ Sextum dubium de ministro ordinatoris vel collatoris alicuius sacramenti. Et posset formari quęstio sicut de collatore sacramēti. Sunt autē ministri, Archidiaconus examinās ordinādos, Item idem vel alius euocās ex ordine ordinādos, Notarius &c. Respondetur: Sicut supra ar. ij. in propositionibus dictum est aliquid licere vel non licere ordinato respectu ordinatoris &c. Ita hic dicitur similiter de ministris, reddendo singula singulis. Ministerium siquidem ministri accessoriū est ad ordinationem & reductiue eiusdem generis cum eo, sequitur ergo principale. Item officiū ministri est, annexum spirituali, scilicet ordini vel clericaturę: ita q; oportet talem esse clericum. igit̄ de talibus iudicandum est vt supra de spirituali ratione principij seu fundamenti & termini. Nec est curādum an notarius habeat salarium vel nō notarius inquā qui intitulādos & ordinādos cōscribit, dūmodo saltem sit notarꝰ episcopi & ad hoc per eum deputatus ratione sui officij. Hoc enim non facit sibi licitum, quod est alias illicitū. Debet si nō habet stipendium, ab episcopo petere cui principaliter seruit: & non ab ordinādo. Sicut dici pōt de substituto vel adiutore diuinorū quē pascere debet curatus: & non subditi. Est enī



organum & instrumētū siue minister curati: qui tenetur ex officio ad illud ministerium. Petat ergo & recipiat ab eo stipendiū. Ad hoc quoq; habet episcopꝰ sicut & curatꝰ suā prouisionē, vt ea quę sunt officij gratis exequat̄. Possunt tñ donata libere dari & accipi, vt supra. Potest iniusta vexatio redimi. Possunt etiam materialia formatę, puta cęra, pergamenum &c. solui secundū Durañ. q. iij. Nec licet emere formatam vt testimonium ordinationis. Nam hoc testimoniū gratis dandum est etiam in re prophana, quę non est spiritualis. Dare enī pecuniam ꝓ huiusmodi testimonio rei spiritualis: puta ordinatiōis in ratione pcij: simoniacū est: quia nō est aliud nisi emere testimonium: quod prohibet episcopus qui loquit̄ in formata. Nec obstat ca. j. de simonia, vbi prohibetur ne ordinatus aliquid det pro ordinatiōe siue pro chartis: quia hoc verum est in ratione precij: secus per modum doni aut redēptionis vexationis iniustę vel modo consimiliter ita q; non detur in ratione precij. Et si vtiq; aliquis cōtendit dicēs, ius simpliciter prohibuisse ne aliqd detur pro chartis, cōceditur hoc verum esse de iure positiuo, cōtra quod secundū Gerson in floribus potest cadere pscriptio. Dicit enī. In actib⁹ qui sunt simoniaci solo iure positiuo, cadit prescriptio, vt in receptione moderata ꝓ sigillo, aut literis, aut sustentatione ministrorum in collatione ordinum: in alijs nō ita. Palu. inquit artic. ij. & Durañ. q. iij. Cum sigillum iudicis non sit nisi testimonium iudicij sui, nō apparet quomodo possit aliquid pro sigillo petere, nisi forte expensas cęrę & sigillatoris & clericorum ad hoc deputatorum. Sunt qui dicunt: vbi nō est consuetudo dāri aliquid pro formata non preciū, sed vt dari solitum: aut pro materialibus cęrę &c. non licet aliquid exigere seu petere. Nam si nō habet notarꝰ sufficiens stipendium, petat ab episcopo cui seruit. Secus de notario quē forte ordinatus rogat vt conficiat sibi instrumētum &c. Hic enī dignꝰ est mercede sua: cū ad operas illas ex officio non tenetur. Secus etiam de notarijs in curia recipientibus ab his tēporalia quibus Papa confert beneficia vel gratias expectatiuas. Nam illa recipiūt a beneficiante Papa: cuius est pars fructuū ex vacatione beneficij: qui potest id quod ad se ptinet notario assignare. Sic & episcopi primos fructꝰ recipiunt. Et sacerdos dādo nihil dat de suo: sed dat id quod est episcopi ex vacatione beneficij.
¶ Septimū dubium. An habens officium asperX gendi aquam benedictam in loco certo: seu etiā ministrandi ad altare: vtputa ferre ampullas, portare cereos &c. possit ipsum officium vel etiā ius obuētionum pro huiusmodi officio alteri locare vel vendere. ¶ Hic primo vidēdum est, q; aliud

Universidad de Deusto
Biblioteca



est officium faciendi illa: ius exercendi illos actꝰ: Aliud ius leuandi temporales obuentiões ratione officij. Item quãdoq; hoc officium annexum est ordini, hoc est presupponit clericatum vel ordinem in illo cui competit, quandoq; non est annexũ ordini vel clericatui. Sic bigami & pueri nõ ordinati habent ministrare &c. Si est annexũ ordini vel clericatui, est simonia ipsum officiũ vendere vel locare alteri, seu contractu nõ gratuito in alium transferre. Sic enim est officiũ ecclesiasticũ & annexum spirituali. Si vero nõ est annexum ordini vel clericatui, adhuc videt esse simonia, si quis vendit vel locat aut contractu nõ gratuito in alium transfert hoc officium. Probatur. Est enim quoddã in se spirituale. Et cũ aqua est benedicta, illa aspersio est sacramentale: ideo nõ potest vendi, sicut nec aqua benedicta. A simili oratio pauperis & laici emi nõ potest: licet non sit annexa ordini, secundũ oẽs docto. Hinc ait San. Tho. secũda secũdę. arti. iij. & post eum Richar. & Palu. Dãtes eleemosynas pauperibꝰ vt oratio num impetrent suffragia, non dant quasi volentes orationem emere: sed volunt per gratuitã beneficentiã pauperũ animos ad orandũ ꝓuocare. Est em̃ oratio spũalis simplr: & quãtũ ad essentiã, & quantũ ad cãm, secundũ Richar. Sic de legentibus psalterium, & in ratione precij pecunias recipiẽtibus idem dicendum est. Ergo etiã nõ licet emere illã aspersionẽ seu officiũ aspergẽdi, licet sit laicale & non annexũ ordini. Sic & actus minorum ordinum in loco vbi nõ sunt annexi ordini, non sunt emendi vel vendendi ꝑ precio. q̃uis possit pro eis stipendium exigi, ad sensum prẽmissum. Itaq; officium illud siue sit, siue non sit annexum ordini, non potest precio comparari. Ius vero obuẽtionum annexum tali ordini, secundum plures potest locari alteri ad tempus: retento sibi officio: & etiam dum alter ad officiũ substituitur. Probatur. Põt em̃ quis alteri ad tempus beneficiũ locare ecclesiasticũ retento sibi officio: & id nõ minus est spirituale vel annexũ spirituali q̃ sit illud ius leuandi temporales obuentiones. Et licet communis opinio habet: q; fructus illius officij possunt locari alteri retento sibi hoc iure leuandi temporalia, quod est spirituale: sicut & actus siue officium ratiõe cuius sibi hoc competit ex cõmuni dicto, Ius agẽdi & actꝰ pari passu ambulant: sicut etiam dicũt de iure decimandi quod non potest cadere in laicum, q; fructus possunt locari: quia tñ fructus illarũ obuẽtionũ possunt eẽ res vsu cõsumptibiles vt pecunia vel esculenta: & de ratione locationis est q; res quæ locatur nõ cõsumatur: sed eius dominiũ & ꝑprietas manet apud locantem: is vero cui locatur recipit fructus rei illius & cõmoditates quas nata est afferre: ergo cum substantia rei hic non manet salua, cum dicũtur obuentiones locari, sequitur q; obuentiones non locantur proprie: quia consumũtur, sed ius leuandi obuentiones, quod manet & in alium trãsfertur. Q; si locari dicitur, est sermo improprius. Et si dicitur: ius obuentionum est annexum spirituali: igitur non est locabile vel alterabile cõtractu nõ gratuito: Dicũt: ex quo est quid intrinsece temporale, non est illicitũ ipsum contractu nõ gratuito alteri cõcedere vel locare: nisi hoc sit iure prohibitum. Ius autẽ positiuum nõ prohibet temporalia annexa spiritualibus seu iura obuẽtionum temporaliũ locare ad tempus alicui, dũmodo ecclesiasticum officium nõ locetur. Et si dicitur: Illa locatio est virtualiter venditio: sed ius id vendi non potest: Respondetur concedendo: omnis locatio est virtualiter vẽditio fructuum, sed non rei locatę. Vnde cum loco alicui agrum meum, vendo ei ad tempus fructus agri inde prouenientes. Sed formaliter locatio non est venditio. Ideo locatio cadit super illo iure obuentionum temporaliũ, quod non trãsfertur quo ad dominium & proprietatem in alium sed manet saluum & apud locantem quo ad dominiũ & proprietatem. Vẽditio vero quã virtualiter includit: cadit super obuentionibus: non super iure leuandi illas obuentiones. Et si hoc dictum procedit, secundũ sic opinãtes, licet ius ecclesiasticum decimarum non potest cadere in laicum, potest tamẽ locari laico ex consimili fundamẽto. Ex illo sequitur, q; nec officium nec beneficium istud siue ius obuentionum potest vendi vel emi, potest tamẽ ius obuẽtionum locari alteri retẽto officio: & per illam locationem dominũ non transfert nec amittitur: sed manet saluum & apud illũ cui competit hoc officium. ¶ Octauũ dubium est de doctoribus & doctrinãtibus siue magistris docentibus: An liceat eis ab auditoribus recipere & exigere pecuniam pro sua doctrinatione siue etiam pro scientia quã tradũt. Et an liceat auditoribus dare pecuniam pro doctrina. Et consimili modo posset quęri de prędicatoribus, de cõcionatoribus verbi dei. ¶ Notandum q; in doctrinatione duo sunt: scilicet actus docẽdi siue labor docentis, aut opera docentis. Item veritatis cognitio, & actualis intelligentia genita in illo qui docetur. Quid enim est docere, nisi in alio instrumentaliter scientiã gignere? capiendo scientiã large, vt nõ distinguitur cõtra sapientiã prudentiam, intellectum & artem. Et licet aliqui distinguant hic de scientia, an sit pietatis vel nõ pietatis: attamen videt q; lis sub iudice maneat, quę scientia pręcise dicatur pietatis, vel non pietatis. Pietatis scientiam quãdã solam theologiã diuinitus reuelatã intelligũt/ quæ est de fide, spe, & charitate. Et de illa per omnia sicut de oratiõe dicunt, q; est vere spiritualis quãtum ad principium, quantum ad obiectum, finem pariter & essentiam. Quidã nomine Theologia, vltra prędicta intelligunt omnẽ moralem scientiam humanitus adinuentã, vt ethicam, politicã, œconomicam, monasticam. Item metaphysicã: quę est de ente primo & eius passionibus. Ad quod videt facere dictum beati Augu. de doctr. Christiana. Scientiã non pietatis dicunt, secundũ Aug. vbi supra, Mathematicã & ei subalternatas, grãmaticam, logicam, rhetoricam, & artem mechanicã. Hinc difficile est solidam in ea re dare solutionẽ. Alex. iquit parte. ij. vbi supra, q; magistri artiũ liberalium possunt ꝑ labore suo pecuniam accipere: scientiam vero debent gratis dare, alias committerẽt simoniã. mẽ. tiij. ar. iij. §. j. q. clxxxvij. Et infra. Cognitio veritatis non est emenda, sed eo modo quo docetur. S. Tho. art. iij. inquit. Habẽs scientiam si nõ obligatur ex officio ad docendũ licite potest precium suæ doctrinæ recipere: non quasi veritatem aut scientiã vendens: sed quasi operas suas locans. Si autẽ ex officio ad hoc tenetur, censetur velle veritatem vẽdere, si pecuniã reciperet. Et posset id distingui consone ad sua dicta, & ad ea quę habentur de magistris. capit. j. & alijs. Si habet publicum beneficiũ: vtputa de cõmuni ꝛrario, & non beneficium ecclesiasticum, cõmittit crimẽ concussionis aliquid exigẽdo vltra stipendium sibi debitum saltem ab eis quibꝰ prẽfectus est in magistrum. Si habet beneficium ecclesiasticum, cõmittit simoniam aliquid exigẽdo vel recipiendo etiam in ratione stipendij: quia tenetur gratis docere. Secus si aliqua libere & gratitudinis vice donantur & offeruntur. Richar. dicit. Doctrina scientiarũ philosophicarũ quæ humana inuestigatione & doctrina acquirũtur, vendi potest de iure & de facto, cũ doctor habet stipendium ab ecclesia, ratione cuius docere tenet. Si vero habet salarium, incurrit vitium simonię vel quasi simonię, si pro doctrina sua precũ exigat a clericis eiusdem ecclesię: & pauperibus vndecũq; sint. de magistris. ca. j. & ca. Quia nõnullis. in textu, & in glo. Addit Richar. Scientię aũt prędictę, nec de iure, nec facto vendi possunt. ꝓuerb. xvij. Quid ꝑdest homini stulto habere diuitias cum sapiẽtiam emere non possit? Palude dicit. Pro doctrina ipsa dicunt quidam, nõ est simonia, si pro labore pecunia recipiatur: quia nõ per relationẽ ad spũm sanctũ sed humanũ. Alii q; sic. Sed de theologia videtur simonia, de alijs scientijs non. Videtur ad hoc facere de magistris ca. Quia nõ nullis. vbi statuit Inno. iij. in cõcilio gñali, q; in ecclesijs metropolitanis debet haberi theologus. Et in cap. Super specula. ordinat q; quidã ad studium theologicum a prelatis & capitulis debent ordinari & mitti &c. Potest ergo ad dubium respõderi per cõclusiones. ¶ Prima: veritas doctrinę cuiuscũq; scientię: quę est veritatis actualis vel habitualis cognitio, vel adhęsio a quocũq; ministerialiter tradat vel gignatur, a spiritu sancto est Ambro. teste: & nec de iure, nec facto potest vẽdi aut precio cõparari. Est em̃ res spiritualis secundũ essentiam. Hęc cõclusio videtur esse de mẽte doctorũ supra allegatorũ, & etiã glos. Exo. xxiiij. & aliorum sanctorum: & habet prouerbio. xvij. ¶ Secũda conclusio. Sicut prędicatori verbi dei nõ licet laborem suum vendere, tametsi possit diuina & apostolica ordinatione operas suas ad quas non tenetur, alteri locare, vt est modus loquendi licet improprius, & sic stipẽdium debitum petere & recipere: Ita parifort miter doctori veritatis theologicę non licet laborem suũ vendere: tametsi possit. &c. vt supra. Patet cõclusio ex dictis: quia ille labor siue actꝰ ille docendi est spiritualis rõne obiect & finis: immo per essentiam, siue de se vt actus sacramẽtales & orationes: immo vt videtur, rõne principij, quia est actus sapientię. Omnis autẽ sapientia a domino deo est. Eccles. j. Et secundũ apostolũ. j. Cori. ix. ordinauit dñs his qui euãgelium annũciãt de euangelio viuere. Dictũ est notanter doctori veritatis theologicę: hoc est, sciẽtię pietatis. quia videtur in allegatis doct. q; doctores aliarum scientiarum possunt precium suarum operarũ exigere & recipere. Demptis duobus casibus de quibus supra in definitionis simonię explanatione: scilicet cũ ex officio ecclesiastico quis tenetur ad docendum. Sic em̃ est annexum spirituali, nõ curãdo qualis sit scientia. Et tũc nec in ratione precij nec stipendij, nisi liberaliter offeratur & detur stipendium illud non debitum cum habent beneficium: licitum est eis qui sic docent, pecunias accipere. Item si ex hoc peterẽt, peccarẽt: quia maxime ordinant ad scientiam pietatis. Sic em̃ vẽderent scientiam pietatis. ¶ Tertia conclusio. Doctor qui ex officij siue ecclesiastici siue prophani debito, tenetur alios docere siue pietatis siue nõ pietatis scientiam, habito beneficio siue ecclesiastico, siue ex ꝛrario publico, cõgruo, & honesto, nõ potest pro sua ad quã tenet doctrinatiõe, vel precium vel stipendium aliud stante priore obligatione & congrua ꝓpulsione exigere, petere, vel recipere ab his quos docere tenetur, si saltẽ vult concussionis crimẽ vel simonię labẽ euadere. Patet ex dictis: reddendo singula singulis. Et pariformiter dicendũ de auditoribus doctoris illius. ¶ Quarta conclusio. Doctor qui ex officij debito non tenetur alijs vsum doctrinę impẽdere, potest operas suas locare aliis, & vel stipendium ꝓ

Universidad de Deusto
Biblioteca



operis sciētię pietatis, vel etiam precium & stipē
dium pro operis scientię non pietatis exigere, pe
tere, & recipere: & auditores ad dandū talia ꝑuio
pacto obligare. Patet ex dictis. Et licet veritas
doctrinę gignatur in aliquo posita hmōi ministe
rialī doctrinatione: quia tamē veritas ipsa nō est
huiusmodi opera docētis: sed actus ipse & indu
stria docendi, est opera docētis: ideo pro actu do
cendi: non pro veritate genita: licet stipēdium cę
teris paribus recipere. ¶ Sic suo modo respōderi
potest ad dubiū, si quæritur: Si doct. scholasti
cus posset collectā imponere auditoribꝫ. Itē cōce
dere festū vel negare ipm &c. Nā capiēdo festua
re primo mō ꝑ colere deū cultu latrię: & festū pro
cultu latrię: Aut etiā secūdo ꝑ cessatiōe ab opibꝫ
scholasticis siue ab actibus scholasticis, cū est fe
stum scholasticū propter colere deum: Siue etiā
tertio pro iure festiuandi primo vel secundo mo
dis: Et capiendo ly concedere, pro consentire: si
cut dicimus concedo tibi hanc rem, cōsentio vt
vtaris ea: siue placet vt ea vtaris: Siue pro non
impedire, quo modo ecclesia cōcedit Iudęis exer
cere ritus suos: Clarum est: si doctor non vult cō
cedere festum quocūq; dictorum modorū accipiatur festiuare, nisi data pecunia cum relatione
tamē ad primū vt cultus dei perficiatur: quia ius
agendi & actus pari passu ambulant: est simonia
vera. Sic em festum (quod quolibet illorū modo
rum est spirituale, siue accipiatur pro colere deū:
siue pro cessare ab actibꝫ scholasticis ad colendū
deum: siue pro iure festiuandi primo aut secun
do modis, cum relatiōe tamē ad cultum diuinū)
nō cōceditur nisi data pecunia. Et est simile sicut
cum quis nō vult concedere seu permittere vt sa
cerdos celebret diuina: nisi data pecunia: & ꝙ hoc
in loco & pro tempore cum habet ius celebrādi.
Sic em festum semper est spirituale: aut ad spiri
tuale ordinatū & ei annexū. Potest tamen iniusta
vexatio redimi: quę est res ęstimabilis precio vt
supra. Verum capiēdo festum pręcise & absolutę
pro cessatione ab actibus scholasticis: secūdum
morē & ritum ecclesię vel vniuersitatis illius sine
relatione ad cultum diuinum perficiendū: sic nō
est simonia: sed illicitum non velle concedere fe
stum nisi data pecunia: quia ad hoc teneꝫ doctor
& competit auditorio ius festiuandi: hoc est ociā
di illo die: ex statuto vel ecclesię vel vniuersitatis
Sic festum nō est spirituale, nec ei annexū. ¶ Se
cus si docēs ex officio ecclīastico, vt sic, nō vult
dare festū nisi habita pecunia. sic est annexū spiri
tuali: & cōmittitur simonia. Actꝰ em illi siue sint
quid positiuū, siue priuatiuum: hoc est cessatio
ab agendis: contrahunt quandā spiritualitatē ex
eo quia competunt ei ratione officij ecclesiastī
ci cui annectuntur. Sic dispensare est annexū of
ficio ecclesiastico: & ita est spūale quoddam. Sic
non velle corrigere vitia cū quis officio ecclesia
stico ad hoc tenetur: licet illa omissio non sit pro
prie quid spirituale: sed oppositū spirituali. Ex il
lo etiā patet quando licet vel nō licet scholasticis
dare aliquid doctori propter habere festum ordi
narium. Et non est curę, qualis vel de quo sit lę
ctio. Nā fundamentū in hoc stat: quia festum est
quid spirituale: aut ad spirituale ordinatum. Aut
quia officium ratione cuius ad hoc tenetur, est ec
clesiasticū: ideo simoniacū. ¶ Secus vero si quis
legeret die festo pręcise ad rogatum aliquorū &
non ex conductione vel officij debito. Iste si non
obseruat festum: hoc est: si legit non prohibitus
alias, pręcise ad voluntatem & rogatum aliquo
rum: potest recipere stipendium: sed nō precium
pro illo actu si est scientia pietatis. Si vero nō est
scientia pietatis, potest cęteris paribus vt supra ꝑ
cium suarum operarum recipere. Cęteris paribus
dixerim. Obstat em ei pręceptū dicens. Sabba
tum sanctifica. maxime si est festum ecclesię &c. A
¶ Nonū dubium est de licentię concessione. An A
liceat pro licentia docendi quicq̄ rei temporalis
dare vel recipere. Licentia docendi quandoq; su
mitur pro simplici concessione & consensu vt al
ter legere possit, capiēdo cōcedere vt supra: ꝑ cō
sensum dare ad hoc vt legere possit vel docere.
Quādoq; sumitur nō pro simplici iure docendi:
sed solenni quod præstatur solenniter auctorita
te Papę vel cancellarij, & ad recipiēdum insignia
magistralia, & ad doctrinandū publice & auctori
tate scholastica quācūq; scientiā siue pietatis siue
aliā &c. ¶ Prima cōclusio. Exigere tēporale ꝑ li
centia: iure docendi simpr: siue ꝑ licentia primo
mō capta, nō curādo quęcūq; sit illa scientia, est
illicitum & iure prohibitum: & si fit ad docēdum
scientiam pietatis, est cum hoc simoniacū. Patet
de magistris parte. iij. cap. Nō solum in ratione ꝑ
cij: sed & alias. Possunt tamē vniuersitates sic le
gere volentes non admittere nisi sint immatricu
lati: & fecerint quæ nouitij vniuersitatū facere te
nētur. Hoc enim petit idoneitas personę. Ius em
ad actum & actus pari passu ambulant. Sed pro
actu docendi scientiam pietatis, non licet recipe
re precium vt supra: igitur nec pro iure docendi:
quod est licentia primo modo capta. Et cum illa
licentia vel licentię cōcessio nō est opera vel indu
stria vel labor: sed simplex concessio vel consen
sus: non meretur stipēdium. Et hūc consensum
quis dare tenetur ex officio cui incumbit, vel sal
tem nō impedire. Posset tamē aliquis idoneꝰ ad
legendū & auctoritate publica admissus redime
re vexationem iniustam cum est ad legendū gra
duatus & publice licentiatus. Et licet illa proba
tio solum ostendat illud esse simoniacum cū reci



pitur precium pro licentia docendi scientiam pie
tatis: posset tamē consone ad prędicta id ipsum
ostēdi q; sit illicitum si fit pro alia scientia: & pctm
cōcussionis. Verū ex ꝑcedentibꝫ patet scdm eos
qui tenēt vt supra, Dubio. viij. q; nulla veritatis
cognitio possit vēdi. ¶ Secūda cōclusio. Q;tus
illicitum sit dare licentiam secundo modo captā
etiam ad scientiā quę non est pietatis: & simonia
cum si fit ad pietatis scientiam pro precio seu pe
cunia: attamē licitum est licentiam conferenti si
ad hoc nō tenetur ex officio prophano vel eccle
siastico, stipēdiū petere & exigere ꝑ opis habitis
in licentię collatione ad actum illum necessario ꝑ
uis vel cōcomitantibus: aut adesse debitis. Pri
ma pars patet vt prior conclusio. quia cū licentia
hoc modo sit ius: est etiam officium in vna signi
ficatione. sed officia nō debent esse venalia. Item
ius illud nō minus est spirituale q̄ actus eius pro
quo conceditur: sed cū ille sit spiritualis, etiam cō
cessio iuris ad actum erit spiritualis. Ius enim ad
actum & actus pari passu incedūt. Item stat quē
piam hocius conferētem ad hoc cōstringi ex of
ficio ecclesiastico: & ita est annexum spirituali: &
cōmittit simoniā, vel peccatū concussionis si nō
ex officio ecclesiastico ad hoc tenetur, sed ex pu
blica stipendiatiōe, cū recipit temporalia in ratio
ne precij vel stipendij sibi nō debiti, nisi mere libe
raliter secluso scandalo donata aliqua offerantur. Facit ad hoc. xxtij. quæst. prima capi. Milita
re. &. j. quæstio. prima capi. Vendentes. Secunda
pars patet. Nā illę operę habitę in licentię collatio
ne, non sunt materia spiritualitatis q̄ actus qui
bus licentiandus doctus est. sed pro illis licitum
est stipendium recipere ab vniuersitate: vel alias
&c. igitur & hic. Nec videt vniuersitas velle suos
stipendiatos & legentes ad hos actus constringe
re quasi accidentales & extraordinarios: vtputa
examinare, tentare, promouere, commendatio
nem facere &c. sine speciali stipendio. Pro quo fa
cit vetustissima obseruantia. Immo vniuersitas
cōducendo eosdē, voluit eis pro huiusmodi acti
bus stipendium solitum dari a promouēdis. Cę
B tera patēt ex dictis. ¶ Decimū dubium. Vtrum
B dare vel recipere vel etiam exigere temporalia ꝑ
sepulturis, pro exequijs, processionibus, stallo
in ecclesia, & similibus, sit simoniacum & illicitū.
¶ De sepultura sit hæc propositio prima. Acci
piendo sepulturā simpliciter pro terrę effossione
seu tumuli pręparatiōe: aut cadaueris impositio
ne: q̄tus sic mortuum sepelire sit opus mię pmis
siue & nō positiue: potest tamē pro ea pecunia da
ri & recipi: & in ratione stipendij & precij. Proba
tur: quia sic nō exigit potestatē ordinis vel eccle
siasticę personę. & talia misericordię opera pmis
siue dicta possunt vendi. Sicut panis quandoq;
dandus pauperi, & eleemosyna quandoq; cū nō
datur pauperi venditur: nec tunc proprie dicitur
eleemosyna. sed cum datur pauperi, est opꝰ mię
& non est spirituale prohibitum emi vel vendi.
¶ Secunda conclusio. Capiendo sepulturā pro
officio clericali quod fit circa sepelitionem, dicē
dum est de ea per omnia: sicut de missarum cele
bratione & actiua sacramētorum administratio
ne & similibus. ¶ Tertia cōclusio. Accipiēdo se
pulturam pro terra vel loco sepelitionis cōsecra
ta vel consecrato nō potest emi vel vendi ratiōe
consecrationis. Sic em emeretur vel venderetur
consecratio: quę non potest precio comparari cū
sit mere spiritualis: immo esset de se simoniacū
eam vendere. Item accipiēdo terram quo ad ma
teriale, est cōmunis toti illi cōmunitati: & non ha
bet eius dominū prelatus ecclesię: ideo eam ven
dere non potest. Nec etiam licet terram non cōse
cratam emere ob eam causam pręcise: quia ibi se
pultus est fidelis. Sic em emeretur Christianitas
defuncti, vt quidam volunt. Secus si non habe
tur respectus ad spiritualitatē illam: sed præcise
materiale emitur secundum se. Sic fecit Abrahā
emēdo speluncam duplicem ab Ephron. Gen.
xxtij. Alias loca in quibus trucidati fuerunt mar
tyres non liceret emere: aut in quibꝫ recōditę fue
runt sanctorū reliquię. Talis enim terra nō est, cō
secrata pontificali benedictiōe, quę facit eam ve
re spiritualē, & nō pręcise mortui cuiuscūq; sepe
litio. Licet tamē sepelitio faciat locū esse religio
sum secūdū leges: sicut & per defunctorū trāsla
tionem definit secūdum eas esse religiosus. xtij.
q. ij. capi. In ecclesiastica. Item de religiosis domi
bus. cap. Ad hęc. Sic em homo Christianus vēdi
potest. Exemplum de sancto Paulino episco
po Nolano qui se vendidit. Sic Abraham emit
(vt dictū est) speluncam duplicē: ideo dictā du
plicē: quia in mansione superiori Adam, in infe
riori vero Eua cōdita fuit. Q; si opponit Ephrō
a quo emit peccasse, Dicēdum nō ideo peccauit
pręcise quia terram vendidit. Nam voluit eā gra
tis dare. Et Abrahā cooperādo peccato suo gra
uius peccasset. sed peccauit, quia nimis magnū
precium exegit: cum Abrahā eam ex deuotione
olim ibi defunctorum habere voluit: ne postea
infideles sibi vsurparēt ibi locum sepulturę. Aut
forte peccauit quia precium ratione sepulturę fi
delium augeri voluit. Abrahā vero non pecca
uit: quia emit terram non consecratam. secundū
Richar. licet locus fuerit religiosus. Cum em vi
dit locū illū prophanari, potuit vt christicola ve
xationem iniustam redimere: & vt honor debit
mortuorum & loci illius pręcise obseruaretur, vl
tra naturalem valorē precium augere ex pietate.
Sic si hodie occuparentur loca ab infidelibus in

Universidad de Deusto
Biblioteca



quibus reliquię sanctorum reconditę manent: liceret pro honore sanctorũ locum illum præcise emere: & ab intrusis possessoribus vexationẽ redimere. Secũdum San. Tho. licet Ephron gratis dare vellet agrum, cognouit tamẽ Abraham q̃ sine offensa gratis eum habere nõ posset: ideo terram ratione materialis pręcise emit. Alia solutio videatur in Postill. ¶ Quarta conclusio. Si rector ecclesię nollet annuere ad sepeliendũ cadauera parochianorũ in loco cõmuni ad hoc dedicato: in quo & habent ius acquisitum sepeliri: licet iniustam redimere vexationem citra loci illi⁹ cõsecrati in quo sepeliendum est, appreciationẽ. ¶ Dicitur In quo & habent ius acquisitũ. Si em̃ esset locus non cõmunis parochianis oĩbus: sed forte solis clericis debitus, nõ licet dare vel recipere precium pro illo loco habendo, vel pactum de dando quidpiã interuenire. xiij.q.ij.c. Pręcidẽ dũ.cap. Questa est.ca. Post q̃.ca. In ecclesiastico. Posset tamẽ sepeliendus dare eleemosynã ecclesię alicui ante vel post sepelitionem secluso scandalo cum spe obtinendi ex deuotione pia locum illum gratis & libere, veluti pro bono opere meritorio. quẽadmodũ fit in indulgentiarũ concessione: cum quis tantũdem largitur pro ecclesię alicui⁹ reparatione. Sic habent̃ multa facta sanctorum, vbi quis ex deuotione cum suis quiescere voluit. xiij.q.ij. Ebron. & ca. sequente Vnaquæq; mulier. de Adam & Eua. Item Isaac cum Rebeca. Iacob cũ Lya, Abraham cum Sara. Sic Tobias senior vxorem suam secum sepeliri voluit Tobię. iij. Sancta Scholastica cũ sancto Benedicto. Ioseph in ęgypto mortuus reduci voluit ad sepulcra patrũ. In lib. Reg. habetur de multis q̃ apposiri sunt ad patres suos. Quidã fuerũt priuati sepultura patrum suorum. Sanctus Seuer⁹ episcopus cum vxore sua & filia sepeliri voluit. Sanctus Philippus fecit sepulcrum parari pro se & filijs suis &c. Ad idem est Augustĩ. in de cura pro mortuis. capit. ij. & alij. xiij. quæst. ij. capi. Placuit. Vbi habetur q̃ vir & mulier simul sepeliri debent. ¶ De exequijs & processionibus vt dicitur, quid dicendum veniat facile sumi potest ex dictis. Beatus Tho. articu. iij. dicit. Dant̃ aliqua temporalia deum laudantibus in celebratione ecclesiastici officij pro viuis siue pro mortuis, non quasi precium, sed vt sustentationis stipendium. Et eodem modo pro processionibus faciẽdis in aliquo funere eleemosynę & stipendia recipiuntur. Si autem talia fiant cum pacto, aut cũ intentione emptionis, aut venditionis, simonia esset. Patet ex dictis. Nam pactio in spiritualib⁹ est prohibita, & maxime in illis quę nõ sunt operę. Pręfert enim speciem mali quasi interueniat p̃cium inter spirituale & tẽporale. Itẽ inducit obligationem: quæ est res cõparabilis precio. Magni em̃ precij est quem sic esse obligatum secundum prędicta. Si enim mutuo alicui quippiam gratis cum pacto q̃ emat domũ meam: illa pactio obligationẽ inducit precio æstimabilẽ. Inducit ergo simoniã vel vsuram reddẽdo singula singulis. Illicita (inquit Sã. Tho.) esset illa ordinatio seu statutum illud negatiuum quo disponeretur nullum debere ibi sepeliri vel cum processione ad sepulcrum deduci: nisi det tantũdem: quia per hoc pręcluderetur via gratis impendẽdi pietatis officium. Magis autem licita esset si fieret affirmatiue, vt puta, volens sibi hoc fieri det tantũdem in sustentationis stipendium vel ecclesiæ reparationem. Notanter dicit, magis licita esset, nõ simpliciter cõmendando: quia forte p̃ se fert speciẽ auaritię, & q̃ pecunia principaliter intẽdat. Sed vbi consuetum est sic fieri & dari, & maxime post factũ, videt nõ esse malum secundũ prædicta. Plura de hoc Henricus Gorichũ in tractatulo de simonia: vbi illam materiã funeralium obsequiorum determinat. ¶ De stallis in ecclesia dicendũ p̃ ꝓpositiões. Prima. Licet p̃latus aliquis seu ecclesię pręses possit alicui benefactori ecclesię p̃uocatus per eius deuotionem & beneficentiam assignare, sed non vendere stallum proprium in ecclesia: sumendo stallum pro iure ibi standi pro se & suis dũtaxat: non tamẽ licet citra donatia libere & gratis data aut dari solita recipere vel exigere aut dare quicq̃ in ratione precij vel principalis motiui cum pacto vel sine pacto. Patet ex p̃dictis: quia hoc ius est spirituale: sicut & ecclesia in qua datur. Et pariformiter dicẽdum est de iure sepeliẽdi. Sic enim dantur pauperibus eleemosynę vt prouocent̃ ad orationes repẽdendũ &c. ¶ Secunda ꝓpositio. Est probabile dictu q̃ nõ eo ipso q̃ quis ædificat stallum in ecclesia pro se & suis, ideo habeat ius standi propriũ sibi & suis Nam fundus ecclesiæ non est sui dominij. Et sicut plantans arbores in campo cõmuni nõ facit per hoc arbores esse suas, sed sunt cõmunitatis: ita in ꝓposito. ¶ Cogitandũ est hic: anne aliquis qui multa beneficia attulit ecclesię: & similiter sui antecessores & familia tota, possit per longęuam stationem ibi vel ibi habitam, aut etiam vetustissimam sepelitionem suorum ibi vel ibi, pręscribere & sic obtinere ius ex præscriptione standi ibi vel sepeliendi. Et videtur quibusdã q̃ sic. ¶ De pãnis & alijs funeralibus quę quãdoq; apponũtur: An licet clericis cum relictis defuncti pacisci q̃ nisi talia relinquant ecclesię non velint eum sepelire: seu nisi redimant ea pecunia, non velint sepelire, aut loco eorũdem tantũ pecuniæ dederint &c. Respondetur secundum prędicta. Pactio in spiritualibus prohibita est, pręsertim cũ nõ sunt



opera: quia inducit obligationem precio æstimabilem, & ita spirituale nõ gratis cõfertur, sed pro precio. Cum autem hic pacta præcedũt, spirituale non gratis datur. Item sicut nõ licet monasterio pacisci cum professuro super bonis suis, quę non sunt monasterij ante eius professionem: ita & hic cum illa funeralia forte apponenda nondũ sunt eorum, posita consuetudine apponendi aliquid. Nec licet illa exigere ad sensum tactum supra de statuto, An licet prohibere ne quis ibi sepeliatur nisi data summa pecuniæ. Nec qualiter cũq; cum eis conuenire aut pacisci de redemptione vel appositione funeralium pãnorum. Plura alia adduct possent: sed hęc breuiter de simonia ex dictis maiorum collegisse sufficiat, ecclesię auctoritate, & melius sentientium sentẽtią in omnibus, & per omnia semper salua.

## Quæstio Tertia.

A Ertio quærit de pœna ac satisfactione simoniacorũ. Verum: quia circa hoc doctorũ discors est sententia, ideo eorum & extrauagantiũ dicta vtcũq; citra iuris peritiã scrutando pauca annotare placuit. ¶ Primo cõsiderandũ est secũdum Angelũ in summa, & alios, q̃ illud vulgatũ dictũ, Omnis simoniacus est excõmunicatus, intelligitur dũtaxat de simoniacis scienter in ordine & beneficio. in ver. simonia. vj. §. ix. nõ sic de alijs simoniacis. Itẽ extrauagantes omnes de simonia loquẽtes sunt veteris iuris declaratorię, & sic nihil noui afferũt. Patet inspiciẽdo text⁹ eorũdem. Sed cũ ius vetus nõ excõmunicat nisi simoniacos pręfatos, in ordine scilicet & bñficio & pœnę nõ sunt extẽdendę: igit̃ solũ illi sunt excõmunicati de iure, & nõ sic alij. ¶ Pręterea secũdum Angelũ, & alios, intelligitur hoc dictum de excõicatione simoniacorum de simonia pactionali vel cõuentionali nõ de mentali vt distinguit̃ cõtra pactionalẽ. Facit ad hoc ca. finale de simonia. Sunt ergo tales simoniaci in ordine vel beneficio pactionales, dũmodo scienter id faciãt, siue manifesta siue occulta sit eorũ simonia, excõmunicati, & quo ad se & alios suspensi, nullã habentes ordinis cuiuscũq; executionẽ, nec ius quodcũq; in beneficio simoniace adepto. Nec fructus possunt facere suos, sed tenẽtur & beneficium simoniace adeptum & perceptos fructus restituere, si volunt vere pœnitere. restituere inquam nõ danti, sed ecclesiæ in cuius ignominiã receperũt: vt infra. Et debet puniri depositione & infamia si de crimine constiterit. cap. Inquisitioni. de accusa. Nec possunt recuperare pecuniã quã dederũt. xiiij. q. v. c. Non sane. Eorum absolutio & restitutio soli Papę reseruatur extra mortis articulum. Et dato q̃ Papa daret alicui cõmissionem absoluendi ab omni crimine, aut censura ecclesiastica, tamen adhuc est casus reseruatus Papę, nisi nominatim & clare concedatur & exprimatur. Nec solum illi sic sunt excõmunicati: sed etiã mediatores & procuratores: vt habent extrauagañ. Verum id quod habent de reuelando Papę simoniacos, si qui sciuntur, creditur hodie non obligare, nec seruandum esse de necessitate. Multi loquuntur indistincte, siue sint manifesti siue occulti: attamẽ pactionales sunt simpliciter suspẽsi & quo ad se & alios. Aliqui vero distinguunt dicentes. Si est manifestus simoniacus pactionalis in beneficio susceptо, secundũ Panor. in capit. tanta. & San. Tho. Secunda secundę. quęst. c. artic. vj. est suspensus simpliciter, quo ad se & alios: non curando an sit curatum vel non curatum beneficium. Si occultus, est suspensus quo ad se non quo ad alios. Vterq; tamen siue manifestus siue occultus simoniacus pactionalis tenetur resignare beneficium simoniace adeptum, & fructus inde perceptos quoscũq;. Immo secundum San. Tho. vbi supra, si quis scienter & propria sponte accipit simoniace ordinem vel beneficium ecclesiasticum (quo modo etiam dicta priora sunt limitanda) non solum priuatur eo quod accepit, vt scilicet careat ordinis executione quo ad se tãtum, si est occultum, quo ad se & alios si est manifestum: & non solum tenetur resignare beneficiũ cum fructibus inde receptis: sed etiã vlterius punitur, quia notatur infamia, & tenetur ad restituẽdos fructus non solum inde perceptos, vt dictũ est: sed etiam eos qui percipi potuerunt a diligenti possessore. Quod intelligendum est secũdum eum de fructibus qui supersunt deductis expensis factis causa fructuum, exceptis fructibus illis qui expensi sunt alias in vtilitatem ecclesię. Dictum est notanter, Si quis scienter & propria spõte &c. Nam si eo nesciente, & nolente vere vel interpretatiue per alios suos fautores procuratur illa promotio vel collatio simoniaca, caret quidẽ sic promotus vel beneficiatus ordinis executione in ordine vel bñficio sic adepto: secus in alijs non sic adeptis. Et tenetur secũdum San. Tho. resignare beneficiũ qđ est sic simoniace adeptus cum fructibus existentibus. Non autem tenetur restituere fructus consumptos: quia bona fide consumpsit & possedit. Si vero inimicus eius frauduler & dolose eius nomine dedisset pecuniam pro eius promotione eo nesciẽte, nec volẽte: aut si ipse cõtradixit talismodi simoniacæ cõuentioni: non tenetur ad renunciandum, nisi forte postmodum pacto cõsenserit soluendo quod

Universidad de Deusto
Biblioteca



fuit promissum. Hinc Palu. arti. j. quęst. v. ponit iij. casus, in quibus simoniacus ignoranter nō tenetur resignare beneficium. Primus, si inimicus daret malitiose. Secundus, si amicus daret me cō tradicente: vbi non est quis excōmunicatus. cap. Nobis. de simonia. Tertius, quādo sine pacto tacito vel expresso. ¶ Sed quid de conferente ordinem vel beneficiū simoniace? Dicunt quidā de conferēte ordinē simoniace q̄ est suspēsus vt recipiens per triennīū. Alij pro perpetuo. Videt tamē cū illa distinctiōe quā innuit beatus Tho. Si est manifestum, est suspensus quo ad se & alios. Si occultū, quo ad se tātū, vt scilicet de executione sui ordinis se non intromittat, sed nō quo ad alios, vt scilicet nullus ei cōceat in ordinis executione. Sed licet quis sic simoniace recipiat ordinē nihilon. inus vere recepit ordinem & characterē propter sacramenti efficaciam. Attamē quia furtiue agit recipiendo ordinem contra ecclesię prohibitionem, punitur cōdigne: nedum in pœnam peccati: sed etiam quandoq; illa punitio est effectus acquisitionis iniustę. De conferente beneficium simoniace: dicūt docto. Si est manifestum peccatum, est suspensus quo ad se & alios. capit. Accusatum. de simonia. Cōmisit em̄ crimē enorme & manifestum: & omne tale impedit ordinis executionem etiam peracta pœnitentia, nisi assit dispensatio. Si occultum, est suspēsus quo ad se tātum: sicut quilibet criminosus occultus. Idem dicendum de mediatore & procuratore ita scienter & volenter practicante seu procurante vt illa
B C simoniace fiant. ¶ Dubium est de restitutione peceptorum in simonia mentali vt distinguitur cōtra pactionalem, vbi scilicet nulla interuenit pactio vel exactio: & hoc ratione ordinis vel beneficij. Q2 enim tales non incurrant censuras quas ecclesia infligit simoniaco pactionali, concors est omniū sentētia, vt videtur. Sufficit em̄ tali satisfacere suo creatori. cap. finali de simonia. Si autē tenetur ad resignationem & restitutionem beneficij, vel fructuum sic perceptorum, volunt quidā q̄ non: quando est simonia de iure positiuo. Secus de iure diuino. Quidam vero capit. finali de simonia indistincte intelligunt: dicentes q̄ in simonia mentali vbi non interuenit pactio, non oportet renunciare, sed sufficit de mala intentione pœnitere. Hinc Sāctus Thomas ar. vj. Quo ad deum sola voluntas facit simoniacū, sed quo ad pœnam ecclesiasticam exteriorem non punitur vt simoniacus, nec renunciare tenetur, sed de mala intentione debet pœnitere. Et Richar. in fine. dist. xxv. ait. Si clericus seruiat principaliter intentione obtinendi beneficium ecclesiasticum aliquod, nullo tamē pacto interueniēte, q̄uis graiter peccet & simoniam incurrat mentalem, nō tamen illam simoniam quæ obligat ad resignationem beneficij simoniace adepti. capi. Mādato nostro. de simonia. Sic etiam tenet Antoninus. vt supra quęst. ij. conclusione. ij. allegatum fuit. & Ray. in summa. & Pe. de Palu. arti. c. primo. q. quinta. Et esto q̄ secus sit in simonia de iure diuino & positiuo: tamen quæ sunt simoniaca de iure diuino prędicise, & per se, nō est clarum in omnibus, & per omnia, vt supra. ¶ Cōsiderandū etiā venit qđ multi tenent, Papam posse dispēsare in simonia etiam de iure diuino, ne scilicet quis teneatur ad restitutionē perceptorum simoniace. glos. in ca. Ordinationes. j. quæst. j. Et dicit Guilielm⁹ super Ray. titu. de vsuris: q̄ Papa possit dispensare q̄ non solum in simonia mentali: sed etiam in pactionali posset quis retinere quod est simoniace acquisitum. Nec est simile secundum illos de vsura & simonia: quia in vsura lędit̄ proximus: cui de iure diuino vt domino rei fieri debet restitutio, sed in simonia lędit̄ ecclesia: in cuius ignominiam datum & acceptum est aliquid simoniace. cap. Ad hoc. de simonia. Papa vero habet plenam & liberam dispensationē circa bona ecclesię, vt dicunt. Hoc dictum satis procederet: si sicut ecclesia annexuit huic peccato simonię censuras, de quarū numero, vt videtur, nō est restitutio iniuste perceptorum: ita similiter annexuisset restitutionem: sed cum restituere alienum & non suum est de lege diuina, Non furtū facies difficile est dicere q̄ non tenetur quis restituere iniuste acquisitum. & contra legem diuinam, nisi dicatur q̄ sicut in vagis restitutionibus Papa habet ordinare & disponere: ita & hic. Nā dans non est hęres illius quod iniuste receptum est ab alio, & simoniace contra legem diuinam: sed ecclesia in cuius ignominiam datum est: vel forte pauperes ipsi, secundum Anto. in summa. Ecclesia (inquit Angelus) quandoq; secularis, quandoq; regularis. in ver. Simonia. vij. §. j. Nisi oēs de ecclesia sint in culpa. Tunc enim secundum Palu. dādum est pauperibus. quęst. v. Et ita habetur quasi vaga restitutio. Posset ergo Papa hic disponere & eis remittere in casu, vel dare alteri. Vel forte diceret aliquis. simoniacus tenet restituere simoniace adeptum: tenetur inquam lege diuina: sed cum Papa factus est dominus illorū sic adeptorum in ecclesię cōtumeliam & simoniaco cōmercio, potest, si vult, illi remittere vel alteri donare. Cum aūt remittit ei vel nō exigit ab eo: iam censetur cū eo dispensare q̄ nō tenet̄ ad restitutionē sic ꝓceptorū. Et sicut simul stant illa duo: q̄ tenetur ad restitutionē lege diuina: & q̄ Papa rerū illarum dns pōt ei remittere, vel potest eū nō compellere ad restituendū, & sic tacite annuere q̄ retineat eius permissione & concessiōe: Sic videtur



Papa facere cum dat facultatē componendi super receptis simoniace etiam interueniēte pacto & cōuentione. Iam em̄ remittit res sibi debitas, q̄ facte sunt sui dominij ꝓpter cōtractum simoniacū prauum & prohibitū. Et tunc diceretur ad ca. finale de simonia, q̄ loquit̄ restricte in omni simonia mentali, vbi nō interuenit pactum vel exactio quę facit pactionalē. Et q̄ in omni tali habet Papa disponere sicut in restitutiōe vaga aut in rebus ꝓprijs. Videtur multis q̄ in simonia mētali episcopus habet absoluere: & sic vigore confessionalium in reseruatis sedi apostolicę. Pœnitentia vero videtur arbitraria esse: quia nō reperitur de hoc textus expressus. Secus de pactionali, quę reseruat̄ Papę nisi specialis fiat de hoc mētio &c. Sed quid de pecunia data ꝓ ordine simoniace suscepto? Respondetur secundū Angelū, vbi supra. Dabitur ecclesię cathedrali in cuius iuriam videt data: si quis non ordinatur ad titu-
D lū ecclesię: vel ecclesię aut beneficio ad cuius titulum ordinatur. ¶ De pœna recipientiū & recepto rum ad religionem simoniace, videtur dicēdum post extrauagantē Vrbani. v. q̄ sunt excōmunicati, & nō nisi a summo pontifice extra necessitatis articulū absoluēdi. Quod secūdū prędicta videtur verū de simonia pactionali. Si vero est mētalis tantū & nō pactionalis, possunt vt supra absolui ab episcopo si sibi reseruat casum illū. Nec per hoc incurrunt aliquā censuram. Nec tenetur egredi talis persona recipiens vel recepta monasterium, sed potest ibi manere & de praua intentione dolere, consone ad prędicta de simonia mētali in beneficio & ordine. Sed si est simonia pactionalis, tunc illa persona non potest inibi cum bona cōscientia manere sine dispensatione: nec habet quodcūq; ius in illo monasterio. Sicut de habente beneficiū simoniace: simonia pactionali Siue persona recepta sic fecerit pactum illud per se, siue per alios ea sciente & nō cōtradicēte. Tenetur itaq; nisi habeat dispēsationem, ire ad monasteriū paris rigoris propter professionē in illa religione factam. Et potest in pœnā peccati in locū acterioris regulę detrudi. Nō tñ opz q̄ cōfessor hoc sibi imponat, cum pœnitētię sunt arbitrarię. Prętera bona illa debēt restitui, nec possunt retineri a monasterio quod sic temporalia simoniace recepit ꝓ spirituali. Nam illa ecclesia male recepit. Debēt ergo alteri ecclesię, vel pauperib⁹ assignari & dari si ꝑsona quę attulit mortua est. Q2 si ingredi vult monasteriū tenue & parum habens in redditibus, potest illi dari. Staret etiam q̄ bona illa deberēt dari & relinqui monasterio i cui⁹ ignominiā & iniuriam recepta sunt: vtputa si personę quę cōmiserunt simoniā sunt mortuę & decesserunt a vita vel loco: vel saltem maior pars nō est amplius in illo monasterio. Potest etiam persona illa accedente dispēsatione ibi manere: sicuti dicitur de habente beneficium simoniace. Nec oportet q̄ quātocyus cedat monasterio i effectu: sed secundū prępparationē mentis parata sit cedere si nō obtineat dispensationē seclusis fraude & dolo. Et volunt aliqui q̄ in fauorē religionis potest episcopus cū ea dispēsare: & maxime si ea ignorante ius & factū contigit illa negligentia. ¶ De E simonia cōmissa in alijs sacramētis breuiter dicē dū. Si est occulta, possunt sacerdotes curati suos absoluere nisi sit casus reseruat⁹ ab episcopo. Si est manifesta & pactionalis, tūc talis simoniacus suspensus est quo ad se & alios. Enormia enim crimina & mediocria, si sunt manifesta, inducūt irregularitatem: ita q̄ nō potest celebrare, seu cōmunionē recipere, nec ad alios ordines citra dispensationē ascendere. Insuper tenent pleriq; doctores q̄ sacerdos sic simoniace conferens sacramentū vel sacramenta, si est notorius & pactionalis simonia, potest ab episcopo absolui a crimine si restituit qđ iniuste accepit, & cessat ab ordinum executione & fructuū beneficij perceptiōe, a quorum ꝓceptiōe suspensus est. Per hoc tamē nō restituit dignitati. vt vult glo. in ca. Presbyter. xv. q. v. Laici vero simoniace recipientes sacramenta q̄uis factum sit notorium, tamē pœna suspēsionis ab ordine nō habet in eis locum. Possunt ergo ab episcopo pro crimine emendari, nisi vel lēt ordinari in clericos. Sic em̄ videtur opus esse dispensatiōe, secundū plures. Hęc dicta procedūt secundū opinionem tenentium nullū simoniacū esse de iure vel secundū extrauagantē excōmunicatum, nisi sit simoniacus i ordine vel beneficio, prout tenent Angelus & Baptista in Summis suis. ¶ De simoniacis circa alia ꝓspiritualia: vtputa officia mortuorū, benedictiones nubentiū, cōsecrationes cœmiterij, vestiū, vasorum &c. Dicēdum q̄ cum eis potest ep̄us dispensare post peractam pœnitentiam, secundū Angelū in ver. Simonia. vi. §. v. Quod videtur procedere: si est simonia notoria & manifesta ac pactionalis siue exactionalis. Tales enim egent dispensatiōe etiā post peractā pœnitentiam per cōmunem theoricā: q̄ quilibet notorius peccator suspēsus est ab executione ordinum: donec cum eo fuerit dispēsatum. cap. si. de tempo. ordinan. Dispensant ergo episcopi in talibus saltem de cōsuetudine. Si vero est simonia occulta, non videtur opus esse aliqua dispensatione. Non enim sunt tales suspēsi ab ordine vel officio: cum peccatum sit occultum. capit. fina. & cap. Ex tenore. de tempo. ordinan. secundum benigniorem opinionem multorum. Et tantum de illa materia breuiter collegisse sufficiat.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## Dist.XXVI.

Vm alia sacramēta post peccatum & propter peccatū &c. In p̄cedenti magister egit de ordinis sacramento: per qđ multiplicantur & generātur filij spirituales. Cōsequēter agit de matrimonij sacramēto quo generant̄ filij carnales. Spirituale cñ carnali p̄fert. Et hoc facit ab hac dist. xxvj. vsq; ad di. xliij. Agit aūt de matrimonio seu matrimonij sacro in ordine ad suas causas. Primo formalem: hoc est de matrimonio formaliter inquantū sacramētum, quæ rens eius institutionis tempus, locū, causam, ei⁹ deniq; significationem, bonitatem, indulgētiam vel cōcessionē. dist. p̄senti. Secūdo de eius causa efficiente, a dist. xxvij. vsq; ad dist. xxxj. Tertio de finali, a di. xxxj. vsq; ad. xxxiiij. Quarto de materiali, a dist. xxxiiij. vsq; ad. xliij. exclusiue Sentētia p̄sentis dist. his complectitur conclusionibus. ¶ Prima. Matrimoniū ante peccatū in officium legitur institutū in paradiso, pro naturę nō libidinosa aut dolorosa, sed immaculata multiplicatione. Post peccatum vero in remediū pro illecebrosa carnis cohibitione. ¶ Secunda conclusio. Tametsi matrimonij in officiū institutio & ante & post peccatū pro certo tēpore fuerit p̄cepti: & mandati: attamen posita tamtam hominum multiplicatione, est secundū indulgentiam & nō secundum imperium. ¶ Tertia conclusio. Bona res est coniugium seu matrimonium: quia diuinit⁹ istitutū: nec nisi fornicatiōis causa diuortiandū: miraculosa dignificatione cōmendatum: ab apostolo laudatum: rei sacratissimę signum: & sacramentū significatione maximū. Cōclusionum illarum explanatio ex textu sumi potest.

### Quæstio Vnica.

A Veritur circa dist. illā. xxvj. Vtrū matrimoniū a diuina prouidētia p̄ humanę speciei conseruatione ac multiplicatiōe in paradiso & ante peccatū institutū sit no. le. verū sacramentū, & oīm sacramentorū primū, ac significatione maximū.

¶ Quantum ad primum articulum notandū. Matrimoniū dicitur quasi matris officium: quia dat mulierib⁹ esse matres. Dicit enim a matre & munū, officiū: quod quia plus apparet in matre q̄ in patre: ideo non patrimoniū: sed matrimoniū solet dici. ¶ Dicit etiā qñq; connubiū, cōiugiū, nuptię, quorū nominū rōnes ponit Palu. q. ſ. ar. j. Sępe tñ pro synonymis habentur. Matrimonium solet sic notificari. Est vinculū indissolubile iter marē & fœminā ex mutua trāslatione potestatis corporū suorum in se inuicem si petitur ad procreandā prolem debite & religiose educandā. Quidā sic notificant. Est vinculū seu vnio cōiugalis personarū legitimarū. Vel sic: est matris & fœminę cōiunctio indiuiduā vitę cōsuetudinem retinēs. Indiuiduā quātū ad virtutē animi, nō oportet quo ad actū semp. Vel sic. est consensus maris & fœminę habitus in p̄senti: quo sicut animi sunt vniti legitime: sic corpora p̄ carnalē copulam quo ad propositū legitime vniuntur: nisi aliter a deo fuerit reuelatum. Contractus vero matrimonij, est actus interior, insensibilis, sensibilib⁹ signis expressus. Vel sic. est mutu⁹ cōsensus cōiugalis duarū personarū legitimarum in se inuicem vt cōiuges quibusdā signis cōsensum hūc exprimētibus palam exhibitus. Ita q; ille consensus cōiugalis mutuus q manet in animo cuiuslibet, dicitur cōtractus matrimonij. Nā per illum consensum veluti per actum quēdam interiorem nascitur obligatio cōiugalis. Sed sacramentū matrimonij intransitiue est ipsum matrimoniū: & idem cū matrimonio. Transitiue vero potest dici signū cōsensus mutui cōiugalis, siue hoc signū sit verba de forti sonātia, quæ exprimunt̄ in cōtractu matrimoniali, siue q̄d aliud quo significat̄ & datur intelligi mutuus consensus cōiugalis. Scđm Sco. sic describitur. Est expressio vel exhibitio certorū verborū aut signorum maris & fœminę ad se inuicē: signantiū traditionē vel translationē mutuā & voluntariā potestatis corporū ad prolem debite procreandā & educandā ex institutione diuina efficaciter gratiā significans, legitime contrahentibus conferendam, ad coniunctionem mutuam animorū gratiosam. ¶ Dicitur est expressio vel exhibitio certorum verborum aut signorum: quia non semper verba certa sunt forma huius sacramēti: sed & alia signa. ¶ Dicitur maris & fœminę: loco cuius quidam ponunt legitimarum personarum non prohibitarum simul contrahere: sed hoc innuitur in clausulis sequentibus. Et in hoc etiam exprimitur materia huius sacramenti: puta mas & fœmina non prohibitę simul contrahere. Ex his siquidem veluti ex duobus ramis tota humana natura procedit & subsistit: secundum Guilielmum Parisien. in de sacramentis. quorū



neuter sine alio sufficere potest ad generandum. ¶ Dicitur ad se inuicem: quia reciprocam oportet esse illam consensus expressionem seu obligationem. ¶ Dicitur signantiū &c. Vbi tāgitur causa efficiēs matrimonij: quæ est mutuus cōsensus & voluntarius in huiusmodi contractum & obligationem. Quæ obligatio quia secundum Richar. verius dicitur matrimonium q̄ aliquid cæterorum: ideo ipse dicit matrimonium vt sumit̄ pro eo quod est & res & signum, esse mutuā obligationem coniugalem &c. ¶ Dicitur ad prolem debite non fornicarie nec adulterino coitu p̄creā dam & religiose educandā: vbi innuitur finis matrimonij, scilicet cultus dei multiplicatio. ¶ Dicitur ex institutione diuina &c. vt supra de alijs sacramentis. Et licet effectus totalis illius sacramēti sit gratiosa animorū cōiunctio: secundū Sco. tamen etiam dici potest duę gratię in animabus contrahentium. Nec est verum hoc sacramētum nō conferre gratiam. est no. le. sacramentū, & sic a Christo institutum secundū p̄dicta vere causat gratiam. Cum cñ dominus dedit cōiugibus potestatem transferendi sua corpora in se inuicē ad actus coniugales, & pro restrictione ardoris libidinosi ne essent sicut equus & mulus quib⁹ nō est intellectus, sed sciat vnusquisq; vas suū possidere in honore & sanctificatione: gratiam dare voluit non ponentibus obicem in sacramenti illius collatione & acceptione mutua. Vel etiam ad alterius ministerū. Non autē exprimitur hic minister: quia regulariter hoc sacramentū sibi conferunt & a sese accipiunt personę contrahentes. Et vt videtur, omnis ille qui potest esse minister in cōtractu matrimonij, ille etiā potest esse minister sacramenti. Sic sępe contrahunt parentes pro filijs astantibus. Item p̄curatores aut amici inquirentes cōsensum cōtrahētium: quem & signo aliquo denotant & ostendunt. Sufficit etiam ad formę vnitatē vnitas integritatis: nec requiritur vnitas indiuisibilitatis, vt supra. Siue cñ forma posit natur aliquod certum sensibile signum a deo institutum ad significandum efficaciter gratiam sine cōtractum initum: sive ponantur verba hinc inde sonantia & consensum cōiugalem exprimētia: sunt tamen vna forma & vnum signum inter grum respectu cōtractus & respectu gratiæ. Nec est incōueniens plures partiales formas esse vnū sacramentum: secundum Scotum. vt supra.

B ¶ Secundo notandum q; aliquod sacramētum dicitur prius alio multipliciter, sumendo ly prius large, vt etiam dicit prioritatem excellentię aut signifikationis, suppositis dictis in distin. ij. quęst. j. scilicet institutionis tempore. & sic matrimoniū est omnibus alijs prius institutione. Cætera cñ sacramenta post peccatum & propter peccatum exordium sumpserunt. Matrimonium vero etiā ante peccatum, quia in principio creatiōis hominis, dum adhuc esset in statu naturę integrę, legitur a domino institutum: licet tunc non habuerit annexum sacramētum. Item est prius vel antecellit loco. Cum enim cętera in exilio quo homo propter peccatum relegatus est, sint instituta: matrimonium in loco quo in terris dignior non est: soli statui innocentię & puritatis debito, in paradiso scilicet, institutum legitur a domino. Testesi quidem scriptura Gene. j. & ij. formata muliere de costa viri statum dixit dominus per os Adæ: relinquet hō patrem suum &c. & adhęrebit vxori suę. Pręmisit vero dominus. Crescite & multiplicamini. Quorū verborū prolatione matrimonium institutum dicitur a multis. Quis quidam dicāt verba illa fuisse quādam benedictionē matrimonij: & dominū instituisse matrimonium cū protoplast⁹ noster ore p̄phetico diceret: Hoc os ex ossibus meis & caro de carne mea. Antecellit quātum ad finis propinqui efficaciam. Cum cñ secundum magistrū cętera sacramenta post peccatum & propter peccatum remediandum instituta sunt: nec fuissent instituta si homo non peccasset: ratione cuius omnia sacramenta dicuntur esse medicinæ quædam secundum Ockam: attamen matrimonium simul & in officium & in remedium institutum legitur: & quantum ad vtrūq; excellentiam quandam habet & prioritatem. Nam in officium propagationis humanæ naturę institutum est: sine quo homo non nascetur, nec alia suscipere posset sacramenta si pri⁹ esse non haberet. Quantum vero ad remedium institutum est post peccatū, & indultum (vt quidam loquuntur) contra carnis incentiuum & cōcupiscentię ignem naturalem, gladiūq; sęuientis inimici acutissimum. In remedium non curatiuum peccati cōmissi sicut cętera sacramenta: sed quod longe nobilius est & melius, in remedium p̄seruatiuū a peccato ne cōmittatur. Quis cñ dubitat eligibilius esse p̄seruari a lapsu ne quis labatur q̄ facto lapsu releuari ab eodem? De hoc August. de bono coniugij. Infirmitas incontinētię quæ est in carne per peccatū mortua, ne cadat in ruinam vitiorum excipitur honestate nuptiarum. Antecellit omnia alia sacramenta significatione. Est enim matrimonium præsertim consummatum: signum summi beneficij generi humano a Christo exhibiti: scilicet coniunctionis Christi & ecclesię. Cōiunctus est autem Christus ecclesiæ dupliciter: scilicet naturæ conformitate, quia naturam nostram in vnitatem suppositi hypostatice assumpsit: vt sic ecclesia Christi sponsa suo sponso copularetur in naturæ identitate: quę coniunctio significatur per cōmixtio-

nem coniugũ qua efficiuntur vna caro. Ephe.v. Relinquet homo patrem suum & matrẽ suam & adherebit vxori suę,& erunt duo in carne vna,& ad generandum carnem vnam. Sacramentum hoc magnũ est:dico autem in Christo & in eccle sia tanq; in significato. Cõiungitur deniq; Christus cuilibet animę fideli per fidem formatã charitate,cum eam inhabitat illapsu sanctificatiuo. Hanc cõiunctionem significat spiritualis & amorosa coniunctio coniugum: & consensus siue cõcordia animorum. De hoc apostolus vbi supra. Viri diligite vxores vestras sicut Christus dilexit ecclesiam,& tradidit semetipsum pro ea. &c. Sic duplex vnio coniugum,spiritualis scilicet animorũ,& carnalis corporum expressius ceteris sacramentis repręsentat duplicem coniunctionem Christi cum ecclesia. Spiritualem,quę nunc est p fidem,& tunc per gloriam:& naturalem,qua carnem nostram assumpsit. Est ergo significatione maximum & primum sacramentũ : sed non simpliciter maximũ: immo vltimum inter alia sacramenta. Ex quo sequitur post p̃dicta,q; sacramẽta se habent vt excedens & excessum. Siquidem baptismus necessitate:cõfirmatio ministro: pœnitentia parato medicinali auxilio: eucharistia cõtento: Extrema vnctio finali pręparatorio:ordo
C dignitatis officio:cõiugiũ signo p̃cellit. ¶Quãtum ad secundum articulum est cõclusio prima respondens supposito quęstionis. Hominẽ velle procreare hominem seu prolem in specie sua,est actus rationi rectę & naturali consentaneus,rectę & bene circũstantijs moralibus formandus:& ita non de se malus. Probatur conclusio. Nõ magis contrariatur rationi & naturali inclinationi hominem saluare speciem suam,q̃ brutum quodcũq; in quacũq; specie animalis. Sed bruta p multiplicationem & generationem species suas saluãt,cũ in individuo permanere non possint: igitur & id fieri ab homine:& sic alteri suam perfectionẽ velle prout potest cõmunicare: non contrariatur rationi nec naturali inclinationi:immo magis videtur esse consonũ rationi,posita perfectiõe speciei humanę vltra alia animalia generationi apta. Maior & minor videtur notę,& esse de mente philosophi.ij.de anima.cap.iiij.cum inquit. Naturalissimũ operum viuentibus est quęcũq; perfecta & non orbata sunt, aut generationẽ spontaneã habent, facere alterũ quale ipsum,animal quidẽ animal,plantam autẽ plantam, quatinus ipso semp & diuino & immortali participẽt secundũ q̃ possunt. Omnia em̃ id appetunt,& illius causa agũt omnia quęcũq; secundũ naturã agunt. Q̃ m̃ vero cõmunicare non possunt ipso semper & diuino continuatione,eo q̃ nihil corruptibiliũ cõtingit idem numero permanere,secũdum q̃ potest participare vnũquodq; cõmunicat sic, hoc quidem magis,hoc vero minus,numero quidẽ non vnum,sed specie vnum. Vbi philosophus dicit: hoc opus esse naturalissimũ in viuẽtibus,magis a natura intentum:licet non perfectissimũ. Natura enim vniuersalis gubernans hunc mundũ magis intendit speciei q̃ individui perpetuitatem. Hinc operibus vegetatiuis quandã delectationẽ inseruit,qua quasi stimulis allicerentur ad opus ipsum. Nõ q; opus sit propter delectationẽ: sed delectatio propter opus. Vel si dicitur naturalissimũ opus, perfectissimũ inter opera vegetatiua: quia solũ perfectis secundũ qualitatem & quantitatẽ & non orbatis cõuenit : iterum facit ad positum. Et dato q; hõ esset immortalis , adhuc secundũ inclinationem rectam naturę, secũdum Sco. cõpeteret ei cõmunicare suã perfectionem eo modo quo potest. hoc aũt fit per propagationẽ. Sed forte quis diceret: ergo carnis cõmixtio non est peccatũ. de hoc infra. Præterea: honestũ est agere pro reparatione angelicę ruinę & restauratione ciuitatis supernę Hierusalẽ secundũ prędestinationẽ diuinã. Prędestinati vero non nisi p propagationẽ recipiunt esse naturale:igit sic vel le agere non est contrariũ inclinationi naturę. Secundũ:scilicet q; sit recte circũstãtionabilis & circũstãtia finis & obiecti. Finis est prolis pia & religiosa educatio. Sicut etenim quilibet debet sese diligere ad honestã cõuersationẽ & perfectã operationẽ humanã,quæ est finis hominis secundũ Philosophũ.j.&.ij. Ethi.ita & proximũ:& maxie prolẽ suã. Hinc secundũ Aug.ix.super Gen.bonum prolis nõ dicitur ipsa ꝑles:sed spes vel desiderium habendi prolem vt religiose instituatur. Et licet in coitu vago etiã cõtingat generari ꝑlẽ, cũ tamẽ hoc cõtrariatur fini generationis humanę qui est bonũ ꝑlis:ideo illa ꝑpagatio debet eẽ determinatarũ ꝑsonarũ nõ vni⁹ sexus:sed maris & fœminæ. Hinc qui creauit hominẽ,masculum & fœminã creauit eos. Matt. xix.& Gene.j. Non maris & fœminę cuiuscũq;,sed determinatarũ p sonarum cõiugaliter sibi pro perpetuo copulatarũ. Vaga enim maris & fœminę cõmixtio repugnat & cõtrariatur bono prolis,familię,& ciuitatis,obstat quoq; rationi naturali & sacrę scripturæ: vt deducit Sco. Stante em̃ vaga cõmixtione quis diceretur parens? quis genitrici succurreret? quis eam aleret? quis releuaret in tanta miseria? quis prolem educaret aut suam esse diceret? quis eius curam gereret? Vnde oriretur bonum familię,quod consistit in firma adhęsione personarũ principaliũ familię alicuius? Vñ quoq; sumi posset bonũ amicitię ciuilis:qđ cõsistit in determinata propinquitate & gradu certo,cum proles esset de coitu vago,& ita incognita cui⁹ vel vnde sit?



Q; sit contrarium legi diuinę & scripturę canonicę,patet Gen.secundo.Matthęi decimonono.& Marci decimo.& Lucę decimosexto. Et vnumquẽq; suam habere vxorem docet Paulus.j.Corinth.septimo. Vt vnusquisq; suũ vas sciat possidere in honore & sanctificatione.j. ad Thessaloni.iiij. An vero matrimonium sit de lege naturæ proprie vel large:infra dicetur. Hoc saltem cõstat:q; ad illam propagationem humanã certas determinari personas sibi cõmorantes & cohabitantes,est honestum,ac proꝑ pte educandę summopere necessariũ & opportunũ. Ex codẽ fundamento sicut determinatio ad cõmorandum & mutuo seruiendum conducit debitę prolis educationi:ita etiam indissolubilitas:q; scilicet personæ illę sint sibi obligatę vinculo indissolubili & pro perpetuo:vt sic sibi semper & pro semper adhęreant, & sese amore complectantur. Et si hoc non potest deduci ex per se notis & necessarijs,& ex lege naturæ euidentissima q; sic sit vinculum indissolubile inter coniuges, est tamen cõsonum rationi & his quæ sunt de lege naturę. ¶Ex illis sequitur tertium:scilicet q; actus ille non est de se malus. Vnde autem illa indissolubilitas procedat an solum ex lege positiua dei:an etiam ex obligatione voluntaria,sequens conclusio ostendet.
D ¶Secunda conclusio. Expedit(supposito & posito matrimonij contractu libero)personarum contrahentium indissolubilitatem procedere primo a lege dei positiua & præceptiua consone se habente ad legem naturæ, & secundario ex cõtrahentium spontanea obligatione & mutua voluntate. Q; deus sic præceperit, patet Matthæi xix.Marci decimo.Lucę decimosexto.Et primę Corinth.vij. ait apostolus His qui matrimonio coniuncti sunt pręcipio,non ego sed dominus vxorem a viro nõ discedere,q; si discesserit manere innuptã,aut viro suo recõciliari. Et vir vxorem non dimittat. Et infra. Mulier alligata est viro q̃diu viuit vir eius &c. Q; autem sic fieri expediat. quia licet sit consonum legi naturali personas coniugales libere & voluntarie contrahentes indissolubili vinculo propter bonum prolis sic esse obligatas pro suo perpetuo: tamen cum id non est de lege naturæ euidentissima,non est omnibus manifestum : quia non per se notum: ergo expedit necessitatem illius pręcepti determinari a lege positiua & præceptiua. Forte raro occurrentibus matrimonij oneribus seruaretur illa indissolubilitas:si non adesset præceptum. Debuit autem lex illa præceptiua dei esse & non hominis. Siquidem homines vt communiter minus obediunt dictamini ratiõis & legi nature large q̃ deo pręcipienti. Verentur quoq; & timent auctoritatem diuinam & iudicium futurũ ac pœnarũ acerbitatem plus q̃ remorsum conscientiæ propriæ: ideo expediens fuit deum super ea re dare pręceptum:& ita factum est. Insuper cum illa indissolubilitas debuit esse vniformis apud omnes homines: leges vero humanæ variantur secũdũ mores hominum varios & diuersos.li.vj. de sen ten.ex cõmu.ca. Alma. ideo decuit & expediens fuit illam legem præceptiuam primo fieri a deo & non ab homine. Hoc factum est Gene. secundo.& Matthæi.xix. vt supra. Cum enim pharisæi quererent a Christo : Si licet homini dimittere vxorem suam quacũq; ex causa:respondit eis Christus. Non legistis Gene.secũdo: quia qui fecit hominem ab initio masculum & fœminã fecit eos? Et dixit per os Adæ veluti ore pręconis diuinitus illustrati & edocti de matrimonij obligatione & indissolubilitate,ac de eius institutiõe. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem: & adhęrebit vxori suæ:& erũt duo in carne vna. Itaq; iam nõ sunt duo,sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit homo non separet. Matth.xix. ¶Hic tamen considerandum est q; aliud est pręcipere illum contractum matrimonialẽ in officiũ & aliud pręcipere illam adhęsionem perpetuam. Primum factum est a deo per modum pręcepti affirmatiui obligãtis semper: sed nõ ad semper: quia solum pro tempore necessitatis :nedum p necessitate primi temporis cum pauci essent homines: sed etiam pro necessitate nostri temporis si opportunitas adesset. Secundũ vero pręcepit per modum præcepti negatiui obligantis semp & pro semper,nisi per legislatorem fiat specialis specificatio vt dicetur. ¶Tertia conclusio probat vltimam partem secundę cõclusionis . Sicut expediens fuit obligationem personarum cõiugalium nasci ac procedere nõ solũ a lege dei positiua:sed etiam ex coniugum mutua ac voluntaria obligatione: ita expediens fuit actus illos, scilicet cõtractus cõiugalis ac mutuę donationis potestatis corporum pro suo perpetuo pariter & obligationem indissolubilem certis & euidentib⁹ signis mutuo exprimi vel ostendi. Probat pars prima.nam si solo diuino mandato cogerentur sic p ꝑpetuo sibi matrimonialiter copulari citra liberam ac voluntariam personę coniugalis electionẽ,facile sequeretur cõtẽptus:& esset occasio magnę dissensionis futurę. Quod enim quis nõ eligit nec optat,non diligit. Et quod non diligit facile contemnit.xx.quæstio.iij.ca. Pręsens. Expediens ergo fuit obligationem istam nasci nedum ex diuino mandato: sed etiam ex coniugũ libera voluntate. Hinc actus ille contractus dicitur quasi simul tractus duarũ volũtatum: vt dosi des,vel do vt des. Et per consequens actus ille mutuę donationis & obligationis requirit

Universidad de Deusto
Biblioteca



necessario actus voluntatum concordantes in illa translatione mutua: sicut fieri solet in permutatione & cõtractu venditionis. Secunda pars p batur: quia alias neutri constaret de alterius volũtate: cum contractus ille & consensus maneat in tus in animo. Nullus enim coniugum vellet alteri dare potestatem sui corporis nisi certꝰ esset certitudine humana & probabili & aliũ reciproce dare. Dat cñ si alter dat, vel dat vt alter det. Oportet ergo contractũ illum vel vocis emissione vel signi alicuius sensibilis exhibitiõe alterutrum innotescere & significare, cũ corda intueri non pos
E sunt ab homine. ¶ Quarta conclusio. contractꝰ matrimonij in officium institutus est a deo in statu innocentię in paradiso: sed post lapsum tempore legis naturę, mosaicę, & gratiæ euangelicę, etiam legitur institutus in remediũ. Patet ex notabil.ij. De prima parte Geñ.ij. De secũda secundum Scotum & Richar. instituit ipsum in remedium, cum ait. In dolore paries filios tuos: & sub viri potestate eris &c. Item, Multiplicabo ęrũnas tuas & cõceptus tuos. Itẽ cum dixit Adæ: Quia audisti vocem vxoris tuæ. Item cum Adam diceret. Mulier quã dedisti mihi sociam &c. Per hęc verba instituit matrimonium in remedium saltẽ implicite. Vel si hoc non placet, insinuauit eis per hæc & alia verba Geñ.iij. matrimoniũ etiam nũc esse institutum vel indultum in remedium & nõ tantum in officium. Expressius aũt hoc instituit in remedium: cum post diluuium dixit Noe & filijs suis. Crescite & multiplicamini & replete terram. Geñ.ix. Sic & instituit vel institutum prius in officium insinuat essa indultum sine peccato in remedium, Matth.xix. Mar.x. Luc.xvj. cum inquit. Quos deus coniunxit, homo nõ separet. Qꝛ si hoc nõ placet, dicatur qꝫ per illa verba ostẽdit matrimonij contractum iandudum institutum esse, & separari per hominem non posse. De lege Mosaica Deut.xxiiij. ¶ Quinta conclusio. Tametsi matrimonij contractus in officium, fuerit quandoq; & ante & post peccatum stante hominum paucitate pręcepti diuini, cum tamen est pręceptum affirmatiuum, non obligabat, nec hodie obligat: nisi pro loco & tempore. Primũ probatur: secundum Richar. Nam quia ante peccatum dominus dedit homini pręceptum disciplinę: pertinẽs ad profectum gratię: cum dixit Gene.ij. De ligno scientię boni & mali ne comedas. Et similiter pręceptum pertinens ad conseruationem naturæ cum dixit. De omni ligno paradisi comede &c. Dedit etiã nõ ab re pręceptũ de multiplicatione indiuiduorum speciei humanę propter implectionem numeri electorum & restaurationem ruinę angelicę: cum dixit Gene. primo. Crescite & multiplicamini & replete terram. Item secundum Scotum, post lapsum bis dedit pręceptum de contrahendo. Gene. secundo. & Gene. nono. deletis iam hominibus per diluuium paucis demptis. Tũc cñ necessitas exegit pręceptũ. Sic etiam si homines difficiles essent pro aliquo tempore: aut fuissent ad contrahendum, stante necessitate vtile fuisset aut foret innouari, aut dari pręceptum. Secunda pars patet. quia præcepta affirmatiua nõ obligant nisi pro loco & tempore. Hinc non fuerunt primi parentes trãsgressores huius præcepti cum non coierunt in paradiso. Cuius potest esse ratio multiplex. Nam (vt videtur) statim formata muliere demeruerunt p inobedietiam expelli de paradiso. Forte expectabant a deo temporis determinationem pro multiplicatione. Item secundum Richar. nondum erat in eis superfluitas cibi tertię digestionis: quę est materia seminis. Primæ duę ratiões sunt Augustl. libro nono super Gene. ¶ Circa hoc occurrit dubium: An id præceptum etiam hodie obliget. Si non: vbi habetur de eius reuocatiõe. Item quomodo excusantur beata virgo Maria & cęteri castitatem vouentes: cum pauci tunc temporis, & in primitiua ecclesia erãt fideles: tametsi forte multi homines. Item Deuter. septimo, dicitur Nõ erit apud te sterilis vtriusq; sexus: tam in hominibus q̃ in gregibus tuis. Item Exodo.xxiij. Non erit infœcunda nec sterilis apud te. quod intelligitur, stante lege de cõmixtione vaga: quam prohibuit dominus. ¶ Ad primũ diuersi diuersi mode respondent: potest tamen dici qꝫ illud pręceptum citra eius reuocationem hodie non obligat, quia cessat causa præcepti, quæ est hominũ multiplicatio. Et sic simul stant: & illud pręceptũ citra eius reuocationem, & tamen qꝫ non sit obligatorium hodie. Obligaret autem secundũ Scotum: si paucitas hominum ex clade, peste, vel alias accideret. Si genus humanum & numerus electorum non esset impletus &c. Non ergo oportet dicere qꝫ sit reuocatum hoc pręceptũ de matrimonio contrahẽdo vt est in officium: sed est pceptum affirmatiuum, obligans non ad semper: sed pro semper. Nec valet dicere, cessante causa huius præcepti cessat præceptum. Quia hoc dictum, cessante causa cessat effectꝰ, intelligitur de causa efficiente vel conseruante tantum. Secus de causa præceptiua. Sicut excusatur Abel ante ætatem nubilem mortuus. Sic in simili dare eleemosynam, obligat pro loco & tempore: cũ habẽtur pauperes. ¶ Sed forte quęrit aliquis: an causa pręcisa institutionis pręceptiuę in officiũ post peccatũ fuerit hoim multiplicatio, an hoim saluandorũ & ab ęterno electorũ ppagatio ac angelicę ruinę restauratio. Videtur qꝫ in genere & cõfuse tantũ hoim saluandorum propagatio & cult?



diuini expletio. Bonum ẽñ coniugij non est proles simpliciter: sed proles religiose educãda. Præterea: cum homines de se proni fuerunt ad contugalem copulam, non opus erat tunc dare legem pręceptiuam de cõtractu matrimoniali. Hinc (vt videtur) nõ obstante voto castitatis emisso p aliquem, si constaret ei sufficienter & vere numerũ saluandorũ non posse impleri nisi ꝑplem crescere faciat: tenetur in hoc casu cõtrahere. Ita tenet Duran.q.ij. Facit ad hoc dictum beati Thomę. par. iij.q.xxviij.ar.iiij. de virgine gloriosa, quę ante suam desponsationẽ nõ emisit absolute votum castitatis: sed post desponsationẽ voto cõmunicũ Ioseph vouit castitatem. Ratio secũdũ eũ: qa tẽpore legis oportebat generationi insistere tam vros q̃ mulieres: quia secundũ carnis originẽ cult? dei propagabatur, anteq̃ ex illo populo Christus nasceret. & ideo licet habuerit desiderium vouendi castitatem, non tamen absolute vouit ante suã desponsationem: sed sub conditione: si deo placuerit. Verũ cum illa cõditio necessario includat in omni voto, si scilicet deo placet, si ex hoc cõditionatum fuisset votum virginis Marię & nõ absolutum, oñe votum christianorũ erit cõditionale & nullũ absolutũ. Sic de inclusione illius, si placet supiori &c. ¶ Sed diceret qs. Cur ergo in primitiua eccl'ia cum pauci erant credentes Act.j. & ij. plures caste vixerunt & non contraxerunt &c? Respondetur: numerus saluandorũ alias haberi poterat illis tẽporib9 ex ꝑdicatione apostolorum & aliorum sanctorũ doctrina: vnde plures cõuer si sunt ad fidem. ¶ Ad secũdũ & auctoritates allegatas respõdet. q.ij. dist.xxx. Præterea satis fuit ab aliquibus seruari pręceptum de contrahendo in officium cum effectu. q̃is enim datum fuit multitudini: attamen secundũ Duran. non contũctim, sed diuisim multitudinẽ obligabat. Hinc ait. q.ij. Cuilibet licitum fuit cõtinere: sed nõ oñibus simul. ligauit ergo diuisiue illũ vel illum, nõ
F copulatiue illum & illum. ¶ Sexta conclusio. Matrimonium vt est in remediũ, nec est nec vnq̃ fuit pręcepti diuini etiã non posita sufficiente multiplicatiõe generis humani. Ita tenet Richar. art.iij. q.ij. quia ille morbus concupiscentię carnalis alio modo põt sedari & tẽperari q̃ p matrimoniale cõcubitũ: vtputa per meditationes cęlestium: per exercitiũ virtuosum: vñ surgit homini q̃dã pręgustatio & dulcedo ęternorum. Itẽ per corporis macerationem. Hinc Grego. Gustato spiritu desipit oñis caro. Beatꝰ Aug. in lib. confe. v. statum. S. Ambro. beatũ ꝑdicabat, nisi qꝫ cælibatus ei? sibi videbatur onerosus. vbi ait. Nescieba quales quã tasq; suauitates sentiret ipse bene olentis castitatis. Deniq; Gerson in tract. de cęlibatu siue castitate ecclesiasticorum. in actu. iij. principali ostẽdit facilius esse apud hominem qui bona voluntate zelat castitatem, illam perpetuam, q̃ interpolatam custodire. Dat exemplũ de vxorato & cęlibe: & dicit cęlibẽ faciliꝰ ab oñi voluptatis illicitę sensu deliberato, vel experientia continere posse: q̃ vxoratũ voluptate illa moderate vti: sine quauis impudicitię maculãtis culpa. Hinc qdã ait. Otia si tollas periere cupidinis arc9. Assit sobrietas: absit familiaritas. Pręterea difficile est inuenire textũ scripturę de matrimonij institutione loquentem: quin semper legatur adiectum. Crescite & multiplicamini. qd est in officiũ. De hoc enim solũ reperit mãdatũ diuinũ: qd non fit nisi propagatione. Sequentes conclusiones ad quęsitum in q̃stione respondent. ¶ Septima conclusio. contractui matrimoniali maxime p statu naturę lapsę, sacramentum annecti causatiuum gratię congruũ fuit & opportunũ: & ita a Christo factum est tẽpore legis euangelicę. Probatur conclusio. Quia cõtractus ille etsi sit honestus, est tamen onerosus: cũ ex eo nascatur obligatio plurimum onerosa: procuius releuatione congruum fuit annectere sacramentum. Ita fecit Christꝰ Matth.xix. vbi etsi matrimoniũ prius institutũ approbauit, tamẽ annexuit sacramẽtũ, vel instituit sacramẽtũ matrimonij secũdũ Scotũ. Qd põt colligi ex eo cũ dixit. Quos deus coniunxit, homo non separet. Vt nõ dicatur deus pręcise coniunxisse coniuges: quia instituit matrimonij contractum: sed coniunxisse tunc gratiose per institutionem sacramenti qd comitatur illum actum contractus coniungentẽ personas coniugales. Præterea cum omnia sacramenta suam habent efficaciam ex merito passionis Christi pręuisę vel exhibitę: si status innocentię stetisset, Christus passus non fuisset. ideo non pro statu innocentię: sed culpę instituit Christus hoc sacramentum: non in lege Mosaica: quia nihil de hoc habetur: sed pro lege euãgelica: in qua Christus & alia instituit sacramenta. de hæreticis cap. Ad abolendum. ¶ Octaua cõclusio. Matrimoniũ est no. leg. verum & proprie dictum sacramentum, gratię gratũ facientis in aiabus contrahentium si non ponitur obiex ex opere operato collatiuum. Probat auctoritate quę ipsum cõnumerat inter septem sacramẽta ecclesiastica. de hęreticis. cap. iam supra tacto. Et deniq; conuenit definitio sacramenti proprie dicti. Et si forte aliq negantes ipsum esse sacramentum: volunt qꝫ nõ sit ita perfectum sacramentum sicut cętera, eo qꝫ minorem cęteris sacramẽtis causat gratiam: forte transit eorum dictum. Est enim imperfectiꝰ sacramentum inter cætera sacramenta: vt supra notabili.ij. licet sit vere & vniuoce sacramentũ. Qꝛ si simpliciter negant ipsum esse sacramentum p statu legis euangelicę, videntur cõtradicere dicto

ecclesię: vt supra de hæreticis. Dat Palu. exẽplũ. q̃uis asinus sit homine imperfectius animal: tamen ita vere est animal & vniuoce sicut homo. & sicut Christus vere, vniuoce, & proprie est homo quia habet omnia essentialia homini: licet habeat aliquid qđ nullus alius habet: & caret aliquo quo nullus alius homo caruit: ita septem sacramenta sunt vere & proprie dicta sacramenta no. leg. licet quodlibet habet aliquod singulare qđ reliquũ nõ habet. Ob hoc enim sacramenta se habent vt excedens & excessum: eis tamẽ vniuoce cõuenit ratio sacramenti proprie dicti. Et licet forte singulatim singulis contrahentibus ex opere operato minorem confert gratiam, q̃ cætera sacramenta: potest tamen dici q̃ excedat alia sacramenta in hoc: quia eius effectus est duę gratię in animabus contrahentium: & hoc singulare est in hoc sacramento. In alijs vero vni dũtaxat ex opere operato confertur gratia. Nec oportet quodlibet sacramentum causare omne id qđ significat aut figurat. Non enim matrimonium est signum efficax coniunctionis Christi cum ecclesia &c. sed restringenda est illa propositio ad gratiam quam sacramenta significant & efficiunt: hoc est ad illam rem duntaxat quam primo figurãt: charitatem scilicet qua coniuges debent sese diligere dilectione sancta: sicut Christus dilexit ecclesiam. Ephe. quinto. ¶Nona conclusio. Etsi matrimonium alia sacramenta significatiue pręcellat & possit vt sic dici significatione maximũ: attamen non prælit gratię causatione: sed creditur vt sic inter cætera fore minimũ. Probatur primũ ex dicto apostoli vbi supra ad Ephe. v. ¶Decima conclusio. Sicut matrimoniũ est vltimũ & infimũ inter no. leg. sacramenta: sic & status coniugalis alios ecclesię status non excedit: sed est cæterorum infimus & vltimus, licet bonus: & vt est in remedium, potius dicendus est a domino indultus q̃ institutus. Probatur ex p̃mio status illius: ex diuino cõsilio: & tertio similiter exemplo. Ex prẽmio: nam perfectiori statui maius correspondet præmium: sed statui coniugali debetur fructus tricesimus in glo. Matthæi. xiij. continentiæ sexagesimus: virginali centesimus. Item dominus consulit continẽtiam: nõ aũt matrimoniũ. Matth. xix. laudãs eos qui se eunuchãt propter regnũ dei. & j. Corinth. vij. De virginibus p̃ceptũ domini nõ habeo, cõsilium aũt do. Et infra. Volo oẽs esse sicut meipsum. Itẽ. Bonum est illis si sic permaneant. Et concludendo ait. Qui matrimonio iũgit virginẽ, benefacit: & qui nõ iungit, melius facit. Et Magister in litera dicit cõiugium esse de minoribus bonis, & datum esse in remedium: nec habere palmã. Et q̃ coniugium indulgetur: concedit. Coitus vero qui fit incontinẽtię causa, toleratur: ita q̃ non prohibetur. Idem ostenditur exemplo Christi: qui vtiq; habuit pfectissimũ statum: hic & in se, & in matre, & in putatiuo patre, ac matris custode virginitatẽ elegit: quẽ & de nuptijs vocauit vtiq; ad perfectiorem statum. Immo sicut damnare nuptias sapit hæresim Tatianã: ita nuptias æquare continentiæ, errori fauet Iouiniani & Heluidij. xxiij. q. iij. cap. vlt. Tertia pars conclusionis est Sco. cum ait dist. prẽsenti. Institutio cõtractus ad vitandum fornicationem, nõ ita habetur per rationem naturalẽ sicut in officiũ. Immo vix tanq̃ licitum ex institutione diuina: nisi vt indulgente. Et ante hoc de matrimonij institutione loquẽs dicit. Nec habetur respectu eius institutio diuina: nisi propter hunc finem. s. procreare prolem. Et infra. Deus ex hominis infirmitate post peccatum & promptatem ad actum istum indulsit non approbauit actum istum ad vitandum maius malum. Et ista indulgentia posita contractũ ordinatum ad ipsum instituit lege sua positiua tã quãtum ad contractum, q̃ etiam quo ad obligationẽ. Subiũgit. Sed difficile est inuenire vbi quo ad contractum: quia nusq̃ in leg. vet. legitur contractus laudatus, vel prẽceptus: nisi ad propagationem. de hoc infra dubio. ij. ¶Quantum ad articulũ tertiũ est dubiũ primũ: An matrimoniũ sit de lege naturæ. Sic de indissolubilitate personarum cõiugaliũ: & de obligatione mutua. Supponuntur hic dicta in. iij. dist. xxxvij. q. aliqua dicuntur esse de lege naturę proprie & stricte: quia sunt principia practica ac necessaria per se nota: aut conclusiones ex eis sequentes: seu euidenter deducibiles. Secundo quia licet non sint necessaria, nec per se nota, vel euidẽter aut in cõsequẽtia necessaria ex talib⁹ deducibilia: sunt tamẽ eis multũ consona & alludentia. Idem habet Ockam prima parte dia. lib. vj. ca. xlvij. & clarius par. iij. lib. j. xxj. tra. ca. xv. Et Sco. in. iij. dist. xxxvij. & Rich. dist. prẽsenti. dicũt aliquid esse de lege naturę: qa causatur ex naturali necessitate non cooperante voluntate cuiuscunq;: nisi illi⁹ qui naturam instituit. & sic dicimus q̃ sit de iure naturæ ignẽ ardere, & sursum petere. Alio modo: quia ad ipm natura inclinat siue generica, siue specifica: integra vel corrupta: q̃uis per libe. arbi. perficiatur, secundũ quẽ modũ virtutes dicuntur esse de iure naturę. Alexan. par. iij. q. xxvij. mem. iiij. arti. j. §. xxj. Aliqua dicuntur esse de lege naturæ: quia natura dictat ea vt debita, & necessitatis præcepti vel prohibitionis, vel quia vtilia, vel quia expediẽtia &c. Item aliqua sunt de lege naturæ præceptiue, ostẽsiue, consultiue, persuasiue, doctrinatiue, aut quia nõ includunt iniquitatem, aut qa nõ repugnãt turi naturali. Quibus præmissis est propositio prima. ¶Cõtract⁹ mãtimonij nullo tempore est vel



fuit de lege naturę proprie & stricte, vel etiam de naturali necessitate, non cooperãte voluntate particulariter agentis. Q đ est secundũ primam acceptionem Richar. Primũ patet. Alias enim obligaret omnes homines. Secunda pars: quia non est sine libero consensu contrahentiũ: vt dist. sequẽ. ¶Secunda propositio. Personas cõiugales esse determinatas: ac sibi inuicẽ indissolubiliter, & pro suo ppetuo copulatas & obstrictas est de lege naturę non proprie & stricte: sed large: & quia ad illam indissolubilitatẽ inclinat natura generica vel specifica. Probatur post Richar. & Sco. saltem de natura specifica: quia licet nõ sit idem modus procreationis, & propagationis in omnibus animalibus: sed alius & alius, vagus. s. & quandoq; non vagus, secundũ q̃ ples pro sua educatione maiorem vel minorem exigunt curam & temporis quantitatem, & quandoq; alter sexus sufficit ad hoc quandoq; nõ: sed requiritur vterq;: vt docet experientia: tamen cum homo educãdus magnam petit curam & temporis ptractionem: non vagos: sed determinatos petit curatores. Præter ea secũdum philosophum. viij. Ethic. filij habẽt a parentibus esse, & nutrimẽtum, & disciplinam: & sępe magno tempore indigent disciplina, & fere p totum tempus vitę. Dictat ergo ratio naturalis & specifica humana, q̃ habeat parentes mansiuos, determiatos, & certos. Alias facile negligeret & vilipenderẽt: vt est videre in genitis ex cotu fornicario. Item in rebus domesticis quædam soli mulieri, quædam soli viro cõueniunt. ¶Corollarium primum. licet matrimonium & psonarum coniugalium indissolubilitas sit de lege naturæ: & quasi ex instinctu naturæ: perficitur tamẽ libera ac mutua cõtrahẽtium volũtate ac obligatione. ¶Corollarium secundũ. Matrimoniũ quo ad cõtractum psonarum cõiugaliũ, earũdem determinationem, & ppetuam obligationem: est etiam de iure positiuo scripto. Patet Genẽ. ij. & Mat. xix. Item. j. Corinth. vij. Ius eñ naturale cũ sit in multis hominibus obfuscatum, secũdũ Aug. q. iiij. in quęst. no. & ve. testa. indiget innouatione & quasi noua constitutione: vel prius instituti a natura dictati expressione vel approbatione, & ita a deo factum est. ¶Corollariũ tertium. Matrimonij contractus & obligatio partim est a deo, & partim ab homine: a deo instituente, & ab homine cõ
I sensum contractui pstante: vt supra conclusione secunda. ¶Secundum dubiũ: Quomodo matrimoniũ dicẽ institutũ a deo, cum tamen nõ videẽ esse bonũ: eo q̃ actus eius propter quẽ institutũ est, hominẽ separat a deo, immo potius elongat ab eo, & facit ipsum totum carnalem. Hinc Exo. xix. præcipitur ijs qui debebant deum videre: vt non accederẽt vxores. Item in le. vet. sacerdotes ministraturi vacabant ab vxoribus. Item priuat hominẽ vsu ratiõis. Indiget excusatione pertia matrimonij bona. Non aũt indigeret excusatione si esset bonum, & a deo institutũ. Præterea virginitas consulitur ab apl'o: & secũdũ eum, bonum est homini mulierẽ non tangere: igitur p cõtrarium (vt videẽ) malum est ipsam tangere. Deijcit hominẽ a perfectiori statu, & a vita angelica. Nam beatus Hieronymus angelicã nominat vitam, in carne p̃ter carnẽ viuere. Itẽ per nuptiarũ bonũ non extinguiẽ sed modificatur inobedientiũ mẽbrorũ malum, inquit Aug. ad Dardanum epl'a. lvij. vt limitata quodãmodo cõcupiscentia carnalis fiat saltẽ pudicitia p̃iugalis. Quomodo ergo dicitur esse in remediũ: si solũ modificat illã inobedientiã: sic q̃ actus ille nuptiarũ dicatur pudicitia cõiugalis: qui citra diuinũ indultum & licẽtiam diuinã esset concupiscentia carnalis? Præter ea in epistola Hieronymi (vt crediẽ) ad Demetriadem virginẽ dicit sic. Concedũtur quidẽ nuptiæ sed harũ abstinẽtia suadetur cõsilio pfectiori. Et infra. Ad virginitatis honorẽ pertinet licẽtia nuptiarum. Ergo si cõceduntur: & licẽtia ad hoc datur: videntur esse malę & minus bonę. Item dicit Magister. Prima institutio habuit p̃ceptum. Secunda indulgẽtiã. Insuper q̃ facta hominũ multiplicatione contractus matrimonij fuit secundũ indulgentiam. Itẽ Gerson in de cęlibatu ecclesiasticorũ nititur multipliciter ostendere q̃ vxorem continuo habere, ac ei frequenter cõmisceri, plus accendat, q̃ refrigeret concupiscentiã. ¶Ad primũ: negetur matrimoniũ nõ esse bonũ: quia est a deo institutũ & p̃ceptum. Cuius eñ vsus bonus & ipsum bonum est. Sed actus matrimonij bonus est ex prima conclusione: & humanę propagationi ac religiosę educationi necessarius: & pro statu illo opportunus. Nec separat act⁹ ille hominem a deo eum priuando gratia: licet faciat eum forte tunc non cogitare de deo, nec ad hoc semper tenetur. Alias eñ dormitio etiam separaret a deo. Cũ subiungiẽ: Elõgat hominẽ a deo: Negetur loquendo de elongatione quæ fit per peccatũ & habitus gratię priuatione. Potest tñ concedi q̃ elongat ipsum in hoc: quia occupatus circa carnalia minus cogitat de spiritualibus: sed mens ei⁹ quasi absorbetur: vt non possit libere intendere actui cõtemplationis (vt videtur) deditus illi cõmercio carnali. Cũ enim habet obiectum fugitere prẽsens, qđ forte nonnunq̃ plus ęquo succendit inflãmat, inebriat, & abducere nititur: opus est ratione bona, quæ huiusmodi appetitum rectẽ cohibeat. Ad hoc faciunt apostoli dicta: cum. j. Corint. vij. refert ea quibus coniugati habent intendere: obq̃ quandoq; minus possunt diuina cogitare, cum non habeant facultatem sine impedi

Universidad de Deusto
Biblioteca



mento dominū obsecrādi. Et ob hoc continētia fuit indicta sacerdotib⁹ le. ver. in hebdomada vt eis suę, quando actu debebāt vacare diuinis. Ad aliud, q̄ priuat hominē vsu rationis: Esto q̄ ita sit: tñ illa priuatio est momentanea, & comitatur actum illum a deo in officium institutū: ordinat dentq; ex inclinatione naturali ad maius bonum propagationē & religiosam educationem hominis: qđ est actus religionis: vel ad redditionem debiti, qđ est act⁹ iustitię. Ad aliud indiget excusatione. Cōcedit ad bonū intellectū Nam matrimoniū a deo institutum excusatione non indiget: sed actus coniugalis: vt infra distin. xxxj. dicetur. Nec oportet ob hoc actum illū esse malū: quia excusatur per bona matrimonij. Hoc enim non est ideo: quasi actus ille coniugalis legitime prout debet celebratus sit malus: sed qa habet quandā similitudinē apparentē saltē cū actu fornicationis malo. Dicitur aūt excusari: quia est actus iustitię & actus religionis, propter trāslationem perpetuam potestatis corporum ad act⁹ cōiugales cum petuntur: vt proles bene pro dei cultu educetur. Excusatur: claret & patet esse excusatū si ita fit cum suis circunstantijs. Ad aliud, cōceditur q̄ virginitas consulitur ab apostolo. Et licet virginitas sit consilij: non tamē ex hoc sequit q̄ matrimoniū nō fuerit aliquando pręcepti. vnde simul stant pręceptum: vt ille & ille contrahat vbi alius non vult contrahere sed continere: & consiliū q̄ ille contineat: cū reperitur volens contrahere. compatiunt se ergo, nec contrariant. Cū infertur, Bonū est mulierē nō tangere: ergo malū est ipsam tangere: negat cōsequētia. Nā bonū ibi nō sumit vt contrariat malo: vel absolute: sed cōparatiue ad suum cōtrarium: qđ est tangere &c. vnde sensus. Bonum est, perfectiōis est & consilij, mulierem non tangere, sed simpliciter continere, ppter multa impedimēta q̄ actus carnalis cōmixtionis affert homini. in glos. j. Corinth. vij. Hinc beatus Hieronymus sup Matth. inquit. Tēpore quo cōiugales actus exercent, p̄sentia spūs sancti nō datur, etiā si propheta esse videat q ge nerationis officio obsequitur. xxxij. q. ij. ca. Connubia. Ad aliud, cōceditur q̄ est status imperfectionis saltem comparatiue. Et licet deficiat homine a perfectiori statu: non tamen a statu gratię quia non priuat gratia: nec proijcit hominem in malum: sed in minus perfectū statū. Et licet apostolus consulat abstinendū esse ab eo: non tamē tanq̄ a malo: sed a minus perfecto. Sic vita actiua pręcellit a vita contemplatiua, & vita cōtēplatiua optima est, secundū dictū Christi Luc. ix. cū dicitur Magdalenā optimā partem elegisse: respectu Marthæ quæ studuit vitæ actiuæ. Attamen ex hoc non sequitur vitam actiuam esse malam: sed supponit eam esse bonam: sed minus bonā q̄ sit contēplatiua. Consulit ergo apostolus abstinendū esse ab imperfectiori statu: nō a malo. Ad aliud, conceditur q̄ nō extinguit ex toto: immo secundū apostolum tribulationē carnis habēt cōtuges. Attamen satisfaciens libidini cum sua vt tali, sattiatur pro tunc ne aliam petat. Et licet non intendat prolificationem: vel debiti redditionem adhuc propter bonum coniugale, quia actus ille fit cum sua, euadit mortalē culpā & habet veniā: vt supra. Ad aliud, Nuptię cōceduntur: vt dicit Hieronymus: Respondetur supposita multiplici acceptione nominis cōcedere. distin. xv. q. xj. Nuptię conceduntur non vt malum quoddam: sed bonū a deo institutū & p̄ceptum. Cōcedunt, non p̄cipiuntur: alias studentes castitati & pudicitię peccarent. Cōceduntur: sunt bonum voluntarium secundū Magistrum: aut minus bonum: eo q̄ non sunt bona consilij nec p̄cepti. Concedunt secundum indulgentiam (vt infra) cōmixtiones cōiugales cum sua in remediū fornicationis. Nuptię conceduntur. i. actus ille conceditur qui fit p incontinentiā cū sua non causa prolis. Non itaq; nuptias sed veniā concedit apostolus secūdum actum illum qui non fit causa prolis, aut redditionis debiti. c. x. de bono cōiuga. Quibus datur venia. i. non carent peccato. ibidem. Hinc dicitur in ca. Cum apud. de sponsa. & matrimonio. Cū prohibitorij sit id edictū de matrimonio contrahendo: ergo quicunq; non prohibetur hoc edicto p̄hibitorio, admittitur. Si dicitur, hæc oīa procedunt de matrimonio vt est in officium, & vt habet circunstantiam finis, & obiecti debitam vt supra. Non aūt potest haberi talismodi honestas & iustitia: prout est in remedium vitandę incontinētię. Nō. n. pōt delectatio i actu tali poni finis act⁹: cū ecōtra delectatio sit annexa ppter opus, & nō opus ppter delectationē. Nec videt ratio naturalis hic concludere quācūq; honestatē vel iustitiā. Rñdetur: hic est iustitia & sit honestas. Cū em deus hominē sibi ipsi dereliquit & sua in quibus nō obligauit ipsum sibi: pōt homo corpus transferre in alium: vt sic eo bene vti possit cum sua, cum id facere prohibitus sit a deo cum non sua. facta enim talismodi corporū translatione, iā corpus coniugis factum est suum & cōtra. ergo potest eo vti vbi non est prohibitus tanq̄ re sua, sicut posset vti re empta & nunc sua. Et tunc act⁹ ille honestus erit propter illam iustitiā & iustā corporū permutationem. ¶ Ad dictū Magistri conceditur q̄ prima institutio habuit pręceptum: secunda indulgentiā, & nō pręceptum: quia corporum translationem deus non instituit pręceptiue in remedium: sed indulsit, sumendo indulgentiā vt infra. Saltem certificauit nos in le. no. q̄ cōcu



bitus coniugalis potest & in alium finem fieri citra culpam mortalem. s. in fornicationis vitationem. j. Corinth. vij. Ait em Apls. Propter fornicationem vnusquisq; suam vxorem habeat: & vnaquęq; suum virū. Hoc aūt secūdū indulgentiam dico, non secūdū imperiū. Q̄ intelligit ad literam proprie de commixtione in remediū. Indulgentia quid aliud est, nisi mollis & delicata p̄missio⁹ secūdū Quintilianū. vnde ait. Mollis illa educatio quā indulgentiā vocam⁹, neruos oês & mentis & corporis frangit. Nō ergo indulgere est proprie ignoscere, seu veniā dare pro culpa: sed est obsequi, & (vt ita dicatur) aliquid delicate cōcedere. Indulget ergo dominus posito contractu matrimonij ob hoīs fragilitatē q̄ corpore coniugis vt suo immo tā suo vtatur in remedium fornicatiōis. Hoc puto voluisse Simonē de Cassia lib. xv. de Christiana iustitia, cū inquit. Deo gratias q̄ spiritus sanctus fuit in lingua Apli, cum diceret, Vnusquisq; suam vxorem habeat. Nō dixit ducat. Habere suā. i. cognoscere eam carnaliter vt suam. Nam vxor ad deuitandū fornicationem non est ducenda sed habēda: ducendā vero de⁹ statuit tm̄ ppter prolem. Et Hugo de sancto Victore lib. ij. par. xj. ca. iij. allegādo Aug. inquit. Officium coniugij, hoc est carnis cōmixtionē ante peccatū: non ad remedium infirmitatis: sed ad multiplicationē prolis institutum esse: post peccatum autē idipsum ad remedium infirmitatis cōcessum esse, inquit Aug. &c. & infra. Q̄z post peccatum copula carnis in coniugio admittit, indulgentiæ magis est & compassionis, ne vitiū cōcupiscētię, qđ in humana carne post peccatū radicauit, turpius in oēm excessum p̄flueret: si nū q̄ licite excipi potuisset. cap. x. de bo. coniug. De hoc dist. xxxj. Omnino igitur inquit glos. in genere suo nuptię bonę sunt: quia etiā id qđ ad se non pertinet, ignosci facit propter se. Neq; em iste concubitus quo seruitur cōcupiscentiæ, fit vt habeatur fœtus quē postulant nuptię. Secundū hoc possunt dicta doctorum saluari, qui dicunt matrimoniū nō esse institutum in remedium: Verum est, non est præceptum: sed est indultum cū illa clausula, In fornicationis remedium, pro hoīs obsequio delicate concessum. Obligationem tamen subsequentē instituit & approbat. Est ergo secundum indulgentiā apostolicam cognoscere seu habere suam in remediū fornicationis non p lis amore: sed ducere vxorem non est secundum indulgentiam dictum: quia contractus bonus est licet quandoq; fit indebite propter alicuius circū stātię defectum. Vel si placet admittere illam: Cōtractus matrimonij qui fit pręcise in remediū fornicationis, ita q̄ illa sit finis cōtractus, est secūdū indulgentiam. Ad aliud de Gerso. cui forte addi posset illud philosophi. iij. Ethi. Insatiabilis est cōcupiscentię appetitus, & per operationem cōgruam augetur. potest dici q̄ vtiq; personę coniugales secundū rationem viuere volentes non vtuntur actu illo sicut equus & mulus quibus non est intellectus: sed secundū dictamē & ex dictamine rationis, & ex castitate coniugali, q̄ virt⁹ est: imo acquirunt habitū tēperantię circa delectabilia: ex actib⁹ frequentatis. Dictū vero Philo. pcedit de appetitu concupiscentię non regulato ratiōe. Nō ergo coniugiū datum est brutis: sed hominib⁹: quibus subesse debet appetitus: vt dominent illius Gen. iij. ¶ Tertium dubiū est contra dicta de institutione mīmonij a deo principal'r. Illud qđ efficitur per cōsensum humanum, huius principalis institutor est homo & nō deus: matrimoniū est huiusmodi: vt dicetur sequē. dist. Nec pōt dici q̄ dicēdo: Crescite & multiplicamini &c. instituerit: videtur q̄ illa verba in genere ptulerit, & ad alia animantia, volens eorūdē multiplicationē in terra. Dixit enim ea etiā die quinto ad reptilia aquę, & volatilia cęli: & dehinc ad hominem die sexto. Ad primū patuit conclusione. ij. & in dubio. j. Si quidem a deo instituente originaliter & primo facta est cōiūctio legitima maris & fœminæ. Matt. xix. Quos deus coniunxit homo non separet. instituit vero, cum sua voluntate rectissima voluit hominis naturalem multiplicationē: quā homini innotuit primū ipsum Adam spū sancto inspirante de hoc illustrādo & certiorē reddendo. Ad qđ prophetice & prænunciatiue sonuerunt eius verba cum inquit. Relinquet homo patrē & matrem, & adhęrebit vxori suę: & erunt duo in carne vna. Gen. ij. Deo vero instituente voluit Adā de suo consensu libero ducere Euam in vxorem. Et cum in matrimonio est mutua obligatio, quę oritur ex consensu libero contrahentium: tamen indissolubilitas illius mutuę obligatiōis est de lege positiua dei consone se habente ad legem naturę vt supra. Sic & alia sacramenta non obstante q̄ sunt a diuina institutione, consummant & implētur hominis intentione & voluntate, vel ex parte ministri vel suscipientis. Neganda ergo est maior quia secus est loqui de matrimonij institutione & de matrimoniali obligatione: seu etiam indissolubili & perpetua cōiunctione. Primū a solo deo instituente. Secūdū a deo & hoie intēdēte & consentiente: sine cuius intentione & consensu matrimoniū nō est: sicut necesse baptism⁹: nec cōsecratio sine intentione ministri &c. Q̄z verba illa Crescite & multiplicamini, dicta sunt etiā ad animantia bruta, cōceditur: sed longe aliter ad hominem q̄m voluerit vtriusq; multiplicationem. Et licet matrimonium sit primo & principaliter a diuina institutione, & circa ea quę deus instituit in matri-

monio,homo non possit facere mutationem:attamen quantū ad personarum cōtrahentium determinationem,ecclesia non sine causa fecit rationabilem cōstitutionem. Et quo ad illud, posset dici matrimonium partim esse ab humana institutione: Verum est quo ad materiā cōtractus,inquātum deus idipsum indeterminatum reliquit,& ecclesię suę pro loco & tempore determinandum & statuendum cōmisit. Insuper refert loqui de matrimonij,& sacramenti matrimonij institutione. Sacramentum a solo deo est.

L ¶Quartum dubium: An copula carnalis sit de integritate matrimonij. Qz sic, videtur esse beatꝰ Augustꝰ vt refert Magister dist. præsenti dicens. Non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse commixtio sexus. Ad idem Leo Papa: quem si militet refert Magister. In oppositum est coniugium Marię virginis cum Ioseph: de quo distinct. xxx. Respondetur qꝺ in matrimonio contingit inuenire gradus tres. Est enim matrimoniū initiatum: quando scilicet fit contractus per verba de futuro. & de huiusmodi integritate non est copula carnalis. Est ratum & verum matrimoniū: sed non consummatū: & hoc iterum potest esse sine commixtione, cum scilicet fit contractus per verba de præsenti. Est & consummatum, cum contractum priorem sequitur copula. Et de illo videtur locutus Augustꝰ cum inquit. Non est perfectum cōiugium sine commixtione sexuum. Perfectum inquā significatione: quia matrimonium ratum non consummatū: licet sit perfectum perfectione essentiali, non tamē est perfectum significatione, secundum Magistrum: quia non ita significat vnionem Christi cum ecclesia quæ est pꝰ naturæ conformitatem, sicut consummatū qꝺ significat vnionem Christi cum anima fideli pꝰ gratiam, & eam quæ est per naturæ conformitatem: vel sic significat vnionem Christi cum anima fideli, vnionem Christi cum ecclesia, & verbi cum humana natura. Est ergo matrimonium ratum perfectum perfectione essentiali: sed non significatiōe. Perficitur matrimonium cōmixtione carnali, non quantum ad veritatem vel sanctitatem coniugij: sed quantum ad significationem: quia perfectius vnionem Christi & ecclesiæ tunc figurat & significat. Mens beati Aug. est: mulier quæ non habuit cōmixtionem &c. non pertinet ad illud matrimonium qꝺ expressam & plenam repręsentat figurā verbi cū humana natura, vel Christi cum ecclesia in naturę cōformitate. De hoc distinctione, xxviij.

Distinct. XXVII.

# XXVII.

Post hoc aduertēdum est qꝺ sit cōiugium &c. In præcedenti dixit. Magister egit de mātimonij causa formali. In hac dist. xxvij. & tribus sequentibus agit de matrimonij causa efficiente, quę est consensus contrahentiū Et primū de consensus effectu & perfectione. Secundo de defectu & imperfectiōe. dist. xxix. Primū ostendit dist. prēsenti consensum esse matrimonij causam efficientem. In dist. xxvij. qualis debet esse consensus. In. xxix. de defectu consensus ex coactione. In. xxx. de defectu cōsensus pꝰ ueniente ex errore. Sētētia dist. huius tribus sumatur conclusionibus. ¶Prima. Matrimoniū fidelium duntaxat & consummatū, est viri mulieris q; coniunctio maritalis, inter legitimas personas individuā vitę tenens consuetudinē. ¶Secūda cōclusio. Principium effectiuū seu causa effectiua coniugij est consensus, nō quilibet: sed per verba de præsenti, non de futuro expressus vel designatus. ¶Tertia conclusio. Coniugium tūc incipit esse, cū interuenit maritalis cōsensus: licet nec p̄cesserit nec comitet carnalis amplexus. Hatū conclusionum intellectum textus aperit.

## Quæstio. I.

A Circa hanc dist. quæritur primo: dimissa notificatiōe matrimonij: de qua in dist. prędēti: Vtrum matrimonij effectiua causa sit personarum coniugalium consensus mutuus, certis verbis aut signis sensibilibus expressus vel exhibitus.

¶Quantum ad articulum primum Notandum qꝺ consensus coniugalis quandoq; dicit duntaxat actum interiorem voluntatis intus manentem absq; hoc qꝺ declaret ad extra aliquorum verborum prolatione, vel signorum sensibilium exhibitione. Alio modo dicit actum illū intus formatum, & ostensionē ad extra verbis, nutibus, aut signis. Et sic idem est consensus coniugalis, & cōsensus cōiugalis verbis aut signis sufficienter expressus. Hinc Magister consensum illū nominat pactionem cōiugalem, qui dicitur facere matrimonium. Et talis cōsensus secūdū Sco. non est aliud q̄ cōtractus matrimonij. Et est quasi nomen collectiuum: ideo dictum fuit quęstione precedenti qꝺ cōtractus matrimonialis est mutuus consensus coniugalis duarum personarū legitimarū in se inuicē &c. Seu est actus interior in sensibilis sensibilibus signis expressus. Tale sigdem vinculum coniugale, & trāslatio potestatis corporū, sine consensu partium non fit, consensu inquā libero. Libera em̄ esse debent coniugia. cap. Requisiuit. de sponsalibus. & hoc institutiōe diuina, qui instituit coniugiū esse debere liberū: & similiter illā potestatis corporū trāslationē. Gen. ij. Dictat em̄ ratio naturalis nullū debere cōpelli ad aliquod arduū & magnū & vix tolerabile, ad qꝺ nec lege naturę, nec lege diuina teneꝝ, sine cōsensu vero vel interpretatiuo. & cap. Tua nos. de sponsa. dicit. Sine cōsensu cætera nequeunt coniugale fœdus perficere. Et eo. ti. Cū locū. Matrimoniū solo consensu cōtrahitur. Ad idē. xxvij. q. ij. c. Sufficiat. Et Gen. xxiiij. de Rebecca. Vocemus puellam & q̄ramus eius voluntatem. B ¶Secundo notandum: cū consensus dicitur esse causa efficiens matrimonij, non est sensus qꝺ sit causa effectiua oīm quæ sunt de ratione matrimonij seu quæ nomen matrimoniū dicit: sed vinculi cōiugalis, non qꝺ effectiue faciat hoc vinculum: sicut causa suum effectum: sed est dispositio p̄uia ad matrimonij vinculū: sicut baptizari ad characterē, secundū Sco. Et forte posset dici causa effectiua, sicut premittę dicuntur causare conclusionem. Nam sine consensu non est matrimonium, nec verum sine vero, vt in foro conscientię, nec p̄sumptū sine p̄sumpto consensu: vt in foro ecclesię. Est em̄ consensus verus: est & interpretatiuus sine tacitus, aut præsumptus. Contingit em̄ nonnunq̄ psonas aliquas vel alterā ex eis nō velle consentire in aliū cōsensu coniugali, tametsi signo vel facto aliquo exteriori, vel vocis emissione ostendant se mutuum consensum habere, quē forte postea negant, dicētes se aīo ludendi, aut copulā carnalem non coniugalē exequendi hoc vel hoc fecisse. Et tunc cū non constat de consensu qui est substantiale in contractu, & essentiale sine quo reliqua non sufficiunt: ecclesia præsumit ex huiusmodi factis de cōsensu interiori vero & non ficto. Præsumit em̄ de meliori, & qꝺ non sint aut fuerint immemores salutis proprię. Itē tenet eas esse veraces cum non constat sufficienter de oppositō. Dictat em̄ lex naturę qꝺ quilibet pꝰ veraci & fideli habeatur: quousq; sufficienter doceatur aut constet de contrario. Sufficit aūt ecclesię & personis contrahētibus certitudo pbabilis, vt in alijs actibus humanis, de consensu personarū coniugalium. Hinc philosophus. i. Ethico. Disciplinati est intātū certitudinem inquirere secundū



vnūquodq; genus: inquantū natura rei sufficit. Definiunt quidā præsumptionē sic. Est firmatio conceptus mentis facta ex aliquibus coniecturis extrinsecus collectis. Ex illo dicto sumi potest qꝺ est matrimoniū verum, cum. s. constat de consensu. Est & matrimoniū præsumptū, cū non cōstat de consensu interiori, sed præsumit de consensu ex coniecturis quibusdam. ¶Tertio notandum Cum dicitur matrimoniū cōtrahi solo consensu intelligitur de consensu secundo modo sumpto, hoc est aliquo signo extrinsecus declarato & manifestato. Nā si loqmur de matrimonio vt est sacramentū: patet qꝺ de ratione sacramēti est q; sit signū sensibile &c. & ita non sufficit ad rationem sacramenti solus actus interior manens in voluntate, qui potest dici cōsensus: sed requiritur ex institutione diuina exhibitio signi alicuius sensibilis declarativi consensus interni coniugalis. Qz siquis loquitur de cōtractu pręcise, non habendo respectum ad sacramentum: q̄uis quo ad deū sola voluntas sufficit ad sese obligandū ei: cū tamē contractus ille est ciuilis aut conditionalis: vt do si des vel vt des, & inter duos hoies &c. ideo necessario cōcurrit aliquid qꝺ voluntatē ipsorū ad extra ostendat: & consensum obligationis aperiat. Cū ergo dicit: nihil aliud ad matrimoniū requiri a consensu, vel qꝺ solo consensu contrahat: intelligendum est: nihil aliud determinate pręter cōsensum requiritur: puta verba sola, vel solę literæ &c. sed aliquid indeterminate: qꝺ consensum ex primat. Ita tamen qꝺ illud non sit proprie causa illius obligationis: sed cōsensus signo aliquo extrinsecus expressus. Idem tenet Duran. q. i. alias contractus non obligaret si intentio non pateret. Sic intelligendum est dictum Panor. de Spōsa. cap. Tuę fraternitati. cum inquit ad substantiam matrimonij non requiri verba: sed sufficere consensum legitimū. Et cū dicitur qꝺ verba sunt necessaria quantum ad ecclesiam: quia impossibile est per naturā illum consensum claresceꝝ sine locutiōe verbali, aut signo aliquo declarativo. Nō enim homo loquitur homini sicut angelus angelo. Non autem vult qꝺ solus & nudus consensus sufficiat sine signo exteriori expressiuo cōsensus Ad substantiam em̄ matrimonij requiritur materiale qꝺ est cōsensus, & formale qꝺ est signū sensibile expressiuum cōsensus. Glos. in ca. Sufficiat. xxvij. q. ij. dicit quo ad ecclesiam: quo ad pbationem. Probatio vero consensus non restringitē ad verba, vt notum est: immo sępenumero plus statur lr̄is q̄ verbis. Nō est curę an literis aut verbis nutibus vel alias appareat. Potest enim mutꝰ contrahere & surdus: sed non sine signo exteriori consensus. ca. Cum apud. de sponsa. & qꝺ verbis nō valent, signis declarant. Sic pater sępe cō-

Universidad de Deusto
Biblioteca



trahit pro filia vel preſente vel abſente: dūmodo tamen filia ſigno aliquo conſenſum ſuū aperit & oſtendit. Sic fit contractus inter abſentes qui ſe nunq̄ viderunt: ſed non ſine expreſſione conſenſus ad extra.

C ¶ Quantum ad articulum ſecundū eſt concluſio prima. Per legitimū ac mutuum viri & mulieris conſenſum in veritate cōtrahit matrimoniū. Probat de ſponſ. ca. Tuę fraternitati. & ca. Tua nos. Ratione oſtēditur ex diſt. p̄cedenti: & ex definitione matrimonij, & contractus matrimonij. Nam ſecūdū Magiſtrum, matrimoniū eſt viri & mulieris maritalis coniunctio inter legitimas perſonas individuā vitæ conſuetudinē retinens. In hac notificatione quadruplex gen⁹ cauſę exprimitur. Formalis, cū dicitur maritalis cōiunctio. Efficiens, viri & mulieris: qui inquātum conſentiunt, ſe habent in ratione cauſę effictētis, Materialis, iter legitimas p̄ſonas. Finalis, individuā vitę conſuetudinē retinens. Vbi tangit ſecūdū Sā. Bonauē. bonū ſacramēti: qđ eſt principale bonum matrimonij. Preterea cum matrimonium ſit vinculum, ſeu vnio coniugalis perſonarū legitimarū: & ita contractus obligatorius: ad cōtractum aūt obligatoriū ſi debet eſſe ratus: neceſſe eſt interuenire conſenſum amborum & mutuū ſeſe obligantium, & poteſtatem ſui corporis in ſe cōmutantiū, & tranſferentium: nec quiſq̄ poteſt habere poteſtatem in corpus alterius ſine eius cōſenſu libero: ſed in matrimonio corpus mulieris viri eſt & ecōtra. j. Corint. vij. ergo neceſſe eſt mutuum interuenire conſenſum. Dicit notanter legitimū, quia conſenſu exiſtente ficto, & ex cōſequēti nullo, non contrahitur corā deo matrimonium cum talis conſenſus fictus non ſit conſenſus: ſicut homo pictus non eſt homo. cap. Tua nos. de ſponſ. vbi dicitur de quodam ficte conſentiente. Dolus ſolūmodo affuit, & defuit omnino cōſenſus: ſine quo cętera nequeunt perficere fœdus cōiugale. Requiritur aūt conſenſus amborum, viri & mulieris, ad cauſandū matrimoniū, & non ſufficit conſenſus vnius tm̄: quia matrimoniū claudicare nō poteſt: ideo dicitur mutuū. Et quia debet eſſe perſonarum non prohibitarum: ideo dicitur legitimatū. ¶ Secunda concluſio. Conſenſus viri & mulieris expreſſus & declaratus verbo vel ſigno ſenſibili, cauſa eſt effectiua coniugalis vinculi. Probatur ex notabili. ij. & auctoritate patrum & doct. quos Magiſter refert. Ait enim Iſidor⁹. Cōſenſus facit matrimoniū. & Chryſ. Matrimoniū nō facit coitus, ſed voluntas. Et Ambro. Non deloratio virginitatis facit coniugium: ſed pactio coniugalis. hoc eſt conſenſus, ſecūdum interpretationem Magiſtri. Dicitur in cōcluſione Expreſſus & declaratus, pro quo ſit hæc ¶ Tertia cōcluſio. Ad vere cōtrahendum matrimoniū oportet interuenire conſenſum coniugū verbis, nutibus, aut ſignis ſenſibilibus ſufficiēter expreſſum & declaratum. Patet cōcluſio ex notabili. iij. Tū inquā tum eſt ſacramentū. Sic eñ eſt ſacrę rei ſignū. Tū inquantum eſt contractus obligatorius: ſic enim neceſſe eſt interuenire tantā voluntatis expreſſionem q̄ cōiugales perſonę mutuā cognoſcāt voluntatem & corporum tranſlationem. ¶ Quarta cōcluſio. Probabile eſt dictu: cum de contractus matrimonij eſſentia non ſunt verba vocalia, ſufficere etiam in non muto, ſed loqui potēte, ſigna æquipollentia conſenſum mētalem & maritalē ſatis indicantia. Prima pars patet cap. Cū apud. de ſponſ. de ſurdo & muto: qui poſſunt contrahere: quia non ſunt prohibiti, & qđ verbis nō poſſunt ſignis valent declarare. Non poſſent autem contrahere ſi verba eſſent de ſubſtātia & eſſentia matrimonij. Conſonat Panor. in ca. Si inter virum. de ſponſa. Secūda pars. quia de æquipollētia nō refert quid fiat: dum ſaltem conſenſus ſatis indicatur. Et licet nullum aliud ſacramentū ſine verbis perficiatur: tm̄ ſpeciale eſt in hoc ſacramento matrimonij: q̄ ſine verbis vocalibus haberi p̄ōt. Cauſa eſt ordinatio diuina. Verum quomodocūq̄ parentes contrahant pro filiis, ſeu etiam extranei &c. neceſſarium eſt q̄ eorum inſinuent cōſenſum mutuum, & declarēt aliquo ſigno vel nutu. Alias non videt ſufficere ſola filiorum taciturnitas. Ita habet Angelus in verb. Matrimoniū. ij. §. iiij. &. v. Dicit in cōcluſione ſecūda: cauſa eſt effectiua cōiugalis vinculi. Nam ſicut de baptiſmo contingit dupliciter loqui: Vno modo vt nedum dicat illam ablutionem exteriorem: ſed etiā characteris impreſſionē: Alio modo vt dicit ſolū characteris impreſſionē: ita pariformiter in matrimonio quandoq̄ attenditur ſolum vinculum coniugale, ſeu vnio coniugalis: quandoq̄ illud vinculum: & cum hoc ſignum extriſecū ſenſibile declaratiuum conſenſus coniugalis. Primo modo ſumendo nomen matrimoniū. ſ. p̄ vinculo cōiugali ſolum, conſenſus efficit matrimoniū, & cauſat vinculum illud: non aūt ſecundo modo: ſic enim matrimoniū eſt conſenſus &c. vt ſupra. Et idem non eſt cauſa efficiens ſuiipſius, qđ tm̄ eſſet ſi conſenſus poneretur cauſa effectiua matrimonij hoc modo accepti. Propter qđ in concluſione dicitur q̄ eſt cauſa effectiua cōiugalis vinculi, qđ nōnūq̄ nominatur matrimonium. ¶ Quinta concluſio. D Ad contractum matrimonij requiritur cōſenſus verbo de præſenti. de ſponſ. & matrimonijs. cap. Si inter virum. Probatur. Nam in matrimonio fit tranſlatio & datio poteſtatis corporum: qui autem promittit de futuro ſe daturum corpus ſuū tam non dat nec trāſfert ipſum in alium, ſed ſpōdet ſe id facturum. ¶ Sexta cōcluſio. Sicuti ſine conſenſu vero non poteſt eſſe verum matrimonium in foro conſcientiæ: ita nec ſine cōſenſu p̄ſumpto, poteſt eſſe p̄ſumptū matrimoniū in foro eccleſiæ. Patet: quia nō datur ratio diuerſitatis. Q̄ autem cōſenſus præſumptus inducat matrimoniū in foro eccleſiæ, habetur in cap. Tua nos. de ſponſa. & matri. Sic dicit Magiſter in litera. Si vir & mulier verbis explicant qđ corde non volunt, ſi nō ſit ibi coactio vel dolus, obligatio illa verborū quibus conſentiunt dicentes, Accipio te in virum, & ego te in vxorem, matrimoniū facit. Q̄ đ veritatē habet ſecūdū præſumptionem, quantum ad iudiciū eccleſiæ, quæ de meliori præſumens p̄ſumit conſenſum interiorem indicatum fuiſſe p̄ illa verba: nata huiuſmodi ſignificare ad extra: & ita q̄ fuerit ibi verus conſenſus: ex cōſequenti verū matrimoniū. Iudicat enim eccleſia ſecundū allegata & deducta. In foro vero deo ſtatur confeſſioni vnius pro ſe & contra ſe.

E ¶ Quantum ad articulum tertium eſt primū dubium. Multiplicata cauſa multiplicatur & effectus: ſed duorum coniugum ſunt duo conſenſus. Si ergo conſenſus eſt cauſa vinculi illius, & ille eſt alius & alius in vtroq; coniuge: ergo aliud & aliud erit coniugale vinculum: & ita conſenſus vnus coniugū facit duo matrimonia. Maior patet: quia non eſt minor vnitas in principijs q̄ in principiatis: vt patet in lib. de cauſis. Preterea ſi oppoſitum non eſt cauſa oppoſiti: nec propoſitū eſt cauſa propoſiti. vt patet in lib. Topicorū. Sed diſſenſus cōiugum non deſtruit matrimonium iam contractū: igitur nec conſenſus efficit ipſum nōdū factum. ¶ Ad primū dicit: Maior nō eſt vniuerſaliter vera. Plures cū poſſunt eandem nauem trahere: & eandē domū conſtruere: qui dici poſſunt vna cauſa totalis vnitate integritatis: licet plures partiales. Sic & conſenſus in propoſito vnus dicit effectiue & vnitate integritatis: quia vnam facit vnionem & vnum vinculum. Et eſto q̄ in quolibet coniugum ſit alius conſenſus numero: tamen ad idem tendunt: & idem efficiūt. ſ. vnionem coniugalem. dicūtur ergo vnus cauſatiue. Ad auctorem de cauſis dicendum. Non negat eundem effectū poſſe p̄duci a duabus cauſis partialibus: Nam ſecūdū Philoſophū, Hō generat hoiem & ſol: Sed vult dicere ſecūdū aliquos q̄ cauſa per ſe ſufficiens ad cauſandum aliquem effectum, non eſt minus ſimplex nec magis variabilis ſuo effectu. Nec ex hoc poteſt inferri q̄ matrimoniū ſit variabile, & p̄ cōſequens nō indiſſolubile: cū cōſenſus q̄ eſt cauſa matrimonij eſt variabilis. Nā licet cōſenſus dicat cauſa matrimonij tm̄ nō eſt cauſa totalis: nec ſufficeret ſine inſtitutione diuina q̄ matrimoniū inſtituit: & illam obligationē ęē p̄petuā p̄cepit. Cū ergo dicit cauſam nō eſſe magis variabilē ſuo effectu: intelligit de cauſa p̄ ſe & ſufficiēte ac totali. Ad aliud, maior nō eſt vera, niſi loquendo de tali p̄poſito qđ eſt cauſa p̄poſiti nō ſolū effectiua: ſed etiā cōſeruatiua. Q̄uis cū ſeparatio ſigilli a cęra cui impreſſum fuit, non ſit cauſa deſtructiua figurę impreſſæ & derelictę in cęra ſublato iā ſigillo ſiue cauterio aliquo: tamen ex hoc non poteſt inferri q̄ cōiūctio & appreſſio ſigilli ſiue cauterij ad cęrā vel rē aliā nō ſit cauſa effectiua formę illius. Et ratio illi⁹ eſt quia licet applicatio ſigilli ſit cauſa effectiua imaginis impreſſę, nō tm̄ eſt cauſa deſtructiua remota iam a ſigillo: & ita non eſt cauſa conſeruatiua. Nūc aūt ſecundū Durā. q. j. & Palu. ita eſt q̄ licet cōſenſus ſit cauſa effectiua poſita diuina inſtitutione: tm̄ non eſt cauſa conſeruatiua: ſed cauſa cōſeruatiua eſt diuina inſtitutio, & voluntas dei. Iſta autē conſeruatiua cauſa p̄ nullā creaturā p̄ōt mutari. Nō ergo ſequit, diſſenſus coniugū non deſtruit matrimoniū: ergo cōſenſus nō facit mātrimoniū ex illa topica. Fallit eñ vt tactū eſt: niſi id p̄poſitū qđ eſt cauſa p̄poſiti, ſit etiā cauſa cōſeruatiua illius cuius eſt cauſa effectiua. ¶ Secūdū dubium. F An in iſtis ſignis aliis a verbis, vel exhibitis aliis q̄ a contrahētib⁹ etiam ſaluet ratio ſacramēti: ac ſi ipſi cōtrahētes hmōi verba p̄tuliſſent, aut ſigna exhibuiſſent. Poſſunt eñ ſecūdū p̄dicta p̄ filijs parētes contrahere: q̄nq̄ annuli porrectione vel ſubtratiōe ſecūdū cōſuetudinē loci & patrię. Et forte poſſet dubiū ſic formari. Cū de⁹ ſacramētū matrimonij inſtituit: & ſacramētū eſt ſignū ſenſibile: an illud ſignū ſit determinatū ex inſtitutione diuina: ita q̄ ſine eo nō fiat cōtract⁹ mātimonialis & ſacramētalis ad quē gra cōferat. Si eñ determinauit aliqua verba exprimētia cōſenſum & cōtractū: vel illa ſunt determinata & p̄ciſa: ita q̄ ſine eis nō fit cōtract⁹: vel nō ſunt determīata: ſed ſufficit q̄ cōſenſum illū exprimāt. Si primū, quęrit quę ſunt illa: & tūc ſequit mutos nō poſſe cōtrahere: cui⁹ oppoſitū habet in ca. Cū apud. de ſpōſ. & mātimonijs. Sequit etiā q̄ ſępe fit cōtract⁹ ſine ſacramēto, cū illa verba neſciunt, & diuerſis diuerſis cōtrahūt verbis. Sed forte diceret ante legē euāgelicā fuiſſe mātimoniū ſine ſacramēto. Si ſecundū: vel ergo ſunt tm̄ verba exprimētia cōſenſum q̄cunq̄ ſint illa, & adhuc ſtat argumentū de muto cōtra ca. allegatū. Si aūt determinatio illius ſigni nō tm̄ eſt ad verba cōſēſum exprimētia: ſed etiā ad alia q̄cūq̄ ſint illa: videt poſſe dici q̄ illa determinatio ſigni ſacramentalis pro loco & tempore dependet ex voluntate humana. Placet eñ deo gratiam conferre ad huiuſmodi contractum ſic

celebratum q̄ coniuges signi alicuius exhibitione possunt mutuum consensum ac corporū trāslationem intelligere. & tunc signum id quo homines sic vtuntur pro eorum beneplacito ex approbatione & institutione dei est sacramentum. Nec est inconueniēs plures formas partiales esse vnū sacramentum: exemplum de vnctione extrema. Itē de sacramēto eucharistię panis & vini. Et istū videtur esse probabilius: & ita habet cōmunis ecclesię ritus: & ex consequenti dicetur q̄ in quolibet contractu pro lege euāgelica comitatur sacramentum. Per hoc satis patet ad primam partem dubij. Sic etiā videtur sentire Scotus dist. xxvj. ¶ Sed in oppositū q̄ non requiratur aliquod signum extrinsecum posset argui. Ad peccatum sufficit consensus interior peccantis: ergo & hic. Præterea quid est aliud matrimoniū: nisi votum quoddam perpetue obligatorium duarum personarum adinuicem? Sed ad votum sufficit interior voluntas obligandi sine signo exteriori: ergo etiam ad mātimoniū sufficit interior cōsensus. Pro quo videtur facere ca. Tuę fraternitati. vbi dicit. Matrimonium in veritate contrahitur per legitimū viri & mulieris cōsensum: sed necessaria sunt quantum ad ecclesiam verba consensum exprimentia de p̄senti. ergo videtur q̄ de necessitate matrimonij sit & sufficiat legitimus consensus: & ita non requiritur signum extrinsecus. Præterea de sponsa. impuberū. li. vj. §. Porro. sic dicit. Porro ex sponsalibus quæ parentes pro filijs puberibus vel impuberibus plerūq; contrahūt, ipsi filij si expresse vel tacite cōsenserint: vt si p̄sentes fuerit, nec cōtradixerint, obligant. ergo videt sufficere cōsensus tacit⁹ sine signo exteriori ad cōtractū spōsalium, & similiter matrimonij. ¶ Ad primū dicēdum. Secus est de peccato personali & de cōtractu mātimoniali. Ratio diuersitatis est ex natura rei & volūtate diuina pariter & lege naturę. Peccatum enim ab vno solo homine plene potest cōmitti. Obligatio vero matrimonialis quę est reciproca & conditionalis datio corporum, & obligatio, nō nisi inter duos consentientes fieri potest. Et cum consensus intus maneat, nec possit videri, necesse est q̄ ad extra signo sensibili manifestetur. Alias enim non constat humanitus de alterius consensu. Item matrimoniū est sacramentum, & sacramentum est signū sensibile. ergo &c. Ad aliud de voto dicendum. Voto quis astringitur soli deo & sanctis suis. Deus autem intuetur cor: & sancti in verbo quæ videre volūt vident. igitur non est opus signo expressiuo consensus hominis. Loquitur enim deo hominis voluntas vt dicitur in coll. Item institutio diuina est ad hoc q̄ matrimonialis obligatio signo cognoscatur. Ad ca. Tuę fraternitati. supra patuit notabili. iij.

Legitimus enim consensus est qui declaratus est ad extra signo sensibili. Ad probandum vero eū dem consensum corā ecclesia: necesse est habere verba ad hoc instituta. Nam secundum philosophum, ea quę sunt in voce, sunt earū quę sunt in anima passionū notę. Sufficiunt tamen & alia signa æquipollentia probantia consensum interuenire vel interuenisse. Sic & mutui licet cōtrahāt nutibus aut alijs signis: necesse tamen est q̄ consensum suum indicent & declarent. cap. Cum apud. de sponsa. & matri. Ad illud de li. vj. claret quid dicendum. Ex verbis enim sequentibus requiritur q̄ filij huiusmodi contractum postea ratificēt si absentes fuerunt vel ignorantes: alias non tenet. Sic simili modo dicendum esset de taciturnitate puellę, quæ non reclamans censetur cōsentire, saltem vbi ius disponit q̄ reclamare deberet. Vnde cum patienter fert iuxta se omnia fieri ad matrimoniū necessaria & fieri solita, & nō reclamat, p̄sumitur cōsentire. Palu. q. ij. ar. iij. Faciunt ad idē dicta in notabili tertio. ¶ Tertium dubium contra quintam conclusionem dicentem q̄ consensus de futuro non facit matrimoniū, sicut de p̄senti. Sicut se habet expressio de p̄senti ad p̄sens matrimonium, sic se habet expressio de futuro ad futurum matrimoniū. Sed expressio cōsensus per verba de p̄senti, est causa p̄sentis matrimonij. ergo etiam cōsensus per verba de futuro est causa futuri matrimonij. Et ita videt q̄ nedū consensus de p̄senti: sed & de futuro sit causa matrimonij, puta futuri: qđ videt eē cōtrarium conclusioni. Dicendum q̄ argumētū laborat in æquiuocis. Et cū dicitur in maiore: Sicut se habet expressio de p̄senti: Expressio de futuro sumitur dupliciter: quandoq; vt dicit cōtractum stipulationis futurarum nuptiarū: siue expressionē futurā: quæ. s. in futuro fiet, & modo nō est in re. Et sic maior posset cōcedi cū cōclusione: quia sicut expressio p̄sens quę nūc est causat matrimonū cuius est consensus: sic exp̄ssio futura. Exp̄ssio cōsensus q̄ erit cras & modo nō est: tunc cum ponet in esse erit causa illius matrimonij: cui⁹ tūc erit cōsensus actualis, & de p̄senti: cū exprimet q̄ certo tēpore p̄ verba de p̄senti. Alio modo sumit̄ ly expressio de futuro p̄ expressione cōsensus p verbū futuri tēporis: vt accipiā te &c. cum. s. quis spōdet, aut dicit se sumpturū p̄ tēpore futuro cōsugē: & sic maior est falsa: qa exp̄ssio q̄ sic est futura: futuri tēporis, & spōsio p verba de futuro: nunq̄ est cōtuncta p̄senti cōsensui. igit nunq̄ erit causa matrimonij. Talis em̄ dicit se q̄nq; consensum daturum ad futuras nuptias: sed non modo: & ita pro nunc nihil fit. Et sic accipitur expressio de futuro in proposito & in conclusione quinta: ideo secundum hoc venit maior neganda.



H ¶ Quartum dubium quęrit de verbis indicantibus vel significantibus consensum. Pro quo notandum secundum mētem doctorum, q̄ verborum quæ indicant consensum, quędam sic se habent q̄ de sui natura, & secundum significationē eorum cōmunem, ac cōmunem hominum intelligentiam, aut iuris dispositionem indicāt & significant consensum partium contrahentium. Et talia sunt vt in plurimū, Accipio te in meū, vel in meam: siue adiungatur virum: vel vxorem: siue nō. Talia enim quia significant totum effectum cōtractus, & potestatis corporum trāslationem, cum proferuntur a personis solutis aut contrahere non prohibitis hinc & hinc, videntur sufficere ad eliciendum consensum mutuū: & ad certificādum hinc & hinc contrahere volentes more humano de contractu mutuo: immo verba illa inferunt vt causa suum effectum, cum vere proferūtur: ergo tu es vxor mea, coniunx meus &c. Sequitur autem bene: Ioānes accepit Bertam in suam: ergo est vxor eius. Nec potest aut debet altera personarum contrahentium credere de alia q̄ non consenserit in se prolatis huiusmodi verbis licet forte dicat se non consensisse in animo. Et ratio est: quia mulier (gratia exempli) ex hoc dicto ita certior reddita est de consensu alterius, sicut certior reddi potest humano more in hac materia. Et qua ratione vellet dubitare de illo, eadem de quolibet alio, & ita nulla eēt certitudo de consensu dato citra diuinam reuelationem. Alia sunt verba prædictis æquipollentia etiam tempore præsentis: vt si dicat: Teneo aut habeo te seu reputo te pro vxore, aut viro, & ita de similibus: aut cum dicitur, Teneo habeo aut reputo exnūc te coniugē virum aut vxorem meam. Et cum nihil refert quid ex æquipollētib⁹ fiat: videtur secundum Palu. illa verba sufficere sicut priora: dum hinc & hinc a mare & fœmina proferūtur. Ratio: quia verba ista sunt talia, q̄ non possunt verificari de præsenti: nisi sit matrimonium de præsenti: igitur videntur sufficere. Siquidem de iure vel facto non stat antecedens esse verum sine cōsequēti: vt cum dico, Teneo te exnunc vel pronunc vxorem meam: illa nō est vera de facto vel de tuere vel p̄sumptiue: nisi & illa sit vera, tu es vxor mea. Sic, habeo te pro vxore, vera esse non pōt de p̄senti, nisi & illa sit vera, tu es vxor mea. Facit ad hoc ca. Ex parte. de sponsalibus. Quomodo enim potest aliquis vere pro cōiuge aut teneri aut reputari: nisi sit talis aut reputet talis in animo alterius sic loquētis. Et ita verba illa includūt consensum de p̄senti, vel necessario inferunt de iure vel de facto, vere vel p̄sumptiue. Exēplum extra propositum. Teneo hāc rem meam: est mea. Sic similiter si dicatur: prouideo tibi ex nunc tanq̄ vxori meę, infert, vel includit consensum de p̄senti: ergo tu es mihi vxor. Vel ponatur ad personam tertiam: ille prouidet a. exnunc tanq̄ vxori, ergo est ei vxor, vel p̄sumitur ei esse vxor. Sic etiam secundum Palu. dicendum videtur de locutionibus futuri temporis includēt̄ib⁹ ex ꝓpria significatiōe siue manifesta restrictione p̄sens tempus: vt si dicitur: reputabo, habebo, tenebo te, nunc vel deinceps & de cætero, sicut vxorem: Prouidebo tibi exnūc sicut vxori. Quis enim locutiones illę sint futuri tēporis, implicant tamen & includunt p̄sens tempus: immo totum tempus sequens, incipiēdo a nūc præsenti. Præterea secundum prædicta sic haberi p vxore, includit, immo secūdum naturam p̄gexigit esse vxorem. Nam vere nemo potest haberi pro vxore nisi sit vxor. Ergo secūdum doct. locutiones illę totales sic restrictæ indicant consensum p̄sentem: & ita faciunt matrimonium: nec possunt vere de aliquo dici de iure, vel de facto: quin inferri possit hunc de quo verificantur, esse coniugem. Nec est simile si diceret: Accipiam te; quia esse vxorem non p̄cedit accipere in vxorem: sed sequitur sicut effectus causam. Hic autē esse vxorem præcedit haberi pro vxore. Et ergo in locutionibus prædictis includitur consensus p̄sens naturaliter prior ad sic haberi pro vxore: immo sicut causa illius habitionis. Si vero nude proferuntur illę locutiones sine cōtractione ex p̄ssa ad tempus p̄sens: sic faciunt solum spōsalia: quia sic non includunt p̄sens nec consensum de p̄senti. Non enim sequitur, habebo, tenebo, reputabo te pro vxore: ergo es mihi vxor sed eris cum accepero te, aut consensum ad hoc p̄stitero. Alia sunt verba de quibus dubium est cum proferuntur an significent cōsensum de p̄senti, vel de futuro, vel neutrum. Exēpli gratia: Promitto tibi te habere vxorem. Non mutabo te pro meliore. Non habebo alteram p̄ter te in vxorem. non volo aliam nisi te. Promitto te tenere aut habere p̄ vxore: donec terra operiat mihi oculos: seu donec terra ponetur super oculos meos. Et ita de similibus. Hoc potest ostendi de multis q̄ sint vere dubia: secundum doct. in cap. Ex literis. de sponsa. Possunt enim intelligi ab aliquo sic q̄ exprimant sensum coniugalem & de p̄senti. Nam mēs illius locutionis potest esse, donec terra ponatur mihi a quocunq; siue quomodocūq; id fiat etiam in vita super oculos. Cum ergo talis procurat sibi superponi terram, iam cōditio est purificata: & iam illa non est ei vxor: nec consentit in eam vt in vxorem: nec consensit tempore præterito in eam vt coniugem. Secundo potest sic intelligi: vt sit sensus donec moriar & sepeliar, & tunc significatiua &

Universidad de Deusto
Biblioteca



indicatiua consensus matrimonialis in illam saltem præsumptiue quousq; viuat. Sic de similib⁹ figmẽtis pariformiter potest distingui. De illa vero: nõ volo aliam nisi te, q; sit dubia patet. Potest enim ille sensus esse affirmatiu⁹. Ego volo te habere in vxorem: & nullam aliam nisi te. Et tũc cũ totum qđ dicit est temporis præsentis, significat consensum p̃sentẽ, & facit matrimonium secundũ plures doct. & Panor. in ca. Ex literis. de spõs. Potest & alius esse sensus. Non volo aliam nisi te non volo aliam ducere in vxorem nisi te. & sic indicant tempus & consensum futurum. Sic (inqt Palu. q. j. ar. j.) differũt illę duę: p̃mitto tibi q; nõ ducam aliam a te: & q; non ducam aliam nisi te. Nam prima potest habere sensum mere negatiuum & non affirmatiuũ. Potest enim habere mẽtem q; velit continere, & ita nullam ducere. Locutiones autem mere negatiuę non inducunt sponsalia nec matrimonium, quia nihil ponunt, & hoc in foro conscientię, & stat q; ille noluit se ad affirmatiuã obligare. ar. ij. q. j. Alia vero potest habere sensum affirmatiuum: ita q; ly nisi aliquid ponat: vt cum dicitur oms homo dormit, nisi Sortes, qui scilicet vigilat: & sic inducit matrimoniũ vel sponsalia, ad quod requiruntur verba affirmatiua, & non sufficiunt negatiua cæteris paribus. Sic secundum eundem cum dicitur: Volo te habere vxorem meam: quia totum est temporis p̃sentis: videtur facere matrimonium. Si vero dicat: Volo te accipere in vxorẽ, vel ducere in vxorem: nonest vxor secundum aliquos, quousq; p alia verba ducatur. Si dicat imperatiue, Esto vir meus: sicut dicitur Esa. iiij. Esto princeps noster: videtur locutio esse temporis futuri in effectu: sicut solet dici Esto mihi hęres. Esto mihi soci⁹ in via illa. Hoc autẽ non verificatur nisi de futuro. Hoc totum in foro iudiciali procedit cum p̃sumptio est de consensu præuio. Insuper q; & illa sit dubia, promitto habere te in vxorem, patet. Potest enim esse sensus, id est p̃mitto te ducere vxorem, vel promitto q; volo te mihi despõsare. Verbũ enim promitto videtur includere actũ futurum super quem cadit promissio. qđ enim quis de facto facit: non promittit se facturum. & sic sonant illa verba de consensu in futurum. Possent etiam sonare in præsens: vt sic: assero & cõfirmo te nũc habere & tenere in vxorem meam: secundum intellectum aliquorum. Verum Panor. in cap. Quẽ admodum. de iureiu. dicit q; per illam locutionẽ promitto q; habebo te pro legitima vxore, contrahitur matrimonium de præsenti. Allegat ca. j. de sponsa. Et facit q; in actibus pendentibus a mera dispositione disponentis, parua sunt: volo q; is sit talis: & q; habeatur pro tali. Sic idem est dicere. Volo q; sis vxor mea: & q; habearis p̃ tali. Sed videat quomodo per hoc illa: promitto tibi q; tenebo te pro vxore, sit illis synonyma. Sic de illa: nõ mutabo te pro meliore: similiter dicendũ. potest enim esse sensus de futuro: contraham tecum prę quacunq; alia: vel de præsenti: idest ex nunc te habeo vxorem præ omnibus alijs electã Sic de illa, Nõ habebo aliam præter te: sicut de illa prædicta: Non volo aliam aut ducam aliam nisi te &c. Ita referunt doct. iuris propositiões illas diuersos habere sensus. Hinc veniunt distinguendæ. Illa autem distinctio locum habet in foro iudiciali, non pœnitentiali. In pœnitentiali enim foro creditur parti pro se & contra se: & iudicat matrimonium secundum intentionem quã dicit se habuisse, si saltem adhuc habet ei⁹ reminiscẽtiã. sinautem, iudicatur secundum prædicta. Notat hic Palu. ex quo secũdum Hila. non sermoni res sed rei sermo subiectus est: & intelligentia dictoꝝ ex causis dicendi venit assumenda: si dubitatur in huiusmodi dubijs locutionibus: an faciãt spõsalia tm̃ vel matrimoniũ: videndũ est de quo agebat: & si de spõsalibus cõtrahendis & non de matrimonio, statim p̃sumi potest q; per verba illa voluerunt contrahere sponsalia & non matrimonium. Si vero de matrimonio actũ fuit: indicant consensum matrimonialem. Si autem dubitatur de quo actum sit: & nescitur an de sponsalib⁹ vel de matrimonio: tunc in generali facienda esse videtur interpretatio contra illum qui legem apertius potuit declarare. ff. de pac. l. ij. vt si dicat voluisse se tm̃ contrahere sponsalia: & alius oppositum loquatur & de matrimonio: tunc illi stãdum est qui de matrimonio dixit: & econuerso hoc dẽpto. Si ille qui primo respondet ad interrogata respondet per verba certa de quibus satis constare potest an faciant pro matrimonio vel sponsalibus: tunc verba sequẽtia secundum intellectum illorum debent intelligi. Hęc ille. Sic & illa posset esse dubia. Promitto tibi q; retinebo te perpetuo mecum. cum enim vtraq; partium sic loqtur: qđ etiam in prioribus locutionibus reciproce intelligendum est: non videtur esse matrimonium nisi exprimatur q; vult eam retinere in vxorem. Alii qui tamen volunt q; sit matrimonium de iure canonico. Cum enim constat de mente, non est curandum de verbis quæ sint in foro conscientiæ, & quo ad deũ. Et præsumi potest q; ambo intenderint hunc sermonẽ de retẽtione coniugali. Sic vt refert Angelus in ver. Matrimoniũ. ij. §. xij. cũ dicitur: Promitto tibi q; habebo te pro legitima vxore: & alter sibi suo modo rñdet: est matrimonium propter inclusionẽ ly de cætero: vel hoc tẽpore, secũdum Hostiẽ. & Gof. Præterea & illa locutio apud aliquos dicitur esse dubia: licet oppositũ habere videat cõis obseruantia: cũ dicit, vis



habere talem pro vxore vel viro? & ille vel illa respõdet, placet. Vnde notant sicut refert Angelus vbi supra. §. viij. q; verbum placet & verbũ volo denotant tempus præsens: verbum autem infiniti modi nullum tempus perfecte denotat, sed determinabitur secundum verba præcedentia, vel sequentia ad præsens aut futurũ. Vnde si verbo volo vel placet addatur verbum infinitiuum denotans actum qui non dependet ex sola libera volũtate proferentis, nõ inducitur dispositio de p̃senti: sed de futuro: vt cũ dicit placet vel volo ascendere arborem: non sequitur, ergo ascendo: sed ascendã, futuritiue. Si vero verbũ infinitiuũ significat actum qui procedit a sola voluntate proferentis libere, distinguendum est. Si enim denotat principium actus, nõ inducitur dispositio de præsenti. Exemplum: volo tecum cõtrahere: volo te despõsare. & sic non erit matrimoniũ secũdum eundem. Si vero denotat executionem act⁹ sic inducitur dispositio de p̃senti. Exemplum: volo te habere in vxorem: placet mihi te recipere in vxorem, vel tenere pro vxore. & sic erit matrimonium. Hæc ille. Videtur alludere Præpos. super. iiij. Decretalium. de spons. & matri. cap. Ex literis. Nisi cõmunis interpretatio, vel vsus aliud haberet. His enim standum esset secundum eum.

¶ Circa nũc dicta breuiter notãdũ: q; anteq; altera pars mentẽ suã sufficienter declaret, nõ licet alteri alibi contrahere. Nam si vna partium est certa de suo proprio consensu, & habet equilibre dubium de consensu alterius, contrahendo alibi exponit se adulterij periculo. Si altera pars mox alibi contraxit, ante declarationem istam nõ licet ei exigere: tenetur reddere. Exigere enim est sui iuris: alteri reddere. Posita vero declaratiõe: poterit & reddere fortassis. ¶ Quintum dubium est de signis alijs a locutionibus aut verbis, quomodo cognoscantur quando exprimant consensum. Dicendum. In foro animę semper recurrendum est ad intentionem. Si nescitur de intentione, videndum est quæ locutiones aut verba talis modi exhibita signa præcesserint ab vno vel altero eorum prolata: & sic determinabitur de signis secũdum verba. Exẽplũ. Si a, dicit accipio te in meũ & si placet tibi da mihi osculum, aut sume a me potum, vel annue capite &c. & sic erit matrimonium, alio signum acceptante vel ei satisfaciente. Si vero locutionis verba præcedentia denotant solũ consensum de futuro, sic & signa. Q; si nulla præcesserũt verba: sed solum exhibẽtur signa, iterum videndum vt supra: donec habeatur intẽtio. nam vt dicitur in cap. Cum apud. de sponsa. de muto & surdo: Q đ verbis nõ valẽt, signis declarare possunt. Et sic limitari oportet dictũ Angeli vbi supra. §. vij. cum dicit, de signis loquens,

Si nulla præcesserunt verba, scilicet declarantia consensum, sic nõ iudicabo pro matrimonio &c.

## Quęstio. II.

SEcundo quæritur de sponsalibus, quæ cõmuniter matrimonio præmittunt: Vtrũ spõsalia sint cõtractus mãtimonij veluti ps ei⁹ aut dispositio p̃uia necessario præmittenda, ac a sponsis post contractum habitum indissolubiliter obseruanda. Solito more triplici quæstio absoluetur partitione.

¶ Quantum ad articulum primum est notandũ. Sponsalia sic solent notificari. Promissio seu sponsio futurarũ nuptiarũ. Secũdum Hostien. sunt mentio & repromissio futurarũ nuptiarũ. Vnde. xxx. q. v. c. Nostrates. dicit. Fœdera sponsalia futurarũ nuptiarũ sunt p̃missio. Idẽ ergo est dicere sponsalia, & fœdera sponsalia. Dicuntur autem sponsalia, quia volentes primores matrimonio copulari inuicẽ sibi primo spõdebãt & p̃mittebãt vtriusq; accedente cõsensu. Non. u. possunt vel matrimoniũ vel sponsalia claudicare: sed requiritur cõsensus partium. Hinc dicitur vbi supra. q. v. Fœdera quoq; cõsensu eorum q; hoc contrahunt & horum in quorum potestate sunt, celebrant. Hinc spõsus quasi promissus, & spõsa quasi promissa dicitur. Sed post cõtractũ matrimonij adimpleta est promissio: vnde deinceps non dicuntur proprie sponsus & spõsa: sed maritus & vxor: etiam ante carnalem copulam. Hinc secundũ Panor. quando agitur de odio, appellatione maritatę non venit spõsa: secus si ageretur de fauore. Sic Lu. ij. dicit de Ioseph q; ascẽdit cum Maria desponsata sibi vxore pręgnante in Bethleem. Inuenitur tamen q; & matrimonio copulati ante carnalem copulam dicuntur sponsa & sponsus, ad debiti redditionem cum id exigitur obligata, vel obligatus: cum deinceps secũdum apostolum corporis sui potestatem non habeat. Sic possunt intelligi iura quæ huiusmodi matrimonia contracta de præsenti appellãt sponsalia: vt in ca. penult. de spon. & matri. Hinc secũdum subiectam materiam, quandoq; appellatione matrimonij veniunt solum sponsalia de futuro, siue matrimonium initiatum, quandoq; ratũ & contractum de præsenti, quandoq; carnali copula cõsummatũ. ¶ Secundo supponitur ex distinct. xvj. quæst. j. multiplex acceptio nominis pars. Id enim quandoq; dicitur alterius pars qđ habet ordinem, vel adiunctionem ad ipsum, seu qđ facit aliquo mõ ad alterius aggregatiuã vnita

Universidad de Deusto
Biblioteca



tē, licet non sit eius pars essentialis vel integralis.
¶ Tertio supponitur q̄ sponsalium aliqua sunt nuda & simpliciter dicta, cum scilicet sponsus & sponsa nude & simpliciter sibi promittūt adinuicem q̄ velint matrimonio copulari. Aliqua sunt firmata per annuli subarrationē, aut per dationē arrarum, aut pignorum loco arrarum. Aliud etiā esse videtur desponsatio: aliud subarratio. Nam desponsatio fit pactione spōsalium. Subarratio vero fit sponsalitia datione. Sic legitur de sancta Agnete. Annulo suo subarrauit me &c. Fit ergo subarratio interuenientibus donis & muneribus secundum morē patriæ, & quādoq̄ cū fidei desponsatione seu iureiurando.

B ¶ Quantum ad articulum secundū est hæc conclusio prima. Spōsalia nec sunt pars essentialis nec integralis contractus matrimonij: sed veluti spōsio aut dispositio p̄uia: non necessario, sed nōnunq̄ ex partium contrahere volentū beneplacito, ipsi matrimonio rite & congrue p̄mittenda. Prima pars patet ex dist. p̄cedenti notabili. j. Nam contractus matrimonij est actus interior sensibilibus signis expressus: & ita est qualitas simplex in anima non potens habere partes alterius rationis siue essentiales siue integrales: vt supra dist. xvj. q. j. de partibus pœnitentiæ. Secūda pars, q̄ sit dispositio, aut p̄cuia spōsio, patet ex notabili primo, & auctoritate Magistri i textu dicentis q̄ sunt quędā nuptialia pacta de futuro ex quibus sponsi & spōsę vocant: nec exinde cōiuges sunt. Tertia pars: quia cōtractus matrimonij potest fieri & sępe fit per verba de p̄senti sine omni pactione p̄cuia. & ita non necessario p̄cedunt: sed de congruo: vt secundū Aug. iam pactę sponsę nō statim tradātur, ne vilē habeat maritus datā quā suspirauit sponsus dilatā. ¶ Secūda conclusio. Pactio coniugalis de futuro, desponsatio vel spōsalia rite nominata, potest dici aliquis contractus matrimonialis pars aggregatiua. Patet conclusio. nam accipiēdo contractum matrimonialē aggregatiue pro oīnibus illis quę possunt aut nōnunq̄ solent in ratione pactionis aut dispositionis p̄cuię cōcurrere ad matrimonium perfectum, seu p̄mitti contractui matrimoniali: sic desponsatio potest dici pars aggregatiua. Est enim sępenumero quoddā p̄cuiū ad cōtractum matrimonialē. Et cum omnia quæ sic sunt de integritate aggregatiua alicuius, possunt dici eius pars aggregatiua. igitur.
C ¶ Tertia conclusio Peccant qui post sponsalia a promisso etiam non fulcito iuramento resiliunt & recedunt sine rationabili causa. Probat auctoritate beati Tho. q̄st. ij. ar. j. Hostieñ. de sponsa. Palu. quęst. j. art. ij. Panor. in cap. Ex literis. ij. Angeli in verbo sponsalia. §. xxj. Antoni. parte. iij. ti. j. ca. xviij. Qui omnes dicūt talem vel tales peccare mortaliter. Pro quo facit cap. Ex literis. qđ disponit q̄ talis monitus, & monitis non obtemperās, per censuram ecclesiasticam compellendus est vt satisfaciat promissionī. Excōmunicatio vero non nisi pro mortali infligenda est. xj. q. iij. ca. Nemo episcoporum. Et licet desponsata alteri nubere nō prohibeatur lege ciuili. C. de spon. l. j. prohibetur tamen iure diuino & canonico. Si eīn interpositū est iuramentū, cōpellit lex diuina ad iuramenti expletionem, cum sine salutis interitu seruari potest. Reddes domino iuramenta tua. Matth. v. Vouete & reddite altissimo vota vestra. Psal. xlix. Et ecclesia cōpellit hominem ad id ad quod sese libere astrixit: & ad qđ iam p̄uia promissione libere facta lege diuina tenetur. Si vero est nuda pactio siue promissio, est seruāda: nisi obsit legitimū impedimētū. Sunt. n. pacta seruāda. de pactis ca. j. ij. & iij. vbi docetur q̄ iudex studiose agere debet vt promissa adimpleantur. Potest tamen Papa dispensare cum illo qui sponsalia firmauit iuramento, & ei relaxare tale iuramentum. Si enim pro quia, potest aliquem absoluere a iuramento fidelitatis, pari ratione a iuramento sponsaliorum. Vnde etiam inuita sponsa potest sponsum in clericum ordinare, & ordinibus maioribus adornare: aut facere episcopum aut cardinalē, dum ecclesiæ necessitas id postulat: aut matrimonio alibi copulare propter pacem & bonum reipublicę. Nullus autem inferior Papa hoc potest secundū Palu. Sicut enim solus Papa dispensat in votis perpetuis & iuramētis licitis ac perpetuis: vt multi volūt, si nō est cōsuetudo in contrarium apud ordinarios: sic & in sponsalibus, quę sunt promissio ad aliquod perpetuum & licitum. Nec obstat q̄ sponsalia cōtrahuntur sub hac conditione, Si deus & ecclesia cōcordent. Cōcordant autem si nō subest legitimū impedimētum, quo prohibetur ab ecclesia sponsalia contrahere. Cum enim secundum Panor. in ca. Præterea. de spons. conditiones generales tacite subintellectę non faciunt contractum cōditionalem: & illa conditio sit generalis & tacite subintelligitur in omni contractu sponsaliorū: non facit ipsum conditionalem: sed manet contractus purus & absolutus. vnde statim causatur cæteris paribus publicę honestatis iustitia posita hususmodi promissione futurarum nuptiarū. Peccant igitur qui alibi contrahunt dimissis sponsalibus habitis cum prima. Et similiter pater filiam spōdēs alteri. Immo videtur tacite fidem frāgere cū post primam desponsationem eā alteri desponsat. Et similiter filia si consensum dedit ad priora spōsalia tacite vel expresse p̄sertim i pubertate, peccat secundū eūdē, consentiēdo in aliū, nisi subsit causa legitima. Similiter & alij cooperātes, & opem, consilium, vel auxilium efficaciter præstantes: vt habere possit ditiorem, nobiliorem, & magis potētem. Et licet illud qđ dictum est de compulsione per censuras ecclesiasticas ad contrahendū matrimoniū cum eo cum quo primo contraxit spōsalia, si alias fieri potest, pleriq̄ intelligant duntaxat de sponsalibus iuramento firmatis: tamē Panormi. in cap. Ex literis. ij. de sponsa. cum Hostieñ. hoc credit intelligendum esse indifferenter: etiam cum nuda fiunt pacta sine iuramento. Causa enim illius compulsionis non est iuramentum emissum præcise: sed vitatio peccati qđ incurrit cum pacta siue promissa non seruātur. Et apud deum pariformiter ligant iuramentum & deliberata ac nuda promissio: q̄uis in vno ob diuini nominis inuocationē, cui irreuerentia exhibetur in iuramenti transgressione, maius sit peccatum cæteris paribus q̄ in alio. Et forte ob eam causam ecclesia magis studiose compellit ad iuramenti obseruātiam, q̄ promissionis nudæ. Verum quia vt dicitur in cap. Requisiuit. coactiones frequenter difficiles solent habere exitus, & ex ordinatione diuina contractus ille debet esse liber, & de libero partium consensu fieri: ideo ecclesia non simpliciter cogit & compellit manere cum eo cū quo primo sponsalia contraxit forte etiā iuramento fulcita: sed cēsuras cū nō sunt medicinales reuocat & retractat, & q̄ alibi cōtrahat tolerat. Nec ꝓprie ecclesia compellit quēpiā vt sponsalia prosequatur: & sic matrimonium contrahat: sed compellit eum ad satisfaciendum promissioni aut iuramento libere factis: ad quā satisfactionē sequitur cōtractus matrimonij secundum promissa. Esto q̄ cap. Præterea. de spons. intelligitur dispensatiue, & non de mero iure: vt aliqui volunt: tamen cap. Requisiuit. eo. titu. expresse dicit q̄ is qui iurauit cum aliqua cōtrahere, potius moneri debet q̄ cōpelli vt contrahat: annectens rationem: quia matrimonium debet esse liberum, & coactiones difficiles solent habere exitus. Hāc solutionem tenet glos. in. §. Sed cōcedatur. xxvij. q. ij. Et Hostieñ. in summa. de sponsa. & in cap. Requisiuit. Videt Panor. i ca. Ex literis eo. ti. q̄ hoc satis possit ostēdi ex textu ca. Requisi. de spon. inspecta ratione literę. Et ita finaliter ex oīnibus illis nihil aliud elici potest, nisi q̄ ecclesia compellit regulariter ad iuramenti & spōsionis obseruantiam: dum non præsumitur maius malum inde futurum q̄ sit iuramenti aut sponsionis non obseruantia. Cū deniq̄ fraterna correctio omittenda est, vel omitti potest cum vergere posset in deteriorem exitum, & cum nullus fructus inde sperari potest: ideo in hoc casu ecclesia manum subtrahit, excōmunicationem quæ debet esse medicinalis retractando.



¶ Si dicit: Si ergo ecclesia sic cōpellit ad pactorum obseruantiam, & ex consequenti ad contractum matrimonij: ergo matrimonium non erit liberum, contra institutionem diuinam: Dicēdum negando consequentiam: quia matrimonium id adhuc est liberum, nec ecclesia astringit eū ad aliquid ad quod prius non erat astrictus. Ipse eīn ex libera voluntate sponsalia contraxit, & tamen tenetur pacta illa quæ promisit vel iurauit, seruare. Et ad hoc ecclesia eum recte compellit. Debet eīn gerere curam salutis filiorum suorum. Nec p hoc facit immutationem circa sacramenta: nec nouū onus culpiā imponit: sed malum futurum & iuramenti transgressionem vult præcauere. Q̄ autē fecit sibi matrimoniū eē necessitatis cum prima, imputet sibi, quia libere hoc fecit. tenetur ergo suum promissum seruare si vult peccatum vitare.
¶ Præterea secundum Palu. q. ij. art. v. sicut ecclesia pro certo & determinato tempore statuit aliquid faciēdum esse qđ prius a Christo indeterminate præceptum est: vtputa recipere Eucharistiā & facere confessionem in paschate, absq̄ hoc q̄ faciat mutationem legis diuinæ: ita in proposito stante q̄ matrimonia debent esse libera ordinatione diuina: potest ecclesia certa subsistēte causa aliquem ad contrahēdum compellere, cum ad hoc sese libere volens astrinxit & obligauit: ita q̄ sine peccato resilire non potest. Nec sic materiam immutat: sed tunc & ex causa illa materiam contractus restringit. Habet enim materiam contractus restringere pro tempore: sed non ampliare contra restrictionem iuris diuini vel naturalis. Et sic materia illius sacramenti quo ad aliquid subest ecclesię: nec per hoc tollit libertatem ab hoīe diuinitus sibi concessam. Et forte posset Papa in casu q̄ magna ecclesiæ vtilitate alicui contractum præcipere: vt idem doctor videtur velle. quæst. j. art. ij.
¶ Quarta conclusio. Matrimonium contractū legitime per verba de p̄senti cum secunda, dissoluit ipso facto spōsalia priora de futuro etiam iuramento firmata. ca. Sicut ex literis. de spons. Debet autem tali imponi pœnitētia: quia fidem primam irritam fecit: nisi forsitan in iuramento suo p̄fixisset certum terminum: infra quem ducere vellet primam: nec stetit per eum vel eam: quia res illa nō recipit magnā dilationem propter periculum fornicationis. ¶ Corollarium. Sponsalia D etiam iuramento firmata de futuro, non inducūt indissolubile vinculum de facto: sed de iure. Et licet stante promissione tenetur satisfacere, res tamen manet sua, & ideo si dat corpus suum alteri, datū est. Tenetur tamen pœnitere de fidei fractione. Nec debet corpus suum recipere a secundo: vt fidem seruando det primo vel primę. Et licet matrimoniū sit vinculū indissolubile de iure &

Universidad de Deusto
Biblioteca



de facto vbi est datio pro perpetuo, promissio tamē nuptiarum est indissolubilis de iure, sed non de facto. Sic enim dissolui potest per dationem corporis sequentem. Quis enim promissio sit de lege naturæ, non tamen est datio: sed sponsio dāti quippiā in futurū. ¶Expedit nunc videre qui & quot sunt casus seu modi solutionis spōsaliorū licite & sine peccato, vel auctoritate superioris, vel auctoritate propria, vel iuris. Diuersi alios & alios ponunt, & in alio numero. Richar. ponit x. Angelus. xvij. Antonin⁹ par. iij. ix. Prepositꝰ sup. iiij. Decretaliū. xxij. Duran. vitj. Palu. & Andreas cum Hosti. ponit decē. ¶Primus casus est crimen fornicationis corporalis siue etiam spūalis: vt hęresis, quę dicit fornicatio spūalis. xxviij. q. j. ca. Non solum. & cap. Iam nūc. Siquidē reus potest esse suspectus innocenti, de non seruanda fide in futurum: ideo potest sibi recte pręcauere & ita non accipere eum in coniugē. Turpius enī ejicitur q̄ nō admittitur hospes. Qui fornicatus est non potest resilire a sponsalibus: si innocēs vult cum eo matrimoniū cōtrahere. ca. ij. de translatione prælatorum. Qz si fuit violēter corrupta, non debet dimitti, secūdū Hostieñ. nec repelli: attamē vir non cogitur ducere. Pro quo facit. xxvij. q̄st. ij. ca. Raptor. vbi raptę datur licentia nubendi alteri si raptor eam recusauerit. Sic secundū Palu. si sponsus occidat quēpiam, vel rapiat alterius spōsam, aut sanctimonialē, vel aliquid huiusmodi faciat, potest innocens petere sponsaliū dissolutione obijciēdo ei tale crimen. Si vero innocēs petat sponsalia consummari, non auditur reus si renuit allegando suā turpitudinē: quia pœnæ debent suos tenere auctores: nec reus reportare debet cōmodū de crimine suo. Non ergo potest facere præiudicium innocenti si vult sponsalia consummari, & sanctius est nocentem soluere, q̄ cōdemnare innocētē. De criminib⁹ p̄cedentibus, & probabiliter ignoratis si dissoluant sponsalia, vel nō, sunt opiniones. Intelligit semper illa cōditio inclusa: si contra legis dispositionē non venerit: ca. Q uēadmodū. de iureiurā. ¶Secūdus casus est dissensus cōmunis: quando. s. per mutuum cōsensum sese absoluunt sponsus & spōsa a pactione coniugali. cap. Præterea. de sponsa. Sicut q cōtrahūt societatē fide interposita, quam postea cōi dissensu dissoluūt. Nec sic sese absoluere a spōsaliū etiā iuramēto firmatorū cōtractu, est leuitatis: sed nōnunq̄ magnę prouidentiæ secundū Tho. & Richar. dum forte alter eum ducere formidat quem nō amore sed odio prosequitur, aut timet q̄ tempore futuro sit eam odio habiturus. Forte nūc occurrit nouus casus: ob quē, si tēpore priori cum contraxerunt sponsalia cognit⁹ fuisset, contractum omisissent. Pręterea ecclesia licentiat eos & non solum dissimulat. cap. Pręterea. de sponsa. Et vtiq̄ non licētiat ad malum. Vnde aliud est de vinculo matrimoniali, & sponsaliorum: quia primum est vinculum diuinum, secundum humanum. cap. Præterea. Hinc possunt idipsum sponsus & sponsa de consensu partium remittere. Secus de iuramēto intrandi religionem: quia hoc fit deo. nisi quis iuraret Petro, si sibi placeat velit intrare religionem. tunc enim Petrus potest sibi iuramentum conditionale relaxare. Ex quo sequitur: q̄ non est eis iniūgenda pœnitentia cum nō sunt in culpa. Si autem alter fuisset recte in culpa non complendi promissum: hic luet pœnam. de sponsa. & matri. ca. Requisiuit. Loquitur de eo q̄ iurauit velle aliquam ducere: ostendens talem potius esse monendum q̄ compellendum vt cōtra hat cum ea secūdum promissa. ¶Tertius casus est fuga. Fuga scilicet sponsi, ait Hostieñ. si transtulit se vit ad aliam prouinciam: ita q̄ inueniri nō potest. Sed cum in talibus ad paria iudicētur sponsus & sponsa: idem videtur de sponsa. Exē plificat Palu. de quodam suspendendo in patibulis, quem virgo quædam vt eū liberaret petijt sibi dari in sponsum. Contractis spōsalibus ille aufugit: & sese absondit: virgo petiuit a iudice ecclesiastico licentiam cōtrahendi cum alio. Et licet nondum transierit tempus biennale, qđ secundū leges tenebatur expectare: tamen secundum Hostieñ. iudex inspecta qualitate personarum, tempus legale potuit abbreuiare vel ꝓgare. Illum casum alij notificant sic: quando alter eorum ad longinquā regionem se transfert, & conuenienti tempore expectatus, ac debito modo quæsitus & requisitus non reuertitur. de sponsa. cap. De illis. secundum Tho. quæst. iij. artic. iij. Licet in dubijs via tutior sit eligenda: & ita potius alter alterū expectare deberet q̄ ad alia vota transire: hoc tamen non oportet in proposito, dum non stetit per eum qui māsit: sed paratus fuit tempore quo cunq; matrimonium consummare, & ita fuit sine culpa: secus si fuit in culpa, & per eum stetit q̄ matrimonium non est completum. Sic enim (vt videt) tenetur tempus debitum expectare. Qđ si non facit, agat pœnitentiam de peccato fractę p̄ missionis aut iuramenti, si iuramentum interuenit, & cum alia contrahat si vult iudicio ecclesiæ. ¶Quartus casus est tempus: quādo scilicet spōsalibus est determinatum certum tempus: intra quod debet purificari matrimonium, siue hoc fiat a partibus siue a iudice ex causa rationabili. Nam elapso hoc tempore statuto ille per quem non stetit, liber est: & potest nubere sine periurio. Alteri vero p̄ quē stetit, ponī debet pœnitētia p̄ fide mentita. ca. Sicut ex literis. de sponsa. Et hoc verum est secūdū Angelum, in verbo Spōsalia



si tempus illud determinatum fuit ante cōtractū sponsalium. Qz si post factum & contractū spōsaliorum libere & nude contractorum conuenerunt inter se de die nuptiarum, per lapsum diei illius alter non liberatur, quia terminus ex post facto appositus, fuit appositus solum pro sollicitando implemēto promissionis spōsalium, & nō pro finienda promissione. Refert enim valde ad quid & pro quo termini illi ponūtur diei vel temporis illius. ¶Quint⁹ casus est ordinis sacri susceptio: hoc est si quis post prius contracta sponsalia de futuro siue in oriētali ecclesia susciꝑit ordinem sacrum. Hęc enim ordinis sacri susceptio superueniens dirimit omnino sponsalia. xxvij. quęst. ij. §. ecce. Qz si spōsus per verba de presenti nescia & inuita vxore ordinatus est, non habet officij sui executionē nec debiti petitionem: sed redditionē. Dirimit ergo spōsalia sacer ordo de post susceptus, sed non dirimit matrimonium p verba de presenti: cum iam post contractum de facto sumitur ab aliquo. Nec debet spōsa p verba de futuro licētiare sponsum vt ordines suscipiat, & ita habeat ordinatum. ¶Sextus casus est religionis ingressus etiam ante professionem. ca. pi. Veniens, qui cle. vel vouentes, secūdum vnū intellectum illius cap. Palu. tenet, & Durādus q̄ ingressus religionis non dissoluit ipso iure ante professionē spōsalia de futuro, cum adhuc posset exire & alibi cum ludibrio primę contrahere. Nec obstat secundū Palu. illa similitudo: professio soluit matrimonium ipso iure, ergo nouitiatus soluit sponsalia: quia professio contrariatur matrimonio, non sic nouitiatus spōsalibus. Cū ergo fit sermo secūdum eum de ingressu religionis, q̄ faciat hoc vel illud, intelligitur de ingressu cum professione. Attamen ingressus solus sine professione dat alteri licentiam alibi contrahendi. Potest enim spōsa interpellare iudicem vt statuat illi terminū p̄fessiōis: quia habet timere periculum incontinentiæ: vel q̄ contrahat cum ea: aut si est ordo mēdicātium in quo infra annum profiteri non potest, statim eam licentiare: maxime si prius diu expectauit, & est periculum incōtinentię, secundum limitationem Hostieñ. Vnde secundum eum per professionem religionis approbatę soluūtur sponsalia de presenti & futuro ipso iure. de conuersi. cōiuga. cap. Ex publico. & de sponsa. ca. Cōmissum. Nec est sic ingredienti religionem pœnitentia imponenda, cum non habet culpā, sed egit legis auctoritate. ¶Dicunt hic quidam: q̄ ille qui iurauit velle ducere aliquā intret suo satisfacere iuramento, contrahendo de præsenti: sed nō cōsummare matrimoniū, si vult vitare peccatum. Sicut qui iurauit velle soluere vsuras, licet posset repetere: attamē ad satisfaciēdum iuramento debet prius soluere, & deinc repetere. de iureiurando. cap. Debitores. Et qui vouit intrare religionem, si eligatur in episcopū, debet pri⁹ religionem intrare, & deinc suę electioni parere. de voto. cap. Per tuas. ¶Alij tenent q̄ non oportet iuramento satisfacere: quia cōmutat ipsum in melius. Attamen quo ad forum hominum, ne videatur velle eam deludere: vel iuramēto cōtrauenire: tutius est explere iuramentū & deinc ante copulę cōsummationē religionē intrare. Expedit ergo q̄ contrahat in loco tuto satisfacturus iuramento, vbi non possit de facto ad copulam cōpelli suspectus de fuga. Illa opinio placet Richar. dist. xxix. artic. ij. q. iiij. cuius verba refert Palu. dist. xxvij. q. j. ar. iij. & di. xxvij. q. j. ar. iij. Verum q̄uis illa procedant, non tamē ad hoc tenetur in foro conscientię: quia raro (vt quidam dicunt) posthac religionem ingrediūtur, sed manēt in seculo: & ideo cum ille contractus de præsenti possit ei esse prēiudiciū in suspiratione ad frugē vitę melioris: ideo ad hoc nō tenetur secūdum illos. In hoc casu & priori includunt aliqui votum continentię simplex emissum post sponsalium promissionē in dicto cap. Veniens. secundum alium intellectum. Ita refert Richar. & Anto. quosdam tenere. Sicut p̄fessio matrimoniū: ita votum simplex continentiæ spōsalia dirimit Assentit Prepositus super. iiij. Decretaliū. ¶Palude tenet: si spōsus inscia vel inuita vxore emittit votum simplex cōtinētię, cum iam generetur ex hoc multeri quæ verecunda est prēiudicium: quia sponsus non potest debitum petere & mulier verecundatur petere: ideo potest a iudice petere sponsaliū dissolutionem, quia per hoc factū est multeri matrimoniū illud onerosum. Et econuerso dicendum videtur, licet non sit tāta ratio. Vir enim minus verecūdatur. Secundo dicit ille doctor. Nō potest ille qui vouit cōtinentiā post contractum alio reclamante & pro matrimonio agente, petere dissolutionē. Videretur enim matrimonium velle deludere, & in fraudē matrimonij hoc egisse. Hinc casus ille nō dirimit de facto contractum sponsaliorum nisi velit religionem intrare. Qz si dicit se velle religionem intrare vt voto continentię satisfacere possit: potest iudex ad hoc terminū statuere: vel ipsum ad satisfaciendum pactioni cōiugali compellere per excōmunicationem. ¶Septimus casus. Matrimonium contractū per verba de presenti cū secunda, ipso facto dissoluit sponsalia pręcedentia tametsi fuerint iuramēto fulcita. Immo & de iure. c. venēs. cap. Is qui fidem. & ca. Si inter. de sponsa. & cap. j. de sponsa duo. Aget tamē pœnitentiam de fidei fractione. Item secunda sponsalia de futuro

Universidad de Deusto
Biblioteca



subsequente copula dissoluunt prima etiã iurata propter presumptionẽ matrimonialis consensus. ¶Item secũda sponsalia de futuro & iurata non dissoluunt prima sponsalia non iurata: sed nuda promissione contracta: secundũ Richar. & alios. Iuramẽtum enim nõ debet esse iniquitatis vinculum. Et i ijs quę sunt eiusdem rationis primum preiudicat secũdo. capi. Sicut ex literis. de spon. Et. xxij. q. iiij. cap. In malis. In malis promissis rescinde fidẽ. Et dicit Angelus hoc esse verũ si nõ intendit recedere a primo contractu sponsaliorum. Secus si vult recedere a primo: & habet ad hoc causam rationabilem. Tunc etiã secũdus casus sponsaliorum tenet. Et ad cap. Sicut ex literis. respõdet, q̃ loquitur quãdo sine aliqua noua causa vult frangere promissionem quam fecit primę. Alias non. Cum dictum est Matrimoniũ de presenti cõtractũ: intelligitur de matrimonio valido, secus si est inualidum. Tale enim cũ sit nullum, sponsalia soluere non potest. Exẽplũ si contraxit de presenti cum consanguinea illius cum qua primum fecit sponsalia de futuro. Potest enim redire ad primam. Vnde qui contraxit cum propinqua sponsę de facto, tenetur contrahere cum sponsa prima: quia matrimoniũ quod nullum est, & sponsalia quæ nulla sunt, nihil causant ad impediẽdum presens: licet causent ad impediendum sequens. de spon. ca. j. lib. vj. ¶Sed quid si post sponsalia cum prima cognouit aliã & post coitum contraxit cum ea sponsalia? Respondetur q̃ prima sponsalia per hoc non soluuntur, sed oportet q̃ coitus sponsalia sequatur
F secus dum precedit cõtractũ sponsaliũ. ¶Octauus casus est morbus, hoc est secũdum glos. ca. vlti. de cont. lepro. quelibet enormis deformitas proueniens post contractum sponsalium de futuro. Et similiter contagiosa horrenda ac grauis infirmitas, ita q̃ cum periculo sponsa versaretur cum sponso & econtra: secus si talis deformitas vel infirmitas infuit tempore contractus, spõsis hoc scientibus. Hoc ergo casu soluuntur sponsalia, nõ autem matrimonium. Ad hoc facit quod dicitur cap. Quẽadmodum. de iureiurando. quã do alter lepram vel paralysim incurreret, vel oculos aut nasum amitteret, seu quidpiam ei turpius eueniret. In alijs in quibus dubium est si turpiora sint, iudicis relinquitur arbitrio. Sic de epilentia, secũdum Thomã. Sic si tempore medio fuisset effectus frigidus vel maleficiatus, furiosus, lunaticus. Sic sęuitia sponsi prius incognita nec comperta. Panor. in cap. Veniẽs. Nec obest si interuenit iuramentum, quia intelligitur si res in eodem statu permanet. Sic capitalis inimicitia cõtracta inter sponsum & sponsam post sponsalia de futuro, causa est q̃ alter põt petere spõsaliũ dissolutionẽ secundũ Hostien. Possent em̃ ex hoc puenire multa mala. ca. ij. & capi. Requisiuit. de spõ. & matri. vtputa homicidiũ, adulterium &c. Sic si alter posset docere q̃ alius eum veneno intoxicare voluerit, iusta causa est dissolutiõis sponsalium. Et istum casum quidam tripertiuntur, ponentes aliũ esse casum, sęuitiã sponsi: aliũ capitalem inimicitiam: alium infirmitatẽ vel deformitatem &c. Plęriq̃ ponunt pro causa dissolutiõis amissionem oculi, sed textus loquitur in plurali in cap. Quẽadmodum. de iureiurãdo. ¶Nonus G
casus est affinitas superueniens: vt si spõsus cognouit consanguineã sponsę, vel ecõtra. xxvij. q. ij. cap. Si quis. cap. Ex literis. cap. Fraternitati. de eo qui cognouit consang. vxo. sue. Hoc casu dissoluuntur spõsalia de futuro. Hic casus dicit secundum quosdam affinitas ignorata & occulta: quę licet ante sponsalia subfuerit: tamẽ occulta fuit protunc, sed posterius post contractum sponsaliũ de futuro reuelata & manifestata. Nec in hoc aliquid detrahitur alteri, nec punitur sponsa pro peccato sponsi, aut ecõtra, sed potius confertur ei aliquid, quia liberatur ab eo qui per fornicationem se deo fecit odiosum. Vnde sicut affinitas si tempore contractus sponsalium infuit, impedimento fuisset contractui, ita & nunc, si interuenit post sponsalia ante contractũ matrimonij, impedit nedum cõtractum sponsalium, sed & matrimonium. Est simile secundũ Palu. in affinitate superueniente matrimonio, & sponsalibus in impediẽdo mãimoniũ, qa spõsus cognoscens cõsanguineã sponsę impedit cũ vtraq; cõtrahere. Incestus em̃ matrimoniũ cõtrahẽdũ impedit. Nec obstat cap. penult. dist. xxv. vbi dicit Licita eis coniugia non negẽtur. subaudiatur, accedente dispensatione propter iuuentutem. Dissimile vero est in affinitate supueniẽte matrimonio & sponsalibus, quia ad probationem affinitatis dissoluentis sponsalia, sufficit fama sola, secũdum San. Tho. & Palu. testis vnus. & sic facili⁹ probatur: q̃ affinitas post matrimonium contractum. Item affinitas superueniens sponsalibus totaliter dissoluit contractũ, ita q̃ libere possunt alibi contrahere. Nec etiã si velient possunt contrahere. Sed superueniens matrimonio vinculum non tollit, nec possunt ad alia vota transire. Et si nõ est cõsummatũ: debet is qui dedit operam rei illicitę religionem intrare: ne cognoscat affinem debitum reddendo. Non enim priuatus est iure reddendi: sed petẽdi debitum. Item est & in alio dissimile: secundũ Palu. quia in affinitate superueniẽte matrimonio, probabiliter ignorãs incestum, & non sciens ipsum, non perdit ius petendi. Sed in superueniẽte spõsalibus: nihil refert vtrum scienter vel ignoranter. Item concessum



est cuilibet personæ siue culpabili, siue non, agere ad dissolutionem spõsalium propter superuenientem affinitatem. In matrimonio vero solus culpabilis priuatur iure petendi. Nec potest agere ad diuortium qui culpam habet, sed qui innocentiam seruauit, & castitati cõiugali fideliter studuit. Huic casui adijci potest cognatio spiritualis de consang. & affini. ca. Super eo. Hinc Richar. eũ sic notificat: Si superuenit affinitas vel cognatio spiritualis. Alij vero impedimentum hoc nominant cognationem legalem superuenientem, puta adoptionem vel spiritualem cognationem aut compaternitatem. Nam tunc etiam dissoluũtur sponsalia. Hoc tamẽ adijciendũ est post Angelum in verbo Spõsalia. q̃ publicę honestatis iustitia superueniens, non dissoluit prima sponsalia: quia p ea fuit primo inducta talismodi publicę honestatis iustitia: & per secũdo inductam non põt tolli primo inducta. Sicut in simili. lvij. dist. Si quis. ¶Decim⁹ casus ab Hostien. nominatur vox publica, ab alijs vero fama: quę dissoluit sponsalia, cum scilicet fama est & doceri potest q̃ sit inter eos canonicum impedimentum. Magnum em̃ ex hoc oriretur scandalum in populo, si tales non obstante impedimẽto procederẽt ad matrimonium. de spon. capi. Cum in tua. de consang. & affinita. capit. ij. de testi. Super eo. secundum Hostien. Et cum fama equipollet dicto vnius testis: ergo ad testimoniũ iuratũ vni⁹ fide digni puta matris dissoluuntur sponsalia. de testi. Super eo. Nec obstat capit. Cum in tua. de sponsi. dicens q̃ requirat & fama & persona grauis: quia illud habet veritatem quando parentes ex opposito volebant iurare. ¶Vndecimus. Cũ sponsalia fuerunt contracta ante pubertatis tempus, & post pubertatem petit absolui pubes ante aliquem actum seu consensum in pubertate habitum, etiam si nulla sit causa quare vult absolui post pubertatem: secundũ Panor. in cap. De illis el. j. & cap. A nobis. de sponsalibus impubc. Secus si pubes cum impubere cõtraxit, tũc pubes
H nõ potest resilire. Similiter nec impubes ante pubertatem: quia sicut non habet sensum ad cõtrahendum: ita nec ad dissentiẽdum: & propter instabilitatem consilij mox posset pœnitere. Sufficiat illa hic breuiter recitasse: si iure videant̃ lati⁹.

¶Quantum ad articulum tertium est primum dubium: Quot modis contrahuntur sponsalia pure, sine modo & conditione scili cet extrinseca. De conditionibus appositis dist. sequeñ. dicetur. Et ponunt diuersi diuersos modos. Palu. ponit septem. Richar. quinq̃. Durañ. iiij. ¶In genere sponsalia primo cõtrahuntur sine appositione conditionis, nuda promissione: & hoc dupliciter. Nam per verba de presenti contractus in ipuberibus ambobus, vel altero eorũ iuris interpretatione facit sponsalia de futuro. c. fina. de despon. impuberum. & cap. vnico. li. vj. eo. titu. Quãdoq; fit per verba de futuro ad hoc apta & cõgrua: vel etiam solita secundũ morem patrię, vtputa promitto vel iuro q̃ accipiam te in meam. Dicit Palu. q̃ hęc promissio debet esse affirmatiua & non negatiua, vt si dicam promitto tibi q̃ nunq̃ habebo aliam vxorem a te. Tũc em̃ si vult continere, non tenetur illam ducere in foro conscientiæ, si noluit se ad affirmatiuam obligare. Si tamen vult contrahere, non põt aliã ducere. Sed si dixisset: Promitto tibi q̃ nõ ducã aliam nisi te: videtur q̃ tenetur eam ducere. Vnde vt supra. q. j. differũt illę, cum dicitur a te, & ni si te. Ad illam em̃ non ducam aliam nisi te, sequitur: ergo ducam te: secundũ vsum loquentiũ. Secus de alia: quia illę stant simul. Non ducam aliã a te, nec ducam te, quia nullã ducam. ¶Secũdo modo contrahuntur annuli subarratione. xxvij. q. ij. Si quis. nisi ageretur de matrimonio tacite vel expresse. Hinc in signum amoris ponitur in quarto digito, in quo est vena procedẽs a corde. ¶Tertio, arrarũ datiõe etiam sine verbis. Alias enim verba sufficerẽt. Ita tamẽ q̃ vere assit consensus in foro conscientiæ, & saltem sermo aliquis precesserit, vel simile quid quo sumi possit consensus de pactione futura sponsalium: ad quod alter alteri mittit forte iocalia in signũ huiusmodi pactiõis: & alter sic acceptat. Sed opus est circa illos duos modos vltimos caute videre quid significant, vt supra. q. j. Ita enim possunt significare matrimonij sicut sponsalium contractum: vtputa si verba aut tractatus præcedẽs de matrimonio sonuerunt. Sic enim significãt matrimonij & nõ sponsaliũ contractũ, nisi fuissent expresse verba de futuro. Si vero nulla precesserunt verba, stabit cõmuni interpretationi patrię. Si vero nulla de hoc habetur consuetudo, sic nihil probant: quia sunt signa incerta equiuoca. In dubio tamen presumendum est in fauorem matrimonij. ¶Secundum dubium. An in contractu sponsalium licet apponere pœnam. Respondet San. Tho. dist. presenti: & Bona. dist. xxviij. ac Palu. consone ad id de spon. & matri. ca. Gẽma. q̃ in sponsalibus & matrimonijs ex quo oino ordinatione dei & ecclesiæ debent esse libera, nõ licet apponere cõditionem pœnę pecuniarię, & ideo p̃missio vel stipulatio pœnæ nõ obligat: si apponitur in huiusmodi cõtractu. Nec potest talis pœna exigi ab eo, qui recusat matrimoniũ contrahere cũ alio etiam preuijs sponsalibus de futuro. Et ideo licet possint contrahi sub conditione promissę pecunię, nõ tamẽ in modum pœ

Universidad de Deusto
Biblioteca



ne, vt quidam volũt. Talis enim inducit metum & ita tollit libertatem: quę salua esse debet in matrimonij contractu. Doctores iuris varias circa hoc dubium ponunt opi. in cap. Gemma. allegato. ¶ Tertium dubium: Vtrum in prędictis casibus dissolutiõis sponsalium sufficiat voluntas ꝓpria, seu dissensus mutuus: an requiratur cum hoc auctoritas iudicis & sentẽtia separatoria eiusdem. Hic videndum est qui dissoluant ipso iure, & qui sunt causa dissoluendi. Secundum Hostiensem, nullo casu soluuntur ipso iure sponsalia sine auctoritate ordinarij, nisi in religionis ingressu ante copulam, & cum de facto contrahit cum alia de presenti. Idem videtur de sacri ordinis susI ceptione. vt supra. ¶ Quartum dubium est de impedimentis precedentibus & ꝓbabiliter ignoratis, nunc vero post contractum sponsalium in notitiam deductis: an etiam dissoluant sponsalia. Tenent quidam q̃ illa ignorantia dissoluat. Quidam partem negatiuam defendere nituntur. Primi tenent q̃ ignorantia probabilis dissoluat, illo qui ignorauit reclamante & dissolutionem petente. Parta enim sunt in iure: aliquid superuenire & precedere ignoranter. & ex cõmuni tropo res fieri dicitur cum innotescit. Exẽplo Christi dicentis. Data est mihi omnis potestas. Marc. vlti. Cum ergo impedimentum quod nũc innotescit, si nunc primũ superueniret dissolueret spõsalia: ergo etiã dissoluit nunc cognitũ: licet prius precesserit. Alij dicunt: cum matrimonia sint fauorabilia, & in dubio non est a verbis legis recedendum: Iura vero loquuntur de morbo non ꝑueniente sed superueniente. cap. Quẽadmodum de iureiurãdo. ideo morbus incognitus seu ignoratus ꝑcedens non dissoluit: sed imputet sibi qui talem elegit socium, q̃ non fecit prius diligens scrutinium. Item dicunt. fornicatio precedẽs nõ dissoluit: igitur nec morbus alius ignoratus. Immo nõ distinguitur inter fornicationem scitam & ignoratam precedentem, quia neutra cum precessit dissoluit. cap. Quẽadmodũ. prefato. ¶ Tenentes opi. primam respondẽt ad illud de fornicatione, dicendo q̃ superuentẽs fornicatio & nõ precedens dissoluit sponsalia, quia verisimile est q̃ contrahens spõsalia velit deinceps caste viuere & fornicatiõis vitandę remedium habere. Nõ sic qui post contractum sponsalium fornicatur. Immo timendum est q̃ nullam deinceps seruaturus sit fidem, qui in viridi suę contrauenit spõsioni. Itẽ non est talis presumptio de morbo seu infirmitate graui q̃ cesset & hominem post contractum non grauet: sicut de fornicatione precedente. Et dato q̃ radix alicuius infirmitatis pessimę latuerit in aliquo, nũc vero prodit in lucem & erumpit in homine, q̃is talis posset dici ꝑcessisse secũdum causam, est tamen noua secundũ actum, & ita dissoluit: quia secundum veritatem est noua infirmitas, licet eius causa diu precesserit. ¶ Ꝓterea. si aliqua impedimenta sunt quæ ignorata dissoluunt: hoc videtur intelligendum esse de illis quę sunt propria sponsalibus: vt Palu. loquitur: sic scilicet q̃ impedimentum præcedens & ignoratum quod iam scitum & cognitũ ac reclamatum impedit matrimonium cõtractũ & dissoluit ipsum, sicut error personę & conditionis &c. de quibus dist. xxx. illud etiam soluit spõsalia & impedit eodem modo. Item nullũ impedimentorum superuenientium dempta fornicatione impedit quo ad thorum. Vnde nõ est simile de fornicatiõe & alijs. ¶ Ad illud qđ dicũt, nõ esse recedẽdum a verbis legis, quę loquitur de superueniente morbo & fornicatione. cap. Quẽad modum. de iureiurand. Conceditur. Nec hic recedit ab ea. Dicitur enim nunc quasi superuenisse cum tam primum innotescit factum & prius stetit eius ignorantia inuincibilis. Videtur facere pro illo dictum beati Tho. dist. xxxvij. q. j. artij. quęstiũ. j. cum inquit. Illud quod votum fiendum impediret si presens esset, etiam voto facto obligationem aufert. Ita in proposito videtur dicendũ. Sed si alibi de facto contrahit cęteris paribus verbo de presenti, tenet cõtract⁹. ¶ Tenẽtes secundam opinionẽ, q̃ ignorãtia non dissoluit, possunt dicere. Non obstat lex ciuilis, quę in hac parte non facit fidem, quia secundum canones qui contraxit spõsalia, compellitur ad matrimonij consummationem: sicut etiã scãm Canones ductus ignorantia probabili non perdidit arras. Attamen per hoc non liberatur a promissione. Nec obstat decretalis prius allegata. cap. Quẽad modum. de iureiurãd. quia nõ ita tenetur homo inquirere de moribus eligendi, sicut de moribus illius cũ quo vult nubere: ideo imputet sibi ipsi q̃ desponsauit cuius conditionem ignorauit: nisi in errore ꝑsonę aut conditionis. de quibus dist. xxx. ¶ Quintum dubium: quis & in qua ætate potest sponsalia cõtrahere. Respõdet Palu. quia hoc edictum est prohibitorium: ergo qui non ꝓhibetur admittitur. Omnis itaq; qui prohibitus est a contrahere matrimoniũ, etiam prohibitus est a contractu sponsalium. Possunt autem contrahi inter præsentes & absentes indifferenter, dũ tamen habetur consensus partium cõtrahentium. ¶ Minor vero ętas sufficit ad sponsalia: vtputa septẽnium, q̃ ad matrimoniũ: quia. xij. in fœmina, & xiiij. anni in masculo. Si autẽ fuerint cõtracta vno habente ętatẽ, alio vero nõ, nihil actũ est: quia claudicare nõ possunt. Attamen habẽs ętatem si iurauit: non potest resilire alio nolente, sed consentiente. Si autem dissentit qui ætatem



nõ habuit: nihil valet contractus ille. Secundum Hostiensem & Sanct. Thom. possunt contrahi citra septẽnium si malitia supplet ætatem: sicut etiam matrimonium citra annos illos appropin quante pubertate cõtrahi potest. Licet alij teneãt oppositum. Facit ad hoc quod dicitur de temporibus ordinandorum. cap. vlti. Infanti religionẽ intrãti, potest dari corona. Quod dictum supponit licitũ esse ingressum tempore infantiæ. Ergo a simili hic tenent spõsalia si proximi sunt septẽnio, maxime de consensu parẽtum. Verũ in vno est dispositio legis non in alio. Dicitur autem infans anteq̃ habeat septem annos, ibidem in glo.
K ¶ Sextum dubium. An quis post alterius resuscitationem adhuc manet ligatus coniugi priori. Respondetur per. iij. propositiões. Prima. Mors naturalis coniugis vnius dissoluit totaliter oñe matrimonium carnale, siue initiatum quod dicit sponsalia, siue ratum de presenti, siue cõsummatum carnali cõmixtione. Probat auctoritate apostoli ad Romanos. vij. Si mortu⁹ fuerit vir eius liberata est a lege viri. Et. j. Corin. vij. Si dormierit vir eius, liberata est a lege. Cui vult nubat tãtũ in domino. ¶ Secunda propositio. Si resuscitatur coniunx mortuus, nõ est priori matrimoniali vinculo ligatus, ex iam dictis. Probatur: quia obligatio semel extincta non reuiuiscit. Nec obstat illud quod dicitur Hebrę. xj. Accepertũt mulieres de resurrectione mortuos suos. Quẽ textũ aliqui male intelligentes dicebant viros recipere suas vxores resuscitatas & ecõtra. Vnde volebãt prius matrimonium nõ fuisse extinctũ: & ita ad huc eos manere obligatos, contra Apostolũ ad Roma. vij. &. j. Corin. vij. Sed intelligitur textus ille, mulieres matres acceperunt de resurrectione id est resuscitatiõe facta per deum ad preces Helię & Helisei mortuos suos: filios resuscitatos: sicut Sunamitis, quę filium suũ ab Helisęo resuscitatum, & mulier Sarreptana quę filium suum ab Helia resuscitatum accepit. iiij. Regũ. iiij. quo ad primum. &. iij. Reg. xvij. quo ad secundum. Nec est simile de quibusdam sacramentis characterẽ imprimẽtibus quę nunq̃ iterantur, cum character indelebiliter manet in anima. Vnde baptismat⁹, confirmatus, ordinatus, non rebaptizatur, nec reconfirmatur, etiam post mortem si resuscitatur. Secus de alijs sacramẽtis iterabilibus quę nõ imprimũt characterẽ. Vnde posset resuscitat⁹ priori coniugi, si ad huc liber ẽ, nõ veteri sed nouo cõsensu copulari matrimonialiter. Per hoc secũdũ Patis alteri fuisset copulata, & ab eo cognita. Qz si lu. resuscitatus non fit bigamus: nisi tẽpore mortem qui olim fuit vir eius. ¶ Tertia propositio. Sicut coniunx resuscitatus liberatus est a seruitute personali per mortẽ naturalem: ita religiosus resuscitatus non tenetur iterato ingredi eam quã olim deuouit religionem. Probatur a simili: quia vtrobiq; est seruitus personalis, quę debetur a ꝑsona personę, tã in matrimonio q̃ religione. Vnde sicut seruitus quę debetur tantum personę: vt vsufructus extinguitur morte tam debentis q̃ habentis: seruo enim cui vsufructus legatus est mortuo, vel etiam mortuo fructuario, extinguit̃ vsufructus: Ita in proposito. Est enim seruitus personalis esse sic obligatum coniugi vel religioni: ideo extinguitur per mortem naturalem. Sic si curatus & episcopus resuscitãtur, manent qui dẽ sacerdotes, sed non manent sponsi huiusmodi ecclesię: sine noua electione. Illa enĩ matrimonia siue carnalia siue spiritualia non manent nisi ad vitam alterius. Ita q̃ quocũq; illorũ mortuo, alter liberatus est. Sed contra: ergo cum religiosus profitetur in manus prelati sui: eo defuncto liberatus est a religione: sicut vxor a lege viri eo mortuo, secundũ Apostolum. Respondetur negando cõsequentiã. Nec est per oĩa simile in matrimonio spirituali & carnali. De carnali loquitur Apostolus ad Roma. vij. &. j. Corin. vij. Illa enĩ translatio corporalis nõ fit nisi ad vitam corporalem alterius: qua extincta, obligatio quę fuit cõditionalis, vt do si des, vel do vt des, similiter extincta est. In spirituali vero homo se ꝑpetuo deuouet deo, qui ꝑmanet. Et esto q̃ etiam sese deuoueat religioni determinatę, puta a precise, & illa prorsus destructa iam nõ teneatur ad eã quia mortua est, & non nisi illi præcise & determinate se deuouit deo: Attamẽ secus est si in genere vouit religionem, & in cõmuni: licet proposuerit & intenderit in animo: velle hanc ingredi. Tũc enim vna destructa tenetur petere aliam. Vel si refutatur in vna, tenetur adhuc querere aliam. Sicut qui promisit dare hominem: licet non intenderit emere alienum, sed dare suum precise: si su⁹ mortuus est, adhuc tenetur dare hominem aliũ: quicũq; sit ille. Patet ergo q̃ nõ est omnino simile. Sed quid de bonis alicuius mortui resuscitati, vel si intestatus mortuus est, cuius erunt? Respõdet Palu. Si Lazarus testatus decessit, resuscitatus recuperat sua, quia in donatione causa mortis plus se q̃ alium cui donat vult habere. Vnde intelligitur tacita conditio: Si moriatur cum effectu ad hanc vitam nõ resuscitandus. Item si intestatus decedit: adhuc ipsemet est sibi magis vnũ q̃ quicunq; alius. Vnde cum seruitus realis respiciens res & possessiones manet: videtur q̃ resuscitat⁹ debet habere quicquid prius habuit rerũ & possessionũ. ¶ Septimum dubiũ. An matrimo- L
nij vinculum solui posset per religionis ingressũ ne dum ratum: sed etiam consummatũ. Ad hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca



est prima propositio. Matrimonium cōsummatum & fidelium, non potest solui quantū ad vinculum, nisi per mortem naturalem alterius coniugum, secus quo ad thorum. Probatur. quia iā facti sunt vna caro & veluti vnum corpus. Et. j. Corin. vij. Mulier alligata est legi q̄diu viuit vir eius. & Roma. vij. Quo ad thorum solui potest. Primo quādo alter cōiugū post matrimonij consummationē fornicat. In hoc enim casu innocēs etiam inuito fornicante potest religionem ingredi, nisi postea eū sibi recōciliauerit, vt Theherga Lothariū, per debiti exactionē vel redditionem. xxvij. q. ij. Matt. v. & Mar. x. Qui dimiserit vxorem suam excepta fornicatiōe facit eam mœchari. Dicunt hic aliqui. cum constat coniugi de fornicatione alterius, potest ipsum dimittere quo ad thorum, & debitum negare auctoritate propria, secus de cohabitatione. Alij q̄ non licet quē spoliare iure suo auctoritate ppria. infra. q. iij. & distin. xxxv. Paul⁹ simplex (de quo i vitis patrū) videns vxorem suā cōcumbentē cum alio mœstus abiuit & in eremū se recepit. Et beatus Theonas post q̄ vxorem vt secum religionem dimisso coniugali cōmercio intraret hortat⁹ fuisset, ipa non acquiescēte sed contradicente ad eremiticā castimoniā se recepit: tametsi ipsa non fuerit fornicata. Et intātū profecit in vitę sanctitate, q̄ Ioanne & Helia decedētibus Theonā singuli prēlegerunt successorem priorem sanctorum patrum in diaconię dispēsatiōe. Ita refert Cassianus Colla. xxj. capit. viij. ix. & x. Verum hęc sanctorum facta potius admiranda sunt q̄ imitanda. Non em̄ pmittitur stāte lege q̄ vn⁹ cōiugum post matrimonij cōsummationē alio inuito & extra fornicationis casum religionē ingrediatur. Null⁹ em̄ potest de alieno facere oblationem deo. Vnde cū per matrimonij cōsummationē corp⁹ viri factū sit mulieris, exigit iustitia vt quod alterius est eo nolente nō alienetur cū sui prēiudicio. Nemo em̄ spoliandus est re sua. Ad hoc. j. Corin. vij. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu vt vacetis orationi. Si non licet alteri se subtrahere ab alio nisi ex consensu ad vacandum orationi: ergo longe minus per religionis ingressum, qui oī no statui coniugali repugnat. Secūdo. de cōmuni consensu cōiugū potest matrimonio cōsummato alter religionem intrare, si & alter statum mutet. Q̄ si de licentia superioris ei concessum fuerit manere in seculo eo q̄ non est suspect⁹ de incōtinentia, quia senex: tenetur tamē continentiam promittere. cap. Cum sis. de cōuersi. coniuga. & cap. Vxoratus. Ratio in cap. Ad apostolicam. Cum em̄ per copulā carnalem effecti sunt vna caro, & vna pars nō potest cōuerti altera manente in seculo: non est vnus cōiugum recipiendus ad regularem obseruantiam nisi & reliquus perpetuam pmittat continentiam: aut sine suspitione incontinentię possit in seculo remanere. Et hic est casus tertius: secundū Palu. Nec si alter alterum visitat, debent exactū reddere debitum, vt fecit episcopus Lugdunensis Genebaldus visitās vxorē suā monialē, ex qua suscepit filiū quē vocauit Latronē. Hūc episcopum cum sanctus Remigi⁹ propter peccatū suspendisset posterius peracta pœnitentia pristinę restituit dignitati: secundum Anto. parte. iij. titu. j. capitu. xxj. Quartus casus est cum alter coniugum ante matrimonij cōsummationē vult cęlibem in clausto vitā ducere: etiā inuito alio. Hoc em̄ permittitur ei: qa cum nondum sunt vna caro effecti, potest vnus ad deum transire, & alter in seculo manere. ca. Verum. de conuersi. coniuga. Nec statim tenetur ad debiti redditionem post cōtractū de presenti: sed datur ei tempus duorum mēsium. Primo vt interim possit deliberare si velit religionem intrare. Secundo vt prępārētur necessaria ad solēnitatē nuptiarum. Tertio: ne vilem habeat maritus datam, quā nō suspirauit dilatam. Ita tenet Sanct. Tho. q. j. arti. iij. quęstiū. ij. Facit cap. Scripsit nobis. §. ecce. xxvij. q. ij. vbi ponuntur exempla sanctorū Macharij, & Alexij: qui ante matrimonij consummationē religionem petierunt. ¶ Secūda propositio. Omnibus casibus quibus post cōsummatū matrimonium licitum est coniugi religionem intrare, etiam licitum est ad sacros ordines & ad episcopatum promoueri. cap. Sane. de conuersi. coniuga. Exemplum de beato Hilario qui existens episcopus filiam habuit & vxorem Item de beato Seuero episcopo Rauēnēsi: qui & in specie columbæ per spūs sancti vocationem ad episcopatū assumptus fuit, cum prius esset laicus. Dicitur notanter matrimoniū cōsummatum: quia secus est de matrimonio rato non consummato, vt infra. ¶ Tertia propositio. In casib⁹ in quibus non licet coniugi post matrimonij cōsummationē religionem intrare, etiā nō licet ordines sacros recipere: sed talis sic ordinat⁹, etsi characterem susciperet, esset tamē ab officio suspensus. ¶ Sed q̄d de matrimonio cōsummato violenter: puta cū vir vxorem anhelantē ad religionem ante copulam violenter opprimit & cognoscit? Respōdet Hostien. talis sic opprimēdo suā inuite, peccat. Non enim potest debitum tūc extorquere sed petere: nec illa tunc tenetur reddere, sed habet spatium duorum mensium post contractum. capit. Ex publico. de conuersi. coniug. Et in hoc casu secundum Palu. melior est conditio fatui q̄ perfecti. Vnde talis mulier tenetur cum viro manere, nec potest eo nolente religionem intrare, cum iam facti sunt vna caro, nisi & vir simi



liter ingrediatur: aut nō susp̄ectus de incontinentia in seculo manens cōtinētiā pmittat, vt supra.

M ¶ Octauum dubium: Vtrū quādocūq; alter coniugum ciuiliter moritur per religionis ingressum licitum sit alteri alibi cōtrahere. Respōdetur post tā dicta q̄ nō. Fallit em̄ in quinq; casibus. ¶ Primus: cū matrimoniū prius fuit spōte cōsummatum. Sic em̄ vsq; in mortem naturalem manent vna caro: & manet vinculū q̄diu viuunt. Dato etiam q̄ fornicatio interuenerit causa diuortij.

¶ Secūdus: cū ante matrimonij consummationem manēs in seculo votū emittit castitatis suo coniuge tam profitente. Et hic est solus casus: secundū Palu. in quo votum simplex dirimit post contractum: non ratione sui, sed annexi. Cum enim vterq; coniugū tam vouit castitatem: vnus solenniter in religione, alter non solenniter in seculo, manet vinculum animorum inter eos ac si vterq; religionem intraret. Tunc ergo ratione ligaminis non ratione voti impeditur contrahere: sed illud ligamen non esset, si votum non esset. hęc ille. ¶ Corollarie sequit̄. Si alter profitet pri⁹ q̄ alter continentiam vouеat, nō subest tale ligamen. Et sic non prohibetur alibi cōtrahere. cap. Ex parte tua. §. Nos autem. de conuersi. cōiuga.

¶ Tertius casus, quando coniunx qui se recepit ad religionem nondū professus est tacite vel expresse. Adhuc em̄ manet vinculum, cū sola professio non habitus facit monachū. ¶ Quartus: quādo fecit professionē, nō de iure, sed de facto tantum. ¶ Quintus, quādo alius intrauit matrimonio violenter consummato. Tunc enim manet ligamē propter carnis cōmixtionē: qua facti sunt vna caro: et quia professio non est de iure.

N ¶ Nonum dubium: quando & in quo casu tenetur cōiunx religionem ingressus exire ad petitionem vel requisitionē alterius coniugis. Quando deniq; potest inibi manere. Et similiter quando sic reuocatus potest vel non potest debitum reddere vel exigere. Dicendū: quando cūq; cōiunx ille licite intrauit monasteriū, vt supra, tenetur egredi ad altertus requisitionem etiam professus. Exēplum de illicito ingressu cum innoxi⁹ prohibuit, non consensit, vel ingressum ignorauit, et sic nō approbauit: vel fragilis consensit: ita q̄ alter tūc in eius prēiudicium nec vouere, nec profiteri debuit. Vel si annos habuit, tñ re integra pœnituit: ante scilicet professionem. Tunc enim exire tenetur. Si autem licite ingressus est accedente cōsensu & auctoritate quorum interest, nō tenetur egredi, nisi in casu quando re integra cōiunx datam licētiam retractauit. Si illicite ingressus est, sed alter non repetit, nec requirit eum, iam eius ingressus ratificādo confirmatur: & egredi nō tenetur. Quādoq; vero liber est ad manendum vel exeū dum, quando scilicet nullo voto astrictus est religioni, nec tacite, nec expresse, nec vxor eū requirit. Aut si repetit eum, tamē prius fornicata fuit notorie, vel etiam post. Sed si ingressus emisit tā tum votum simplex non solenne: aut si emisit solēne, non tamen prout fieri deberet: puta infra tempus probationis, aut in manus illorum quorum non interest: & sic solū de facto: & vxor nō repetit eū: non potest exire quo ad deum. Secus quo ad ecclesiam: maxime si votum illud nō potest probari. In quo casu non solum sic retinētes clericum inuitum & exire volētem sunt excōmunicati: secundū Palu. sed etiam manum iniscientes, q̄d plus est, immo vestes seculares in quibus exire posset sibi cum effectu negātes. Possent tamen eum bonis suasionibus retinere citra vim & violentiam. ¶ Sed quid de debiti redditione vel exactione? Respondetur, quādo illicite egressus est post professionē in casibus dictis vxore scientе & consentiēte in eius professionem, nō potest reddere debitum nec exigere: quia tunc seruitutem remisit. sicut dominus qui scienter seruū pmittit ordinari aut pfiteri, & nō prohibet nec reclamat. Videtur enim tacite consentire & interpretatiue. Dicit notāter Illicite, propter votum rite solennizatum, vt dictum est. Si vero liber egressus est nullo astrict⁹ voto, sicut nouitius tempore probationis priusq̄ profiteatur, liber exire potest in hoc casu & petere & reddere debitū potest. Si autē de consensu ipsius de cuius incōtinētia timor fuit votum simplex emisit, in hoc casu sibi ipsi & non alteri prēiudicauit: potest ergo tunc reddere, sed non exigere debitum. Et licet in cęteris casibus potest cōiunx secularis cōuersum licite petere siue ante siue post professionem: nō tamen licitum est ei eum manu violēta de claustro rapere. Nec obstat de raptoribus cap. Cum causa. quia narrat q̄ rapuit, sed nō dicit q̄ licuit: qa iam est in quasi possessione monasterij: ideo monasterium non est spoliandum. ¶ Decimum dubium. An sacri ordinis susceptio dirimat matrimonium ratum sicut mors ciuilis aut naturalis. Ad hoc respondet extrauagans Ioannis. xxij. alias Cle. vj. Antiquæ concertationi finem cupientes imponere ac animarū periculis exinde prouenientibus salubriter puidere, de fratrum nostrorum consilio prēsenti declaramus edicto: q̄ licet votum solennizatū per sacri ordinis susceptionem quantū ad iam cōtractum matrimonium impediendum, & ad dirimendū si post cōtractum fuerit, secundum statuta canonū sit efficax reputandum: ad dirimendum tamen matrimoniū pri⁹ contractum etiam si carnis copula non fuerit cōsummatū: cum nec iure diuino nec per sacros reperiatur canones hoc statutum: inualidum est cē

Universidad de Deusto
Biblioteca



sendum:auctoritate Apostolica districtius inhibemus,ne quispiam durante matrimonio non dum etiã consummato aliquẽ de sacris ordinib⁹ presumat suscipere, nisi prout sacris canonibus nouerit cõuenire. Q; si secus a quo q̃ attentatum fuerit,ordinamus q; nec matrimonio dissoluto in sic suscepto ordine ministrare,nec ad superio res prouehi,nec ad aliquod beneficium vel officium ecclesiasticũ valeat promouere: nisi aliquã de religionibus approbatis, quarũ professio ad castitatis custodiam: temporaliũ abdicationem: & sui superioris obedientiã suos pfessores astringat,ipsum ante contigerit ingredi,& eius regulã tacite vel expresse pfiteri. Quo casu diœcesanus super premissis & singulis p̃missoꝝ cũ eo dispẽsare valeat:nisi sit aliud canonicũ quod obsistat. Ad ingressum autem huiusmodi sic ordinatũ si matrimonium cõsummatum nõ fuerit, per diœcesanum firmiter moneri præcipimus & induci. Q d̃ si forsan renuerit adimplere: si sponsa eius institerit,per censuram ecclesiasticam compellendum decernimus contractum matrimoniũ consummare. Hanc extrauagantem allegat Durañ. distin.xxvij.quæstio.ij.

## Quæstio Tertia.

A

Ertio quæritur: Vtrũ omnis contrahẽs cum duabus vel successiue vel simul tempore de iure vel de facto,& eas carnaliter cognoscens sit irregularis & bigamus.

¶Quantum ad articulum primum, Notandum secundũ Gofredũ in Summa,titul.de bigamis. Bigamia est defectus ex secundis nuptijs proueniens. Hãc impugnat Hostiẽs.& ponit aliam notificationem. Dicitur eñ bigamus:quia bini cõiugij vir. Hinc nũ q̃ est bigamia vera,nisi ex binis veris,& interpretatiua, nisi ex interpretatiuis cõiugijs. Semper ergo requirũtur duo vera vel interpretatiua matrimonia consummata carnali copula,vt sit bigamia. Quod est contra Magistrũ in textu dicentẽ solum consensum de presenti sufficere ad irregularitatem.cap. Debitum.de bigamia. Vnde cõcubinarius seu fornicarius cum vna vel pluribus sit in sacris siue non,siue sit regularis siue secularis,ex hoc non efficitur bigamus.ca. Quia circa.eo.titu. Non vere:quia non est matrimonium verum. Nec interpretatiue: quia ibi non est matrimoniũ interpretatiuũ. ¶Corollarie sequitur. Accipiens virginẽ,quã non cognoscit,& ea mortua accipiens secundã & eam cognoscens vel econtra,non efficitur ex hoc bigamus. Sic ducẽs mulierem virginem alteri desponsatam,ab eo tamẽ non cognitam propter sponsi mortem, nõ est bigam⁹. Angel⁹ in sum. verbo Bigamia.§.iij. Nec obstat Canõ.xxvij.q.j. Quotquot virginitatem pollicitam violant,cũ bigamis computãtur.quia ille canõ loquitur de professis: qui post professionem contrahũt de facto,& cõtra iuris prohibitionem. Illi enim inter bigamos haberi debent, vt ibi dicitur. Hic enim duo interueniunt matrimonia consummata: vnum spirituale: aliud carnale. cõtra iuris dispositionem: & ita non verũ. Et dicitur ab aliquibus bigamia similitudinaria: ab aliis interpretatiua,sed nõ proprie dicta. ¶Secundo notandũ q; aliqui duplicẽ,aliqui triplicẽ ponunt bigamiam: scilicet veram & interpretatiuam: seu veram,similitudinariã,& interpretatiuam. Bigamia vera & proprie dicta contrahitur cũ quis successiue duas vxores legitimas in matrimonio cõsummato per copulã carnalem habet:ita q; vtrã q; carnaliter cognouit. cap. Debitũ.de bigamia. Item.xxvj.dist.cap. Deinde.& capit. Acutius.& xxvtij.q.vlti. vbi est casus de quodã qui mulierem ab alio ductam nõ tamẽ cognitã duxit vxorem. Hic enim non repellitur ab ordine: quia nõ diuisit carnem suam in plures. Et ita non deest in hoc casu significatio sacramenti,propter cui⁹ defectũ bigamus( vt habet cõmunis opinio.j.Timo.iij.)repellitur ab ordine. ¶Bigamia interpretatiua cõtrahitur primo(vt multi dicũt) cũ quis cõtrahit & matrimoniũ cõsummat per copulam cum corrupta:ab alio cognita, secũdũ Gofre.sive fuerit corrupta in matrimonio siue vago coitu:siue seminauerit siue nõ:siue vir hoc sciat siue ignoret:sine etiam illa corrupta sit repudiata iuste,vt in adulterio: siue iniuste ex odio. Ita tamẽ q; sit cognita, & a primo, & ab illo secundo, de quo nunc sermo. Alias secus. Et nõ venit hic nomine corrupta omnis vidua: quia non vidua ad huc virgo,& ita incorrupta. Requirunt ergo tria ad casum istum: scilicet matrimoniũ verum vel presumptũ. Et secundũ hoc intelligitur istud cũ dicitur. Cum quis contrahit de iure vel de facto. Secundo, q; sit ab alio carnaliter cognita. Tertio q; sit cognita a marito scđo. ¶Corollariũ. Maritus viduę virginis nõ est bigamus. ¶Secũdo contrahitur cũ quis suam vxorem propter adulterium dimissam sibi reconciliat & carnaliter cognoscit debitum reddẽdo: forte ad ecclesię præceptum,vt multi volunt: dato etiam q; ipse primum defloruerit eam & non alius. Esto denicq; q; nesciat eã esse adulterã. vt refert Angelus vbi supra. Secus si reconciliat sibi adulteram nõ quo ad thorum: sed solum quo ad domum: quia cũ sine carnali copula nunq̃ cõtrahitur bigamia, si non cõmiscetur adulterę siue scitę vel scitæ, non fit bigamus ex illa recõciliatione quo ad



cohabitationem tantũ. Item si quis compellitur per ecclesiæ præceptũ reddere debitũ vxori quã ipse nouit adulteram: sed probare non potest: efficitur bigamus. Attamen si iudex hoc sciret(vt quidã volunt) nõ compelleret ad redditionẽ debiti. Immo videt q; si maritus accusat vxorẽ de adulterio,& pendente accusatione illa petat debitum,tenetur reddere debitum: quia vxor nõ debet priuari possessione sui corporis vsq; ad sententiam,& ita non euadet bigamiam. An autem tenetur obedire iudici de reddendo debitũ vxori adulterę quã scit talẽ,licet nõ possit probare: Respondet Palu. q; nõ. Gofre. tenet cõtrariũ,cũ nõ dum diuortiatus est ab ea per sententiã: licet ei p hoc paretur præiudicium bigamię, q; non potest ad ordines promoueri. Et in hoc casu secũdum eundem plus meretur luxuria castitate, sumẽdo nomẽ luxuria pro cõmixtione coniugali. ¶Bigamia similitudinaria,contrahitur quatuor modis. Primo cum aliquis professus post solemne votum vel ordinis sacri vel religionis contrahit de facto,cum de iure nõ possit, cum vnica & virgine, & eam deflorat.xxvij.questio.j.cap. Quot quot.de bigamis.cap. A nobis. Dicitur autẽ cõtractus ille de facto qui non est de iure:& in quo non sunt,sed solum apparent omnia illa q̃ sunt de substantia veri contractus. Secundo, cum quis diuersis temporibus plures habuit vxores, vnam de iure,aliam de facto tantũ:& ambas cognouit carnaliter.capit. Nuper. de bigamis. Tertio,si quis eodem tempore simul habet duas & eas cognoscit, vel ambas de facto,vel vnam de iure,& aliam de facto: ita tamen q; omnes carnaliter cognoscat.capi. Nuper. vbi supra. vt quando cum vtraq; est impedimentum dirimens. aut cum simul vtrãq; accipit. vt si dicat,accipio vos duas in meas vxores & quãlibet in solidũ. Tunc enim neutram accipit: quia qua ratione illam,& istam accipit:& sic nullam. Et secũdum Palu. nõ sufficit hic conatus, sed requiritur q; ambas cũ effectu cognoscat. Quarto,si existens in sacris ordinibus mortua vxore prima contrahit cum secunda, vel si contrahit cum corrupta de facto, cum de iure non possit: quia est in sacris constitutus.cap. A nobis.eodem titu. & eã cognoscit.capi. Nuper, vt supra,secundum Panormita. Sed ille modus includitur in primo bigamię similitudinarię. Et non est curę in predictis casibus: si habens duas cognoscit vnam ante baptismum,& aliam post,siue ambas ante baptismum:quia baptismus tale impedimentum quod sępe sine peccato prouenit,non tollit.xxvj.distinct.cap. Acutius. Et si dicit esse pœna,nõ tñ puenit ex culpa.

B ¶Quantum ad articulum secundũ

est conclusio respõsalis. Omnis contrahens vel successiue vel simul tempore cum duabus, siue de iure,siue de facto,& eas carnaliter cognoscẽs, est bigamus vere dicendus. Patet conclusio ex notatis. ¶Et dicitur primum contrahens. Requiritur enim ad bigamiam matrimonialis contractus verus vel interpretatiuus aut similitudinarius, vt supra. Hinc cognoscens plures extra matrimonium non efficitur per hoc bigamus, vt sacerdos fornicari⁹, vt supra notabili primo. Tametsi Chrysosto. super epistolã.j. ad Timo. & alij dicunt tales esse irregulares: cum non fuerint adhuc illæ constitutiones ecclesiæ: & nomina equiuocantur. Est enim bigamia defectus ex secundis nuptijs proueniens. Et licet vterq; carnem suam in plures diuiserit: hic tamen extra nuptias:hic in nuptijs. Nec illa coniunctio corporũ quæ est in fornicatione, hoc habet sacramentum quod coniunctio corporum in coniugio. Illa enim repræsentat & significat coniunctionem Christi cum ecclesia: non illa fornicaria. Debet autem ordinandus esse vnius vxoris vir,sicut Christus vnius est ecclesię sponsus, negatiue exponendo non plurium.j. ad Timo.iij. Et cum in bigamo sit defectus illius significationis seu sacramenti,quia non est in eo sacramẽtum vnitatis,cum diuisit carnem suam in plures ideo repellitur ab ordine ex ecclesię institutione. ¶Dicitur successiue: vt supra in casu primo veręq; bigamię. Dicuntur autem aliqui bigami interpretatiue,qui tamen in veritate nõ sunt bigami, licet quo ad quid iudicentur bigami. Sicut quando sacerdos vel in sacris constitutus contrahit cũ corrupta vel secunda vxore: talis incurrit pœnam bigamię, licet non sit vere bigamus. Non enim perdit priuilegium clericale, sed priuatur ordinis executiõe. Q; nõ sit vere bigamus pt3: q; hic non sunt duo matrimonia. Secundum enim nullum est: quia inhabilis est ad contrahendum cum iam est in sacris cõstitutus. Sed quia quantum in ipso fuit duo contraxit matrimonia & eam quam duxit cognouit,ecclesia reputat eum vt bigamum: quia infligit ei pœnam bigami. Non enim potest talis deinceps ad ordines promoueri: si nondum est sacerdos. Inhabilitatus enim est per ecclesiæ prohibitionem. Et licet aliud sit esse bigamum vel ciuem & haberi pro tali, tamen quando in actibus iuris aliquem esse talem depẽdet precise ex iuris dispositiõe, idem est reputari pro tali & esse talem. Si vero non dependet precise a iure,sic non est idem. Immo stat aliquem reputari pro tali & solum ficte esse talem sine veritate facti. Ita habet Panormitanus. cap. Nuper. vbi supra. Et sic parificantur verus & interpretatiuus bigamus quo ad pœnas biga-

Universidad de Deusto
Biblioteca



mis debitas. Quidam vero interpretãtur esse bigami, licet nõ sint simpliciter & proprie bigami, vt contrahens cum corrupta. Hic non est simpliciter bigamus: quia non sunt hic duo matrimonia veraztamẽ ecclesia iudicat eum esse bigamũ: quia est hic caro vnius in plures diuisa. Dicit, vel simultpe, vt supra patuit: quia est interpretatiue vl' similitudinarie bigam⁹, & sustinet pœnã bigami. Ponatur casus: aliquis defloravit virginẽ & postea duxit eam in vxorem: An sit bigamus: & ab ordine prohibitus. Dicũt quidam q; sic, eo q; duxit corruptam. Cõmunior opinio est in oppositum, quia non diuisit carnem suam in plures Vel duxit virginem, nõ ab alio cognitam. & hoc sufficit. Nec enim mulier illa, nec vir carnem suã in plures diuisit, quod cõtingit cum sumitur corrupta ab alio. Dicit, de iure vl' de facto, vt supra. Dicitur, & eas carnaliter cognouit post cõtractũ matrimonialem de iure vel de facto. Requiritur enim carnalis cõmixtio cum effectu, & non solũ conatus: si debet incurri bigamia. Hinc si quis cõtrahit cũ vna, & nõ cognoscit eam propter mortem superuenientem: dehinc ducit altam & virginem, quã cognoscit, vel ecõtra: quia non diuisit carnem in plures: bigamus non est. Sic ducẽs mulierem ab alio ductam, sed non cognitam. Si autem quis cognoscit virginem, & contrahit cũ ea: dehinc alius nesciẽte marito etiam cognoscit eam, & dehinc in matrimonij consummatiõe maritus ille tractat eã vt suam: ille vere est bigamus. xxxiij. distin. Si cuius vxorem. & cap. sequẽ.

C ¶ Quantum ad articulum tertium mouenda sunt dubia. ¶ Primũ est de pœnis bigamię vel bigamorum. Et est prima & generalis q; nudati sunt priuilegio clericali. lib. vj. de bigamis. Hoc tamen secũdum Dominicum sup. vj. & Angelum in sum. intelligitur de constitutis in minoribus ordinibus: qui scilicet sunt in statu tali q; possunt ad seculũ reuerti, & ibi viuere vt laici, vt sunt acolyti, & nouitij non professi: secus de professis & in maioribus constitutis ordinib⁹ Hi enim non possunt ad seculum reuerti, & ideo licet sint priuati habilitate ordinum, nõ tamẽ priuilegio clericali. Quicunq; potest dimittere clericatum vel statum quo habet priuilegium clericale, si incidat in modos bigamię saltẽ dempto vltimo vbi quis post votum solenne ordinis sacri vel religionis contrahit, perdit priuilegium clericale, vt Acolytus, & non professus nouitius religiosus. Si vero est talis conditionis q; non potest statum illum dimittere & proiscere quo meretur priuilegium clericale: vt constitutus in sacris & professus: statu illo manente manet priuilegiũ donec degradatus tradat curię seculari. Per nullam ergo bigamiam perdit hoc priuilegium canonis, siue clericale: non tamen admittitur ad ordines vel ordinis executionẽ. Quod ergo dicitur in textu, Adijciendus est coercioni seculari: non potest referri ad eos qui sunt in ordine regulari vel sacro constituti, seu religionem approbatam professi. ¶ Secunda pœna est: q; priuant tõsura clericali, vt supra pt3 in eadẽ decretali: quã tamen secundum Palu. possunt portare bigami religionem intrantes. In hoc enim statu etiã non ordinati habent tõsuram. Secus de susceptis ordinibus, qui amitti non possunt. Intelligitur ergo vt supra non de bigamia quę post ordinẽ sacrum vel religiosum cõtrahitur. ¶ Tertia pœna est: phibiti sunt ab habitu clericali precise & quo vtuntur clerici, actum sui ordinis, aut cõsecrationis, aut benedictionis facturi, vt superpellicio, corona, dalmatica. Hinc non possunt legere epistolam secundum Palu. etiam sine habitu clericali. Qui vero habet vnicam & virginem, tenetur deferre coronam & habitum clericalem: alias perdit priuilegium clericale. de cle. coniug. lib. vj. Nõ q; debeat deferre superpellicium: immo nec tenetur, & potest coronam capitis tegere ne sit scãdalum vxori: sed hoc intelligitur de clerico coniugato, secundum morem ecclesię orientalis. Hi enim habent cum sacerdotio coniugium ante sacros ordines assumptum secundum licẽtiam ab Apostolo datam. vt dicit tex. xxvtij. distin. cap. De his. iuxta finem. Nõ possunt greci iam in sacris constituti matrimonio copulari: sed ante perceptionẽ sacrorum & maiorũ ordinum. Ita eñ determinauit sexta Synodus. Si quis eorũ qui ad clerũ accedũt voluerit nuptiali iure mulieri copulari: hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat. dist. xxxij. cap. Si quis. Ad idem, cap. Nicena. dist. xxxj. ¶ Quarta pœna: q; sunt oĩno citra dispensationẽ ab ordinũ susceptiõe prohibiti & suspensi. Si eñ nõ potest vti antiqua corona vel ordine prius habito, multo minus põt nouam accipere: quia frustra acciperet, cum prohibitus est deferre. Nisi in religione, vbi multi non clerici habẽt coronã. Et si de facto ordinatur, accipit quidẽ characterẽ, sed non ordinis executionem. ¶ Quinta. Nõ est capax alicuius beneficij ecclesiastici etiã regularis, secũdũ Palu. Talia eñ non debenẽ laico sed clerico. Cũ enim bigamus indignus est omni ordine & clericatu, etiam indignus est beneficio quod datur ordinatis. Itẽ cũ beneficiũ datur ꝓpter officiũ: & indign⁹ est officio & ordine: ex cõsequẽti & bñficio: nõ solũ durãte mrimonio, sed etiã deinceps, donec mereat dispensationem. Vnde nec clericus qui cõtraxit cum vnica & virgine, interim ꝓmouetur. de cleri. cõiug. ca. ij. Plura de hoc scribunt doct. iuris,



D ¶ Secundũ dubium. Vtrum ad contrahendum bigamiã in foro conscientię sufficiat matrimoniũ presumptum vel interpretatiuũ in foro ecclesię. Exempli gratia: Aliquis cõtrahit spõsalia de futuro cũ secũda aut corrupta, & statim cognoscit eam, non maritali sed fornicario affectu: vel ponatur q; hoc fiat post susceptum ordinem. Si eñ contraxisset de presenti, & subsecuta fuisset copula, fieret bigamus. An ita etiam sit de futuro: ita q; ille fiat bigam⁹ saltẽ interpretatiue quo ad pœnas iam enumeratas, respectu quarũ pari ficantur verus & interpretatiuus bigamus. Respondetur. ex quo bigamia habet ortum ex statuto ecclesię, quę iudicat de patẽtibus, ideo ad cõtrahendum bigamiam in foro conscientię sufficit matrimoniũ in foro ecclesię. Vnde sicut in foro ecclesię iudicatur in casu prefato ꝑ matrimonio, ita & in eodem casu iudicatur in foro cõsciẽtię ꝑ bigamia. Est enim in casu illo præsumptio iuris, & de iure pro matrimonio. Immo secundũ Palu. quod apparet esse matrimoniũ in foro ecclesię, licet sit nullum, etiã iudicio ecclesiæ causat bigamiam: ergo multo magis illud quod ecclesia iudicat eẽ matrimoniũ, & vbi est presumptio fortis de matrimonio. Vnde cõcludit dicẽs. Qui sponsam secũdam de futuro vel corruptam aliquã vel post ordinem cognoscit siue fornicario siue maritali affectu, fit bigam⁹ pari modo ac si per verba de presenti cum ea contraxisset, & non solum per verba de futuro. ¶ Sed contra illud. Aliquis contraxit delusorie tantum cum aliqua per verba de presenti, quę fuit ab alio corrupta, & eam cognouit non affectu maritali, sed illusorie: hic non incurrit bigamiam. Probatur. Sponsalia quę sunt nulla propter defectum cõsensus non causant publicę honestatis iustitiam, igitur a simili matrimonium quod nullum est propter defectum consensus, nõ causat bigamiam, etiã in casu quo causaret si teneret. Respondetur negando cõsequentiam: quia ecclesia (vnde hęc impedimenta habent ortum) ita iudicat de apparẽtibus sicut de existentibus, & idem est apud eam apparere & existere. Vnde cum dicitur, Spõsalia quæ sunt nulla propter &c. intelligitur quæ sunt euidenter nulla. sicut cum infans, furiosus, insanus, aut ratione carens contrahit: aut alius rationem habens sub certa conditione: quia tali nõ extante nihil est. Secus vbi nõ contrahitur conditionaliter: nec est defectus patẽs aut euidens. Sic si monachus vel diaconus sciẽs se non posse de iure contrahere, nihilominus vel clandestine vel in facie ecclesię contrahit de facto illusorie vt eam per noctem habere possit exprimendo verba cõtractus & consensus, hic de facto contrahẽdo bigamiam incurrit interpretatiue. Vnde bigamia incurritur quo ad iuris interpretationem per matrimonium de facto in omni casu quo incurreretur per matrimoniũ de iure: non propter defectum sacramenti, sed propter affectum intentionis opere subsecuto. ca. finali de bigamis. Cum eñ aliquis publice contrahit in facie ecclesiæ cũ secũda aut corrupta, ab omnibus iudicatur esse bigamus: quia pręsumunt singuli q; non subsit impedimentũ contractus, & q; contrahens memor sit salutis proprię. Vnde cum ecclesia quę bigamiam instituit, iudicat de patẽtibus, & idẽ est apud eam palam apparere & vere esse, videl secũdum Palu. q; omne tale matrimonium, quod existẽs verum causaret bigamiam, etiam causet nunc sic publice cõtractũ, licet sit omnino nullũ. Et talis bigamia potest dici similitudinaria aut ficta, seu interpretatiua, propter similitudinem ad bigamiam veram, aut interpretatiuam primaria interpretatiõe. ¶ Corollarie sequitur. Omne matrimoniũ quod iudicatur tale secundũ forum ecclesię, aut quod cõtrahitur in facie ecclesię, sufficit ad bigamiam, licet sit de iure & in foro cõsciẽtię nullum: in eo casu in quo si esset verũ matrimoniũ vere sufficeret ad bigamiã. Immo quãdo q; matrimoniũ de facto, & cõtra iuris dispositionem causat bigamiam, vt in contrahẽte post votum solenne ordinis aut professionis: vbi nõ potest esse verũ matrimoniũ copula secuta. ¶ Tertium dubium quęrit rationẽ prohibitionis ecclesię & bigamię: quare ecclesia voluit tales eẽ bigamos & ab ordine suspẽsos qui carnem suã diuiserũt in plures, & vbi sponsus nõ est vnus vni⁹, nec sponsa vnica vnici. capi. Debitum. de biga. Si eñ hęc ratio ꝓcederet, potius videretur. ſ. ad Timo. iij. q; is qui nunq̃ fuit coniugatus, & ita nec vnus vnius, nõ veniat ordinandus. Nõ eñ fuit vnius vxoris vir. ¶ Prẽterea. cum dicitur q; non debet carnẽ suam diuisisse in plures: de quo hoc intelligitur: an de viro tantũ, an de muliere? Si de viro tantũ: ergo masculus virgo cõtrahẽs cũ corrupta cum nõ diuisit carnem in plures, nõ esset bigamus, quod est cõtra dicta. Si de muliere tantum: ergo ordinatus aut professus contrahens cum virgine non esset bigamus cõtra prędicta, & cap. A nobis. eo. ti. Si de vtroq; iterum nõ procedit contra dicta. ¶ Prẽterea. nulla videt ratio quare maior requiritur castitas in muliere q̃ in viro. Corrupta eñ nõ cõsecrat, sed cõcubinarius & fornicari⁹ ordinat. Et quare pot⁹ mrimonij cõmixtio q̃ coit⁹ fornicari⁹ inducit bigamiã: cũ primũ sine pcõ possit stare: sed nõ secundũ? ¶ Ad primũ dicendũ suppositis rõnib⁹ sancto rũ patrũ, & his q̃ tãgunt ca. Debitũ. eo. tit. Ratio fuit dispositio Apostolica Pauli: quã expressit dicẽs, Oportet episcopũ esse vnius vxoris virũ.

quod negatiue exponendum est: non plurium sic q̄ sit vnius vnicę, sicut Christus vnus sponsus vnius ecclesiæ. Ratio huius pōt esse illa quā attendit ecclesia: sic alludēter ad dictum Aposto li statuendo. Cū alia sacramēta instituta sunt ad effectus & influxus aliquos percipiendos in ecclesia dei, sacrm ordinis institutū est ad aliquos actus hierarchicos exercēdos. Et ideo Dion. de ordine loquēs, ita de eo loquitur & ipsum distinguit vt ordinat ad actus hierarchicos: attribuens omnes tres episcopo, duos sacerdoti: tertium scilicet purgare, diacono. Ad hierarcham pertinet q̄ sit idoneus no. testamē. minister. ij. Corin. iij. Ad idoneitatem pertinet inter cętera q̄ nō sit in eo alicuius sacramenti inexistentis defectus & falsa significatio. Non q̄ singuli singula habeāt sacramenta formaliter. Non em̄ omnes ministri noui testamenti sunt in coniugio constituti. sed requiritur q̄ nō insit defectus sacramenti alicui⁹, siquod acceperūt. Cum autem sacramentū matrimonij inter cętera est magnum sacramentū, secundum Apostolum, immo maximū significatione in Christo & in ecclesia. ad Ephe. v. ideo requiritur in clericis ad sortem domini vocatis: si est vel fuit in eis, q̄ sit aut fuerit sine defectu. Est aūt defectus sacramenti illius in eo: quando eius significatio non est integra. Quod tunc fit quando diuisio carnis reperit in plures, siue in viro, siue in muliere, siue ex parte vtriusq̄. Vna em̄ est Christi sponsa electa, & Christus vnicus est vnię (Despondi vos vni viro virginē castam exhibere Christo) quia vna est ecclesia ab Abel iusto vsq̄ ad vltimū electum qui in fine mūdi nascet. Cum ergo quis caret illa significatiōe in suo matrimonio, hic est ihabilis ad ordinū susceptionē quia bigamus, & nō monogamus. & tūc defect⁹ ille, hoc est defectus significatiōis illius sacramēti habiti, facit eum bigamum ex ordinatione ecclesię. ¶ Ad aliud similiter patet de eo qui nunq̄ fuit in matrimonio: ibi non est defectus sacramēti, quia nullum est ibi sacramentū. Vnde illa locutio negatiue exponēda est. Vnius vxoris vir: nō multarum vere vel interpretatiue. ¶ Ad aliud dicendum. Idem est, siue vir, siue mulier carnē suā diuiserit in plures ad sensum prędictum. Vtrobi q̄ em̄ defectus significationis est in sacramēto. Sed tamē diuersimode. Quia ex parte viri si debet dici carnem non diuisisse in plures, requiritur q̄ non duxerit secūdā vxorem & eā cognouerit. Nō autē requirit̄ q̄ ipse vir sit virgo, seu q̄ fuerit nō corrupta cū eā matrimonialiter cognouit. cuius ratio supra tacta est. Q̄ aūt virgines cōsecrantur, & corrupti ordinantur, ratio est secundū eundem. Velum enim integritatem significat virginalē. Si autem corrupta velaretur, falsa esset significatio. Sed in corrupto si ordinatur pōt esse vera significatio si fuit vnius vxoris vir ad sensum tactum. ¶ Quartum dubium: Quomodo F
tollitur bigamia: An per baptismū. Et q̄ sic videtur esse in Glos. super illo. j. ad Timo. iij. Vni⁹ vxoris vir. Et ad Titū primo. & est Hierony. Dixit enim vnius vxoris virum monogamū post baptismū. Si enim & ante cōiugem habuit quæ obierit, non ei imputatur, cui prorsus nouo, nec stupra, nec alia quę ante fuerūt, nunc obsunt. In oppositum est beatus Ambro. lib. j. offi. ca. vlti. & beatus Augu. vt habet distin. xxvj. cap. Acutius. & in glo. ad Titū. j. & xxviij. q. vlt. cap. Acutius. vbi dicit Aug. Acutius intelligunt: qui nec eum ordinandū esse censuerunt, qui ante baptismum habuerit vnā, & post baptismum alteram. In baptismo enim crimina abolentur, non fœderatio cōiugij dissoluit. Et infra. Sicut catechumina vitiata inter dei virgines consecrari nō potest: sic qui ante baptismum habuit vnam & post alteram, non nisi bigamus est reputandus. Ami sit em̄ quiddam, non ad vitę meritum, sed ad signaculi sacramentū. Itē Inno. Rufo, & Eusebio episcopis Macedonię multis argumētis probat talem bigamum reputari. Cum ergo baptismus non tollit cōiugia, sed culpas, & ex ipso cōiugio sequitur bigamia: igitur. Nec tenetur in hoc casu dictum Hierony. sanctissimi. Nec sequitur: baptismus tollit matus, scilicet culpam: igitur & minus. quia nō est ad hoc a Christo ordinatus. Nec tollit omnem pœnā nisi peccato debitam: qualis nō est irregularitas bigamię. Et si dicitur: ecclesia nō iudicat de his quę foris sunt: Verum est q̄diu foris manēt, secus cum intrauerint ecclesiā: quia tunc etiam iudicat de his quę foris habuerūt. Et ita in proposito, vt patet in conuersione infidelium. ¶ Huic dubio annectitur aliud. An scilicet G
tollatur aut tolli possit per dispensationem. Respondet Palude per hanc propositionem. Papa potest cum omni bigamo vero & interpretatiuo ad omnia totaliter & vniuersaliter dispensare ad omnes ordines beneficia & dignitates: vt Lucius Papa cum Panormitano episcopo. Ita tenet Richardus, Sanct. Thom̄. Durand. quæstio. iiij. Probatur. Irregularitas annexa bigamię non est de iure diuino: nec de iure naturali: sed est de dispositione & ordinatione apostolica. Apostolus ecclesiam ordinando non videtur maiorem potestatem habuisse q̄ successor Petri nunc habeat. Et cum par parem ligare non potest: nec inferior ligare superiorem: potest Papa de plenitudine potestatis dispensare contra ordinationem apostolorū. dūmodo tamē vim non habeat ex lege diuina vel naturali, vt est dispositio in his q̄ fidei sunt: & quæ respiciunt sacramēti essentialia



a Christo ordinata & instituta. Cū ergo bigamū non ordinari sit ex ordinatiōe Apostolica: & nō est essentiale ordinis susceptioni vel subiecto q̄ sit nō bigamus: imprimitur enim ipsi character si ordinatur de facto: ergo licet Papa non possit facere ex bigamo non bigamum, potest tamen cū ipso dispensare, pręceptū illud quo ad ipsum relaxando tunc & tollendo. Non enim minor est nunc auctoritas statuēdi, vel destituendi, vel Papę, vel ecclesię, q̄ tūc fuerit. Et si aliqui textus dicunt q̄ non licet dispensare cum bigamo, ly licet, exponitur vt nota difficultatis. non debet fieri sine causa vrgente. ¶ Corollariū. Bigamia nō tollitur per baptismum, sed per dispensationem Papæ totaliter & vniuersaliter: & episcopi particulariter in certis casibus. Vltima pars ostēditur. quia episcopus potest dispensare ad suscipiēdū & exequēdum ordines minores. qui cle. vel vo. cap. j. In illegittime natis. de filijs presbyterorum cap. j. lib. vj. In subdiaconatu in necessitate cum pauci inueniūtur ministri. in decretis. ca. Lector. Quando intrat religionem. qui cle. vel. vo. capitij. Cuius enim cum tali bigamo episcopus posset dispensare ad subdiaconatum, & sacerdotiū, tamen consuetudo habet oppositū. In bigamia vera & ꝓprie dicta, vel de marito vero corruptę. Quando est bigamus de facto, quę non contraheretur per matrimonium de iure, vt cum professus contrahit cum virgine. Item quādo bigamia est occulta: vt cum cognoscit suam quę in occulto adulterata est. Sed licet episcop⁹ sic possit dispensare quo ad oīm ordinum suceptionem cum bigamis religionem intrātibus vt tollatur vagādi materia, nō tamen quo ad dignitates suscipiēdas. Sic licet ordo dispēset in illegitimis quo ad omnes ordines, non tamen quo ad prelationes.

## Distin. XXVIII.

Hic quæri debet: Vtrum consensus de futuro addito iuramento coniugium efficiat &c. In distinctione præcedenti Magister ostendit consensum signo aut verbo de ꝓsenti expressum efficere cōiugium. Quærit in hac distin. An consensus de futuro, iuramēto firmatus & signo ad extra declaratus faciat coniugium. Sic de consensu occulto, qui testibus probari non potest. Et de qua re debet esse cōsensus matrimonij causatiuus. Secundū hoc potest huius distin. tenor tribus complecti conclusionib⁹. ¶ Prima. consensus de futuro firmatus iuramēto, nō efficit matrimoniū, sed promittit aliquādo futurum. ¶ Secunda. cōsensus occultus verbo de presenti clandestine in parentū, testium, & sacerdotis benedictis absentia expressus legitimū facit coniugium, quantum ad sacramenti substātiam & virtutem, secus quo ad eius decorē & honestatem. ¶ Tertia. consensus qui matrimoniū efficit, non est consensus carnalis copulę, nec corporalis cohabitationis, sed cuiusdam coniugalis societatis. Has conclusiones Magister in litera declarat.

### Quæstio Prima.

A
Circa distinctionem. xxviij. queritur Vtrum consensus in matrimonium verbo de futuro, palam in testium p̄sentia seu etiam clādestine exhibitus ac iuramento firmatus, sit matrimonij & cōiugij effectiuus. Supponit ex distin. præcedenti, quid est consensus. Quomodo consensus dicitur efficere matrimonium. Quō matrimoniū cōtrahitur cōsensu &c. Iā quęritur qualis debet esse ille consensus. ¶ Notandū primo. Sicut se habet promissio rei alicuius, & p̄missi satisfactio seu solutio, sic se habēt sponsalia de futuro & matrimonium de præsenti: & similiter consensus de futuro per quē contrahunt spōsalia, & cōsensus de pręsenti qui efficit matrimonium. Sicut enim ꝓmissio parit obligationē de lege naturę seruādā: solutio vero ꝓmissi liberat ab illa sponsione & promissione, quia dat vel complet illud quod promissum est: Sic sponsalia inducūt obligationē de velle cōtrahere matrimoniū cum aliquo, matrimonio vero cōtracto p verba de p̄ti satisfactū est despōsationi de futuro. Matrimoniū em̄ satisfacit ꝓmissioni de velle contrahere de futuro. Verum licet ꝓmissio sit seruāda de le. naturę: attn̄ ꝓmissio nō attingit ad cōtractū dationis, hoc est, ꝓmissio nō ē datio. Quā tūcūq̄ em̄ quis ꝓmittit etiā medio iuramento se velle quippiā dare alteri, tn̄ propter iuramentū ꝓmissio illa nō exit nec excedit firmitatē & latitudinē spōsaliū de futuro. Nec est datio. Nullus em̄ ꝓmittendo dat illud quod promittit: quia ꝓmissio respicit dationem alt̄q̄ fiendā. Cū ergo spōsalia nō sunt nisi ꝓmissio & cōsensus de futuro, expressus certis signis scdm morē loci indicātib⁹ illā promissionē & sponsionē: Contractus vero matrimonij & consensus de pręsenti certis signis

Universidad de Deusto
Biblioteca



exhibitus & declarat⁹,est datio potestatis corporum,vt supra:ergo sponsalia de futuro nō dant corporis potestatem,sed promittunt dationem, & ita nō inducunt de facto matrimoniū.Debent tamē promissa seruari. Et si quis promissum illi dat alteri,vere datum est de facto,cæteris par⁹ & tenet datio. Nec potest dehinc cum dominiū transtulit in illum: datum ab eo repetere vel recipere, vt det priori cui spopondit se daturum:sed debet de impossibilitate reddendi pœnitere:quia non satisfecit suę promissioni. Est enim promissio dissolubilis de facto per dationem sequentē, licet de iure solui non debeat,sed demandari executioni. ¶Corollarie sequitur. Sponsalia de futuro etiam iuramento firmata non inducunt vinculum indissolubile,de facto,sed de iure. Potest enim sponsus corpus suum de facto dare alteri,
B licet peccet promissum non seruando. ¶Secundo notandum. Magna est diuersitas in foro pœnitētiali & iudiciali pro matrimonio. In foro ēn conscientię & pœnitētiali statur confessioni vn⁹ pro se & contra se, & sic pro matrimonio & contra. Si enim mentitur,plus sibi est nocumento q̄ alij:quia peccat mortaliter. Facit enim mendaciū pernicioſum. Secus in foro exteriori:quia ibi requiruntur testes plures,secūdum iuris dispositionem. Et licet veritas semper prędeat p̄sumptioni,etiam simpliciter,& in quolibet iudicio:si contingit veritatem ipsam ita patescere & notā esse, sicut patescit & notum est illud vnde oritur prę sumptio de facto aliquo: tamen sępenumero ecclesia iudicat pro matrimonio:vbi in foro cōsciē tię nullum est matrimonium. In foro enim conscientię,secundū confessa:In foro ecclesię,secundum allegata & deducta proceditur. Cum enim ecclesię non constat de veritate facti,innititur prę sumptioni. Exempli causa. Sponsus cognoscit sponsam post contractum sponsalium: non affectu maritali,vt suam legitimā,sed affectu fornicario:quia forte intendit cum alia cōtrahere de presenti:& non vult per actum illum coniugale debitum reddidisse:sed solum explere libidinem cū ea. Talis cum nunq̄ habuit cōsensum de presenti in eam: sine quo non potest esse matrimonium verum:non est eius legitimus maritus,propter defectum consensus matrimonialis. Cū autem ecclesia nō possit videre animū eius & intentionē cum actū illum exercet cum sponsa de futuro,presumit q̄ non vult mortaliter peccare: & q̄ cōuenerint animo cōsummādi id qđ in sponsalibus de futuro promiserunt,nec credit oppositum dicenti contra matrimoniū. Sic enim multi possent colludere,& dolose spōsas de futuro cognoscere:vt sic ad secunda vota possent transire. Talis presumptio etsi mutet iudicium: nō tamen rei veritatem, sed solum iudicium quod fit de rebus sic apparentibus. ¶Tertio notandum. C
Matrimoniū clādestinum dicitur esse illud quod non contrahitur secūdum cōsuetudinem patrię illius,nec coram amicis,parentibus, vicinis, aut testibus sufficientibus qui possunt de re ipsa testimoniū perhibere. Ita habet Angel⁹ in summa in ver. Clandestinum matrimoniū. Quidā dicūt Si matrimoniū sit cōtractum in facie ecclesię,nō potest ex alijs appellari matrimonium clandestinū. Ecclesia vero in ꝓposito dicit collectionē fidelium. Cōtrahens ergo secundū consuetudinē patrię corā aliqua testiū multitudine,non dicitur cōtrahere clandestine,sed in facie ecclesię. Et hoc dictum procedit,vbi nō est de consuetudine prę mittere bāna vel proclamationes aut edicta per presbyteros,q̄ personę illę velint matrimonium contrahere:& si quis noscat impedimētum, tempore certo dicat &c. Sed si esset consuetudo prę mittere huiusmodi bāna,videtur esse necessariū, si matrimoniū debet esse nō clandestinū,q̄ præmittant. Alias dicetur clandestinum, vt videtur cap. Cum inhibitio. de clandesti. despon. Hinc dicit glo. super verbo Clādestina. Nō premissa denunciatione,ibidem. Cōcordat Hostiēn. in sum. qui etiā ponit plures modos matrimonij clandestini. Richar. ponit. iij. Quādo sine testibus. Aut quando nō seruātur solennitates debitę. Quādo sine denunciatione pręuia. Palude ponit sex. Primus quando sine testibus. Secūdus, quādo clādestine cōueniunt ante benedictionē nuptialē cū eam habere possent pro tempore & loco. Tertius quādo alibi cōtrahitur matrimoniū ab eo q̄ pri⁹ spōsalia cōtraxit cum prima:& illa nōdum sunt soluta auctoritate superioris. Quart⁹,quādo ante pubertatem cōtrahitur matrimoniū sine causa iusta & licentia superioris contra prohibitionem quę fit de spōsa. impuberū. ca. ij. Quintus,q̄n fit cōtra interdictū speciale sibi factū, vtputa ꝓpter impedimentū repertū, vel gñale,quia sunt ferię: aut speciale,quia lis pendet cū alia. Sextus,quādo omissis bānis,vbi nō est cōsuetudo in contrarium. De his inquit Palu. Vnusquisq; consuetudinē ecclesię,leges Apostolicas arbitretur.

¶Quantum ad articulum secundū D
est cōclusio prima. Cōtractus spōsalitū de futuro iuramēto aut testibus vallatus non per hoc exit, vel tranſcēdit firmitatē & latitudinē spōsalium, nec facit indissolubile vinculū. Patet ex notabili primo. Licet ēn afferat quēdam gradum firmitatis & quādam efficaciam,nō tamē mutat naturam p̄missionis vel obligatiōis. ¶Scđa conclusio. Cōtrahēs mr̄imoniū legitime cū scđa verbo de p̄ti post sponsalia etiā iurata de futuro cum



prima,vere dat corporis sui potestatem secundę: nec potest cum prima, sed cum secunda coniugale debitum exercere. cap. j. de sponsa duorum. Patet conclusio ex dictis. Nec tenetur reuerti ad primam mortua secunda: quia actio semel extincta non reuiuiscit. Licet si contraxit post votum emissum,debet mortua vxore voto satisfacere. ¶Tertia conclusio. Si sponsus & sponsa verbo de futuro sese carnaliter cognoscunt,non fornicario,sed maritali affectu,verum fit ibi matrimonium & indissolubile,non propter copulam, sed cōsensum nouum in foro dei & ecclesiæ. Hic ēn est nouus consensus interior tacitus vel expressus signo sufficienti declaratus. Sola enim copula non faceret matrimonium in foro conscientię,si non accederet nouus consensus partium hincinde per copulam sufficienter expressus. Et nihil talē cōsensum ita expresse idicat scđm Sā. Thom̄. sicut copula carnalis,nisi eregione appareant signa fraudis vel doli. Ideo enim conuenerunt:quia id quod in sponsalibus se facturos ꝓmiserunt,tā in opus deducere volunt. Hinc vno & eodem actu fit matrimonij contractus & consummatio : licet matrimonium natura prędat consummationem. Et licet sit matrimoniū præsumptum in foro ecclesię:est tamē verum matrimonium in foro dei propter consensum de presenti nouum:sine quo ecclesia non posset facere matrimonium,sicut nec sine aqua baptismū. Nō ergo facit copula matrimonium sine consensu, sed iudicat consensum prędefluisse tanq̄ causam illius copulæ sine qua nō. Secūdum Durañ. q. j. iudicat arguitiue. Et si vnus coniugum mendacium dicit: tamen alter quia habet ignorantiā inuincibilem excusat a peccato. Dolosus vero peccat & fornicatur. Exēplum de Iacob & Lya. Secundum Palu. non est verisimile q̄ Iacob nocte prima cognouerit Lyam. Cū enim a multis credatur in vtero fuisse sanctificatus, nō minus de eo q̄ Tobia præsumendū est q̄ triduo abstinuerit. Et sic mane cognito q̄ fuit Lya, nouo cōsensu eam accepit. Hinc dicitur. xxix. q. j. q̄ consensus subsequens facit eos coniuges. ¶Dicit autē hic affectus maritalis,quando per illum actū veluti per signum expressiuū cōsensus mutui & noui de presenti volunt & matrimonium contrahere & consummare. ¶Quarta conclusio. Si vir & mulier post cōtracta sponsalia de futuro, sese cognoscunt carnaliter animo fornicario,præsumitur de matrimonio in foro ecclesię,etsi nullū sit in foro conscientię. Probatur. Hic enim deest cōclesia prę sumat q̄ non velint peccare mortaliter, sed promissa reddere,iudicat prę sumptiue ꝓ matrimonio. ¶Quinta conclusio. Virginis raptor, defloratorem,oppressor,vel seductor,vbi nulla prę cesserunt sponsalia,tenetur raptam, defloratam, oppressam,vel simulatorie seductam, gratis ducere,si id alias fieri potest legitime, vel dotare,nō Mosaica,sed Apostolica constitutione. Probat. de adulte. & stupro. capi. j. & ij. Et hoc est verum si pater virginis consenserit ad hoc q̄ habeat eā vxorē,& similiter si vtriusq; maris scilicet & fœminę consensus accesserit, vt habet glo. ibidem. Non tamen finaliter compellitur eam ducere: sed quia eam decepit punietur ad tempus in monasterio. cap. ij. ibidem in tex. & glos. ¶Dicitur aūt constitutione Apostolica: quia iudicialia leg. ve. hodie non obligant,nisi per nouam constitutionem,& ideo constitutio in Exo. cap. xxij. ad hoc non stringit. ¶Sexta cōclusio. Tenet clandesti- E
nus matrimonij aut sponsalium contractus a ꝑsonis ad contrahendum aptis & idoneis celebratus:tametsi sit iure prohibitus. De prohibitione habetur de clandesti. despon. cap. vltimo. Clandestina matrimonia penitus inhibemus, prohibentes ne quispiam sacerdos talibus interesse prę sumat. Et q̄ non solū matrimonia clandestina: sed etiam sponsalia prohibeātur: ibidem habetur in rubrica. Ratio autē quare ecclesia prohibuit, est quia vt in plurimum contrahentes dolent de cōtractu. Item negant quandoq; formidine pœnę consensum datum & contractum habitum & similia. Sed q̄ teneat contractus cæteris paribus habetur eodem titu. capit. ij. ¶Septima conclusio. Licet propter quarūdam personarum ab ecclesia factā illegitimationem earūdem matrimonium sit vere nullum,& de iure & de facto: secus tamen est de personarum non illegitimarū alias, contractu clandestino. Prima pars patet. Secunda probatur,quia nō est de essentia, sed dūtaxat solennitate & decentia matrimonij q̄ nō fiat clādestine. Nec ecclesia clandestinum matrimoniū prohibēdo personas illegitimat,sed quę sunt cōtra honestatem decentiam & solennitatem sacramenti vult vitari ad precauendum pericula plurima. Sicut ēn in alijs sacramentis,ita & in illo q̄dam sunt de essentia sacramenti,quędam solum de solennitate. ¶Octaua conclusio. Tametsi clādestine contrahens non euadit culpam regulariter:tamen secus fieri potest in certis casibus per ordinarij a Papa scitā, & toleratam seu dissimulatam dispensationem. Casus illos enumerat Palu. & Anton. ¶Primo,cum magnates & principes contrahunt,& quandoq; nobiles. Tunc ēn frequenter banna penitus omittuntur,cum talia mr̄imonia alias late diuulgant:& non est timor de impedimento sicut in plebeis. Et si sunt,attēn regulariter pri⁹ auctoritate quorū interest tollunt. ¶Scđo,cum ignobilis nobilem & magnatē val

de precipuum ducit. ¶Tertio,cum diues pauperē. ¶Quarto,cum senex iuuenem. ¶Quinto,cum subest timor parentum post cōtractum. ¶Sexto,cum diu sic fuerunt,& hoc propter verecundiam. Dispensat autem in his casibus ordinarius de consuetudine per Papam scita & tolerata, etsi tamē sit statutum generalis concilij q̄ solus Papa dispensat. ¶Illos casus reducit Palu. ad tres: in quibus bāna possunt occulte fieri similiter & benedictio. ¶Primus,cum nō subest timor de periculo. Tunc enim cessat huiusmodi bānorū causa. ¶Secūdus,quādo timetur de maiori malo futuro si non admittantur,q̄ sit ille cōtractus clandestinus propter inequalitatem & distantiam magnā contrahentium. Forte enī amici magnatis humilem conditione submergerent pro liberatione magnatis,aut occidi facerēt, vel in exilium retrudi,vel falsos testes subordinarēt ad impediendum contractū. Secus post contractus consummationē:quia tūc toleratur. ¶Tertius, propter verecūdiam senum, aut diu cohabitantium. Inquirendū tn̄ est occulte,si opus est, de impedimento,quod si nō fuerit compertum, vel presumptum,possunt auctoritate superioris licentiari. Et cū secundū Palu.talia non veniunt in generali cōcessione que fit pœnitētiarijs ordinariorū, si nō fuerint eis specialiter data & cōcessa,non habent.sicut & casus episcopales non cōtinentur in generali concessione,de pœ.& re.cap. ij.lib.vj.

F ¶Quantum ad articulum tertium est dubium primum. An cōsensus qui facit matrimoniū,sit consensus in carnalē copulā:de quo cōclusio tertia literalis. Qz nō, Augusti.capit.iij. de bo.con.cōtra Faust.lib.xxiij.cap.viij, & Magister in text. Qz sic,videt esse beat⁹ Hiero.xvij. q.j. Sunt quidā. Respondet Richar. San.Tho. & Bonauē,&c.in effectu. Consensus de presenti qui facit matrimoniū,est cōsensus in copulā coniugalem. Nomen vero Copula coniugalis,secūdum Aug.dicit solūmodo copulationē animorum:secūdum alios significat obligationē personarū cōiugalium de reddendo alteri corporis sui in ipsum translati vsum cōiugalem dū id ipsum ab eo legitime fuerit petitū. Qz si nomē copula cōiugalis sic accipit:potest stare tota matrimonij essentia sine carnali cōmixtione. Talis enī cōmixtio carnis nō est de eētia matrimonij,vt dicet dist.xxx. de matrimonio virginis Marię. Et cū nō est de essentia matrimonij:nō requirit ad matrimonij cōtractum cōsensus explicitus in ipsam carnalē cōmixtionē,sed in copulā cōiugalē. Q d nomē:secundū Aug.contra Faust.lib. xxiij.ca. viij.nihil aliud dicit nisi copulationē animorum. Hinc ait.Ioseph habuit Mariā coniugē continētem.Non concubitu,sed affectu. Non cōmixtione corporū, sed copulatione(qd̄ est charius)animorū.hęc ille.Hoc dictum necessario intelligitur de copulatiōe cōiugali animorū.Quō alias saluā tur cōiugia senū,sterilū &c? Possunt enim cōtrahentes de consensu mutuo perpetuo cōtinere in vl' extra religionē, & sese certiores reddere de nū q̄ petendo debitū,& tamen inter eos est verū matrimoniū.Patet de cōiugio Marię & Ioseph.Potest etiam quis in copulā cōiugalē consentire nū q̄ cogitando de actu carnali,siue cōsummādo siue nō.Exemplū de vouente castitatē:qui satisfacturus iuramēto de cōtractu matrimoniali, vere contrahit: dehinc ad religionem se recipit nolens actu absoluto vnq̄ cōmisceri cum ea.Et si dicit: Qui vult antecedens vult & cōsequens:vsus vero corporis ad actū carnis,est consequēs ad cōiugalem copulā: ergo volens cōiugalem copulam vult etiā carnalē copulam:Respondetur cōcedēdo ad sanum intellectum.Qui enim vult antecedens,vult & consequens eo modo & conditione quibus vult antecedens.Sed volens copulā cōiugalem & corporis sui translationem in alium ad actus coniugales dum ad id legitime requisitus fuerit:vult & actum carnalem implicite dum ad id legitime requisitus fuerit.Et ita nō vult absolute & simpliciter actum carnalem, nec cōsentit explicite in eū. Preterea aliquis potest certior reddi q̄ alter nunq̄ vult vti corporis sui potestate ad actus cōiugales : potest etiā scire de se ipso q̄ simpliciter vult cedere iuri suo. Dicit Richar. q̄ cōsensus talis in translationem potestatis corporis sit de essentia matrimonij.Preterea secundum predicta,distin.xxvj.matrimonium in officium vt olim fuit præcepti,non est reuocatum, sed manet adhuc preceptū & affirmatiuum, igitur castitatem vouentes implicite intendunt corporum suorum coniugalem translationem nisi de obligentur: aut nisi deus oppositū reuelet vel statuat.Et tamen per id non violatur eorum castitas.Hæc humili cum submissione dixerim,pudicitia virginis gloriosissima salua semper & illęsa. ¶Secūdum dubium est de matrimonio clan G destino,& similiter de sponsalibus clandestinis: An sic clandestine contrahentes peccent: & sese statim cognoscentes. An deniq̄ pari lege prohibita sunt sponsalia clandestina sicut matrimonia clandestina.Et tertio:An scientes impedimentū contractus,& illud tempore proclamationis quę fit in ecclesijs non reuelantes peccent mortaliter. An deniq̄ pręuio mandato sacerdotis, q̄ dicant qui nouerunt impedimenta, incurrant excommunicationem. ¶Ad primam partem respondent doctores diuersimode. Palude dicit:



Quocūq; illorum modorum de quibus dictum est matrimoniū clandestinum contrahatur,culpa mortalis est ꝓpter inobedientiam. Et allegando Guiliel.subiūgit q̄ cognoscere suā ante benedictionē est mortale. Et loquitur vt videt saltem regulariter:nisi aliud habeat consuetudo patrię vel nobilium:vt supra:& de benedictione solenni, q̄ solet fieri ante ecclesiā in solēnizatione matrimonij. Ex quo sequit q̄ nolētes cōtinere,totiēs quotiens peccant, ante benedictionē quā cum habere possent contemnūt, & non accipiūt, cōmercio carnali operam dando.Et ideo non tenetur cōiux reddere debitum ante benedictionem: præsertim cum eā habere cōmode posset. Durū est hoc dictū,saltem ex parte.Angelus in sum.ver.Clādestinū. dicit.Cū solus cū sola cōtrahit mortale peccatum esse videt.ar.c.Cū inhibitio.Ratio est,q̄ transgreditur præceptum ecclesię.Et forte quandoq; interuenit mādatum ordinarij. Sic enim cōtrahentes videntur sese cōmittere magno discrimini. ¶Et licet text⁹ cōcilij generalis in cap.præfato: Cū inhibitio, loquat̄ de matrimonio dicēs. Clandestina coniugia penitus inhibemus (Cōiugia, matrimonia de presenti exponit Hostiēn. in Sum.sunt enī noia synonyma)Tn̄ mens concilij est secundū Hostiēn.& Panor. & alios,q̄ idem sit de contractu sponsalium,quæ sunt q̄dam prę ambula ad matrimoniū : & ꝓhibito matrimonio videntur prohibita sponsalia.Ideo ne oriatur difficultas circa ordinationē & ꝓuisionē ecclesiæ:ne deniq̄ minus sufficienter dicatur esse prouisum saluti animarū:extēditur illa prohibitio etiam ad sponsalia. ¶Sed tunc adhuc res pendet.Ex quo enim non sufficiēter clarum est quid sit matrimonium clandestinum: An.s.illud qd̄ fit sine testib⁹ & sine præmissione denūciationis vel bānorū copulatiue: vel sine altero illorum: non videtur esse certū quis pœnas illas incurrit:de q̄bus loq̄t̄ concilium generale in cap.Cum inhibitio. de clande. desponsa. Nam secundum Panor.vbi nō est cōsuetudo præmittere bāna:is non contrahit clandestine,qui coram multitudine contrahit secūdū morē patrię,supra notabili tertio.Cui alludit Prę positus super.iiij. Decreta.dicēs.In facie ecclesiæ contrahit qui publice in conspectu fidelium secūdum morē patriæ cōtrahit.eo.ti.& ca.Et alij quos refert Panor.Et secundum eundem doct.vbi est cōsuetudinis pręmittere bāna: dubium est an nō prętermittens incurrat pœnā,cum tamen alias in facie ecclesiæ contrahit:hoc est publice:eo q̄ pœna est imposita contra contrahentes clandestine(qd̄ vtiq; nō facit contrahens corā multitudine nemine contradicente)& non contra non prætermittētes bāna:licet Glos.oppositum teneat. Rationē annectit:quia sic citare volentes opponere, & impedimētum allegare est secūdū Hostiēn. episcopi. Palu.dicit hoc esse curati siue curatoris:nisi synodo vel statuto synodali aliud statuatur.& ita habet cōmunis obseruantia.Cum ergo est officium sacerdotum, nō respicit quo ad pœnam copulā dos matrimonio.Videtur q̄ in hoc potissimū stādum sit moribus loci.Hinc nec terminus talismodi edicti statut⁹ est in iure : sed relinquitur iudicis arbitrio:& quandoq; non præmittūtur bāna quo ad certas personas, vt supra. Angelus tenet q̄ cōtrahere coram duobus dūtaxat testibus subsistente causa rationabili,dūmodo statim sequitur tempore debito contractus publicatio, potest fieri sine peccato. Attēdere oportet ad cōsuetudinē patriæ, & ad statuta synodalia,& mādata episcoporum,quid disponant vel prēcipiant.Vbi autē debet fieri huiusmodi denūciatio & citatio, sunt opiniones:recurrendum est ad consuetudinē patrię,& ad ordinariorū statuta synodalia.Insup videtur aliquibus,q̄ cū secundum dispositionē cōcilij generalis cōdigna pœnitentia debet iniungi ijs qui etiam in gradu concesso præsumpserunt tali matrimonio copulari:quia minus peccare videntur cæteris paribus contrahentes clandestine spōsalia q̄ matrimoniū: ideo mitiori veniūt pœna plectendi.Nec releuat q̄ sic contrahere clandestine est cōtrauenire nō essentialibus huius sacramenti: sed ijs q̄ sunt de solēnitate:vt supra.Cōcl. vij.Nā cōtractus clandestinus est prohibit⁹ a generali concilio. ca. Cum inhibitio.vbi supra.igitur non licet contrauenire. ¶Ad tertiū respōdet Palu.art.v.q.ij.affirmatiue q̄ sic, Mortale enī est occultare veritatem etiā occultam ei q̄ potest in necessitate prodesse,& recusat:dūmodo tamē sci at aliter q̄ per confessionem,etiam si sub secreto accepisset.Est enim iniusta promissio,vt inquit. Videtur hoc dictum fore intelligendum dū sufficiēter nouit veritatē, & dūmō reuelatio licite fieri potest pro opportunitate loci & temporis &c. et posito mandato superioris de reuelando veritatem,post bānorum vel denūciationis fieri solitę proclamationem. Et extenditur hoc etiam ad eos qui sunt alienę parochię secundū eundē:quia delinquit alienus parochianus vbi veritatē dicere omittit:& sic ratione delicti fortitur forum.

¶Sed dubiū est:an sciens impedimentum p cōfessionem,tenetur dicere.Et q̄ sic,videt de adul. & stupro.cap.Significasti.vbi habetur de quodā sacerdote qui dixit episcopo ecclesiam fore polutam,celando nomen presbyteri, qui cum alteri us coniuge in ecclesia dormiuit & eam polluit. & hoc vt videt non nisi per confessionem habuit. Respōdetur negando q̄ habuit ex confessione sed ex dicto mulieris,quæ publice detexit hoc factum cuidam sacerdoti: dicens & se & sacerdotē

hoc facinus fuisse confessos. Non ergo reuelauit nisi alias scitum extra confessionem. Hæc reuelatio nulli nocuit: quia nomen adulteri tacuit, sed p fuit, & ecclesię reconciliationem meruit. Si aũt dũtaxat per confessionem sciuisset, non fuisset reuelandum directe: nisi forte sine oĩ nota personarum apud ecclesię rectorem vel antistitẽ, efficere posset ecclesię pollutę reconciliationẽ secluso scãdalo. Verum in proposito hoc nõ satisfaceret. Si enim sciens per confessionem impedimẽtum, reuelaret ipsum tacito nomine, nihil prodesset: sed suspitionis causam generare posset, & scãdala nutrire: hic vero ecclesia poterat sentire cõmodũ, nõ scito noĩe peccantis. Si eĩ noĩaret personã, reuelaret cõfessionẽ. Cũ tñ secũdũ Gerson in floribus de pœnitẽtia: oĩa ad cõfessionẽ ptinẽtia, vt emenda iniũcta, & interrogatiões factę, & cętera nõ inducentia ad malũ, sunt de cõfessionis secreto: Hinc dicit eos peccare nisi ignorantia excuset, qui suã pœnitentiam, & quæ sacerdos eis dixit, passim dicunt: aut qui de talibus inquirunt. Videtur tamen alijs q̃ nisi sufficienter sciat veritatem super impedimẽto: ita q̃ posset probare per testes: & extra confessionem: nõ tenetur dicere: quia exponeret seipsum derisioni: nec alter tenetur suo dicto simplicit credere. Alijs videtur q̃ si id est secretum ex forma, & celare secretum cõmissum fidei alterius est de lege naturali: hoc eĩ rationabiliter vellet q̃ libet sibi fieri: & nisi sic, socialis & humanus conuictus prorsus periret: ergo nõ tenetur ipsum sic inquisitus dicere. ¶ Ad quartum videtur q̃ nõ: saluis nunc dictis. Obediẽdum quidẽ est ecclesiæ & mandatis superiorũ legitime impositis, sub bãno, sub peccato, seu sub excõmunicatione ferẽdę sententię, non latę in rebelles. Ad hoc facit qđ dicitur in allegato cap. Cũ inhibitio. vbi & ponũtur pœnę horum qui clandestine contrahunt: aut sic
H contrahentibus intersunt &c. ¶ Tertium dubiũ: contra illud, Cõtractus clandestinus cæteris paribus valet. Nam contra hoc dicit. xxx. q. v. c. Aliter. q̃ non sunt coniugia: sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, aut fornicatiões potius q̃ legitima coniugia. Dicẽdũ. illud dictum Euaristi papę, qđ scribit episcopis Africę, nõ est sic intelligẽdum q̃ non sint coniugia legitima: dũmodo saltem alias assunt ea quæ ad substantiam cõtract⁹ matrimonij requiruntur: sed quia non habent decorem & honestatẽ quã ecclesia vult in coniugio seruari. Vel aliter. Papa ibi loqtur de foro ecclesiæ: sic q̃ clandestinus consensus ecclesiæ non patet dum contractus non est in facie ecclesię celebrat⁹. Et cum ille consensus clandestinus quem nescit ecclesia, non efficit præsumptum matrimonium nec ecclesia præsumere potest nisi de facto exteriori: ideo concubitus talium personarum iudicatur ab ecclesia quasi illegitim⁹ & nefarius, cum psonę illę contraxerunt non habita benedictione: aut secundũ morẽ patrię proclamatione solita, q̃bus tamen suffragatur consensus interior de pręsenti verbis aut signis designatus. Nec valet si dicatur: consensus etiam de præsenti inter consanguineos non facit matrimoniũ legitimũ inter eos propter ecclesię prohibitionem: ergo pariformiter in proposito consensus de præsenti contrahẽtium clandestine nõ facit matrimonium ex eadẽ causa: quia ecclesia etiam prohibuit. Ratio diuersitatis est: quia refert personas illegitimare, & a cõtractu: solum prohibere: siquidem prohibendo cõ sanguineos copulari adinuicem, simpliciter inhabilitat & illegitimat tales personas: vnde est impedimentum impediens, & ditimẽs post cõtractũ: non sic illegitimat personas clandestine contrahẽtes: sed solum prohibet: ideo eorum contract⁹ cæteris paribus tenet. xxx. q. v. ca. Si quis. §. His autem. vbi dicitur. Coniugia quæ clam contrahunt non negantur quidẽ esse cõiugia: nec iubẽtur dissolui si vtriusq̃ confessione probari poterũt: verũtamen prohibentur: quia mutata voluntate alterius eorum, alterius confessione fides iudici fieri non potest &c.

## Quęstio. II.

Secundo quæritur circa hãc dist. de consensu conditionato: An scilicet sponsalia vel matrimonium possunt contrahi sub cõditione: seu an sicut reperiuntur desponsatiões puræ & absolutę: sic reperiantur conditionatę: & hoc tam in contractu de præsenti q̃ futuro. A

¶ Quantum ad articulum primum notandum post Gofre. Hostien. in sum. & alios. Conditio accipitur tripliciter. Est enim conditio status personæ cum aliquis est seruilis conditionis. de quo dist. xxxvj & de seruis nõ ordinã. ca. vlti. & xxxij. q. iiij. c. Liberi. Est & cõditio in reb⁹ Res eĩ aliquę dicuntur seruitutem habere, & e regione quædam dicuntur liberæ. ff. & C. de seruit. per totum. Sic dicuntur esse seruitutes prædiorũ rusticorum. Est conditio promissionis vel alter⁹ contractus: & notificatur a Gof. suspensio per cõditionis euentum: seu promissionis suspensio p coniunctionem cõditionalem. Secũdũ Hostien. est suspensiua promissio, cuius effectus cõfirmatio pẽdet ex futuro. Secũdũ Angelũ in Sum. in verb. Conditio. est futurus euentus in quẽ actus suspẽditur. Et hoc potest esse dupliciter: Aut q̃ respicit euentum futurum incertum quo ad actũ



& diem, vt si Ioãnes cras venerit lecturus suã ordinariã: aut cum actus est certus: sed non dies: vt mors hominis. ¶ Secundo notandũ. Conditio quandoq̃ sumitur late, quandoq̃ latissime, quãdoq̃ proprie. Latissime comprehendit sub se modum. ca. ij. & ca. Verum. de cõditionibus appositis. Late comprehendit sub se conditiones de pręsenti, vel p̃terito, & ita demõstrationes: quæ sunt quædam liquidatio, vel certificatio rei, quæ geritẽ ex aliquo præsenti vel p̃terito accidẽte: seu ex rei qualitate pręsenti vel p̃terita. Tales enim nõ sunt proprie conditiones: quia non suspendunt actũ: sed indicant & insinuãt iam p̃sentẽ vel p̃teritum esse vel fuisse. Proprie: & tũc solum respicit euentum futurum incertum non necessarium possibilem euenire, siue incertitudo sit respectu diei siue rei aut actus. Ita habet Angelus vbi supra. Secũ dũ Palu. dist. xxix. q. ij. Conditio est quadruplex scilicet dies, demonstratio, causa, modus. Alij vero dicunt q̃ dationes & promissiones recipiunt modum, conditionem, causam, & demonstrationẽ. Modum, vt cũ dicitur. Do tibi decẽ florenos vt facias mihi hoc. Et exprimit modus p ly vt. Conditio per ly si. Si dederis mihi pecuniam do tibi equũ. Causa, per quia. Do tibi pecuniam q̃a recepi equum tuum. Demonstratio per ly quem, aut qđ, cum adiectione qualificãte id vnde fit sermo: vt librum meum bene scriptũ quem emi decẽ solid. a Petro bibliopola, do tibi. ¶ Tertio notandum q̃ species conditionũ sunt multiplices: quædam est possibilis: quædã impossibilis. Possibilis est duplex. s. de iure: & de facto. De iure, q̃ scilicet secundum iuris dispositionẽ requiritur ad hoc q̃ actus vel euentus fortuitus recte fiat. De facto: quæ potest euenire, sed nõ secundum iuris dispositionem. De iure est duplex. s. generalis & specialis. Generalis duplex est: expressa vel tacita siue subintellecta: vt si de⁹ permiserit: aut si cõsenseris: vel si deus voluerit. Specialis est multiplex. quædam necessaria: quædam cõtingẽs. Necessaria duplex est: vel de pręsenti: vt si es christianus: si non es mihi consanguineus vel affinis, cõtraho tecum. Dicitur autem cõditio aliqua necessaria secundum iuristas dupliciter: vel simpliciter & absolute, seu de facto & natura: vel secundum legis dispositionem: vtputa lex statuit q̃ illa cõditio assit si actus debet recte fieri: ita q̃ sine ea nihil fit stante lege. Vel de futuro: vt si Sol cras oriatur &c. Quædam contingens & voluntaria: quę scilicet potest apponi vel non. Et talis quandoq̃ est honesta: quandoq̃ indifferens: quandoq̃ turpis & inhonesta. Honesta conditio, est quæ facit ad decentiã matrimonij, aut quæ non derogat honestati: vt si placet parenti, si remiseris mihi iniuriam. Inhonesta per oppositum, quæ contrariatur

substantiæ & bonis matrimonij: seu quæ est contra naturam, & substantiam contractus: aut si nõ contrariatur eis dem, est tamen de se turpis, & lege prohibita. Exemplum primi. Contraho tecũ donec inueniam mihi plus placentem. Si generationẽ prolis deuitare volueris. Si te adulterandã pro quæstu donaueris. de cõditionibus appositis. ca. Si condi. Est enim bonũ fidei non negare vsum sui corporis ad requisitionem licitã, nisi deobligetur ab hoc: Nec dare ipsum alteri nisi cõiugi: q̃ sunt contra matrimonij inseparabilitatem, cõtra bonũ prolis & fidei: eo modo quo dicuntur esse de substantia matrimonij. Exemplum secundi. Si occideris hominẽ, si furtum feceris. Et concipiuntur illę conditiones quandoq̃ in personam alteri⁹ cõtrahentium: quandoq̃ in personam tertij. Itẽ qñq̃ apponuntur illę conditiones ab vtroq̃ contrahentium: quandoq̃ ab altero tñ: quandoq̃ contradicente altero expresse: quandoq̃ non expresse contradicente, sed tacente. Conditio impossibilis est triplex. De iure: quia contra ius. De facto: quia natura resistit: & propter difficultatẽ. qđ eĩ valde difficile haberi potest, sæpe dicitur impossibile. Item conditio quandoq̃ apponitur in principio contractus cum iam cõtrahitur: aut post cõtractum: quandoq̃ conditio expressa remittitur: quandoq̃ nõ remittitur. Quibus hoc adiscitendũ venit: q̃ conditio quæ de se inest: hoc est cõditio intrinseca: siue sit generalis, siue specialis, expressa vel non expressa, non facit actum vel contractum conditionalem vt supra: sed solum conditio extrinseca. ¶ Quarto notãdum. Ad hoc vt conditio apposita contractum suspendat: ita q̃ B sit nullus conditione non extante: septem requiruntur. ¶ Primo q̃ conditio sit apposita in principio cõtractus matrimonij. ca. Dixit. xxxij. q. j. Et notant doct. circa cap. j. de conditionibus appositis. Et ratio est: quia si iam celebrato contractu primum apponeretur conditio, non suspẽderet aut resolueret contractum, sed haberetur p̃ nõ adiecta. ¶ Secũdo. q̃ vterq̃ contrahentium expresse consentiat in illam conditionem. Si enim vnus poneret conditionem, & alter non consentiret in eam, etiam si taceat, ecclesia iudicat pro matrimonio puro non conditionato. cap. finali. de cõdi. appo. Et si talis conditio esset cõtra substãtialia bona matrimonij, nõ obstaret secundũ Angelum, sed cẽt matrimoniũ quo ad ecclesiam: vt notatur ibidẽ per doct. Facit ad hoc cap. Aliqñ. xxxij. q. ij. vbi dicitur. Si ambo nõ sunt tales, audeo dicere (inquit Aug.) aut illa quodãmodo est mariti meretrix: aut ille adulter vxoris. Et potest esse ratio primi: quia ecclesia pręsumit de meliori, & q̃ non voluerint agere contra substãtialia matrimonij cum alter tacet, & expresse non consen-

tit. Nec est præsumendum tacentem cõsentire in re tam turpi: aut forte contradicit, & tunc censet recessisse a conditione. Ratio secundi: quia nõ ꝓsumit ꝙ consentiant in cõtractũ matrimonij: cũ consentiunt ambo in conditionẽ cõtrariã substãtiæ matrimonij. ¶ Tertio requirit ꝙ conditio nõ sit necessario sed contingenter futura. Si em̃ est necessario futura ex naturę dispositione, quæ nõ immutatur, habetur pro impleta. Exemplũ. Accipio te in meam si sol tẽpore ęstiuo steterit in cãcro. Si Sol cras fuerit ortus &c. Cum enim talia futura iam sunt ꝓsentia in suis causis, & ita necessario sunt futura, habẽtur pro impleto, ac si iam sint ꝓsentia: & sic faciunt cõtractum absolutum & purum. Vnde nec proprie debet dici conditio: quia talis est futurorum & incertorum euẽtuum: & ita contingenter futurorum. Ita videtur tenere in foro conscientiæ San. Bonauẽ. dist. xxviij. & Duran. ac Palu. xxix. ꝙ talis contractus non est conditionatus. Verum aliqui tenent oppositũ, dicentes: si ante conditionis euentum transeant ad secunda vota, tenet contractus cum secũda. Et iam opinionẽ secundã Angelus iudicat veriorẽ in foro contentioso. In foro enim animę iudicandum est secundum intentionem contrahentium. Si enim sic dicentes non intendunt cõtrahere nisi in tempus conditionis: cum scilicet euentus ille licet necessario futurus extiterit: sic vera erit secunda opinio: quia licet stipulatio sub conditiõe quæ omnino est futura, non sit conditionalis: est tamen in diem: ita ꝙ non tenetur quis ad aliquid anteq̃ dies veniat. Huic opinioni assentit Palu. ar. iiij. dicens. Sponsalia vel matrimonium cõtracta in diem, nullum effectum habent ante illũ diẽ tametsi certum sit illum diem futurum: non solũ vt agi non possit: immo vt nec obligatio contrahatur, nec affinitas, nec publicę honestatis iustitia ante illum diem. Verũ statim recedit ab ea: dicens ꝙ dies quæ habet conditionem annexam, tacitã, & voluntariam, quæ libere potest apponi, vel nõ apponi, suspendit obligationẽ. Sicut testator potest vel in perpetuum, vel ad tempus legare hæredibus. Sed conditio si vixero, necessaria est: & necessario subintelligitur tacite: & talis conditio sic necessario & intrinsece inclusa non facit cõtractũ conditionalem, nec suspendit obligationem. Vnde si dico, Accipio te si vixero: vel accipiã te die dominico si vixero: nõ suspendit obligationem illa conditio adiecta Si vixero. Sicut dicẽdo, Faciã tibi multa in æstate futura si vixero: nõ suspẽdit obligationem: quia mortuus nihil potero facere. Et generaliter dies appositꝰ promissioni nõ suspendit obligationem inter terminos: sed tenet obligatio. Et sic sponsalia in diẽ interim causant publicę honestatis iustitiam. Ita videtur in ꝓpositum dicendum ꝙ illa cõditio quæ est necessario futura & euentura, nõ suspendit obligationem. Sic matrimonium contractum in diem certum, vel si Sol steterit in æstate in cancro, non videtur eẽ cõditionatum. ¶ Quarto ꝙ non interueniat cõsensus absolutus de ꝓsenti post illam cõditionem, & ante eius euentum. Iam enim conditio censetur purificata, & videtur esse recessum ab ea. cap. De illis. ¶ Quinto ꝙ non interueniat ante cõditionis euentum copula carnalis. talis em̃ cõditionem purificat & spõsalia de futuro iuris ꝓsumptione transfundit in matrimonium. Est ergo in hoc casu statim matrimoniũ si præcessit cõtractꝰ de ꝓsenti etiam conditionatus: etiam si ꝓcesserat conditionis defectus: dum tñ id alter ignorat. Puta contraxit si patri placeret, & pater cõtradicit: tamen alter ignorat hoc, & cõsentit in copulam, erit matrimoniũ: & ꝓsertim in foro ecclesię & si affectu maritali se habuerunt, etiã in foro cõscientię. ¶ Sexto ꝙ sit proprie cõditio & nõ modus. Cuius contrarium vt refert Angelus, tenet Palu. ar. iij. q. ij. dist. xxix. vt infra. ¶ Septimo ꝙ conditio non sit de ꝓsenti vel præterito: sed futuro. Has cõditiones etiã refert Angelus in ver. Impedimentum. iij. §. xiij. ¶ Quinto notãdum. Conditionũ alia est suspensiua contractus. Exẽplum: Equum tuum emo si vxori meę placet: si fuerit velox &c. Alia resolutiua. Exẽplũ. Emo equum tuum &c. & si non soluero pecuniam ad diem illum, contractus sit nullus. ¶ Istis præmissis ponentur aliquot conclusiones. Prima de demonstratione similiter & secunda. Demõstratio contractui apposita siue sit vera siue falsa, honesta, vel inhonesta, matrimonio contraria vel nõ, si est de ꝓsenti vel præterito, non de futuro, nũq̃ impedit vel suspendit per se cõtractum: sed habetur pro nõ adiecta. Exemplum. accipio vel accipiam filiam tuam quę procurat aut procurauit sterilitatis venenũ pro seipsa, seu quæ est sterilis, quæ nõ generat, quæ est virgo aut dies, quã audiui & cognoui esse pulchram &c. talis demõstratio nec impedit nec suspendit: sed habetur ꝓ nõ adiecta. Dicitur & non de futuro: sic em̃ esset conditio, & dicendum foret de ea sicut de conditione: vt accipio filiam tuam quę dabit mihi &c. Cõditio em̃ est de futuro, vt notabili secũdo: & sumpta proprie. Si dicis: Si demonstratio nec impedit nec suspendit &c. quare ergo apponitur? Respondet Palu. apponitur ad transferendũ onus probationis: quia cum dico, accipio te quia libera es: ex hoc præsumitur ꝙ ego credebam te esse liberam nisi probes oppositum. Dicitur etiam per se: vt in conclusione secunda. ¶ Conclusio secũda. Demonstratio si fertur ad cõditionem vel substantiam siue personam, impedit: non ratione sui



sed ratione erroris personę vel conditionis, cõtractum matrimoniale. Vt si dicatur: Accipio vel accipiam filiam tuam liberam: quã nescit esse seruã non tenet contractus: quia est error cõditionis: de quo infra. dist. xxxvj. Sic de errore ꝓsonæ. Hi. n. matrimonium impediunt & dirimunt post cõtractum. ¶ Tertia propositio respicit causam: & est hæc. Causa contractui apposita siue sit vera siue falsa &c. vt in cõclusione prima, habetur pro nõ adiecta, & ea non obstante pure & absolute intelliguntur contracta matrimoniũ & sponsalia. Huic conclusioni videtur vt supra adiciendum: nisi illa causa apposita redundet præcise in errorem cõditionis vel personæ. Tunc em̃ videt esse dicendum sicut conclusione secũda. Exemplũ. accipio vel accipiam te: quia est voluntas patris tui, qui & consensit, dato ꝙ sit falsum: habetur pro non adiecto vt supra. Si vero ponatur in futuro, Accipio vel accipiam te: qa pater tuus dabit mihi &c. ex quo causa debet esse prior suo effectu: iã non est causa proprie sed modus: vt in conclusione quinta. Et potest assignari ratio iam dictorũ ꝓ de monstratione & causa: quia demonstratio & causa respiciunt dũtaxat causam extrinsecam matrimonij, & non eius substantialia. respiciunt em̃ solum causam motiuã cõtrahendi. stat autẽ quẽ errare ꝓcise circa matrimoniũ ad contrahendum, & non circa personam vel conditionem personæ cum qua contrahendũ est. Qz aũt tales sic cõtrahentes vere consentiant: probatur a simili. Si em̃ aliquis indebitum aliquod ad cuius solutionem non tenetur, soluit ex errore credẽs se vere esse debitorem, is vtiq; transfert dominiũ in aliũ, qđ nõ esset nisi consentiret in illã translationẽ: ergo est ibi purus & absolutus consensus, siue causa vel demonstratio sit vera siue falsa. ergo & in proposito similiter dicendũ. Verũ licet in indebito sic ꝓ errorem soluto alicui competat repetitio: non tamen in proposito: sicut nec restitutio: quia in matrimonio status personę penitus mutatur. per ca. & notata in glos. Ex pte. de restitu. spo. ¶ Quarta propositio erit de modo. Modus si est contrarius matrimonio, siue quo ad substantiam aut ꝓsonas, siue matrimonij bonũ, vitiat ipm̃ sicut & conditio: vt accipio te vt ꝓcures venena sterilitatis. Et huius ratio est: quia modus respicit essentiam cõtractus cui additur: & est de eius essentia: vt vendo tibi equum meum decẽ Flore. cum pacto ꝙ dabis mihi codicẽ tuũ. hic nõ sunt duo cõtractus distincti: sed est vnus cõtractus includẽs essentialiter modũ. ¶ Quinta propositio. Idẽ videtur esse dicendum de modo per omnia sicut de conditione adiecta, hoc dempto vt refert Angelus: ꝙ si est possibilis & honestus, non suspendit obligationem: tametsi idipsum cõcedendum sit de talismodi conditione. Annectit Palu. rationẽ quia de natura modi est ꝙ posterius impleatur: & vbi appositus est fauore apponẽtis, tenet aliꝰ implere matrimonio celebrato: vt si dixit, Accipio te vt des. c. nomine dotis. Nõ aũt si gratia sui: vt Accipio te cum decẽ libris, vt habeas vñ emas tibi fundum: non tenetur nec ante nec post emere. Si modus non contrariatur matrimonio: & est impossibilis: vt accipio te vt celebres missam: vt cælum digito tangas: habetur pro nõ adiecto: sicut de conditione dicetur, & habetur tanq̃ contractus purꝰ & absolutꝰ in foro ecclesiæ. Aut est necessarius: vt accipio te vt moriaris &c. & habetur ꝓ impleto. Aut est possibilis tm̃: & hoc vel inhonestus: non tamen matrimonio cõtrarius: & habetur pro non adiecto: aut honestus & possibilis: & tunc non suspendit obligationem. Ista clarius ex primuntur in sequentibus conclusionibus. ¶ Sexta propositio. Conditio proprie capta de futuro quæ est contra bonum aut substantiam matrimonij concepta in alterius contrahentium persona, in principio contractus vel inter contrahendum de vtriusq; consensu apposita, nec remissa vere aut interpretatiue, impedit & dirimit contractum sic conditionatum. Probat per ca. finale de condi. appo. vbi dicitur talem contractum carere effectu. Dicitur primo conditio proprie capta de futuro. Est em̃ de ratione conditionis ꝙ sit de futuro. Secus si esset de præsenti vel præterito: tunc enim conditio illa nõ vitiaret sed suspenderet. Vnde si verum est, verum erit matrimoniũ extante cõditione. Si nõ est verum, nullum est matrimonium, quia conditio suspendit. Si vero conditio de præsenti aut ꝓterito sic poneret ꝙ includeret & respiceret futurum: vt accipio vel accipiam te si habes venena quo vtamur in cõiugio pro fœtus extinctione, idem esset dicendum vt de conditione de futuro secundũ tenorẽ propositionis. Dicitur Quæ est cõtra bonum aut substantiam matrimonij: quoniam licet alię conditiones quæ non sic se habent, etiam sint turpes: tamen habentur pro non adiectis: & ita non vitiant contractũ. Nam dũtaxat cõditio turpis aut impossibilis &c. de futuro, matrimonio non contraria, habetur ꝓ non adiecta cõditione. Cuius ratio est: quia nihil corrumpitur nisi a suo cõtrario. Cum ergo illæ cõditiones licet turpes siue impossibiles nõ sunt cõtra matrimoniũ: hoc est matrimonij bonũ & substantiam: non vitiant contractũ: sed vitiant & habentur pro non adiecto. Nomine substantia matrimonij etiam veniunt personę legitimę ad contrahendum quæ non sunt iure prohibitę & simpliciter illegitimę: quia ꝓsonę legitimę sunt de essentia contractus. Hinc aliquid dicit esse contra substantiam matrimonij: quia est contra prohibitio-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nem iuris circa matrimonij substantiam & essentiam. ¶Dicit concepta in personam alterius contrahentium. Si enim concipitur in personam tertij & non alterius contrahentium: vtputa si procurabis venena pro extinctione fœtus alieni: seu cõiugis alterius: sic habetur pro non adiecta. Si pro extinctione fœtus proprij: sic est contra bonum matrimonij: & dirimit vel impedit. ¶Dicit appo sita in principio contractus, vt supra in conditione pria notabilis quarti. ¶Dicit de consensu vtriusq; vt ibidem conditione secunda. ¶Dicit nec remissa: quia si fuerit remissa expresse & vere, vt iatur conditio & non matrimoniũ. ca. De illis. de condi. appo. Et licet aliqui velint dicere q; copula secuta faciat matrimoniũ præsumptum: vt in conditione quinta. per cap. Per tuas. vbi innuitur q; per copulam quis recedit a conditione: hoc videtur verum quando matrimonium vel sponsalia contracta sunt sub conditione suspẽdente: secus si sub conditione vitiante. ¶Dicit aũt remitti interpretatiue cũ accedit copula, vel simile qd ante conditionis suspẽsiuæ sed non vitiantis euẽtum: vnde sumi potest præsumptio de remissione. Et ratio illius conclusionis est: nihil corrumpitur nisi a suo contrario: cum ergo aliquid apponitur qđ est essentię & substantię matrimonij cõtrarium, oñino vitiatur & annullat contractus ille: ita vt sit iure nullus ex defectu consensus. Et illa est conditio vnica impediens & dirimẽs matrimonium de sui natura. De qua conditione loquuntur ponentes eã inter matrimonij impedimenta. Aliquid enim impedit matrimoniũ, vel de sui natura, vel ecclesię prohibitiõe. De sui natura, vt actꝰ qui est substantiæ & matrimonij essentiæ vel bonis directe & de sui natura contrarius: vt accipiãte si cũ placuerit mihi possim te dimittere, Donec inuentam mihi plus placentem: Si generationem prolis euites veneno vel modo alio: hoc est si venenum sterilitatis procurabis: si pro quęstu adulterandam te exponere volueris. Angelus. xix. tenet de illo vltimo, q; cõditio reiicitur: quia nõ est contra substantialia matrimonij: sed cõtra bonũ accidentale vel accessorium. Est enim accidentale nõ exhibere corpus suum alteri q̃ cõiugi. Sed tex. videtur esse in oppositum. de cõdi. appo. ca. finali. vbi pro exemplo sic adducitur. In illis eñ actibus per positionẽ voluntatis contrariæ deest consensus coniugalis secundũ Hostien. ergo nõ est matrimoniũ ibi ex prohibitione ecclesiæ: qa ecclesia personas illas inhabilitat vel simpliciter, vel prohibendo ne modo tali vel tali contrahãt.

D ¶Septima propositio, quę est corollariũ p̃cedẽtis. Conditio de futuro necessaria de facto & natura siue simpliciter & absolute, vel turpis & inctans ad peccatũ, vel inhonesta, aut simpliciter & per se impossibilis matrimonio non contraria apposita inter contrahendum &c. vt supra, non dirimit nec impedit proprie cõtractum: sed habetur vel pro nõ adiecta, vel pro impleta. Probat ca. finali. de cõdi. appo. ¶Dicitur De futuro de facto & natura necessaria: vt contraho tecum si sol cras ortus fuerit. Sensus enim est secũdũ Palu. Si verum est dicere, Cras sol orietur, contraho tecum. qđ vtiq; necessario verum est. Sic similiter: Si luna aut sol tali die aut nocte eclipsabitur: conditio habetur p̃ impleta. Secus si dico: accipio te si cõuersus fueris ad fidem: vt ifra dicetur. Addit. Si quis contrahit de p̃senti sub conditione q̃ oñino eueniet: vt accipio te si es de numero mortaliũ vel moritur⁹, habetur pro impleta ex eo: quia illa de præsenti dependet ex euentu conditionis futuræ: immo est implicite stante lege necessaria, & de futuro: tunc ergo non suspenditur conditio vel obligatio: sed habetur tã pro impleta. ¶Dicitur Seu etiam turpis & incitãs ad peccatum ac inhonesta. Talis enim habetur pro nõ adiecta in fauorem matrimonij, cũ non est contra substantiã matrimonij. ca. fi. de con. appo. Vitiatur eñ illa cõditio: sed non vitiat contractum: hoc est pro non adiecta habetur. Non tñ seruanda est promissio: quia in malo promisso rescindenda est fides, & in turpi voto decretũ mutandũ, secundũ Isid. Matrimonium eñ sub conditione quãtũcunq; turpi contractum, dũmodo non est contra matrimonij substãtiam, valet secundũ Palu. distin. xxix. Et sic idem est dicere, Accipio vel accipiã te &c. si furtis, rapinis, vel vsuris meis cooperat⁹ fueris: Et accipio vel accipiam te, sine adiectione cõditionis turpis de futuro. ca. fi. de con. appo. quo ad obligationem cõtractus præsertim in foro ecclesię, quæ in fauorẽ matrimonij sic statuit q; cõditio illa habetur pro non adiecta, ne derisiones & ludibria fiant circa sacramenta. Et si interuenit consensus verus: est matrimoniũ verũ vel sponsalia in foro conscientiæ. Secus si conditio illa est de præsenti vel p̃terito: vt si occidisti Petrum: si habes venena: tenet eñ si ita est. Sinautẽ, nõ tenet contractus: nisi illa conditio de p̃senti aut p̃terito dependeat quo ad euentum ex vna de futuro: aut vt sic sit bonis matrimonij contraria: vt in cõclusione p̃cedẽti. ¶Dicit Aut impossibilis simpl'r & per se. talis eñ habetur pro nõ adiecta: vt si cęlum digito pulsaueris: Si lapis cãtauerit &c. de con. appo. ca. fi. quo ad hoc enim ęq parantur cõditio turpis & impossibilis de futuro. Secus de conditione impossibili de præsenti aut præterito. Iura enim loquuntur de conditione de futuro secundum Palu. Si dicitur: stet opinio q; præteritum non potest non esse p̃teritum: an idẽ sit de p̃terito impossibili, & de futuro impossibi-



li. Exemplum. Existimo Bertã esse alteri connubio copulatam: & illo nõ obstante dico ad eam. Si non es alteri desponsata cõtraho tecũ. Respõdet Palu. cõditio impossibilis de p̃terito, forte habetur etiam pro non adiecta: vt si dicatur, Si sol nõ fuit heri ortus accipio te. Et sic in casu nostro forte dici posset. Nam licet possibile fuit Bertam non fuisse desponsatã ante eius desponsationẽ: supposito tamen q; factum sit, tã impossibile est non fuisse vel esse factum. Et sic dicetur impossibilis ex accidente siue per accidẽs: vt infra dubio tertio. ¶Dimissis illis subtilitatib⁹ oportet stare cũ iure scripto, qđ loquit̃ de futuro, & de cõditione impossibili simpliciter, & per se, non excluso sed incluso impossibili de iure. Qđ eñ prohibitũ est ne fiat, etiam dicit̃ impossibile secundũ aliquos & simpl'r stante lege: vt supra notabili. iij. Exemplum. contraho tecũ si es Iudęa, Samaritana, nõ baptizata. Illa conditio vitiat contractum vt non teneat contractus: & est ipso iure nullus p̃pter personarum illegitimationẽ. Si dico: accipio te si conuersus, aut baptizatus fueris, & fact⁹ christianus: tenet contractus extãte conditione: alias non: immo non extet conditio, nihil est actũ. Est eñ honesta & necessaria. xxviij. q. j. cap. Nõ oportet. Si dico: accipio te si vis sic permanere in Iudaismo & in infidelitate: est conditio turpis, & implicite de futuro, & sic habet̃ p̃ nõ adiecta: alio volente conuerti. Sic si dico, si altaris sacrificiũ consummaueris, habetur pro non adiecta. ¶Dicitur etiã Nõ impedit p̃prie: quia licet ecclesia p̃hibuerit hmõi contractus: nec voluerit prohibitiue huiusmodi cõditiones turpes aut impossibiles matrimonij aut sponsalium contractum intrare veluti ludibriũ quoddã, in reuerẽtiã sacramẽti, & fauorẽ matrimonij: non tñ huiusmodi p̃sonas simpliciter inhabilitat & illegitimat: sed prohibet ab hmõi cõtractu. Cęterę clausulę patẽt. ¶Sed qd si ante copulã dico alicui: promitto tibi seu p̃testor q; per copulã non consentiã in te, & hoc dicto cognosco eã? Rñdet Hostien. est matrimoniũ præsumptũ in foro ecclesię. Copula eñ facit p̃sumere de consensu vero: secus in foro conscientiæ, si nullus affuit consensus. Hinc dicit Panor. de condi. appo. ca. De illis. q; duo sunt casus, in quibus cõditio apposita in sponsalibus tollit̃. s. p carnalem copulam subsequentem, & qñ interuenit consensus de p̃senti. Verũ idẽ doct. ca. Per tuas. visis spõsalibus. Est eñ protestatio turpis: & sic habetur pro nõ adiecta. Cũ ergo spõsus spõsam cognoscit, spõsalia trãseunt in matrimoniũ. Si aũt copula nõ repperit spõsalia, nõ inducit matrimo-

E niũ. Hęc ille. ¶Octaua propositio. Cõditio possibilis & honesta, seu indifferẽs & contingẽs, apposita in principio cõtractus, vel inter contrahendum &c. vt supra: nõ impedit neq; dirimit matrimonij contractũ, seu sponsaliũ. Et licet suspẽdat ipsum, vel etiã ponat ipsum in alteri⁹ cõtrahẽtiũ aut alicui⁹ tertij arbitriũ: nõ tñ resoluit ipm, secũdũ Hostien. in sum. vt si diceret: Cõtrahã vel cõtraho tecum: sed ne te decipiã, hoc dico: ante cõsummationẽ si mihi videbitur intrabo religionẽ: vel, cũ adulterata fueris: q̃tocyus intrabo monasterium: vel, cũ hoc pacto q; nunq̃ petes a me debitum. hoc eñ & tibi polliceor me facturũ: viuemus in virginitate: vt frater & soror: hoc eñ deuoui deo &c. Et ratio est: quia hoc non est contra riũ matrimonij substãtiæ nec bonis: quia nec bono fidei, nec sacramẽto seu indiuisibilitati: nec p̃lis, quod est habitę vel habendę pia educatio, seu spes prolis pie educãdę: nec illud cadit formaliter sub obligatione: sed sub cõditione, & ne impediatur voluntarie. Præterea ecclesia hoc non prohibuit: immo ante contractum, & post contractũ ecclesia laudat: saltem non vituperat accedente consensu partium, & quorũ interest. Nã ante cõsummationẽ põt alter cõiugũ religionẽ intrare. Et propter fornicationẽ põt cõiugẽ dimittere. Ergo sic dicere, & cũ tali cõditione cõtrahere, nõ est p̃hibitum. Siquidẽ pactũ de re licita nunq̃ p̃hibetur. Idẽ vult Palu. dist. xxx. q. ij. ar. j. ¶Nona p̃positio. Licet ecclesia nõ possit facere q; sine consensu vero sit verũ matrimoniũ: potest tñ p̃sonas in habilitãdo ad contractũ talẽ, facere cõsensum eorum prorsus esse nullum & inualidũ. Prima pars patet ex dictis dist. xxvij. Secũda pars patet: qa põt p̃sonas simpliciter inhabilitare: & ita eorũ cõsensus erit similiter nullus. Hinc sequitur q; contrahentes sub cõditione turpi de futuro contraria bono aut substãtię matrimonij, vt supra, quãtũcũq; cõsentiũt nihil faciunt p̃pter defectum materię. xxxij. q. ij. ca. Aliqñ. Et dicit Hostien. in Sũma: q; ibi nec est cõsensus nec matrimoniũ. Non eñ sunt p̃sonę vt sic habiles ad cõtractũ illũ, habiles ad cõsensum. Attñ ecclesia quæ cũ hoc statuit q; si cõditio turpis vel impossibilis aut simpliciter necessaria apponat̃ cõtractui, q̃ nõ est matrimonij bono aut substãtię cõtraria, habeat̃ p̃ nõ adiecta, siue pro impleta: p̃sumit de consensu: si tales cõditiones apponunt̃: & q; eas apponentes velint habere p̃ impletis, aut nõ adiectis. Vñ caue ant sibi sic cõtrahẽtes: qa in foro ecclesiæ p̃sumit̃ p̃ mrimonio, & de cõsensu. Secus in foro cõscię-

G tię. ¶Decima p̃positio. Cõditio gñalis q̃ est necessaria simpliciter, contractum illum, si fuerit expressa, non facit conditionalem: vt si dicitur: Accipio te si consenseris in me, vel si deus permiserit. Secus dicunt aliqui de illa: si deo placuerit: qa illa non necessario inest. Hæc propositio ex iure

Universidad de Deusto
Biblioteca



ostenditur. Valet aũt ad hoc, vt sciatur qñ contrahitur vel non contrahitur publicę honestatis iustitia. Si enim matrimoniũ contrahitur conditionaliter: tunc ante conditionis euentum non causatur publicę honestatis iustitia: quæ alias causaret ante consummationẽ ex cõtractu non conditionato in cap. vnico de sponsa. ¶ Vndecima ꝓpositio. Sicut contractus sponsalium aut mrimonij, qñq; fiunt pure & absolute: ita qñq; fieri possunt & fiũt de iure, & de facto, sub certa cõditione. ca. De illis. de condi. appo. vbi dicit ꝙ sponsalia possunt cõtrahi sub cõditione. & sic est de matrimonio. Attñ ex hmõi sponsalibus conditionatis non orit publicę honestatis iustitia añ cõditiõis euẽtũ.

H ¶ Quantum ad articulum tertium est dubiũ primũ: An standũ sit sentẽtię quorũdã dicentiũ oẽm cõsensum de ꝑsenti siue purum siue conditionatũ sufficere ad matrimoniũ: dũmõ nõ cõferatur in arbitrium alterius: vt si dico: Contraho tecũ si dotis noie donaueris mihi. c. an statim est ibi matrimoniũ. Ibi enim verba de ꝓsenti sunt: nec conferẽ cõsensus in arbitriũ alterius: vt si diceretur: Cõtraho tecũ, si patri meo placuerit. In hoc casu non est matrimoniũ nisi pater cõsentiat: in cuius arbitrium cõsensus est relat⁹. Rndẽt ꝙ non. Et ratio est: qa ad matrimoniũ reqrit consensus de ꝑsenti purus & absolutus. Cũ aũt additur conditio suspẽsiua cõsensus, nõ est cõsensus purus, sine quo nõ potest eẽ matrimoniũ nisi extet cõditio: qua extãte tã incipit esse matrimoniũ, & prius non fuit matrimoniũ cõditione nõ extãte. Cũ aũt dicit reqri consensus purus & absolutus, nõ excludit contract⁹ cõditionatus & suspẽsiuus: sed innuit ꝙ nõ est matrimoniũ nisi in cõsensu puro & absoluto: qui tũc incipit esse purus cũ extat cõditio. Licet ergo consensus sit de præsenti: tñ qa interuenit cõditio suspẽsiua, mrimoniũ nõ tenet, nec est matrimoniũ quousq; existat cõditio. ¶ Secundũ dubiũ: Quomõ verũ est qđ cõiter dicit: actus legitimi, vt est matrimoniũ, nõ capiũt diem, neq; cõditionẽ. ca. Actus. de regulis iuris lib. vj. Respondeẽt. matrimoniũ non recipit diẽ simpliciter, neq; cõditionẽ sub qua nõ sit matrimoniũ quousq; existat cõditio: sed tñ põt contrahi sub cõditione: vt scilicet fiat matrimoniũ cõ
I ditione extãte. Sic de die similiter dici põt. ¶ Tertiũ dubiũ. Aliqs cõtrahit sponsalia cũ alia dicẽs: Accipiã te in meã, si te inuenero virginem: aut si me pmiseris ad copulã: An cõditio purificetur p copulã subsequẽtẽ. Rñdetur. Copula sequẽs spõsalia opatur duos effectus de iure, & in foro ecclesię. Primus purificat cõditionẽ: & sic cõsensus accedẽte copula habetur pro puro, q prius erat conditionalis. Secũdus, sponsalia de futuro iuris præsumptione resoluit, & trãsfundit in matrimoniũ de ꝑsenti: & hoc si ante copulã non interuenit impedimẽtũ irritans sponsalia. per cap. De illis. de condi. appo. In ꝓposito in casu primo, siue eam inuenerit virginẽ siue nõ, ꝙ carnis cũ ea habitam cõmixtionẽ cõditio purificat, & fit matrimoniũ ꝑsumptũ. Preterea est cõditio turpis, ideo habeẽ pro non adiecta, & sic vitiatur: sed non vitiat contractũ siue eã inuenerit siue nõ inuenerit virginẽ. per ca. fi. de condi. appo. Si aũt intelligit de inuẽtione honesta, per aspectũ vel tactum, est contractus conditionalis. Et si sic, tenet. Si non, nõ. Nec obstat. xxix. q. j. §. ij. Qui ducit in vxorem meretricẽ vel corruptã quã putat esse castam vel virginẽ, nõ potest eam dimittere & aliam ducere. quia aliquando p modũ cõditionis appositum vitiat in sui defectũ qđ nõ vitiat p modũ erroris, vt loquitur Palu. Si enim contrahã sub cõditione si placet parenti, ipso contradicente nihil est actum. Si aũt non posita quacunq; conditione in cõtractu contraho credens ipsis placere vel placiturũ: & tamen non placet eis: nihilominus valet contract⁹ ipsis cõtradicẽtib⁹. Sic enim absolute cõtraho. Sic error virginitatis nõ impedit: sed conditionis defectus q̃ nec est inhonesta, nec impossibilis pnaturam. infra dist. xxxvj. Ad secũdum casum: si me pmiseris ad copulã accipio te i meã: aliq; simpliciter volũt ꝙ illa conditio sit inhonesta & turpis: & ita habetur pro nõ adiecta. Alij dicũt ꝙ intelligitur de copula honesta accedente maritali affectu. Et tũc dicit vt supra. Sic similiter, accipio te &c. si te pregnantẽ fecero: turpis est conditio. Sic etiam vbi donatio est ꝓhibita: & matrimonium contrahitur sub conditione illius donationis ꝓhibitę aliquãdo fiendę, non causa dotis, neq; remunerationis &c. conditio vitiatur, & tenet matrimonium: saltem in foro ecclesię, quasi pure contractum. ca. fi. de condi. appo. Ad hoc facit ca. fina. de dona. inter virum & vxorem.

## Distinct. XXIX.

Portet aũt cõsensum coniugalẽ liberũ esse a coactione &c. In dist. ꝓcedẽti Magister egit de effectu cõsensus & eius pfectione, ostẽdẽs eẽ necessariũ ad matrimoniũ: nec sufficere consensum de futuro etiã iuramento firmatũ, sed necessario adesse consensum de præsenti. In



hac & sequenti dist. agit de consensus defectu, & imperfectione: tũ ex parte coactionis in dist. præsenti: tum ex parte erroris in dist. xxx. His enim impeditur matrimoniũ ꝓpter consensus liberi defectum. ¶ Sũmariũ huius dist. ternario conclusio nũ numero complecti potest. ¶ Prima. Coactus consensus non est matrimonij effectuus. ¶ Secunda: Matrimoniũ fieri nõ põt inter renitentes, & contrarie multos: sed inter libere consentientes & spontaneos. ¶ Tertia. videntur consentire in inuicem, qui inuiti & coacti contraxerunt: si tẽpore certo sine contradictione cohabitarunt, nec reclamarunt, vel abinuicẽ discesserunt cũ id facere potuerunt. Harum probationem Magister docet in textu.

## Quęstio Vnica.

Quæritur: Vtrum matrimonij vel spõsaliũ contractus ex metu vel coactione prędicti se celebratus: aut vt sic etiã iureiurando firmatus sit coram deo validus & firmus.

A ¶ Quantum ad articulum primum notandum ꝙ quidã ponunt differentiã inter vim & metum. Vim dicunt, maioris rei impetum, cui resisti non potest, vel qui repelli non potest: vt cum quis de facto capitur, ligatur, trahitur &c. Metus vero est quædam mentis trepidatio orta in homine ex timore periculi instantis vel futuri. Et si sane respiciuntur dicta: de his quę vi metusve causa fiunt, videtur ꝙ metus secundum iurisperitos, coactio conditionata secũdum theologos, & violentum mixtum secundũ philosophũ, idem sunt. Hinc cum secũdũ Philosophũ. iij. Ethi. duplex ponitur violentum. s. simpliciter, quando quis absolute cogitur: violẽtum mixtũ qđ licet in se non placet homini, tñ ꝓtunc in ipsum consentit vt maius malũ (qđ nõ leui ęstimatione: sed ꝓbabiliter venturũ est) euadere possit: vt cũ quis nõ leui existimatione: sed certitudine probabili, & quę in rebus humanis sufficit, scit sibi imminere magnũ & maius malum q̃ sit velle hoc vel hoc agere, vel pati, qđ tunc sibi proponitur: & cum sit dominus suæ voluntatis elicit & non refugit tunc, vel imperat aliquem actum secundum dictamen rationis rectę, quem simpliciter nollet si periculum nõ immineret: Exemplũ: proiscit merces vt naufragiũ euadat: Primũ violentum secundum philosophum theologi nominant coactionem simpliciter & absolute dictam: Secundum, coactionem conditionatam & secundũ quid. Non enim cõsentiret homo in actũ illum, nisi posset per hoc euadere maius malum. Est ergo partim voluntarius & partim inuoluntarius: licet simpliciter protunc velit actum illum, rebus stantibus vt sic, & nõ alias. Sic & iurisperiti duplicẽ ponunt vim: ꝑcussam. s. & cõditionalẽ. Panor. in ca. Sacris. de his quæ vi me. causa fiunt. ¶ Secundo notãdũ ꝙ metus ponitur duplex. s. leuis, vanus, non probabilis & iniustus, qui non habet fortes causas trepidationis & timoris, vt cum timetur paruum malum futurum: aut cum causa statim est defectura: vel cum minas non põt qs deducere in effectum: quia nõ habet potentiã, industriam &c. aut cum quis vult peccare, & deum offendere, ne offendat hominem, aut facultatib⁹ suis priuetur &c. Hic enim iniuste agitur cum eligitur omnium malorum maius propter vitare minus malum. non enim est maius malum q̃ sit peccatum. Vel si diceret quis: si non gesseris mihi morem ea in re non habebo te pro amico, non diligam te, molestabo te in rebus tuis. Et hic metus non cadit in constantem & virtuosum virum. Alius est metus grauis & ꝓbabilis: & dicitur metus iustus & cadens in constantẽ & sapientem virum vel mulierem: sumendo mulier ꝓsexu vilem habente animũ. vt cũ quis potens solit⁹ inferre clades & cędes minat alicui mortẽ, vel enormẽ corporis læsionẽ, seruitutẽ perpetuã, stupratione, vel aliorũ aliquorũ grauiũ & vere horrẽdorũ malorũ illationẽ: de qbus iura canunt. Intelligitur illud secundũ Angelũ, in verbo Metus, qñ talia vel aliquid eorũ minatur nedũ exercẽdũ in pasona ꝓpria: sed etiã liberorum vxoris aut similiũ personarum. Idẽ tenet San. Tho. q. ij. in solutione secundę rationis. Solent illa mala in genere cõplecti quaternario numero: vt habent hi versus. Tangitur interdũ cõstans formidine causa Stupri, siue status, verberis atq; necis. Ita ꝙ ly causa in fine primi versus positum construatur cum illis quatuor genitiuis: Stupri, stat⁹, verberis, & necis. Ad sciẽdũ qñ metus cadat in constantẽ virũ & quando non, oportet considerare periculum ipsum in se & absolute, inquit Palu. arti. ij. q. j. Et similiter respective & in comparatiõe ad id qđ agẽdum vel omittendum est: aut a voluntate terroris metu territa volẽdum. Exempli causa. homo constans iustus ac prudens secũdũ dictamẽ rationis rectę potius vult matrimonio copulari q̃ mori: aut corporis enormẽ mutilationem vel cruciatum aut carcerationẽ aut verberationẽ sustinere. Item q̃ dehonestationem stupri, aut pudicitiæ perpetui: aut in seruitutem redigi. Et illa etiam dicũtur de se terribilia secundum eundem. Propter quæ tamen & similia mala fugienda, nullo modo peccandum est. Exemplum de morte quo ad Christum, qui a patris obedientia recedere nolut

Universidad de Deusto
Biblioteca



Susanna maluit lapidari q̄ turpi cōmercio carnis maculari. Item pro excutiēdo iugo seruitutis, aliqui exponunt se morti: quia est mors ciuilis: & cæteri maluerunt in exilium trudi q̄ iustitiam offendere. Melius em̄ est omne malū pœnę perpeti, q̄ minimo peccato deū offēdere. ¶ Corollariū. Metus mortis, vel cruciatus grauis corporis, ca. Dilectus. de his quę vi vel me. Metus verborū. l. Cōtinet. ff. eo. Carceris. l. Qui in carcerē. Vinculorū. l. Nec timore. Seruitutis. l. Ego puto. & l. Isti qdē. eo. ti. Pudicitiæ perdēdę vel stupri. l. eadem. Mutilationis enormis: qa similis est prędictis. l. Ego puto. ff. eo. ti. dicitur met⁹ iustus respectu matrimonij dirimendi & impediendi. de quo latius infra. Hoc tñ adijcit: q̄ minor metus sufficit in muliere propter fragilitatē sexus q̄ in viro: vt tenēt doct. in ca. Locū. de sponſ. Hinc ponūt metū cadentem in constantē virū, & metū cadētem in cōstantē mulierē: vt habet Panor. vbi supra. ¶ Tertio notandum q̄ tunc dicit metus cadere in volūtatem: quando ipsa voluntas metu territa præcise fertur vel consentit in aliqd alias nullatenus cōsensura vel factura: non q̄ cogatur vel necessitet proprie: sed volens tendit in ipsum, nollet tñ si timor pœnę nō subesset. ¶ Quarto supponat ex dist. vij. q. xxj. ar. ij. quomodo voluntas est libera a coactione: & quomodo volūtas cogat: & respectu cuius.

C ¶ Quātum ad articulum secundum est conclusio prima. Si quis præcise metu præfatorum & similiū malorū consentit matrimonialiter in aliquā non consensur⁹ in eā si p̄fata & similia mala cōmode euadere posset: is nec corā deo, nec coram ecclesia transfert corporis sui potestatē matrimonialiter in eā citra mendactum: nec p̄ hoc contrahit vinculum indissolubile coniugij. Probatur conclusio: qa consensus trāslatiu⁹ potestatis corporis ad actus cōiugales, debet esse liber ex institutiōe diuina: vt supra ar. iij. q. p̄cedē. præsens non est huiusmodi. igitur. Maior patet ex dictis. Est em̄ contractus ille contractus dationis. Et licet non sit liberalis datio secundū Scot. sed sic dat vt detur æquale, est tñ libera datio. Est aūt contra rationē dationis q̄ non sit libera. Nec ecclesia illam libertatem de sponsa. & matri. instituit: sed diuinitus institutā p̄mulgauit & innouauit secundū Scot. Nec pōt eā immutare: cū sit de essentia contractus matrimonialis q̄ debet esse liber & purus. Immo in lege naturæ libertas illa fuit necessaria. Gen. ij. Adhærebit vxori suæ. Adhæsio vero libertatē dicit: & nō inuitā tētionē. Itē Gen. xxiiij. Abrahā dixit seruo suo: Si noluerit tecū ire mulier, liber eris a iuramēto. Et cū ille peteret Rebeccā, dixerūt. Vocemus puellā & quæramus eius volūtatē. Et statim parētes interrogauerunt, vis ire cū hoc isto? Respōdit: ibo. Nō ergo ratificat dñs deus institutor coniugij istam trāslationem coactione factā: quia vult eam mere esse liberā. Et licet libertā habet homo volūtatē: tñ stā te metu actum quem ex metu præcise elicit: nō libere sed metu pœnæ elicit vel imperat. loquitur enim illa verba cōtract⁹ ex metu p̄cise. Et ideo non transfert per hoc corpus suū: quia nullus cōsensus est translatiuus, vel datiuus potestatis corporis nisi sit liber: immo sic eliciens est contrarie virtualiter nolens, & secundū animi præparationē: quia metus est causa actus. Præterea citra mē dacium sic apparenter contrahit nec mentit: q̄uis signo aut verbo adextra p̄lato ostendat se transferre corporis sui potestatē. Est em̄ sensus illi⁹ locutionis, Accipio te in meā, stante hoc casu quo p̄mitur metu iusto cadente in cōstantē virū, & ecclesię inhabilitatione in fauorem illius qui metu præmitur: Accipio te in meam, quantum in me est, p̄supposita violentia qua nunc premor. Et si deus ratificaret per talem cōsensum quē nunc habeo traditionem corporis fieri, traderē meū tibi: & tātū trado quātū tradi potest per talē cōsensum. Ita exponit Sco. De cōfirmatione vero huiusmodi mr̄imonij p nouū consensum ifra dicetur. Non est itaq; in tali locutione mendaciū: quia non falsa vocis significatio: neq; sic dicens mentitur. Nec aliud debet tenere in mēte & p̄ferre sermone. Debet ergo proferre illa sacramentalia verba quę ab eo exiguntur, & ita consentire interius, vt verba sonāt: qa nō pōt hoc consensu fieri trāslatio, cū nō est liber. Deus em̄ non ratificat cōtractū: & ecclesia iudicat cōsensum esse nullū. ¶ Ex illo sequit: q̄ ille cōtract⁹ meticulosus nullus est, nō est p̄cise ex illegitimatione p̄sonę pro tpe isto quo durat met⁹ vel coactio: Sicut em̄ eccl'ia pōt p̄sonā illegitimare simp̄r: ita & p̄ loco & tpe: sed ex eo q̄ deus ordinauit & statuit cōtractū illū debere esse liberū: & ita natura illius cōtract⁹ exigit libertatē cōsensus. Quo stante ecclesia declarauit cōsensum talē, de quo cōclusio sonat, esse nullū: qa nō est liber tali libertate quā requrit ille contractus ex institutione diuina. Et cū dicunt aliq q̄ tā legū q̄ canonum decreta annullent cōtractū illum. xxxj. q. ij. ca. Si verū. ca. De neptis. ca. Cum locū. ca. Veniēs. cap. Gēma. de sponſ. sensus est: promulgāt & exprimūt libertatē consensus, quæ adesse debet ordinatione diuina ex natura cōtractus. Et ita a causa formali, quia contractus ille est datio: & a causa efficiente quę deus est, qui cōtractū illū sic instituit: & ex pte finis, q̄ est p̄lis educatio, est q̄ ille contractus debet esse liber. Hinc dici posset. q̄ metus impedit, est ex diuina ordinatione & nō humano iure: nisi declaratiue: quia



declarat consensum sic qualificatum non sufficere ad matrimonij contractū a deo institutum. Qd̄ sic potest ostendi non obstantibus opinionibus plurimorū. quia licet ecclesia nihil potest immutare circa ea quæ sunt essentialia sacramentis ex institutione diuina: ñ positis essentialib⁹ cum ipsa sunt subiecta ecclesię & pars ei⁹: potest vt sic ecclesia circa ea aliquid statuere non immutando materiam, nec ampliando: sed aliquo mō restringendo: vt supra. q. ij. dist. xxvij. circa cōtractum istum. hoc em̄ eis accidit. Hoc autem faciēdo nō immutat sed declarat diuinā constitutionem. Potest ergo declarare aliquem consensum esse sufficienter liberū: aliquē vero non. Vult aūt deus consensum qui est causa effectiua matrimonij, & sine quo nō est matrimoniū, lege diuina esse liberum. Cū vero illi libertati derogat per metū, declarat ecclesia per quē, & per quē nō derogatur libertati cōsensus. Hoc em̄ ecclesię est cōcessum: q̄ sic potest materiā huius sacramēti sibi subiecti quo ad contractum illum quē deus instituit restringere p̄ loco & tempore: licet nō ampliare cōtra ius diuinū. Sic autem restringendo ex causa, & inhabilitādo in fauorem metū passi, & in odium metū inferentis, materiā non immutat essentialiter circa hoc sacramentū: sed contractum ordinat, & adiuuat diuinam legē interpretādo non immutādo. Nō ergo est par ratio de quibuscūq; in genere metum passis: siue iustum siue iniustum: licet vtrobiq; aliquo modo desit ratio libertatis. Hinc licet illa persona metū passa in fauorē sui, & in odium alteri⁹ protunc inhabilitetur p̄pter nullitatē cōsensus liberi: tamē si vult potest libere in cū consentire: & cum eo contrahere ex post cessante metu. Nō. n. simpliciter & p̄ semp: sed durante illa iniusta coactione inhabilitatur ab ecclesia, & nō alias. Q̄z aūt necessario requiritur consensus, & cōsensus liber, est legis diuinę & non ecclesiæ. & sic loquitur Scotus. Q̄z vero talis vel talis coactio seu metus impediat & dirimat ex post contractum matrimonium, est cōstitutionis & declarationis ecclesię secūdum Palu. Et verius dicit ecclesia hoc declarare, q̄ instituere. Declarat em̄ consensum illū non esse E talem qualē requrit natura cōtract⁹ illius. ¶ Secūda cōclusio quā ponūt aliqui circa hanc materiā. Coactus metu cadente in constantē virū ad contrahendum matrimoniū: etiam cogitur ad eliciendum verum & non dissonū ad verba quæ p̄fert consensum. Probatur conclusio. Quicunq; cogitur metu viri cōstantis vt supra ad aliquid qđ sine peccato mortali facere non potest nisi ad illud mente consentiat sicut operaē, vel saltem contrarie non dissentiat: etiam cogitur ad præstandū cōsensum. Sed aliquis coactus metu cadente in virum constantē vt verba contractū matrimonialem indicantia, & significātia exprimat, cogit ad aliquid faciendum qđ facere non pōt sine peccato mortali nisi mente consentiat: igitur etiam cogitur ad illū cōsensum. Cōsequētia est bona. Maior nota: & nomē coactio vtrobiq; accipiatur eodē modo. Minor probatur: quicunq; pernicioſe mentitur peccat: sed is de quo minor, est hmōi. ergo. Maior nota. Minor p̄batur: quia nō potest cōtra mētē proferre verba exterius, & dissentire animo interius, nisi mentiatur. ergo si potest cogi ad verba, potest etiā cogi ad consensum: & sic ei⁹ cōsensus dicē coactus & non liber libertate tali quā requirit natura contractus matrimonialis. Præterea metus cadens in virum constantē nō solū facit eum subire minus malum vt euadat mai⁹ malum pœnę: sed vt euadat maius malum in genere: & ita vt effugiat absq; peccato. Pati em̄ quācūq; pœnā minus est malum malo culpę, & ita principaliter cogit metus effugere p̄cīn. hoc aūt non fit nisi mente verbis consentiat. Si dicitur: hominis arbitrium cogi nō potest cum sit liberū: ergo nec consensus: Respondetur, absolute cogi non potest: secus de coactione conditionata. Exemplum de proiſciente merces tempore tempestatis propter redimere vitā. nec ex hoc sequitur ipsum non esse liberum: quia volens hoc agit: & magis relucescit eius libertas ad vtrūlibet. Alias probationes adducit Sco. ¶ Corollariū. Nullo metu viri cōstātis induci debet q̄spiā: vt verbis tm̄ cōsentiat ad matrimoniū & aio dissentiat eliciēdo mentalē & cōtrariū dissensum. Patet: quia hoc eēt peccare. ¶ Tertia cōclusio. Falsa est opinio dicentiū Si quis coacte contrahit, & aio ac verbis vere ex metu tali cōsentit, licet sit verū matrimoniū in foro cōsciētiæ p̄pter adhibitū consensum: secus tñ in foro ecclesiæ. Mouent ex hoc: qa eccl'ia p̄sumit de tali coacto q̄ nō dederit cōsensum: sed solū p̄ tulerit verba, quib⁹ cōsueto more contrahit matrimoniū. & ita cū nō affuit cōsensus vt p̄sumit ecclesia, nō pōt ibi esse matrimoniū. Sed in casu posito sic coactus consentit vt dicit: ergo in foro cōsciētię est matrimoniū. Vtrūq; illorū falsum est falsitas patet ex dictis & allegatis in diuersis cap. xxxj. q. ij. quia eccl'ia semp̄ præsumit de meliori. Hinc cū qs post spōsalia spōsam cognoscit carnaliter, p̄sumit id affectu maritali factū fuisse: & q̄ nō voluerit mortaliter peccare in hoc actu: ergo a siſi & hic dicēdum venit. Q̄z aūt eccl'ia p̄ sumat de meliori, habeē de reg. iuris. Estote misericordes. Itē ca. vnico de scruti. i ordini. facien. Pręsumitur idoneus & dign⁹ nisi probeē indign⁹. Si replicatur: Quādocūq; in aliquo contractu plus est de voluntario, q̄ inuoluntario: ibi est verum matrimonium: Sed coactus ad consentiendum plus habet de voluntario q̄ inuoluntario: igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca



Item consensus coactus non impedit alia sacramenta: igitur nec matrimoniū: Ad primum, maior vera est de voluntario absoluto: secus de conditionato. Hic aūt plus est de inuoluntario: qa volens tm̄ sub conditione, nollet simpliciter conditionē illa non stante: & sic est aliquo modo nolēs contrarie. Ad secundū respondetur. Secus est de hoc sacramento: in quo secundum Sco. homo redditur vilioris conditionis: quia subijcitur quo dām modo seruituti, & multis periculis ac curis & quandoq; morti: ideo nullus debet ad hoc cogi, sed libere eligere. In alijs vero homo fit melioris conditionis. Item intentio baptizandi nō est causa baptismi effectiua, sicut consensus contrahentis est causa effectiua contractus matrimonij totaliter. ¶ Quarta conclusio. Coactio leuis impediens & tollēs consensum, impedit & dirimit matrimoniū in foro conscientię: sed non in foro ecclesiæ: quia ecclesia præsumit de meliori: & ita de consensu libero. Dicitur totaliter impediēs & tollens consensum: quia sine consensu non est contractus coram deo, qualiscunq; sit metus. Ecclesia vero cui constat de facto, præsumit de consensu. ¶ Quinta cōclusio. Si quis sua culpa incidit
F in metum cadentem in virū iustū, talis metus etiā impedit & dirimit matrimoniū. per ca. veniēs. de sponsa. & matri. ij. vbi quidam repertus fuit a patre puellę cū ea concumbere: & papa eam ipsi adiudicauit. nisi metu coactus qui posset in virū cōstantem cadere, eam desponsauerit. Sic si aliquis iuste meruit excōicari, & iudex minatur ei excōicationē nisi contrahat: si ob hoc præcise cōtrahit nullum est matrimoniū. Quis enī talis excōicatio sit iusta: non tamen est iusta in eum finē vt cōtrahat: ergo est metus sufficiens. ¶ Sexta propositio. Sicut metus accidens in persona ꝓpria vitiat & annullat matrimoniū: ita in persona patris, vel filij, vel matris, & similiū ascendentium. Ita tenet Inno. & San. Tho. ac Angelus in sum. vt supra notabili. ij. Hinc sequitur: si parentes timēt de lesione liberorum, metu non vano, sed graui & iusto vt supra: & vice eorum contrahunt: vitiaē cōtractus propter defectū liberi consensus. Sic si filius vel filia timet de lesione patris vel matris vel aui, & huiusmodi ascēdentiū, & cōtrahit, nihil est & vitiaē contractus propter metū sufficientē. Ita habet Prepositꝰ sup. iiij. Decre. Secus dicit eē de trā suersalibꝰ. ¶ Corollariū. Cōtrahēs ex metu excōicationis maioris sibi cōminatę in eū finē vt cōtrahat matrimoniū: aut metu pditionis tēporaliū sine qbus non pōt honeste viuere secundū status sui decentiam, seu qualitatem, contractus est nullus & inualidus. Primū intelligit in casu quo non potest iustitiā consequi commode cōtra excōicatorem sine magno damno & periculo. Secus di-

cendum si sic minaretur excōicator iuste vt cōtrahat sicut sese velle contrahere iurauit, & spopondit liber sine coactione. Iā cm̄ tenetur contrahere & id fecit sibi spōte necessitatis, cum prius erat libertatis: ergo si contrahit tenet. Ita sentiūt aliqui. Sed videatur an coactio hic vt supra propositione. v. impediat causando defectū libertatis consensus sicut in alijs: secūdū q; patet p glos. in ca. Abbas. de his quę vi. & Panor. Idem videtur dicendū de pditione maioris partis substantię suæ ex pari ratione. ¶ Corollariū secundū. malefaciunt magnates præcipiendo suis sub cōminatiōe spoliationis retū suarum vt cōtrahāt cum aliquo quasi coacti. ¶ Corollariū tertiū. sicut metus quā doq; impedit vel non impedit aut dirimit matrimonij contractum: ita etiam impedit vel non impedit contractum sponsalium ex metu procedētium. cap. Ex literis. de sponsa. impub.

¶ Quantum ad articulum tertium G est primū dubiū: An pater possit cogere filiū ad contrahendum matrimoniū. Respondeē vt iam dictum est: si non cōsentit filius libere, nō potest filius adultus absolute cogi a patre vt contrahat. de sponsa. impub. ca. j. Et licet ibi statim sequatur q; potest filiū impuberē alteri copulare: & ille cū ad perfectā venerit ætatē, omnino debet hoc implere: tm̄ ly debet ibi sumitur pro debitione honestatis non ꝓcepti. Decens em̄ est vt filius facta patris exequatur: sed non præcepti: saltem in hoc casu. Et si pater iurat pro filio, includit tacite conditio nisi filius contradicat: aut si pōt ad hoc induci Nec est curæ si leges oppositum dicūt: quia standum est in hac parte canonibus. Dictū ap'li Pauli, Filij obedite &c. intelligitur quo ad gubernatio nē domus & familię, non quo ad indissolubilem mr̄imonij obligationē, quā deꝰ voluit esse liberā quia coacta coniugia difficiles solēt exitus habere. Est ergo in dicto apostoli distributio accōmoda cū dicit Per oia, & est sensus, per oia in quibus eis subiacetis, sicut & Paulus per oia oībus placuit. Verū est, quibus placere debuit secūdū deū. Posset tm̄ filio ꝓcipere pater vt cōtrahat cū aliqua de hac vel hac familia: dum filius alias sine prece pto paterno contrahere tenetur: vt inq̄t Præpositus ca. Cū locum. de sponsa. aut dum ex ꝓcepto diuino stāte hoīm paucitate ꝓceptū de contrahēdo obligaret p loco & tēpore. Sic ꝓcepit Isaac Iacob. Gen̄. xxviij. vt iret in Mesopotamiā, & ibi acciperet vxorē de gne suo. Verum hoc dictū de Iacob speciale est. tenebaē em̄ (vt videē) lege diuina ad hoc, vel satē reuelatiōe diuina, tū ꝓpter malitiā illarū mulierum: tum quia semen Chanaan erat disperdēdum. Erat enim terra Chanaā semini prophetarū promissa: secundū Sanct. Tho. &



ideo Isaac bene poterat hoc ꝓcipere: sicut hodie non licet cōtrahere cum infideli. Et cū adducitur quandoq; de matrimonio spirituali: quia, s. papa potest alicui mandare vt suscipiat episcopatum, & ita contrahat matrimoniū spirituale: ergo & pater carnalis potest prēcipere matrimoniū carnale Nō concludit: quia non tantā superioritatem habet pater carnalis super filio ad matrimoniū carnale, quātā pater spiritualis ad filiū respectu matrimonij spūalis. Ratio potest esse: qa in vno cōditio coacti redditur melior: vtputa in coniugio spirituali: secus in carnali: & ideo ad vnum potest cogi non ad aliud. sedm San. Tho. q. vlti. ¶ Secūdum dubium: An principum rogamēta, item superiorum reuerentia, vel metus reuerētialis, itē blanditię inducāt iustum metum cadentē in constantem virum, qui timet quādo & vbi oportet. Respondeē: rogamēta principū, supplicationes, aut imperia, non inducunt prēcise ex se & regulariter metū fortem & iustum annullātē matrimonium ex metu contractum: nisi princeps consuetus sit sæuire tyrannice & inhumaniter in nō obtemperantes suis ꝓcibus vel imperio: dato etiam q; nullum ius habeat imperādi vel mādandi, ad huc vult voluntatē suam exaudiri, aut mala infligere. tunc. n. causat iustū metū cadentē in constātē virum secundū doct. qui annullat matrimoniū Et idem videē esse si horribilē vultū ostendit, minas congeminat, arma præparat, & similia. De secūdo: Sola reuerentia superioris nō causat iustū metum: secus si coniungitur timori verborū aut minarum (vt supra) probabiliter sequentium vel ꝓcedentium. De tertio: blanditię non impediūt libertatem consensus: sed ꝓmouēt. Multum enim habent de voluntario & parum de inuoluntario Secus de voluntate ex metu iusto, vbi multū est de inuoluntario: parū de volūtario: ita q; nō posita formidine mali voluntas resiliret & non vellet id qđ tunc vult posito metu iusto. De metu infamię sunt opi. doct. Et dicunt aliqui illa esse intelligenda in foro conscientię: cum quis nō habet remedium opportunū euadēdi, vel sibi prouidēdi: vtputa implorare officium iudicis vel superioris. Si em̄ cōmode posset eum adire: & per hoc a malo imminēte liberari: videē esse in culpa si hoc nō
H faciat: quia sine causa cōmittit se periculo. Cum hoc tm̄ stat, q; si sua culpa incurrit metum, nihilo minus impedit: vt supra cōclusione. v. ¶ Tertiū dubium est de talismodi matrimonij cōfirmatione: ad quod propositio prima. Matrimonij cōtractus qui est vere & de iure nullus ꝓpter defectū libertatis consensus, non potest in foro conscientię ratificari: nisi accedat contrahentium liber & mutuꝰ cōsensus. Patet ex dictis: qa consensus mutuus & liber aliquo signo sufficienter expressus est de essentia matrimonij lege diuina: ergo sine eo cætera quęcunq; non sufficiunt in foro conscientiæ. ¶ Secunda ꝓpositio. Nō videtur esse propria & vera locutio cum dicitur. Contractus ex metu iusto, qui est de iure & in foro conscientię nullus & inualidus, cōfirmatur & ratificatur per consensum subsequētē elicitum & expressum de nouo. Probatur: quia ex tenore propositionis primo cōtractus fuit nullus: ergo non potest ratificari ex qđ vocabuli. Sed forte secūdum modū loquēdi Richar. diceretur perfici per consensum subsequentē, maxime personę coactæ, saluo cōsensu alterius personæ non coactę, qui adhuc manet habitu, & non est contrarius consensus elicitus. Sicē̄ ex accessu cōsensus personę coactę ad priorē etiam nunc expressum & foris declaratum dicetur perfici. Hinc Palu. Confirmaē per cōsensum sequētem durante primo consensu. ar. iiij. q. j. ¶ Tertia ꝓpositio. Probabile est dictu: q; quātūcunq; lōgęua cohabitatio, ac personę coactę taciturnitas, munerū largitio, amplexus & oscula adiuncta carnali copula, & siqua sunt similia: cōtractum ex metu iusto nec perficiunt, nec ratificāt, nec cōfirmāt sine actu positiuo nouo liberi & mutui cōsensus coniugalis sufficienter expressiuo, & hoc in foro conscientię. Patet ex dictis. Secus in foro ecclesię quæ præsumit de consensu. Si em̄ mulier allegāt iustum & sufficientem metū qui cadere potest in mulierē fortem & constantem, stetit cum viro p tempus notabile, q; secundū iudiciū boni viri ex hoc sumi. pōt ꝑsumptio ꝓ mr̄imonio: & cū abire potuisset aut reclamare, nec abijt nec reclamauit: amplius nō auditur sed cōpellitur manere cū viro. Et si non affuit consensus, est matrimoniū in foro ecclesię præsumptū tm̄. Si accessit cōsensus maritalis, est verū & ꝑsumptū. Ad hoc facit de sponsa. impuber. lib. vj. vbi per cohabitationem mutuā textus vult sponsalia quę nulla erant, cōualescere in certo casu vt exnunc, non vt extūc. qđ dictum alludit conclusioni priori. Sic si tēpore illo nominabat eum maritum suum, & ipse eā vxorem suam publice in aliorum audientia, præsumit ecclesia pro matrimonio. Sic de muneribꝰ &c. quia illa videntur metum purgare. Idem est de copula siue consenserit in eā siue non: sed violentata fuerit: si non cōsensit affectu maritali, nō est matrimoniū in foro animę. Si vero consensit in copulam metu leui: presumitur hoc esse factū affectu maritali. Si fuit simpliciter violentata, & nullum vel in virum, vel in copulam dedit consensum, nullum est matrimonium, nec etiam prę sumptum. Si consensit in virum & in copulam ex metu forti: sed non affectu vxorio: est matrimonium coram ecclesiæ iudicio: cum id factum confitetur: sed non in foro animæ: quia

Universidad de Deusto
Biblioteca



deest consensus. Ecclesia em̃ p̃sumit de affectu vxorio. Si ex metu forti cõsentit tñ in virum & non in copulã, nec corã deo, nec corã ecclesia est matrimoniũ. Deficit enim legitimus consensus: & ecclesia p̃sumit in odium vim inferẽtis & in fauorem oppressi, contra matrimoniũ. Et intelliguntur omnia illa de consensu in copulam: de copula sequẽte non p̃cedente. Si vero sponte cõsensisset in copulã post violentam traductionem & non in matrimoniũ, non datur ei fides sed iudicatur p̃ matrimonio in foro ecclesię. Ex hoc etiã patet responsio ad dubium, Si quæritur an p̃ carnalem copulam matrimoniũ ex metu ratificetur. Et generaliter sicut coram deo requirit verus cõsensus in animo, & eiusdẽ consensus significatio & expressio ad extra: alias non est matrimonium in foro animæ: ita in foro ecclesiæ nunq̃ erit matrimoniũ præsumptũ quęcunq; sint acta in secreto, nisi facta pateſcant ad extra: vel eorũ cõfessione vel modo alio: vt sic ex manifestis p̃sumptio accipi possit pro vel contra matrimonium. Sic si mulier coacta per metũ iustũ tacet, nec de nouo & libere consentit, per hoc non censetur consentire, nec est matrimoniũ in foro ecclesiæ. quia qui tacet in re tam ardua, non p̃sumit consentire. p ca. fi. de procu. lib. vj. vbi habetur argumentũ ad hoc. Nec tenetur agere contra cogentem, cum cõtractus fuit nullus: ideo tacendo iterum non consentit. Nec est matrimoniũ in foro animę: qa deficit consensus. Vnde inquit Panor. Agẽs aliquid per metũ non p̃sumitur ex taciturnitate sequentis tẽporis cõsentire & purgare metũ nisi interueniat aliquis actus positiuus primi actus approbatiuus. Hæc ille. Regrit ergo q̃ ille cõsensus nou⁹ aliquo signo manifesto alteri innotescat. Itẽ solet dici: Qd nõ est, tpis tractu nõ firmat. ¶ Sed ponam⁹: aliquis homo simplex & iustus credẽs contractum ex metu forti & iusto esse validũ, cõsentit affectu vxorio in copulã propter illã credulitatẽ p̃cise: ita q̃ sit causa sine qua non illius consensus in copulã: Si tñ constaret ei oppositũ, nõ vellet in eam consentire: quia solum ex metu iusto & graui contraxit: An cum edoctus fuerit de veritate & de nullitate cõtractus, teneat matrimonium in foro animę? Et videtur multis q̃ nõ: qa ecclesia & deus contractum illum irritãt: & tũc secundũ opinionẽ eorũdẽ p̃sona coacta inhabilitatur in sui fauorẽ & alteri⁹ odiũ. Cum ergo nunq̃ fuit consensus purus & absolutus, nõ tenet. Nec est simile de sponsalibus, vbi ecclesia iudicat pro matrimonio subsecuta copula. Et posset forte dari secũdũ vnã opinionẽ ratio. quia ecclesia primũ irritat, & personas inhabilitat propter metũ iustũ vt supra: saltẽ declarãdo q̃ sit nullũ: non sic secũdum: vbi plus videt fuisse de voluntario q̃ inuoluntario. Verum oppositũ facile posset defendi. non em̃ ex metu sed errore cõsensit in copulam post metum: nec fuit error p̃sonę, nec conditiõis. de quo dist. sequẽti. ¶ Quartum dubium: Quid I faciet persona ad copulã sic coacta & violentata, aut metu grauis mortis iferẽdę illecta, petita, & vocata. Dicendũ. potius debet subire mortem, q̃ in fornicariã copulã cõsentire. Si vero opprimitur, potest esse sine culpa & peccato, si nõ adest voluntas & consensus. Et sicut dixit Sancta Lucia, Si me inuitam violari feceris castitas mihi duplicabitur ad coronam. Ad hoc est Augu. cap. xix. & xx. de ciui. dei. lib. j. Habet tamẽ effugium, ita q̃ non erit perplexa: quia potest libere in eum cõsentire, & nõ ex metu p̃cise: & sic sibi matrimonialiter copulari accedente affectu maritali. Immo videt q̃ plus tenetur redimere vitã ex p̃cepto Nõ occides: q̃ horrere illam coniugalem obligationem & seruitutem, cũ id sine iactura salutis, cęteris paribus, alias facere potest. Alias videtur sese velle occidere, nisi forte obsit votum aut iuramentum aut impedimentũ aliqđ. Nec obstat ecclesię inhabilitatio, quæ est in fauorem patientis metum iustum iniuste: quia nõ est inhabilitatio simpliciter dicta: sed p̃tũc, & nõ nisi fauorosa facta in bonũ ei⁹ qui patitur metũ. Potest ergo cedere iuri suo & libere in eum consentire. Pręterea, ecclesia audita cõmixtione habita, iudicat p̃ matrimonio: qa p̃sumit de affectu vxorio: non obstante metu p̃cuio. ¶ Quintum dubium: Vtrũ matrimoniũ K sufficienti metu extortum ratificetur si accedat iuramentum. Quidam tenent q̃ sic p̃pter aduentũ iuramenti. Alij tenent oppositũ: dicentes q̃ non tenet nec in foro dei nec ecclesiæ propter defectũ liberi consensus. Probãt sic, q̃rẽdo. Quid em̃ affert illud iuramẽtũ & super quo cadit? Si em̃ iuratur aliquid p̃teritum: vt puta coactus iurat q̃ vere consenserit: iuramentũ istud non potest id qđ p̃teritum est, & de iure nullum, ratificare, vt supra dubio. iij. Adiũgunt q̃ illud iuramẽtũ est solum assertorium: & sic verum iurat: sed per hoc nõ validatur matrimoniũ vere nullum. Vel iurat aliqd p̃sens: puta q̃ nunc consentiat iterum: & iurat, & consentit ex metu iusto: vt ponitur: & sic verũ testificatur & asserit: si saltem vt debet corde consentit: alias falsum iuraret. & sic non ratificat matrimonium: sed solum perhibet testimonium de consensu præsenti ex metu iusto procedente. Vel iurat aliquid de futuro, & iterum claret q̃ cõsensus de futuro etiam vallatus iuramento non facit matrimoniũ, ex dictis distinct. xxvtij. ¶ Videtur cum reuerentia, q̃ ad istud dubium sufficienter responderi non potest, nisi separetur obligatio iuramẽti p̃cisi ab illa obligatione quę videt eẽ i illo cõtractu m̃imoniali ex metu forti ex



torto. Matrimonium. n. illud est de iure nullũ: & in foro exteriori, & interiori: & nisi accedat liber consensus mutuus, nõ fit validũ ratione iuramẽti p̃stiti, cum sit ex defectu consensus liberi nullũ: ne q̃ inducit vt sic obligationẽ aliquã: quia est de se nullum. Sed quia accessit iuramẽtum qđ seruari potest cæteris paribus sine interitu salutis: ideo seruandum est id qđ iureiurando firmatũ est p̃pter diuini nominis honorẽ & inuocationẽ. Cũ ergo quis ex metu iurat velle cõtrahere, iuramẽtũ illud coactum qđ ex metu iusto p̃cessit, obligatorium est in foro animę secundũ iuris diuini & humani dispositionem. cap. Ad audiẽtiam. de his quæ vi me. ve causa fiũt, cęteris paribus. Præterea est recte circũstantionatũ, & habet tres comites, veritatem iudicium, & iustitiam. Non em̃ q̃ iurat de se iniustum est: licet iniuste eum cogat ad iurãdũ. Adest discretio rationis: quã iudicium dicimus. Adest veritas: quia ita intendit facere: sicut se facturũ iurat: ergo tale iuramẽtũ est obligatoriũ & tenet. Dicatur ergo & agaꝫ: vt supra, dist. xxvij. q. ij. peteno si res est alias integra, absolutionem a iuramẽto, vel ingrediatur religionẽ &c. vt supra. xxix. in tertio. Et sicut nunc formatę sunt cõclusiones de m̃imonio, ita possunt formari suo modo de cõtractu sponsaliũ: hoc dempto: q̃ relinquaꝫ in dubium secundũ diuersitatẽ opinionũ. Si cũ multer post sponsalia, iusto aut leui metu cõtracta cõmisceatur sponso non affectu vxorio: tenẽt quidam q̃ non transeũt hmõi sponsalia in matrimonium, nec in foro dei nec ecclesiæ, nec est m̃imoniũ p̃sumptum. Alij tenent q̃ est matrimonium p̃sumptum in foro ecclesię. Secundũ illã opinionũ diuersitatẽ p̃dicta sunt moderanda de hac materia. ¶ Sextũ dubiũ: Vtrũ si duo simul cõtrahũt & apta verba ad contractũ proferunt: alter vero dicit se nõ consensisse: sed solum dolose contraxisse: liceat illi qui dixit se in alium cõsensisse, alibi cõtrahere ex hoc qa alter negat cõsensum. Fere consimile dubiũ mouet Richar. dist. p̃senti artic. j. q. iij. Et Sco. dist. xxx. q. j. Resp̃ondet cũ submissione. Si (gratia exẽpli) mulier certa est de verbis hinc inde prolatis ad cõtractum matrimonij aptis & solitis secundũ significationẽ eorũ cõmunẽ, & vir idẽ fatet expresse, negat tñ cõsensum se dedisse, est matrimoniũ, non in foro conscientiæ sed ecclesię. P̃sumit em̃ ecclesia verbis illis subfuisse consensum. ca. Tuę. & ca. Tua. de sponsa. Sed quia non affuit consensus viri, non est verũ matrimoniũ in foro dei, cum matrimonium non claudicet. Et si ecclesia virum illum adiudicat mulieri, tenet de nouo cõsentire in eam: alias nec exigere, nec reddere põt debitum: qa nõ est sua. Mulier vero tenetur in conscientia sua credere illum esse suum maritum: nec debet cum alio contrahe re, nec conscientiam illam deponere illo viuente: qa exponeret se p̃babili piculo adulterij: cũ sit ita certa de cõsensu viri sicut reddi põt certior certitudine morali: & sicut certa esse põt q̃libet alia de cõsensu cõiugis. Audiuit. n. verba cõtract⁹ a viro: & põt viro debitũ reddere & exigere etiã si vir ille cũ alia cõtraxisset de facto. Nec põt mulier illa viuẽte viro cũ alio contrahere propter certitudinẽ quã habet de eo vt coniuge, sicut & cęterę habẽt. Nisi em̃ sic dicatur, nulla erit certitudo inter cõiuges &c. de contractus cõsensu: sed statim post tẽpus alter dicet, dolose contraxi, cõsensum nõ dedi, & ita turbarent oĩa coniugia. Nec excusat mulier si dicet aut credet ioco quodam vel consimili causa virum verba illa p̃tulisse. Non em̃ debet ei credere si talia dixerit: quia committeret se p̃babili periculo adulterij. Tenet aũt ille dolosus vir si nondũ contraxit cũ alia, dolum deponere: & de nouo vere in eã consentire: aut pro posse efficere mulier alibi cõtrahat. dedit em̃ ei occasionẽ lapsus, aut cuiusdã dubitatiõis: laborabit ergo pro eius salute. Et vt aliquibus placet, tenetur ei dotẽ dare: non tamen alium virũ procurare. Q̃ si vir ille alibi cõtraxit, cogi debet per censuras reuerti ad primam: cui tamen carnaliter cõmisceri nõ potest: nec reddendo, nec exigendo debitum: qa nõ est sua in foro conscientiæ, cum iam ille vir dolosus transijt ad alium contractum. Ipsa vero propter certitudinem quã habet moralẽ, & quã deponere nõ debet, potest reddere & exigere debitum: quia scit eum esse suum: sicut & alię mulieres hoc scire possunt de suis maritis. Cum ergo primam sic damnificauit, laborare debet vir ille p̃ mulieris damnificatę continentia: si ipse alibi contraxit cum alia, qđ tamẽ sine peccato facere nõ potuit. Si a muliere prima impetitur corã iudice & multer non poterit p̃bare consensum: quia vir negat se cõsensum dedisse, vt supra: imo negat & verba prolata: nec est super quo ecclesia suam fundare possit p̃sumptionẽ: absoluitur ab ea, & relinquitur secũdę, quæ vere est vxor eius. ¶ Corollarie sequitur. Multer propter hoc qa audiuit verba quæ consensum exprimere & significare solent & debent: non potest oppositum credere, nec conscientiam mutare vel deponere: nec viro viuente cum alio contrahere: nec cuicũq̃ alteri debitum reddere, vel ab eo exigere. Cõmitteret em̃ se p̃babili periculo adulterij, & graui discrimini peccati mortalis. Hinc Richar. Si persona non consentiẽs corde quæ tñ significauit ad extra verbo aut signo se consentire: etiã post notabile tẽpus iuraret se nõ consensisse in corde: nihilomin⁹ debet p̃sona q̃ cõtraxit verbo & signo, credere esse verum matrimonium. Quia sicut dicitur ca. Pertuas. de p̃ba. Nimis indignũ est iuxta legitimas

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſanctiones: vt qđ quiſq; ſua voce dilucide prote ſtatus eſt, in eũ caſum ꝓprio valeat teſtimonio in firmare. Sed quid: Eſto: mulier rẽ vt contigit ve re exponit cõfeſſori, & vir ſimiliter conſtãter ne gando conſenſum coram eo: tã ſacerdos credere debet cuilibet pro ſe & contra ſe, quale conſilium dabit mulieri, cum non poteſt ei dictum viri reue lare? Reſpondetur: ſacerdos nõ debet mulieri di cere dictum viri, nec vt alibi contrahat perſuade re vel admittere: licet hoc poſſet de facto facere: nec dicere: tu non potes cũ alio contrahere: qa nõ debet ſecretũ confeſſionis reuelare nec mẽtiri: nec mulieri cooperari ad peccatũ, qđ faceret ſi pmitte ret eam alibi contrahere. Sed debet ei dicere: q; ſi ne peccato nõ poteſt alibi cõtrahere, hoc enim ve rum eſt: & ſic ſacerdos nihil dicit contra conſcien tiã. Et licet vir doloſus ſciat q; poſſit alibi contra here, & cõfeſſor vt deus: attamẽ quilibet eorũ de bet impedire ne fiat, ex eo quia ſine peccato fieri nõ poſſet: licet factum teneret. Deus enĩ qui ma trimoniũ inſtituit, nõ vult ipſum claudicare: & ita non tenere: niſi cum mutua obligatione p cõſen ſum mutuũ cauſata. Si autem vir qui prius non conſenſit corde: ſed ſolũ ſigno adextra: in conti nẽti reuocet ſuũ dictũ: p̃ſumi põt q; ille vir prio ra verba diſſenſus ex ioco protulerit & errore, & põt perſona quę prius cõſenſit re, ſtare verbis ſe cũdo prolatis. Et i hoc (inqt Richar.) credo q; li ceat pſonę q̃ prius conſenſit alio diſſentiente: ali bi contrahere priore viuente. Caute loquitur Ri char. Non dicit q; debeat, ſed poteſt ſtare verbis ſecundo ꝓlatis: quaſi volẽs innuere, cũ ex ore ꝓ prio inuenit virũ in vno doloſum & mendacem non teneꝛ ei in alio credere: & ita põt alibi cõtrahe re: eo dicente ſe non conſenſiſſe tũc. Si aũt perſo na quæ prius non conſenſit corde: ſed tm̃ ſigno nũc vere conſentiat in aliã pſonã durãte alterius conſenſu, efficit verũ matrimonium. ſic enĩ ma trimoniũ nõ claudicat: & vbiq; eſt cõſenſus ver⁹
L cõiugalis. ¶ Septimũ dubiũ: Maſculus & fœmi na cõtractis prius legitime ſpõſalibus de futuro cõmiſcenꝛ carnaliter: Fœmina negat copulam & cõſenſum de futuro: hinc contrahit de p̃ſenti cũ alio: An vir nõ potẽs vel copulam, vel ſpõſalia probare poſſit alibi cõtrahere, & mulieri fidẽ dare. Rñdeꝛ. In foro dei nõ eſt ibi mr̃imoniũ ꝓpter de fectũ conſenſus de p̃ſenti: ſed in foro eccleſię eſt matrimonium p̃ſumptum, cum cõſtat de copu la & ſponſalibus ante copulã non reuocatis: non obſtante quacunq; proteſtatione in contrarium: vt puta ſi ante copulã vel in copula proteſtarẽtur ſe non vxorio affectu velle cõmiſceri. & hoc pro pter fauorẽ mr̃imonij: & qa eccl'ia p̃ſumit q; nõ voluerint fornicari: ſed maritaliter copulari. Sed ponaꝛ qa honeſtatis amatrix renuit cõmiſceri cũ viro, vir perſuadeat vt ſinat actũ fieri: qa ſit ſpõ ſa ſua legitima &c. & cũ hoc de p̃ſenti conſentit in eã, & in ſignũ huius mox cognoſcit eã: An licet viro alibi contrahere, cum mulier dicit ſe affectu vxorio nõ cõſenſiſſe, & vir ꝓbare nõ põt? Rñdeꝛ q; nõ: qa ex verbis de p̃ſenti, ꝓſenſu de p̃ſenti, & copula ſubſequẽte cõſummaꝛ mr̃imonij contra ctus in foro cõſciẽtię. ca. Is q fidẽ. de ſponſ. Sed vir ſcit q; poſt ſponſalia conſenſum de p̃ſenti in eã vt in ſuã habuit: & eã vt ſuã licet prius reniten tẽ cognouit. per conſequẽs certꝰ eſt hũana certi tudine ſe feciſſe oĩa ad matrimonij contractũ ne ceſſaria, quantũ eſt ex pſona ſua. Inſup certus eſt de legitimo ſponſaliũ contractu, & mutuo cõſen ſu: & q; mulier prius renuit copulã: ſed audito q; eiꝰ eſſet & pſuaſa q; ſic ſineret rẽ fieri: ſiꝛ certus eſt. Habet ergo vir firmiter p̃ſumere & credere q; mulier nõ conſenſerit in actũ niſi vt cũ ſuo ſpon ſo: ex cõſequẽti cõſummata copula q; ſit ſua: & ita non põt alibi contrahere, vt in caſu prioris du bij, niſi exponat ſe magno diſcrimini adulterij. Si vero vir conſentiret in copula in mulierẽ non cõſenſu de p̃ſenti, ſed futuro: hoc eſt in ſponſam ſolũ qñq; ducendã: ex quo copula ſequens non ſupplet conſenſum de futuro vt ſit de p̃ſenti: nõ eſt corã deo ibi matrimoniũ: qa non adeſt cõſen ſus de p̃ſenti in viro: Secus in foro contentioſo. Si tñ mulier negãdo conſenſum etiã negaret co pulã: quę tñ in veritate interuenit: videtur q; vir reperiẽs earn mendacem in vno: vel põt ei in alio non credere, vel non debet ei in alio credere: puta in negatione conſenſus, cũ habeat ꝓbabilẽ conte cturã in oppoſitũ. Et ſi talis vir in cõfeſſione ita recitat caſum vt dictũ eſt: non debet cõfeſſor an nuere vt alibi cõtrahat, ſicut in priori dubio: quia exponeret ſe periculo adulterij: nec debet credere de oppoſito cũ ſufficiẽtia ſigna habeat de mulie re: & conſcius eſt ſibiipſi qd egerit, & qualiter cõ ſenſerit. Q; ſi contraxit vir cũ alia: nec põt ext gere, nec reddere debitũ illi: ſed teneꝛ eã dimittere & ad primã reuerti. Si ꝓ parte mulieris nihil alle gauit niſi ſpõſalia pura, & copulã non maritalem nõ videꝛ eẽ vir ſtringẽdus ſimpl'r ad hoc q; rece dat a ſecũda, cũ qua contraxit in foro conſciẽtiæ ſed relinquẽdus ſuę conſciẽtię, ſi verũ propoſuit vel non: & hoc dũ de muliere põt p̃ſumi inſpecta eius qualitate q; cõſenſiſſet in copulã nõ poſitis ſpõſaliꝫ. Sed caſus prio ponit eã fuiſſe honeſtã & nõ cõſenſurã, niſi poſita pſuaſione mariti &c. Videꝛ ergo conſulendũ & agẽdũ in foro cõſcien tię cũ tali viro: ſicut i dubio priori. Suo modo di cẽdũ de muliere: hoc poſito q; flecti nõ potuit ad copulam: niſi præuia multiplici pſuaſione q; fa ciat nunc id qđ in proximo factura ſit: quia ſit ſuus maritus &c.



Diſtin. XXX.

Nec ſolum cõ actio impedit vel excludit &c. In di ſtin. p̃cedente ma giſter egit de con ſenſus defectu & imperfectione ex parte voluntatis: quia non eſt libe ra, ſed coacta. In hac diſtin. agit de cõſenſus defectu & imperfectione ex parte intentionis ſeu erroneę apprehenſionis, hoc eſt de conſenſu ſequẽte ap prehenſionem erroneã alicuius cõditionis adeſſe debitę. Textus ſummarium tribus complectitur concluſionibus. ¶ Prima. Error qualitatis & for tunę non impediunt matrimonium. Error vero perſonę & cõditionis, ſimpliciter tollunt & impe diunt conſenſum. ¶ Secunda. Perfectũ ſancti tate non ſignificatione fuit inter Ioſeph & Mariã coniugium, habens plene triplex coniugij bonũ, ſed nõ carnalem cõcubitum. ¶ Tertia. Licet cau ſę partiales contrahendi matrimoniũ ſint prolis procreatio ante peccatum: & fornicationis reme dium poſt delictũ: attamẽ & aliæ ponuntur cauſæ, quædã honeſtę, quędam minus honeſtę: quę non impediunt de ſe matrimonium, nec cõtami nant ſacramentũ. Harum concluſionum declara tionem textus proſequitur.

## Quæſtio Prima.

A Circa hanc diſt. queritur pri mo: Vtrum matrimonij cõ ſenſus procedens præciſe ex apprehenſione erronea alicuius per ſe & neceſſario ad matrimonium requiſiti impediat voluntariũ, & ſit omnino nullus de iure & in foro animæ. Solito more queſtio tractabitur trifaria partitione.

¶ Quãtum ad articulum primum ſupponitur ex dictis ſecundi collectorij diſtin. xxij. q. ij. q; error ſecũdum B. Auguſt. in Enchi. cap. xvj. eſt idem quod ignorantia, ſumendo no mẽ ignorantia p poſitiue: vt contrarie opponitur ſcientię. Non enim ſecundum eundem continuo errat: qui aliquid neſcit, ſed qui exiſtimat ſe ſcire quod neſcit. Pro vero quippe approbat falſum, quod eſt erroris proprium. Nec niſi rerum igno rantia errari poteſt. Et infra. Errare nihil aliud eſt q̃ putare ſeu iudicare verum quod falſum eſt, falſumq; quod verum eſt. Vel certum habere p incerto, incertum pro certo, ſiue falſum ſit, ſiue verum. xxij. q. ij. cap. In quibuſdam. & xxxvij. diſt. c. Quis. ¶ Corollariũ. Error de quo ad pñs preſupponit aliquã rei cognitionem: & ponit iu dicium rationis peruerſum propter circunſtantię alicuius ignorantiam: vt cum quis contrectat rẽ alienam quã credit ſuã. Dicit ergo error actũ iu dicatiuum ſiue aſſenſiuum procedentem ex de fectu cognitionis pręciſe. Iudicium enim ſequi tur apprehenſionem talem vel talem. Cum vero ſecundum prędicta conſenſus ponitur cauſa ef fectiua matrimonij, & ſine eo non poteſt eſſe ma trimonium: Conſenſus vero eſt actus voluntatis, ſecundum Durañ. preſupponens cognitio nem & actum intellectus: Nihil enim amatur ni ſi cognitum, ſecundũ Aug. x. de trin. cap. j. Stat autem aliquem habere cognitionem actus alicu ius, quantũ ad ſubſtantiam actus: & tamen eius circunſtantias ignorare: Ergo impediens cogni tionem vel cauſans erroneam rei apprehenſionẽ impedit & cõſenſum voltiõis circunſtãtię igno ratę, & cauſat iudicium erroneũ. Hinc dicit. Qui errat, non cõſentit. Et conſenſus errantis nullus eſt. Maxime cum eſt circa eam cõditionem quę requiritur ad actum voluntatis, & cuius ſcientia neceſſaria eſt: reſpectu huius eſt nullus. Et qui ſic errat, non conſentit circa illud ſeu circũſtantiam illam circa quã errat ex ignorantia. Cum enim di ligo Petrum mihi bene cognitum, & nunc corã ponitur mihi a. quẽ exiſtimo eſſe Petrũ a me di lectum & cognitum: ſi do a. mutuo: do ei ſub cõ ceptu Petri & non alias: non daturus ea ſi nõ iu dicarem eũ eſſe Petrum. Erro itaq;, & ſum inuo luntarius: non voluntarius reſpectu a: quem nõ diligo nec cognoſco eſſe a. Erro propter defectũ ſcientię alicuius circunſtantię. Sic dicitur: qđ mi nuit cognitionem, minuit rationem voluntarij. Verum eſt quantũ ad illam circunſtantiam cuius non habetur cognitio: licet non quo ad actum in ſe. Et ſi tollit totam cognitionem alicuius cir cunſtãtię, facit actum quo ad hoc ſimpliciter nõ voluntarium quantum ad illam circunſtãtiã. Sic ignorantia inuincibilis alicuius circunſtantię ꝓ pter quã actus eſſet malus, facit actũ ſimpliciter inuoluntarium: quantũ ad illam circunſtantiam formaliter & interpretatiue. Et ideo ex toto excu ſat: vt in contrectante ex ignorantia rem alienã. Si eſt ignorantia vincibilis alicuius circunſtan tię, iam voluntas habet actum circa ipſam inter pretatiue: & vult eam interpretatiue: licet non ve lit formaliter. Hinc excuſat non a toto, ſed a tan to, vt ſupra in ſecundo. diſt. xxij. Non enim ſuf ficit ad bonitatem vel malitiam actus q; ſit vo litus aut voluntarius quantum ad ſubſtantiam

Universidad de Deusto
Biblioteca



actus:sed requiritur q̄ sit voluntarius quantum ad omnes circunstantias adesse debitas. Sic de libertate actus similiter dicendum suo modo cum debet esse liber & volūtarius. Vt in proposito cō tractus matrimonialis:qui ex ordinatione diuina debet esse liber & volūtarius: non solum quo ad actus substantiā in se p̄cise, sed quo ad omnia essentialia matrimonio:vt sit libera trāslatio potestatis corporis in hūc quem cognosco & elīgo determinate:& non in alium quem non elegi nec scio &c. Talis inquā excludit ignorantiam alicuius vel eorum quę per se & necessario requirūtur ad contractum. Cōsequēter ignorantia tollendo sciētiam adesse debitam circa actum voluntatis eliciendum,causat inuoluntarium, siue inuolūtarium sumatur negatiue ad voluntarium, per negationem & priuationem actus voluntatis: siue sumatur cōtrarie & positiue,vt dicit velle nō. Ergo vbi est apprehensio erronea vt dicit actū positiue contrarium sciētię, & nō solum absentiam seu carentiam scientię,ibi non est consensus, sed potius dissensus,vel contrarie,vel cōtradictorie, vere vel interpretatiue. Ex cōsequenti non est ibi matrimoniū propter defectū consensus. ¶ Corollarium secundū. Error vel apprehensio erronea cuiuscūq; conditionis,vel circūstantię per se & necessario requisitę ad cōtractum matrimonialem,facit contractum esse nullum,secundū Sco. Durañ.dicit. Error circa ea q̄ sunt essentialia ad matrimonij contractum:scilicet personę contrahentes:& obligatio eorundem. Requiritur enim consensus cadens p̄cise inter contrahentes personas in se inuicem,& cōsensus super obligatione matrimoniali. Personę sunt vt materia:cōtractus vt forma:hoc est obligatio in cōtractu. Super quę duo oportet cadere consensum:quē tollit & impedit error circa eadem. ¶ Secundo notādum,quia secundū p̄dicta idē est error & ignorantia ad intellectū datum:ideo sicut refert agere ex ignorātia seu per ignorantiam(quod idē esse videtur secundū Philosophū)& ignoranter siue ignorando:sic refert agere seu omittere ex errore vel per errorem & errando. Agere ex ignorantia vel errore,seu p ignorantiā & errorem,est ignorātiam vel errorem esse causam illius actionis vel omissionis:large sumendo nomē agere:ita q̄ posito errore hoc faciat:& non posito nō faceret,ex quid nominis causa. Sic ait S. Tho.j.ij.q.lxxvj. arti.j. Non quelibet ignorantia peccantis est causa peccati,sed illa quę tollit scientiam prohibentē actum peccati. Vnde si posita scientia adhuc voluntas vellet peccare, illa ignorantia non est causa peccati,nec p̄cedit vt causa peccatū : sed habet sese cōcomitanter ad ipsum. Sic de errore similiter dicendum. Agere ignoranter vel ignorādo seu errando,est ignorantiam vel errorem non esse causam actus illius,sed sese habere comitanter vel consequenter ad ipsum. Philosophus.iij. Ethi.cap.iij. volens ponere differentiam inter nō voluntarium & inuoluntarium. Nomen cīm non voluntarium, secundum eum generalius est q̄ inuoluntarium. Omne cīm inuoluntarium est nō voluntarium,sed non econtra,quia nomen non voluntarium dicit omnē negationem volūtarij, sed nomē inuoluntariū, videtur secūdū Philos. dicere actum positiuum cōtrarie oppositum voluntario, hoc est actum positiuum refutationis aut nolitionis contrarie ad voluntarium. Volens itaq; differentiam dare ait in textu. Quod autem propter ignorantiam,non inuoluntariū quidem omne est. Inuoluntariū autē quod triste & in pœnitudine. Quod enim propter ignorantiā operatur quicunq; nihil tristatus in operatione, volens quidem non, operatus est quod nō sciuit: nō volens operatus est quod nō sciuit. Neq; rursus volens,non tristatus de eo quod propter ignorātiā. Idest neq; operatur volens cum operatur propter ignorantiam,licet non tristetur neq; pœnitudinem habeat. Qui quidem in pœnitudine,scilicet operatur,nolens videtur. Qui aūt non pœnitet:quia alter:quia est alius a p̄cedēte:fit nō volens. Ex quo dicto Philo.pōt elici q̄ refert agere ex ignorantia siue per ignorantiam, & ignorantē esse cum aliquid fit. Exemplū secundi de ebrio qui ignorans agit quod agit. Exemplum primi cum ignorantia est causa illius actionis. Et hoc videtur fieri dupliciter secundum eundem.ca.iij. tertij,& in cap.xiij.quinti ethi. Nam quādoq; sic agere per ignorantiā,causat pœnitudinem & tristitiam in agente circa ignorantiam alicuius circunstantię vel conditionis q̄ deberet inesse actui voluntatis. Et sic causat inuolūtarium respectu eiusdem circūstātię ignoratę. Causat interpretatiue,quia actus qui sic fit,est īplicite contrarie nolitus secundū p̄parationem mentis, & interpretatiue inuoluntarius contrarie. Posita enim scientia,homo ille horreret actū talem. Nec habet culpam de ignorantia. Habet cīm ignorantiā inuincibilem,& horrorem seu nolūtatem implicite & interpretatiue,non respectu substantię actus quē vult,sed respectu circūstantię quā ignorat:cuius scientia requiritur ad actum illum voluntatis vt sit talis.& talis ignorantia causat inuoluntarium respectu illius cuius non habet scientiam. Et sic agens ex ignorātia p̄cise dicitur inuolūtarius respectu illius circunstantię ignoratę. Inuolūtarius nō formaliter,sed iterpretatiue. Si cīm sciret se errare, eliceret actū cōtrariū cum pœnitudine & tristitia. Quandoq; sic agere per ignorantiam,non causat pœnitudinem & tristitiam in agente,& sic



dicit nō volens respectu actus vel circūstantię alicuius,quia non habet voluntatē ad ipm. Nō aūt inuoluntarius : quia non habet ignorantiā inuincibilem,& quia nō habet pœnitudinē & mētis tristitiam. Illa videtur esse mens Philosophi: quę si non est:credo sententiæ sanctori textum tā obscutum interpretari nesciens cum dictis Theologorum,Gerson in Floribus,& in tractatu de cognitione peccatorum venialium. San. Tho. vbi supra,arti.iij.& j. Sco.distin.p̄senti. Saltē hoc videtur velle:cum quis agit per ignorantiam,quādoq; ignorantia est causa illius actionis,& maxime ignorātia alicuius circunstantię debitę inesse actui seu voluntati,& tūc causat inuoluntarium propter habitualem displicentiam,quæ est in sic agente ex ignorantia. Si enim haberet scientiam oppositam nō ageret. Quādoq; non est causa, & sic non causat inuoluntarium:sed sic agens dicitur non volens negatiue:quia est ignorātia crassa vel supina. ¶ Tertio notandū: q̄ quadruplex reperitur error, vt dicunt communiter doct.scilicet personę,cōditionis,fortunę,& qualitatis:quibus potest addi quintus, scilicet dationis. Priores duo respiciunt essentialia matrimonij, secundum Durañ. Alij duo ea quę non essentialia:sed accidentalia. Et quintus dationē ipsam siue corporū translationē. ¶ Error personę respicit illud quod est de substātia matrimonij, puta materiā, hoc est personas contrahentes. Et est cum hic putatur esse homo ille, & est alius. Exemplū. Statui velle contrahere cū Berta,quā noui visu,auditu, aut fama. Corā ponitur mihi alia,quā errore dico esse Bertā a me electam & volitam. Consentio in eam vt Bertam p̄cise : alias non consensurus. Hic est error personę. Cōsensus ille in hanc personā quā existimo Bertam,procedit ex apprehensione erronea:vt causa illius consensus. Consentio cīm in eam sub cōceptu Bertę p̄cise:alias nō consensurus. Si nullam haberem personę cognitionem potiꝰ deciperer q̄ errarē. Error hic fit circa materiam matrimonij:& excludit consensum circa eandē,& actum voluntatis. Et in genere impedit omnē rerum emptionem & venditionē: vt puta cum quis vult emere aurum,& venditor offert auricalcū. Sic in proposito. ¶ Error conditionis,quando quis putat esse liber cū sit seruus. ¶ Error fortunę, cum creditur esse dives qui est pauper. ¶ Qualitatis,cum creditur formosa,pulchra,virgo, honesta, cum est corrupta,mala &c. ¶ Error dationis, cū credens aliā personā mecū contrahere & in me vere consentire vt in cōiugē, consentio rectproce in eam vt in cōiugem:sed illa deludit me,& non intendit mecum contrahere sed solū me decipere. Forte ille error posset includi in errore personæ. ¶ Quarto notādum q̄ isłe locutiones de impedimento erroris vel conditionis veniunt intelligendę secundū cōmunē intellectum doct. q̄uis proprie loquendo deberēt intelligi vt supra notabili secūdo: sicut locutiones cū quis dicitur agere ex ignorātia. Insuper supponit hic,q̄ q̄uis i dist.xxxvj. Magister agit de impedimento coditionis & de coniugio seruorū:attamen in dist.p̄senti agit de defectu consensus quantū procedit ex errore conditionis.

¶ Quantum ad articulum secundū D est conclusio Prima. Non omnis error, sed aliquis tantum impedit & dirimit matrimonij contractum. Patet ex prima conclusione literali & notabili primo & secundo. ¶ Secunda conclusio. Contractus procedens præcise ex errore personę,est vere nullus. nō solum ex determinatione & declaratione ecclesiæ : sed & de iure diuino: quia ille consensus est nullus de constitutione ecclesiæ & eius determinatione.capi. Tua.de sponsa.& matrimo.xxix.q.j. Nec Papa posset facere q̄ illa in quā nō cōsensi sit vxor mea. Hoc cīm est de ratiōe contractus matrimonii & de eius essentia:q̄ cōtrahens consentiat in hanc determinatā personam. Hinc.xxix.q.j.ca.vnico. Iacob & Liā non fecit cōiuges consensus p̄cedens, sed subsequens. Nec tamen fornicati dicuntur ex primo concubitu:quia Iacob affectu maritali cognouit eam vt suā: Lia vero eodē affectu debitū pependit,putans lege primogenitarum & patetnis imperijs se ei iure copulatā. Et ita excusant ignorantia inuincibili. Sco. dicit q̄ nō fuit cōfirmatus in gratia &c. Palu. vt supra vult:quia credit in vtero sanctificatus,abstinuit p tēpus. vt supra dist. xxviij.q.j. sicut & Tobias. Et sic cum mane vidit eam esse Liam quā putauit Rachelē, cōsensit in eam nouo cōsensu,& tunc primū fuit vxor eius forte propter illa verba Laban. Nō est consuetudinis,vt iuniores ante tradantur ad nuptias. Potuisset eam dimisisse propter errorē personę:quia sicut non est matrimoniū nisi per cōsensum : ita nec fuit matrimoniū cum Lia nisi p consensum in Liam: sed talem ptius nō habuit: & fuit error personæ:& ex errore personę habuit eam Iacob. Qz spōsus & sponsa post benedictionē acceptā debeant eadem nocte pro benedictionis reuerentia in virginitate manere, habetur.xxx.q.v. cap. Sponsus. Ex quo sumi potest olim fuisse cōsuetudinis nō statim cōmiscere. ¶ Tertia propositio. E Contractus procedens p̄cise ex errore conditionis vilioris,matrimoniū impedit & dirimit nō diuino iure sed ecclesiæ constitutione & determinatione.cap.finali.de coniu.seruorū. Item. xxix.q.ij.ca. Si quis ingenuus. Probatur. In cōiugio est libera & mutua & quasi pro equiualenti ac ad pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ria datio potestatis corporum ad actus coniugales, posita legitima requisitione. sed seruus cū sit domini sui, nō potest corp⁹ suū dare alteri nisi domini auctoritate & cōcessione, maxime vt alter eo vtatur cū placuerit cum prejudicio domini. Et licet seruus posset, vt infra dist. xxxvj. etiam contradicente domino matrimoniū cōtrahere: tñ propter hoc non liberatur a debitis & consuetis seruitijs domino impēdēdis. Nec sunt huiusmodi matrimonia seruorū, vel inter seruos contracta diffamenda: quia tenent. Et quos deus coniunxit homo separare non potest. cap. primo de coniu. seruorum. & .xxix. q. ij. ca. Dictū. Non enī subsunt serui dominis quo ad oīa. Potest tamē ecclesia seruos in casu inhabilitare, vt supra dist. xxix. dū eorum contractus est matrimonio prejudicialis: immo principali bono matrimonij, scilicet bono prolis. Frequēter enī impeditur propter seruitū debiti redditio. Cum itaq; seruus non habet liberam corporis sui potestatē: potest liber si vult cū eo cōmutare in sui prejudiciū. ¶ Vt hæc cōclusio stet, requirit primo q; volens dirimere contractū sit vere liber. Si enim seruilis cōditio debet impedire, oportet q; sit peioris conditionis. Secūdo q; vere ignorauerit seruitutē alteri⁹: quia oportet cōtractum procedere precise ex errore conditionis, si debet esse inualidus. Si enī nouit eū esse seruū & consensit in eum, tenet. ca. vlti. de coniu. seruo. Tertio q; nō sit nec fuerit mentis suę velle ducere seruam, sed solum liberā: & q; sciēs eam esse seruam, nec verbo, nec de facto in eam vt talem cōsenserit. cap. vlti. de coniu. seruo. ¶ Dictū fuit in conclusione, Error conditionis vilioris. Nam error conditionis melioris nō impedit matrimonij contractum: nec seruitus de sese: si nō effugiat cō
F trahentis cognitionem. ¶ Quarta conclusio. Error qualitatis & fortunę nō inualidant contractū sicut error personę seu conditionis. Non enim error huiusmodi respicit materiam sacramenti, puta personas ipsas, nec bona matrimonij, quia nō bonum prolis: vt error cōditionis: nec finē principalem matrimonij, qui est prolis educatio. Nō ergo impedit hmōi error nec iure diuino: quia cōcurrūt omnia essentialia: nec humano: quia nullū habetur de hoc ecclesiæ statutum, sicut de errore conditionis. Et intelligitur illa cōclusio, nisi qualitates illę redundarent in errorem personę vel cōditionis. Sic enim idem esset dicendum: sicut de contractu procedente ex errore personę vel conditionis vilioris. vt cum ponuntur ad notificandum substantiam personę cum qua volo contrahere, quā errans habeo in mente: & psona habens in se qualitates illas: dicit se esse illā quā noui & cū/ qua contrahere statui, cum non sit: iam contraho ex errore personę precise: & sub conceptu personę quā noui: quā ex errore iudico esse illā de qua sermo. Sic dicit Magister esse errorem personę: si quis petat fœminam nobilem & pro ea tradatur ignobilis. Vt exemplum Magistri procedat oportet illam nobilitatem esse cōtractam ad certam psonam ex nomine vel locutione, & tunc redūdat in errorē personę. ¶ Quinta conclusio. Posset ecclesia ex causa statuere q; error qualitatis & fortunę ita habet matrimonium impedire & dirimere, sicut error conditionis, secūdū Palu. dist. xxxiij. q. j. De hoc supra. dist. xxvij. q. ij. ¶ Sexta cōclusio. Contractus precise procedens ex errore dationis, impedit mrimoniū ex natura cōtract⁹ iure diuino: & positiuo. Probat. qa matrimoniū est cōtract⁹ cuiusdā dationis & reciprocę acceptiōis & non omnino liberalis. sed q̄dā corporis cōmunio esse exigit apprehensionem illius pro quo fit cōmunio, nec tenet nisi extante conditione do si des vel vt des: & matrimonium non potest claudicare. xxvij. q. ij. Sufficiat. ergo regrit mutuā & reciprocā dationē. ¶ Septima conclusio. Consensus matrimonij procedens precise ex apprehensione erronea alicuius circunstantię vel cōditionis necessario requisitę & per se iure diuino vl⁹ ecclesię statuto ad matrimonij cōtractum, impedit & dirimit ac inuoluntarium facit in vtroq; foro. Patet ex dictis. Quid ecclesia possit circa materiam huius sacramenti, habetur distin. xxvj. & xxvij. q. ij. & distin. xxix. in propositiōe prima.

¶ Quantum ad articulum tertium G
est Dubiū. Ex quo dist. xxix. dubi. vj. motū fuit dubium cum duo cōtrahunt per verba de sui natura inducentia consensum: cum tñ alter contrahētiū admissis verbis vniuocis negat cōsensum: vidēdū breuiter quid faciēdū cū verba sint dubia ex se & sui natura, quę debēt inducere cōsensum. Respōdetur, Si vir & mulier ita contrahunt verbis de se dubijs, & vtraq; partium admittit & fatetur illam verborū prolationem: vir autem medio iuramēto cōstanter negat consensum: & mulier non habet probationem nisi verborū prolationem: iudicatur pro matrimonio: vt caueatur periculum animarum in illo dubio probabili: maxime si nōdum contraxit cum alia. Si vero iam cōtraxit cū secūda: est periculum pro vtraq; parte. ca. finali. de re iudi. capi. Videtur. qui matrimonium ac. possunt. In hoc casu contractus prioris per verba dubia de se, cum vir medio iuramento negat consensum mulier tenetur viro iuranti credere & eum iudicare verum dicere, & ex consequenti non esse suum maritū, nec cōmiscri cū eo nisi probabili ratione teneat in conscientia nō erronea quā habere nō pōt, q; ille vir vsus sit verbis illis pro vniuocis & ad matrimonij contractū



aptis. Non enim habet causam credendi q; vir peierauerit: & debet præsumi q; verum dixit, q; veritatem iuramēto affirmauit cū nō constat de contrario. Itaq; sine nouo consensu non est eius vir. Verū licet non sit eius legitimus marit⁹ non tamen potest cum alio contrahere in illo loco vbi iudex dedit sententiā pro matrimonio propter scandalum, licet debet credere eum non esse suum maritū, vt supra. Si ille vir contraxit alibi, tenet ī foro dei, & potest exigere & reddere debitum. Mulieri cōsulēdum est q; cōtineat etiam cessante scandalo. Si cōtraxit alibi, potest redde re non exigere. Vir ille (de quo casus) qui prius p verba dubia visus est cōtrahere: licet iureiurādo neget consensum cum prima, tenetur in foro cō scientię cū ea legitime cōtrahere: & in eā vere cō sentire, propter amotionem scandali futuri ratione verborum dubiorum ab eo prolatorū. Immo cessante scandalo adhuc ad illud tenetur in foro animę: si vir vere & ꝓbabiliter credit q; illa mulier in conscientia sua iudicat verba esse vniuoca, & ad matrimonium apta, & hoc maxime ex verbis viri, qui licet falso, sic informauit mulierem q; sint verba apta ad contractum, & mulier non contraxisset cū eo nisi iudicasset illa verba esse apta, viro attestāte ídipsum. Nollet siquidem ludibrio fieri multis &c. nec decipi, vel deludi. In hoc casu tenetur vir de nouo cum ea cōtrahere: quia dānificauit eā vel occasionem dāni dedit effectiue: quia mulier iam non potest contrahere in foro interiori alibi. Et cum refusio damni fieri non pōt nisi contrahat vere & de nouo cum ea: ergo tenetur eā ducere pro refusione damni. Sec⁹ si mulier per se sciuit verba esse dubia de sui natura. Esto: mulier non a viro sed aliunde edocta iudicauit verba esse apta, & nō dubia: & hoc nouit vir qui negat consensum admissis verbis: q; q; mulier non contraxisset cum eo cognito q; verba essent dubia: quia nō vult fabula esse hominum, nec se exponere periculo: attamē vir cognouit eam. Dicitur q; in hoc casu nō tenetur eā ducere: debuit ipsa volens contrahere scire quę verba sint apta matrimonio: & nō sedu ci verbis &c. Alij volūt q; vir ille potuit sine notabili dāno eruere mulierem a dāno & periculo & nō fecit, eā admonēdo, hortādo, docēdo. &c. capi. Quāto. de sentētia excōmunica. &. xxiij. q. iij. fere per totum. Exodi. xxiij. de asino. Igitur marem vagari in incerto: & interpretatiue voluit eā decipere, & tenetur ad restitutionem damni: quia ex ꝓposito noluit eam eripere, & ita voluit antecedēter dānificare. sicut cū video asinum ruiturū in foueā & possem eum eripere, & nolo cum possim cōmode, nec est alius qui id velit aut possit.

¶ Si quærit quare hic datur fides iuramēto viri negantis consensum: non sic in dubio priori. di stin. xxix. Respōdetur, ibi fuere verba vniuoca: hæc equiuoca de sui natura. Et licet mulier habet forte equilibre dubium de consensu viri: cum accedit iuramentū, nec constat de falsitate: non est equilibre: sed mulier debet credere q; iurauit veritatem: quia non habet causam credendi contrariū. Formabit ergo cōscientiā q; nō sit vir suus & cōtinebit. Et cum accedit iuramētum, non est equilibre dubium: sed pars illa per iuramentum roborat: ideo mulier hic nō stabit sententię iudicis iudicātis in dubio ꝓbabili pro matrimonio. Si vero vir cōtra sententiā iudicis pro matrimonio primo, contraxit alibi etiam cessante scandalo, peccat: maxime in casu vt supra: in quo casu tenet corā deo cū prima de nouo cōtrahere. Et si forte vir sciat sentētiā esse nullā: quia nouit suū dissensum cōtrariū: nihilominus tenet cum prima de nouo cōtrahere & est sentētia iusta quo ad eum: quia sentētia ecclesię cōpellit ipsum ad hoc ad quod tenetur iure diuino propter sua facta prejusa: quę si non precessissent ecclesia eum non cōpelleret. Hoc enī potest ecclesia pro salute animarū. Nec est simile de eo qui falso cōdemnatur pro illo. Si enim iudici cōstaret oppositum, non condēnaret eum in illo. Hic vero iudex videns facta eius prejusa, ne sacramētum illud habeatur ludibrio: & verba sumātur in vanum &c. in pœnam & pro salute animarū propter suum demeritum precedens, ita compellit eū contrahere legitime: & est ille contractus non coactus, sed liber in radice: vtputa cum quis iurauit velle aliquam ducere, ecclesia (vt supra) cōpellit ad iuramēti obseruantiā nisi deobligeť. Suo modo dicendū si vir negaret & verba & cōsensum medio iuramēto, vtiq; non sine graui peccato. Si dicitur: semel malus semp presumitur malus, ergo mulier nō tenetur viro credere: Respondetur, hoc intelligitur: iudex nō admittit aliquem in iudicio in pœnā prioris peccati cogniti: acsi adhuc eēt malus. ¶ Preterea. Esto q; mulier nō fuit sic informata a viro quasi illa verba sint mrimonio apta, & vniuoca, sed per alios: vir autem hoc cognito dolose contraxit cum ea, propter explere fornicationem: Non dubium quin vir peccauerit, non precauēdo dānum proximi vt potuit & debuit: immo volens eā dānificauit & decepit. xxiij. q. iij. quasi per totū. Tenetur ergo resarcire dānū datum & cum ea contrahere. Exemplum de nolente ex proposito eripere asinum alicuius casurū in foueam: talis vult interpretatiue eū perire: & ita proximū dānificare. Sic in proposito. Tenet ergo de damno: & si alibi contraxit, & sic dānum compensare non potest, doleat de facto: & sua-

Universidad de Deusto
Biblioteca



deat ei q̄ contineat. Si vero & ipsa contraxit cū secundo, tenet contractus cęteris paribus. ¶ Secundum dubium, contra illud dictū. Vbi debet esse cōmutatio, oportet esse apprehēsionem valoris cōmutati ad id p quo cōmutatur. Aliquis potest rem cōmutare cum expectatione rei quandoq; habēdę pro qua fit cōmutatio, vbi nihil de facto recipitur: sed expectatur temp⁹ quo recipiatur aliquid: seu potest expectare magnū aliquid sibi reddi cui tamē nihil reddet: nec tamen ob hoc datio prima nulla est: ergo & hic in proposito, cum cōmittitur error dationis, nihilominus tenet. Respondetur secūdum Sco. Duplex est datio non liberalis. Quędam expectat redditionem in futuro: & hoc ex natura contractus illius. Alia est translatio quę exigit dationem p̄cedentem saltē natura: & cōcomitantem: quę est proprie cōmutatio. vt do si des de præsenti sine dilatione. Et illa nunq̄ fit nisi statim comitetur reciproca redditio. Est enim cōtractus conditionatus intrinsece, licet conditio nō exprimatur: quia de natura contractus subintelligitur. Et talis nō
I tenet nisi extante conditione. ¶ Tertiū dubiū. Sacerdos credens se baptizare Petrum baptizat Ioannē: item masculum, & baptizat fœminam: hic error vt videtur non impedit sacramentum baptismi: ergo nec in ꝓposito error personę sacramentū matrimonij. Respōdetur negando cō sequētiā. Et ratio est secundū Durañ. quia baptismus habet efficaciam ex opere operato: & sufficit q̄ baptizandus non habet voluntatem contrariam, & baptizantis intentio: sed in matrimonij contractu requiritur (cum est voluntaria obligatio contrahentium) consensus qui cadat sup contrahentes in se inuicem: & non solum sup cōtractum ipsum. Sco. pro ratiōe dissimilitudinis ponit: quia in baptismo ignoranter collato, non est contractus mutuę dationis: sicut in matrimonio. Hinc error circa personam talem vel talē nō impedit baptismū: dum tamen personā quā manu tenet vult baptizare: non obstante q̄ iudicat eam esse a. cum sit b. Sic forte non est curę si apprehenditur baptizandus esse masculus cum sit fœmina. dūmodo tamen intentio vult hominē quem manu tenet baptizare. Richar. aliā ponit rationem. In coniugio hominis conditio redditur deterior: in baptismo redditur melior: ergo ibi error non obstat. ¶ Posset breuiter dici, q̄ rō sacramenti & institutio diuina est causa. Et si obiicit de benedictione. Iacob Gen. xxvij. quem Isaac benedixit, credens esse Esau: Dicitur q̄ Isaac cū expauit & admiratus vltra q̄ dici potest q̄ benedixerat Iacob, positus fuit in ecstasi: & in illa diuina reuelatiōe edoctus fuit benedictionē ipsam esse debitam Iacob. Subiunxit itaq; firmando benedictionē primogenituręe. Et erit benedictus deo scilicet sic volente.

## Quæstio Secunda.

SEcundo queritur circa conclusionem secundā textualem: Vtrū inter virginē Mariam castitatis voto seu proposito deo deuotam & Ioseph virum iustū fuerit verum & perfectum licet non consummatum coniugium. A

¶ Quantum ad articulum primum considerandū q̄ idē est totum & perfectum. v. Metaphy. Perfectum autem & totū dicitur, cui nihil deest. & sic solus deus perfect⁹ dicit. Quādoq; dicitur perfectum secundū quid, cui nihil deest eorum quæ sibi competere possunt vt debent iuxta hanc vel illam conditionem suę speciei vel naturę aut gratię superadditę. Sic matrimonium non consummatū, quia caret significatione quę sibi posset competere si esset consummatum, dicitur nō perfectum significatione: vt supra. dist. xxvj.

¶ Quantum ad articulum secundū B
est conclusio prima. Ecclesię & scripturę auctoritate beatissima virgo Maria fuit Ioseph iusti vera sponsa coniunx & vxor. Patet Luc. ij. Vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. Et Mat. j. Noli timere accipere Mariā cōiugem tuam. Ibidem q̄ Ioseph fuerit eius vir & iustus. Ad idem. xxvij. q. ij. fere per totū. Et cū scripturę auctoritas hoc habet, etiā tenet auctoritas ecclesię. ¶ Secūda conclusio. Verum & perfectissimū sanctitate fuit iter Mariam & Ioseph coniugium, tametsi ab omni carnali concupiscētia euaserit liberrimū. Probatur. xxvij. quæst. ij. Ibi enim fuit verus cōsensus de præsenti: qui facit vere coniuges. Fides: quia nullū adulterium. Prolem cognouimus Christū dominū. Sacramentū: quia nullum diuortium. Solus nuptialis concubitus ibi non fuit. Nec impedit q̄ Ioseph cum esset iustus voluit eā occulte dimittere: quia hoc non intelligitur de vinculi dissolutione: sed de causa alia, vt exponunt sancti & doct. Nā desponsata fuit mater immaculata, mater intacta, mater incorrupta, Ioseph iusto, sed non in cōcupiscētia iuncta, secundū Origen. Vnde recte poterat dicere id Sarę filię Raguelis vxoris Tobię iunioris. Tu scis domine quia nunq̄ concupiui virum: & mundam seruauit animā meā ab omni concupiscentia. ¶ Tertia conclusio. Valde rationabiliter & congrue citra omnem falsam seu mē



dacem simulationē virgo Maria fuit Ioseph virgini desponsata: licet nunq̄ fuerit ab eo carnali cōmercio quōcunq; cognosceda. Prima pars probatur. Deus & natura nihil faciunt frustra. Et q̄ a deo sunt, ordinata sunt. Roma. xiij. Id vero a solo deo factum est. ergo rationabiliter factum. Secunda pars. Spiritus sanctus disciplinę effugiet fictū, & auferet se a cogitationibus quę sunt sine intellectu. Sapiētiæ primo. & ca. iij. de bo. cōiu. Causę congruitatis post diuinam voluntatē sunt. Vna propter ministerium solatium & obsequiū prestandū virgini & puero ab Ioseph euntibus in ægyptū, & illic manentibus vsq; ad perfectę ętatis crementum. Alia ad cōseruandā Marię famā apud perfidos Iudæos. Et ad incarnationis mysterium celandum dęmoni. Sunt & rationes quas ponunt doct. circa hāc dist. Sed q̄ ibi non fuerit falsa aut inanis simulatio probatur: quia cum nō semper expedit proijcere margaritas ante porcos. Matthęi. vij. potest aliquis verbū aliquod ex causa proferre verum: qđ tamē cęteri non intelligentes non iudicant verum licet possit esse de rigore verum. Exemplū. Christus dixit. Soluite templum hoc, loquens de corpore suo. & prenūciatiue, Soluetis meū templū. quod Iudęi intellexerūt de templo materiali. Potest enim locutio illa vere habere intellectū quē Christ⁹ voluit. Sic potest aliquis factū aliquod facere causa mysterij vt aliū fallat: quod alij non sic capiunt, nō tamen per hoc mentitur. Sic Christus finxit se longius ire post resurrectionē, secūdum Aug. contra mendacium ad Consentium cap. xiij. Ita q̄ ibi fuit vera correspōdētia & adęquatio signi ad signatū, quę proprie non dicitur fictio. Proprie cū fictio est signum falsi, vt cum exhibetur quid ad significandū alterī aliquid dolose, quod in veritate nō est: vel esse taliter qualiter non est: licet nō omnes capiant mysterium illud. Sic Angelus Tobię visus comedit vt ostēderet se aptum itineris socium: nō vt ostenderet se indigere cibo &c. Sic coniugium non est sem per signum cōmixtiōis carnalis: quia potest esse verum & ratum cōiugium & perfectū, licet nō significatiōe, sine cōmixtione carnali. Et tale fuit in proposito. Valet autem ad hoc: q̄ genitus ex coniugio non potest refutari vt illegitimus. Nō est ergo mēdacium cum fuit matrimonio copulata: licet nunq̄ copula subsecuta. Statim em̄ reputassent Christum Iudęi, si non fuisset de coniugio natus. & matrē secundū legē lapidassent. ¶ Sed qđ dicitur in cōclusione, Ioseph fuisse virginem & quidem perpetuū, est Palude & domini Cameracēn. in de laudibus Ioseph: ac Gerson post eum in sermone de natiuitate Marię allegantis beatum Hieronymū cōtra Heluidium, &

Hugonem in de coniugio beatę Marię. Si enim matri suę iam prouectę ętatis dare voluit custodem virginem in cruce, Ioan. xix, quāto magis presumēdum est q̄ & in adolescentiori ętate cōstitutę, virginem dedit ministrum & sponsum. Preterea, sicut Christus nasci voluit ex sola virgine: ita dūtaxat a virgie nutriri. De hoc Gersō vt supra. cōsideratione. iij. ¶ Quarta conclusio. C
Si in lege veteri fuit generalis precepti ad omnes nubere & matrimonio copulari: necesse est aliquas sanctas personas ab hac generali lege vel fuisse exemptas diuina dispensatione: vel de salubriori edoctas diuina inspiratione. Nec enim præsumendum est Hieremiā & Ioannem baptistā qui remanserunt virgines & extra coniugium, contraueniisse legi, cū fuerint in vtero sanctificati: & tamen scriptura nullibi videtur eos excipere. Itē Hieronymus contra Iouinianum ostendit Heliā fuisse virginem: & similiter Ambro. lib. j. de virginitate. Et q̄ Helias primo oīm a cōiugio abstinuit. Ideo si fuit generale præceptum, necesse est illas personas fuisse exemptas ab illa lege generali: sicut dixit Assuer⁹ rex reginę Hester. Nō enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. Hester. xv. Insuper necesse est virginem Mariam habuisse singularem spiritus sancti illustrationem de despōsatione cum Ioseph saluis pudicitia coniugis & honore parētis. ¶ Quinta conclusio. Etsi in le. ve. fœcunditas pro benedictione: sterilitas vero p maledictiōe habita fuit: tamē illa maledictio non fuit culpę, sed pœnę, & cuiusdam infamię humanę, secundū Bonauen. in dist. xxxiij. in dubijs literalibus. Hinc illa maledictio vt habetur de Anna. j. Regū. j. pot⁹ quædam hominū exprobratio q̄ diuina maledictio dici pōt. Ad hoc facit dictū Helizabet concepto Ioan. Lu. j. Sic fecit mihi domin⁹ in diebus quibus respexit auferre opprobrium meū inter homines. Inter homines inq̄t. Simile dixit Rachel nato Ioseph. Gene. xxx. Abstulit deus opprobrium meum. Ad hoc beatus Bernar. Homi. iij. super Missus est, cum inquit. Dura necessitas & graue iugum super filias Euę. Si pariunt cruciātur. Si non pariunt, maledicūtur. Et sequitur ex persona virginis. Hinc etsi video maledictū: sed non peccatum. Illinc vero & peccatum & cructum. Dicebatur ergo tūc sterilis maledicta: quia erat ignominię & hoim opprobrio obiecta quasi inutilis, eo q̄ concluſit dominus vuluā eius: & infructuosa in Israel tantum, non coram deo vt in sequētib⁹ ostēdit. Auctoritates vero Deutero. vij. & Exo. xxiij. impertinēter allegātur. Nō enim insinuatur per eas aliquod præceptum, sed quędam temporalis benedictionis ꝓmissio seruantibus suam legem. Tunc vero temporalia p

Universidad de Deusto
Biblioteca



mittebantur populo illi rudi, vt sic eorum amore ad diuinorum præceptorum obseruantiam alliceretur. vt ostendit Augusti. contra Faust. in diuersis libris. Nec fuit peccatum se sponte subdere huiusmodi opprobrio propter deum & amore melioris boni, sed perfectionis magnę. Alioquin quō euasissent peccatū Helias Helisę & cęteri filij prophetarum, qui sua reliquerunt p Deo. iiij. Reg. ij. Ibi Nico. de Ly. Quēadmodū filij & discipuli pphetarū vixerunt simul religiose vacantes orationi & cōtemplationi in Bethel & Hiericho &c. cū tamē tūc temporum paupertas pro maledictione, & diuitiarū abundātia pro benedictione erat: hoc innuit propheta dicens beatum dixerunt populum cui hęc sunt. de quibus locutus fuit in Psal. cxliij. Hugo de sancto Victore distinguit tria tēpora. Nam cum primū factus esset mūdus, benedicta est fœcūditas Gene. j. pro hominū multiplicatione. Dehinc cum ab vna tantū gente cognitus est deus, per legem maledicta est sterilitas vt multiplicarētur fideles. Hinc Psal. Not⁹ in Iudęa deus: in Israel magnū nomē eius. Postremo cum iam ab omni gēte coleretur deus: & multiplicati fuerunt fideles: benedicta est virginitas. Non ergo fœcūditas carnis meritum, nec sterilitas culpa proprie dici potest, sed quoddam opprobriū hominū & pœna naturę & ignominię, seu ifamię, cū iā succssio gētis in multitudine filiorū q̄rebat & dei cultus scām carnis originē ppagabatur, secundū San. Tho.

D ¶ Sexta conclusio. Probabiliter & pie tenēt sancti & doct. plurimi beatissimam virginem Mariam virginitatis propolito & voto tam mente q̄ ore fuisse deo deuotam. Probatur. quia debuit habere illam virginitatem quę esset laudata magis & deo plus grata. talis est virginitas mentis & corporis: & maxime ex voto & charitate p̄cedens. Vnde August. lib. de virginitate. cap. xj. Virginitas laudatur non quia talis: sed quia deo dedicata. Et Ansel. in lib. de similitudinib⁹. Op⁹ bonum factum ex voto, plus placet q̄ quod fit sine voto. Quod enim ex voto p̄cedit, est opus religionis ratione voti. Religio vero maxima est virtutum moralium, secundū San. Tho. Secunda secundę. q. lxxxviij. art. vj. Ad idem Augu. vt supra. cap. iiij. Angelo annuncianti Maria respondit: quō fiet istud qm̄ virum nō cognosco? Quod profecto nō diceret, nisi prius se virginē deo deuouisset. Beatus Bernar. Homi. iiij. super Missus est, in eius persona loquens ait. Cū sciat dominus meus, testis conscientię meę, votū esse ancillę suę non cognoscere virum, qua lege, quo ordine placet ei vt fiat istud? Si oportuerit me frangere votum vt pariam talem filium, & gaudeo de filio, & doleo de proposito. &c. Et in sermone Signū magnū, post cętera dicitur. Legis Mosaicę decreta transcędens, illibatam deo corporis simul & spiritus sanctimoniā deuouit. Idē tenent doct. scholastici, Sco. Tho. Palu. Durañ. Bona. Gerson. in sermōe de natiuitate Marię coram cōcilio Constañ. declamato, Dominus Cameracen. in de honoribus Ioseph.

¶ Verum qm̄ vouerit, an ante desponsationem an post, sunt opi. doct. Aug. c. iiij. vt supra, vult q̄ vouit ante annunciationē. Huius vero assertionis fundamētum ex illo sumunt virginis verbo quo dixit ad Angelum filiū p̄mittentē. Quomodo fiet istud qm̄ virū non cog. Nō vtiq; quæsiuisset quomodo promissum sibi filium partura esset, si quandoq; cōcubitura nupsisset: cum non erat sterilis: & potuit a viro pręgnās fieri. Sed quęstio est de supermirabili: quia inuiolabile & firmum propositum habuit nunq̄ virū cognoscēdi, & deo virginitatis propositum obseruandi. Et ideo quęrit quomodo fiet istud. &c. Cum enim nondum cognouerat virum cum Angelus filium promisit, si non habuisset firmū & inuiolabile virginitatis propositum nunq̄ cognoscendi virum, nulla fuisset prorsus quęstio. Dicit Sā. Tho. vbi supra. Non creditur mater dei virginitatem absolute vouisse anteq̄ desponsaretur Ioseph: sed cum eam habuit in desiderio, cōmisit voluntatē suam diuino arbitrio. Cum vero iam sponsum accepisset scām morē regionis illius, cū eo virginitatis votū emisit. Cōsonat Lyra Lu. j. Verum licet ita vouerit sub illa conditione, si scilicet deo placeret, cum tamen illa est conditio generalis inclusa in omni voto, non facit eius votum cōditionatum, sed absolute vouit. Alias nullum votum esset absolutū, cum semper includatur illa generalis cōditio, Si dominus voluerit: aut nisi dominus oppositum reuelauerit: aut mandauerit. Dicendum ergo q̄ simpliciter & absolute vouit. Vnde absolute inquit virum non cognosco: & me non cognituram p̄pono. Et licet illa cōditio generalis sic tacite includatur in omni voto, perfectionis tamē est si ore exprimatur quod mente concipitur: secundū Palu. Hinc cōmuni consensu & Ioseph & Maria continentiam vouerunt deo: secundū Hieron. contra Heluidium vt supra conclusione. iij. Hæ conclusiones docent facti contingentiam: quia ita est. Sequentes vero quomodo ita esse potuit.

E ¶ Septima conclusio. Licet & Ioseph & Maria perpetuam deo deuouerint virginitatem, non tamē repugnabat eorundē voto vera matrimonialis coniunctio, seu despōsatio, nec læsit vllatenus vel obfuscauit cuiusuis mētalem puritatem. Prima pars est conclusio. vj. Secunda ostenditur post dicta distin. xxviij. q. j. de cōsensu qui facit matrimoniū,



Nam licet in matrimonio sit mutua datio potestatis corporis ad carnalē copulam, nō tamē nisi sub cōditiōe implicita: si scilicet petatur. Dicit Richar. q̄ beata virgo consensit in copulā implicite, & sub conditione, scilicet si fuerit ad hoc requisita & diuinit⁹ nō deobligata a debito, seu si de⁹ debitum illud nō relaxauerit. Ad idem est Palu. cum Hugo. Postil. Roma. cap. j. dicentes virginem cōsensisse in copulā carnalē sub conditione si deus eā iuberet. Quod oportet cōcedere de omni virgine vouente castitatē & masculo & fœmina, potissimū si adhuc stat p̄ceptū affirmatiuum de matrimonio in officiū. Sic contrahentes cum proposito statim vouendi cęlibatū, vere contrahūt sine cōtagio puritatis mentalis. saltem hoc facere possunt. Cōditio sic inclusa voto non p̄iudicat, nisi ponatur in effectu. Vbi ergo certitudo per diuinā reuelationē q̄ cōditio nunq̄ ponetur in effectu, constat q̄ ibi in nullo p̄iudicat castitatis voto. In proposito talis fuit diuinitus reuelatio facta Marię de Ioseph virgine, & ecōtra, cum Angelus ait. Noli timere accipere Mariā coniugē tuam. Ex quo multo fortius concluditur q̄ & ipsa audiuit vel ab Angelo vel per inspirationē diuinam. Noli timere accipere Ioseph virum iustum cōtugem tuū. Nam ipūs sanctus qui in te descendet, & tibi obumbrabit, dabit tibi ipsum tuę virginitatis perpetuo custodem, & ministrū fidelissimum: qui & ipse tecum pari voto perpetuo continebit &c. & in multis ad custodiā virginitatis tuę congruentibus obsequetur. Huius potest esse ratio: quia totū quod factum & dictum est Ioseph per Angeli visionem, propter virginem factum & dictū est, quę fuit immediata & sola cum deo cooperatrix in illa mirabili & ineffabili cōceptione vnigeniti dei. Ponit ad hoc exemplum Sco. de quo. xxvij. distin. q. j. dictū est. Si quis medio iuramento contraxisset sponsalia, & postea voueret castitatem: is debet prius satisfacere iuramēto, & vere cōtrahere de p̄senti, prout iuratit: & dehinc ante consummationē religionem intrare. Sic enim & voto & iuramento satisfaciet sine p̄iudicio voti castitatis. Constat secundum prædicta distinctio. xxviij. q. ad matrimonium requiritur consensus in copulam coniugalem animorum. contra Faust. lib. xxiij. ca. viij. Hic em̄ est de essentia matrimonij, & sufficit ad matrimoniū, etsi nihil cogitetur de carnali copula. Alias quomodo inter steriles naturaliter & senes coire non potentes esse posset matrimonium?

F ¶ Octaua conclusio. Virgo Maria vere desponsata, & matrimonialiter iuncta viro, iā emisso castitatis voto virginitatem suam nullo exposuit periculo peccati. Patet: quia illa translatio corporum &c. ad procreandam prolem, est conditionata implicite si petatur. hic autem fuit certa reuelatio q̄ vsus sui corporis nunq̄ peteretur ab Ioseph. ¶ Præterea est pia multorū opinio: q̄ sicut fomes p̄ti extinctus fuit in Maria, & debilitatus, vt supra in. iij. distin. iij. quęstio. ij. sic de Ioseph virginali sponso suo pie teneri potest, p̄sertim cum virgini tam fuit matrimonialiter iunctus. Ita tenet Gerson sermone de natiuitate Mariæ. conside. iij. allegans ad hoc Hieron. & Hugo. de sancto Victore. Immo sicut Maria mater Christi fuit in vtero sanctificata: ita & de Ioseph Christi patre putatiuo pie teneri potest suo modo. Maria enim nunq̄ subiacuit originali peccato, vt pia multorum habet sentētia & credulitas. Ioseph vero in vtero credit sanctificat⁹ post originale cōtractū, sicut Ioānes baptista, Hieremias, Nicolaus, & alij. Hoc vero decuit ita fieri (si fas est de ea re loqui) ne Marię speciosi tas vel familiaritas ei cederet in scādalum. Non ergo mouebatur ex conuictu & cohabitatiōe familiari Mariæ ad libidinem, sed ad castitatem, & hoc tam ex fomitis repressione in seipso, q̄ ex Marię virtute & merito ac disciplinato conuersationis modo. Nefas enim dixerim cogitare saltem Mariam virginem de conuictu Ioseph quā cunq; sensisse libidinem. Sic enim saltem venialiter peccasset: qđ catholica veritas negat & August. dicens. Cum de peccatis agitur, nullam volo de ea fieri mētionē. Et canit ecclesia, Tota pulchra es &c. ¶ Posset adduci dictum quod refert (vt dicūt quidam) sanctus Bonauen. se habuisse a fideli Iudęorū narratiōe: q̄ quis eēt pulcherrima, nullus tamē ea visa vnq̄ inflammatus est ad libidinē: sed visio ei⁹ libidinē, siqua vlli infuit extinxit. Si nō placet ille modus loquendi, corrigant verba, salua sit veritas catholica, & dicta supra de cōsensu in copulam cōiugalem qui facit verum matrimonium. distt. xxviij. q. j. & quod dicit nomē copula coniugalis.

¶ Quantum ad artículum tertium G est dubiū primum contra conclusionem primā. Vbicūq; est verū & perfectū cōiugiū, ibi est & cōmixtio sexuū. Sed inter Mariā & Ioseph fuit verū cōiugiū, ergo & cōmixtio sexuū. Cōsequētia bona. Maior est beati Aug. Nō est perfectū coniugiū sine cōmixtione sexuū. Minor est conclusio prima & secūda: & auctoritas euāgelica p̄ illo videt facere Mat. j. vbi dicit. Anteq̄ conuenirēt inuēta est in vtero habēs. Et iterū. Nō cognoscebat eā donec peperit filiū suum primogenitum. Ex quo inuitur q̄ postea cognouit eā. Itē Christus habuit fratres Mat. xij. ergo fuit ibi sexuum cōmixtio. ¶ Ad primū negat maior. Ad dictū Aug. patuit di. xxvj. dubio vlti. Dicat ad mino

Universidad de Deusto
Biblioteca



rem,q; fuit inter eos coniugium verum, sed nō
cōsummatū carnali copula. ¶ Ad auctoritates
Matthę.j. dicitur q; ly anteq̄ nō semp dicit ordi-
nem ad id quod futurum est secundum rei veri
tatem, sed etiam refertur quādoq; ad id quod se
cundū cōmunem naturę cursum posset euenire,
aut potuisset euenisse: licet oppositum euenerit.
vt Ioānes mortuꝰ est anteq̄ haberet annos. xx.
q̄uis nunq̄ habuerit eos. Sic dicimus, anteq̄ pœ
nituerit morte p̄euentus est. De ly donec dicen-
dū: q; donec sumitur dupliciter. Quandoq; em̄
significat tempus determinatū, finitionem scili-
cet & terminationē huius qđ præcessit illud qđ
expectatur, vt scilicet aliquo tempore transacto
aliquid fiat. Sic nō sumitur in euangelio. Exem
plū. Ioānes nō comedit donec sacrificium esset
cōsummatū. Alio modo accipitur pro semp, &
pro tēpore indeterminato, siue vt dicit perpetui-
tatē. Psal. cix. Sede a dextris meis donec ponā
inimicos tuos &c. Et. j. Corin. xv. Oportet illū re
gnare donec ponat inimicos scabellū &c. Nō est
sensus, q; tunc desinet regnare cum subijcientur
inimici, sed pro perpetuo regnabit & æternaliter
sedebit ad dextram &c. Sic dicitur Gene. viij. cū
a Noe coruus ex arca fuisset emissus: Non est in
quit reuersus donec siccarētur aquę. Cum tamē
nec postea legatur redisse. Et itē. A seculo & in
seculum tu es deus. Rursus altitudinem pacis
annunciās. Donec inquit auferatur luna. Psal.
lxxj. Nō tamen vt post illam pacē, finem statuat
huius qđ spectamus elemēti. Et iterū. Vobiscū
sum vsq; ad cōsummationē seculi. Mat. xxviij.
nō post cōsummationem separandus ab eis. Et
Damasc. lib. iiij. capi. vj. inquit. Nullatenus viro
vsq; ad mortē copulata est Maria. Ita & in hoc
loco euangelista donec posuit, secūdū Chryso.
super Mat. Homi. v. non vt suspiceris quia vel
postea quādoq; cognouerit: sed vt discas q; etiā
ante partū intacta p̄mānserit. Vtitur itaq; scriptu-
ra sacra hoc loquendi modo indefinitū pro de
terminato ponēdo. ¶ Ad aliud: tūc tēporis mo
re scripturę legis vete. fratres Christi noiabātur
eius cognati & consanguinei, sicut Loth diceba
tur frater Abraham Gen. xiij. cum tamē esset fi
lius fratris eius. Vnde dicitur ibidē. Ne sit iurgiū
inter me & te. Fratres em̄ sumus. cū tamē Loth
esset nepos eius. Hi vero de quibus in euāgelio,
dicuntur fratres domini cum erant filij sororum
Marię virginis. ¶ Secūdū dubium. Vouētibus
non solum nubere, sed & velle nubere damnabi
le est. xvij. q. j. Sunt quidā. & est Aug. de bo. vi-
duita. ca. ix. Sed virgo Maria fuit deo deuota p
propositū aut votum castitatis, vt supra. ergo.
Respōdeꝫ. Auctoritas intelligit̄ de volētibꝰ nu-
bere secundū cōem legē cum proposito experiē
di carnis libidinem. Secus de Maria & Ioseph.
¶ Tertiū dubiū. Numerorū vlti. dicitur q; mu- H
lieres debebāt nubere viris de sua tribu, & nō de
aliena. Sed cum Ioseph erat de tribu Iuda Luc.
ij. (Ascendit autē & Ioseph a Galilea de ciuitate
Nazareth in Iudeā ciuitatē, eo q; esset de domo
& familia Dauid) nō poterat nubere virgini Ma-
rię cum esset de tribu Leui: quia cognata Heliza
bet. Lu. j. ergo nō fuit inter eos verum matrimo
niū. Ad hoc dicēdum post Sco. & Postil. q; illa
lex qua deus prohibuit cōmixtionē tribuū, quę
promulgata fuit a domino sup filiabꝰ Saphat,
Numeri. xxxvj. data fuit ne fieret cōfusio distri
butiōis sortiū cōtra domini distributionē & phi-
bitionē: ne scilicet aliorū possessio ad illos trans
eat: sed hæreditates in suis permaneāt tribubus
& familijs secundū dn̄i dei distributionē & ordi-
nationē, numeri. xxxvj. Vbi vero illa causa non
subfuit, nō habuit lex illa locū. ¶ Corollarie se-
quit. Puellę sacerdotalis vel leuitici gn̄is nubere
poterāt vbi volebāt. Sic & puellę habētes fratres
masculos: quia ad illos pertinebat hereditas pa-
terna, secundū legem, & nō ad fœminas. Secꝰ si
fœminę nō habebant fratres masculos: quia tūc
ipsę fuerūt heredes parētū. Numeri. xxvij. Lex
ergo data fuit mulieribus nō habentibus fratres
masculos, & quę erāt vnicę parentū suorum, ne
scilicet nubēdo alibi extra tribū, distributionem
sortiū & possessionū cōfunderent. Cū vero ma-
ter Christi fuit vnica Ioachim: ideo debebat ex
lege nubere viro suę tribus, quia ad eam pertine
bat hereditas: quę nō erat transferēda ad aliā tri-
bum. Fuerūt itaq; Ioseph & Maria de vna tribu
scilicet Dauid. Itē Hugo Postil. super capi. j. ad
Roma. Quando hereditas erat deuoluta ad mu
lierē, tribus nō permiscebant, sed ad Mariā vir-
ginē hereditas paterna fuit deuoluta: ergo nō po
tuit alteri tribui nubere. Et secundū Aug. xxiij.
cōtra Faust. c. iij. generatio Abrahā vsq; ad Da-
uid, a Dauid vsq; ad Ioseph deducitur. ergo Io
seph fuit de domo Dauid, & p cōsequens de tri-
bu Iuda. ca. ix. vt supra. per cōsequēs & Maria.
Sed i genealogia psona viri potiꝰ honorāda est
ca. viij. vt supra, q̄ mulieris: quare Ioseph noiat
nō Maria. Hinc ad Hebrę. vij. ex Iuda ortus est
dn̄s noster. Modū vero ostēdere nititur Dama-
sce. li. iiij. cap. vj. Sed certe vel liber mēdosus est
quē legi, vel eū nō intelligo: aut dicta eius nō cō
cordāt euangelio. Lu. iij. Ostēso em̄ q; apud He
breos non erat moris mulieres genealogizare: &
ideo euāgelistę nō texuerūt gn̄ationē Marię: ostē
dere nititur quomodo Mat. ca. j. ostendit Ioseph
fuisse filiū Iacob: & descendisse a Dauid p Salo
monē filiū Dauid naturalē. Lucas vero per line-
am Nathan cap. iij. qui fuit filius adoptiuus Da-



uid: Et q; Maria descendit a Dauid per Nathan
a Ioachim patre suo, dicens in effectu: Ex cate-
na Nathā filij Dauid adoptiui, Leui genuit Mel
chi & Panthera fratres: Intelligitur secundū euā
gelium Luc. iij. q; Leui genitus sit ex Melchi: ita
q; Melchi genuit hos duos, scilicet Leui & Pan-
thera fratres. Nā dicitur in Luca. Ioseph qui fuit
Heli. Qui fuit Mathat. Qui fuit Leui. Qui fuit
Melchi. Ecce ex Melchi venit Leui, cum tamen
plures non attendentes hoc dictum Lu. dicant
ex Leui venisse Melchi secūdum Damascenū.
Lucas vero ex Melchi ostendit venisse Leui. Se
quitur in Damasce. Panthera genuit Barpāthe-
ra, Barpanthera genuit Ioachim, Ioachim virgi
nem Mariam. Ecce vnde descendit Maria. Se-
quitur. Ex catena autem Salomonis filij Da-
uid Mathan habuit vxorem ex qua genuit Ia-
cob. Defuncto vero Mathā Melchi ex tribu Na
than, qui filius quidem Leui, frater autem Pan-
therę, nupsit vxori Mathā: matri autem Iacob:
& genuit ex ea Heli. Hic videtur esse repugnātia
ad euangelium Luc. cap. iij. Nam dicitur Melchi
fuisse filium ipsius Leui. Lucas vero in sua enu
meratione ponit Leui fuisse filium ipsius Mel-
chi, vt supra patet in textu. Sequitur in Dama
sceno. Facti sunt autem fratres vterini Iacob &
Heli, Iacob ex tribu Salomōis, Heli ex tribu Na
than. Defunctus est autem Heli ex tribu Nathā
sine liberis, & accepit Iacob frater eius qui erat
ex tribu Salomonis: vxorem eiꝰ: & suscitauit se
men fratri suo: & genuit Ioseph. Ioseph igitur
natura est filius Iacob ex descēsu Salomonis: se
cundum Legem est filius Heli qui ex Nathan.
Sequitur. Ioachim vero Annam duxit vxorem
sanctam & laude dignam &c. Postilla sup Mat-
thæ. capite primo, cui concordat dictum Bedæ
allegatum in glos. Lu. tertio, dicit. Mathā qui de
tribu Salomonis descendit ex vxore sua genu-
it Iacob: & defunctus est. Tunc Mathat qui de
Nathan descendit, de eadem vxore suscitat se-
mē defuncto fratri, & genuit ex ea Heli: & sic sūt
vterini fratres Iacob & Heli. Heli accepta vxore
moritur sine semie: quā accepit Iacob: & genuit
ex ea Ioseph, & sic Ioseph fuit filius naturalis
Iacob, sed legalis ipsius Heli. ¶ Corollariū. He-
li, & Iacob habuerunt vnam vxorem succes-
ue: ex qua Iacob suscitauit semen fratri suo He-
li iam defuncto sine semine. Item Mathā & Ma
that habuerunt vnam vxorem secundum Be-
dam in glos. Luc. iij. Ex qua post q̄ Mathan ge-
nuit Iacob, deinde defuncto Mathā Mathat ex
ea genuit Heli. Fuit ergo Heli filius Mathat: &
Iacob filiꝰ ipsius Mathan ex vna vxore Hesta.
Item Ioseph fuit filius naturalis Iacob, & legalis
Heli ex vna vxore, alia tamen a prędicta. Et sic
patet genealogia Mariæ ex Damasce. & simi-
liter Ioseph. Secūdum Augustinum in de con-
sensu euangelistarū libro secundo, ca. iij. Ioseph
duos patres habuit more scripturæ. Vnū a quo
genitus. Alium a quo adoptatꝰ fuit. Erat enim
consuetudinis tunc in filios adoptare. Sic filia
Pharaōis Moysen & Iacob nepotes ex Ioseph
natos adoptauit. Exod. secundo. Et Genesis
xxviij. Si enim frater sine semine decessit, frater
superstes ducebat vxorem defuncti vt susci-ta-
ret ei semen. Et puer sic genitus dicebatur filius
defuncti legalis, & naturalis superstitis. Cur ve-
ro euangelistę sic dupliciter descripserunt gene-
rationem Christi: vnus secundum carnem, puta
Mat. per descensum: alius secundum adoptio-
nem, puta Luc. capit. iij. per ascensum, videatur
in Postillis, & Augusti. in quæstionibus vete. &
noui testamenti. quęstio. lvj.

Dauid.

Salomon — Matthę. j. — Nathā — Melchi — Pāthera
Lucę tertio — Leui — Barpanthera — Damasce. — Ioachi Anna
Mathā — Vxor vna — Mathat — Maria
Iacob — Vxor vna — Heli

Filius naturalis Ioseph — filius legalis

¶ Si dicit, si virgo Maria descēdit a Dauid per
Nathan secundum Damascenum, quomodo
Helizabet quæ fuit de filiabus Aaron Lucę. j.
dicitur fuisse eius cognata? Nam secūdū Hiero
nymum, Anna fuit de Bethleem, & soror eius
Esmeria fuit mater Helizabet matris Ioannis, q̄
videntur repugnare. Anna enim & soror eius
fuerunt de eadem tribu: & tamen Helizabet filia
Esmerię dicitur de filiabus Aaron fuisse. Itē re-
fert Aug. q; Faustus dicat Ioachim fuisse sacer
dotem ex tribu Leui. cap. ix. lib. xxiij. cōtra Fau
stum, per cōsequens Maria nō fuit de semine Da
uid, vt ipse deducere nititur. Respondetur. Verū
est Mariā virginem existirpe Dauitica originem
duxisse: secundum August. vt supra ca. ij. Pro-
bat ex verbis Apostoli Roma. j. Qui factus est
ei ex semine Dauid secūdū carnem. quod vtiq;
de Christo dictū est: ergo mater eius cōsanguini
tatē habuit cū Dauid. Vñ i psal. Iurauit dn̄s Da
uid veritatē: de fructu vētris tui ponā sup sedē
tuā. Ad illud clarissime faciūt cantica ecclesię, &
sanctorū ac doctorū dicta. Tum etiam quia cū

Universidad de Deusto
Biblioteca



secundum prędicta hæreditas patris ad eam fuit deuoluta ex eo quia fuit vnica Ioachim nō habens fratres: ideo cogebatur secundum legem copulari viro solum de tribu sua. Constat autē Ioseph sponsum suum fuisse de domo Dauid Lucę primo: ergo & ipsa fuit de domo Dauid. Hinc & professura ascēdit cum eo in Bethleem tanq̄ de familia Dauid. Lucę secūdo. Item Matthęa Dauid per traducem Salomonis descendit ad Ioseph. Sed Lucas per traducem Nathan filium Dauid adoptiuum descendit ad Ioseph: qui fuit legalis Heli & naturalis Iacob. Contungit autem vtrāq; tribum, vt eos non discrepare in generatione, sed fratres ostendat: & q̄ saluator fuit filius Ioseph & Heli: secundum Augustinum. Tum quia vtrūq; testa. nominat ipsum Christum filium Dauid: qui cum patrem in terris non habuit, necesse est ipsum ratione matris descendisse a Dauid. Tum quia nisi hoc satis spiritus sanctus indicasset ex eo q̄ sponsus eius fuit de domo Dauid: frustra deduxisset vsq; ad eum lineam generationis Christi. Non em̄ generationem Ioseph: sed Christi describere voluit euangelista. Hinc præmisit. Liber generationis Iesu Christi &c. Consequēter quomodo fuerit cognata Helizabet, patet ex dictis. Nā Esmeria soror Annę matris Mariæ fuit mater Helizabet, vt docent historię. Nec obstat q̄ Luc. capit. primo, dicit Helizabet fuisse de filiabus Aaron: cum tamen secundum Hieronymū Anna fuit de tribu Iuda: quia de Bethleem: & consequēter soror eius Esmeria mater Helizabet. Nam non obstāte q̄ Esmeria fuit soror Annę, quę fuit de Bethleem, potuit tamen ipsa copulari viro de tribu Leui. Eo q̄ tribus sacerdotalis & regalis cognatione semp adinuicē probant cōiunctę fuisse. Hinc Aaron & Iohada summ⁹ sacerdos ambo de tribu Iuda duxerunt vxores, secundū Bedā, vt habetur in glos. Lu. j. super verbo Cognata tua. De Iohada sacerdote, q̄ habuit filiam regis vxorē. ij. Parali. xxij. Et Leui descēdit a Dauid per Nathan. Voluit em̄ dominus vt hæ tribus possent ad inuicem commisceri propter mysterium: quia de eis erat nasciturus rex & sacerdos. Hinc & nos Christiani a Christo dicimur genus electum & regale sacerdotium. Est em̄ Christus sacerdos in ęternum secundum ordinē Melchisedech. De cui⁹ sacerdotio multa loquit Paulus ad Hebręos, & in alijs capitulis. Est quoq; rex iustitię, cui seruire regnare est. &c. Ex nunc dictis potest sumi intellectus illius, q̄ virgo Maria dicitur fuisse de vtraq; tribu. Et vt Scotus loquitur & Richar. Arboneñ. ex parte patris de tribu Iuda: ex parte matris de tribu Leui, ad intellectum datum. Sicut secundū August. quęstio. lvj. de quęst. no. & vete. testa. Saluator dicitur filius Ioseph & Heli, quia de eodem genere vtriusq; Ipsa em̄ ratione qua saluator dicitur filius Ioseph: eadem & filius Heli & ęterorum omnium qui de eadem tribu sunt. Hinc dicitur Rom̄. ix. Quorum patres & ex quibus Christus &c. Per hoc patet quomō Helizabet fuit cognata Marię. Fuerūt em̄ ex eodem genere, sed diuerso traduce. Ad dictū Fausti, August. dicit ipsum nō esse canonicum. Saluari tamen posse: quia Ioachim aliquo modo pertinebat ad sanguinē Dauid, & aliquo modo ex tribu Iuda in tribum Leui adoptatū fuisse vel ipsum vel eius progenitorem aliquē: vel certe in tribu Leui ita natum vt de stirpe Dauid aliquā duceret cōsanguinitatē, quod & Faust⁹ admittit. Et sic Maria fuit de tribu Leui, q̄uis nupta viro de stirpe Dauid: & de tribu Iuda. Item si filia Ioseph nupsisset in tribu Leui, non absurde diceretur etiam filius Dauid quisquis de illa & in tribu Leui natus fuisset. Ita si mater Ioachim quem Faustus dicit patrem Mariæ de tribu Iuda & genere Dauid nupsit in tribu Leui, non immerito & Ioachim & Maria & filius Mariæ etiam sic ex semine Dauid veraciter perhibentur. capite nono. Sequitur secundo ex dictis Christum ideo veraciter esse natum ex semine & consanguinitate Dauid: quia mater eius intacta & incorrupta veram de stirpe Dauid traxit originem. Tertio sequitur. Christ⁹ ideo dicitur filius Dauid: quia vere est filius Marię ex semine Dauid progenitę. In quo Christus Maria & Ioseph vera consanguinitate iungunt̄ vt loquitur dominus Cameracen̄. de. xij. honoribus Ioseph. ¶ Quartum dubium. An possit I concedi Christum fuisse filium adoptiuum Ioseph: & Ioseph fuisse patrem adoptiuū Christi. Quis deniq; est sensus illius famatę locutionis: cum Ioseph dicit pater Christi in multis scripturæ locis. Et tertio, An possit concedi, catholica veritate semper salua, de rigore scholastico Christum esse natum ex carne & corpore Ioseph nisi piarum auriū esset offensio. ¶ Ad primam huius dubij partem videtur respondere affirmitiue Gerson, vbi supra, sermone de natiuitate Marię conside. iiij. Et beatus Tho. dist. prędicti refert quosdā sic tenere. Gerson fundat se in hoc. Nā spūs sanct⁹ nō ex virili semine: sed mystico spiramine suscitauit ipsi Ioseph in suo fundo iure naturali sibi debito semē carnale: ad sensum supra in. iij. expositum. Vnde ipsi Ioseph competere potest aliquod ius legale vltra reliquos homines in Iesu benedicta formatione: quoniam Iesus nat⁹ est in ea: & ex ea carne sup benedicta spūs sanct⁹ obūbratiōe cui⁹ dñiū iure matrimoniali verę fuit trāslatū in ipm Ioseph. Vñ nō cō-



fundebat (vt dicit ille) Maria vocare Ioseph dominum suū. Quēadmodum de Sara respectu Abrahę scribit Petrus. j. Pe. iij. Hinc eū sibi præponens, inquit Pater tuus & ego. &c. Lucę secūdo. Nimirum quia maior in Maria q̄ in Sara fuit humilitas: & dignitas Ioseph Abrahæ dignitatem superabat. Potest deniq; pie dici: q̄ sicut ad puerili Iesu formationē in virginis vtero accessit virginis eiusdem consensus: cum inquit. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundū verbum tuum. Lucę. j. ita & consensus Ioseph vetus vel interpretatiuus. Alludit ad hoc saltem a longe mos legis vete. in qua secundum prędicta frater superstes suscitabat semē defuncto i fundo defuncti. Verum hoc non placet Palu. Nam secundum eum videtur esse presumptionis velle sibi talem filium subijcere: sicut adoptio subijcit filium adoptiuum adoptāti. Sed facile quis diceret defendendo Ioseph iustum: quia non p̄sumpsit dici pater Christi: sed neq; sibi talem filium subijcere, sed timuit se debitum ministeriū illi non posse exhibere propter infinitam sui modicitatem ad tātam prolem deum & hominem. Vnde & virginē noluit traducere: sed occulte dimittere: reputans se ad tale ministerium prorsus indignum. Et sicut Maria turbata est in sermone Angeli: sed non conturbata, nec incredula effecta: ita & Ioseph ad tam stupendum tantæ nouitatis miraculū turbatus est, sed nō conturbatus nec incredulus effect⁹. Turbatus inquā, quia stupor vehemēs circundederat eū. Vñ dicere potuit cū Petro. Exi a me domina: quia peccator sum. Insuper dicere poterat Angelo dicenti sibi. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. &c. Ecce minister domini: fiat mihi secundum verbum tuum. ¶ Ad secūdum, scriptura nominat frequenter Ioseph patrem Christi: & similiter ei⁹ mater benedicta. Lucæ. ij. tum quia fuit eius curator & nutricius, tum quia fuit a Iudęis mysterium incarnationis nesciētibus reputatus & creditus eius pater, & dictus fabri filius. Et ita fuit pater Iesu curatione & reputatione: & si pias aures non offendit, & ecclesia sic loqui scholastice permittit, etiam generatione, non quidem sua, p cul hoc a fide catholica, sed Marię sibi desponsatę vxoris suę legitimę. Ita enim scriptura loquitur. Lucæ. j. cooperante spiritu sancto: & modo diuinissimo vices Ioseph supplente, non virili semine, sed mystico spiramine. ¶ Ad tertium dici potest: quicquid sit de illa subtilitate, Christ⁹ natus est ex Maria virgine: cuius corp⁹ fuit trāslatum in Ioseph iure matrimoniali. Hæc scholastico more non asserere: sed referre placuit curio
K sitate compellente. ¶ Quintum dubium: Quomodo Ioseph voluit eam occulte dimittere citra coniugalis societatis vinculum, si inter eos fuit verum coniugium. August. sermo. xvj. de ver. euangelij videtur sentire q̄ Ioseph eam habuit, de adulterio suspectam, sed quia nesciuit vnde conceperat voluit eam occulte dimittere & non vindictam quærere. Sciuit enim q̄ ipse non accesserat ad eam: voluit ergo prodesse peccāti nō punire peccantē. Orige. & Bernardus supposito q̄ nunq̄ voluit eam dimittere quo ad seperationem vinculi coniugalis, dicunt q̄ voluit eam occulte dimittere ex causa consimili, sicut Petr⁹ dominum a se repulit dicens. Exi a me domine quia homo peccator sum. Lucę quinto. Et centurio dominum a domo repulit dicēs. Domine non sum dignus. &c. Expauit itaq; Petrus potentię magnitudinem. Expauit centurio presentię maiestatem. Exhorruit nimirum Ioseph sicut homo tanti miraculi nouitatem: tanti mysterij profunditatem. Ioseph itaq; eā dimittere voluit vt iustus, vt misericors, vt quietus, quoniā virtutem mysterij & sacramentum quoddā magnificum in eadem cognoscebat, cui approximare se indignū reputabat. Ait ergo, maior est eius dignitas, supexcellit eius sanctitas, nec meę congruit dignitati. Voluit ergo occulte eam dimittere: quia noluit eā diffamare. Ita sentit Origenes in Homi. super Matth. j. & post eum Bernardus, Chrysostomus super Matth. in opere perfecto, vt quidem ipsum appellitant, videtur ponere duas sententias contrarias Homi. j. Primo dicit, q̄ Ioseph magis credidit castitati Mariæ q̄ vtero eius: & plus gratiæ q̄ naturæ. Videbat enim vterū Marię tumorem habere: sed fornicationē suspicari non poterat. Possibilius quoq; credebat esse, sine viro mulierem posse concipere q̄ Mariam posse peccare. Omnibus igitur documentis ex quibus conijci potest mulieris fornicatio prorsus cessantibus id quod factū vidit gratię dei attribuebat. Et sic cū esset iustus noluit ei vteri tumorē iputare. Alia sentētia, quā statim subiungit. Cogitabat forsan apud se, si peccatum eius celauero, facio contra legem dei: quia cum adulteris portionem pono. Et si eam propalauero Iudæis, exterminabo eā. Consimilem fere sententiam ponit in opere quod quidā imperfectum nominant. Homi. iiij. dicens. Etsi vteri tumor videbatur arguere suspectam: cū tamen nec in minimis volebat virgini inferre molestiam voluit eam occulte dimittere: & nec in iudicium virginem trahere, nec manifestum vteri tumorē exprobrare. Si em̄ eā propalasset Iudæis. lapidassent eam secundum legem. Noluit ergo eam secum retinere: quia hoc iniquum iudicabat cum esset vir iustus: nec propalare: quia hoc esset in mortem tradere. Ex

Universidad de Deusto
Biblioteca



quib⁹ dictis:sequitur q̄ eam suspectam habuit Immo secundum eundem docto.nec virgini fidem dedisset Ioseph, si sese excusando vel factum explanando, quasi crimen admissum sic obumbrare voluisset figmento. Quod non cōsonat prioribus dictis in alia editione. Noluit ergo Ioseph cum esset vir iustus modestus & benignus,eam traducere ad pœnam in qua nouerat non esse infamiam, quia sciebat q̄ eam recepit virginem: & seruauit intactam Impium & crudele videtur esse q̄ Ioseph cum esset vir iustus habuerit eam suspectam de fornicatione: & ex consequenti q̄ eam non dimittendo eius cōsensisset peccato: & ita ne cum adultera portionem suam poneret,voluerit eam dimittere.Consequēter videtur esse temerarium: quod habetur vbi supra in eodem Chryso.in editione secunda vt habet impressura quā quidā opus perfectum dicunt,cum ibi refertur haberi in quadam historia non incredibili,nec irrationabili q̄ cum Maria rediss ab Helisabet cui iam ministrauerat mēsibus tribus,& Ioseph vidit eam grauidam, forsitan comminatus est ei quasi sponsus,& de iudicio dei terruit eam quasi vir timoratus. Illa vero cum sciret se innocētem,& iam suspitioni deditam,nec posse negare ventris tumorem,cum lachrymis & suspirijs clamans iurauit dicens.Viuit dominus . Nescio vnde sit hoc. Quo audito timuit valde Ioseph:& ex parte credidit in ea esse diuinū aliquod. hęc ibi.Illa videntur esse friuola & temeraria,ac a veritate euangelica aliena. Credidit enim virgo dictis angelicis. Lucę.j.Et licet fuerit turbata : tñ non conturbata. Audito enim sermone Angeli stupor vehemens circundederat eam. Hoc em̄ proprium est humilis, cū exaltatur,aut sublimatur turbari,non turbatione incredulitatis sicut fecit Zacharias Luc.primo: sed admirationis & stuporis vehementis. Cum ergo audiuit Angelum dicentem sibi.Ecce concipies in vtero & paries filium & vocabis nomē eius Iesum &c.Et iterū. Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obūbrabit tibi.Hoc em̄ Angelus subintulit cū se virum non cognoscere inqt. Et iterum. Quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei.Post quæ oīa dixit.Ecce ancilla domini,fiat mihi secundū verbum tuum. Quibus verbis promissionem diuinam non ex pręsumptione:sed vera deuotione in se impleri exoptat:& ita consensit in angeli dictum:& statim concepit dei filium. Faciunt ad hoc dicta Helisabet quæ inquit.Vnde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me &c. Non ergo dicere potuit vere:Nescio vnde hoc scit:sciens vti q̄ conceptum suum non esse ab homine . Ad quid denicq̄ insolens clamor,lachrymę,& suspitia eiusdem? Non videtur esse scripta a Chryso. viro doctissimo,sed aliūde inserta. Sic nec id ibi scriptum placet cum inquit Ioseph : melius est vt meretrix constituta euadat, q̄ innocens occidatur. Si dicis:Cur ergo idipsum non dixit ipsi Ioseph cum vidit eum mœstum & turbatū,vt sic liberaret eundem a cruciatu cordis maximo? Respondet Chrysost. q̄ non dedisset virgini fidem,si ad eum rem tam insolitam & naturę contrariam detulisset,sed potius Ioseph per hoc credidit in iram concitandum. ¶ Alia ratio. Sicut mysterium hoc reuelatum fuit diuinitus Helisabet : ita reuelandum credidit & Ioseph. Cum vero de reuelatione illa quando fieri deberet, nullum haberet mandatum diuinum,præstolabatur diuinum responsum & instinctum. Si dicitur:Cur Angelus non prius ante factum dixit Ioseph? Respōsio secundum Chrysost.Ne Ioseph rem tam nouam non credendo sicut Zacharias,tale quid a deo pateretur.Facilius quippe est credere rem iam facto ostensam,q̄ futuram,cū est prorsus noua & insolita. Insuper debuit Ioseph prudentia,benignitas,& mansuetudo mundo declarari.Expectauit ergo Angelus tempus reuelationi congruum. ¶ Cur non similiter virgini declarauit post factum & vteri grauitatem & conceptus expletionem? Respondet idem.Ne stupentis ac verecundātis animum anxietas ac mœstitia cōsumeret : ideo virgini ante conceptum: viro autem iam instante partu reuelatum fuit diuinum mysterium.Hinc ait Angelus.Noli timere accipere &c. Accipere:est domi retinere secundū eundem.Mente enim iam eam dimiserat.hæc ille. ¶ Sextum dubium. Videtur q̄ rationes desponsationis Ioseph cum Maria stare non possint:si verum est vt picturę ostendunt,Ioseph fuisse virum senem & grādęuum. Quomodo enim vetulus iuuenculę prestare potuit obsequium & ministerium euntibus in ægyptum,illic manentibus,& redeuntibus puero & matri Marię,& deinceps vsq̄ ad ætatem perfectā? Quomodo denicq̄ per hoc defendi potest fama virginis? Poti⁹ oppositum videtur cum senex fuit & frigidus . Cur denicq̄ ambo dederunt operam operibus seruilibus: vtputa Maria operi textrino,secundum Hieronymum,& Ioseph fabrili lignario,cum ambo descenderunt de stirpe regia? Demum cur Christus mendicauit ostiatim adhuc constitutus in ætate puerili? vt videtur pie opinari: Sctūs Bernardus super euangelio Lucę secundo. Cum factus esset Iesus annorum duodecim. &c. ¶ Ad primum videtur rationabiliter & pie dici posse q̄ Ioseph cū fuit desponsatus virgini,non fuit senio fractus sed iuuenis: vt iuuentutis terminos describit Isidorus L



ab anno.xxviij.vsq̄ ad.l. In quo incipit senect⁹ secundum eum. Fuit itaq̄ cōstitut⁹ infra annum quinquagesimum cū nupsit virgini. Ad hoc facit dictū prophetici.Esa.lxij. Lętabitur spōsus sup sponsam. Et ante hoc.Habitabit iuuenis cū virgine. Glos. Ioseph cum Maria. Q̄z autē sic depingitur,forte fit ad tollēdam occasionem lubricæ & turpis suspitionis e cordibus fidelium: aut quia morem illum seruauit primitiua ecclesia cum perpetua Marię virginitas non ita fuit infixa cordibus fideliū:sed credebatur Christus esse fabri filius. Facit ad idem causa desponsationis non minima, obsequium scilicet impēdendum & puero & virgini : ad quod senio fractus nihil valuisset.Nec locum habet illud dictum multorum,conseruatio scilicet castitatis Marię.Illa cū longe amplius conseruari potuit fomitis repressione:vt supra: & extinctione:q̄ per senis conspectum. Secundum beatum August. cum senes frigent carne,feruent mēte: & nōnunq̄ plus student spurcissimę libidini q̄ iuuenes, dolentes se nō posse corpore efficere qđ vellēt aio.li.xiiij. de ciuita.capit. xvj. Si denicq̄ Ioseph senio fractus fuisset quomodo perfidi Iudæi Christum ex coniugio natum credidissent? Potius eius senectus eam infamasset, q̄ infamiam abstulisset. Secundum beatum Thom̄.& Bonauen. maluit deus quosdam dubitare de sua deitate q̄ de virginis castitate: sciēs lubricam esse virginitatis famam.vt dicit Ambrosius. Quis enim nesciat si mater fuisset infamata de adulterio, & similiter Christus velut ex fornicatione genitus, quin Iudei habita huiusmodi occasione eum prorsus repulissent:& aliæ mulieres fornicatię velamē qualiscūq̄ defensionis facile sumpsissent? Quis insuper Iudæorum vnq̄ Christum nisi ex fornicatione genitum credere potuisset &c. ¶ Ad aliud q̄ operibus seruilibus operam dederunt, causa est vtriusq̄ humilitas. Voluit enim Christus in paupertate nasci & reclinari:& a laborātibus educari,vt sic iners ocium eliminaret omnis mali seminariū. Posset hic applicari ad Mariam, quod de forti muliere dicitur &c. ¶ Ad vltimū diuersi diuersimode respondent,& difficile est aliquid pręter ecclesiæ determinationem diuinare. Sunt qui dicunt Christū non mendicasse ostiatim: immo nec mendicasse in genere. Ratio est. Ille habet proprie mendicare cui ex debito indigentię quā sustinet competit aliquid petere & recipere ab alio pro sua sustentatione naturali sine qua viuere non posset. Si enim petens habet aliquā dignitatem personalem aut aliquam iustā causam ad petendum id qđ petit,vt quia ministrauit illi spiritualia,puta est cōcionator,lector,curatus,legit missam &c.iam non mendicat,sed id quod si bi debitum est debito moralis gratitudinis, & titulo iustę sustentationis, hoc recipit.Hinc vt spiritualia gratis dare possit, ,pusionem habere debet temporalium. August.cap.xv.de opere monachorum.Inferunt illi.Christus non habuit indigentiam nec defectum, ideo si mendicasset fictus fuisset & falsus:quod Christo attribui non potest.Beatus Bernardus vbi supra pro sua deuotione sic inquit forte ludendo. Quid dicā deus meus? An vt te per omnia nostrę conformares paupertati,& in te humanę naturæ calamitates susciperes,quasi vnus e turba pauperum stipem per ostia mēdicabas? Quis dabit me buccellarum illarum sic mendicatarum participem fieri: vel saltem diuini illius eduli reliquijs saginari &c.Et loquit ibi de triduo quo nō fuit cū parentibus,sed postea repertus in tēplo &c. Quid tūc egerit puer Iesus in triduo, si mendicauerit an non,deus nouit. Crediderim ea quæ nihil vtilitatis afferre poterant humanę saluti,Christum nō assumpsisse.Mendicare ostiatim Christum deū & hominem cuius actio nostra est instructio,videtur ociosis dare potuisse occasionem refutandi omnes labores:vt quidam excusare se voluerunt a labore:contra quos August.libellum edidit de opere monachorum:contra illud prophetę.Labores manuū tuarū quia manducabis &c. Et homo nascitur ad laborem.Iob.v. In sudore vultus tui vesceris pane tuo.Gen.iij.Ergo nō videtur Christo attribuendum:saluo q̄ cum dives esset propter nos egenus factus est,vt illius inopia diuites esse possemus.ij.Corinth.viij.

## Quæstio Tertia.

A Ertio quęritur:Vtrum matrimonij contractus ex causa alia seu fine alio q̄ sit prolis generatio,aut fornicationis vitatio,celebrat⁹ sit vere nullus : aut diuinę institutioni contrarius.

¶ Quantum ad articulum primum cōmuniter a doctoribus ponit duplex finis matrimonij,scilicet per se & p accidēs. Per se duplex est:scilicet per se primo, & ex institutione diuina & hic est spes prolis:& remedium fornicationis qui dicitur finis per se secundario & post peccatum.primæ Corint.septimo. Propter fornicationem vnusquisq̄ suam vxorem habeat.& Genesis primo.Crescite & multiplicamini.de quo supra.distin.xxvj.Finis per accidens est finis cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca



trahētis: quem ipſe eligit & ſibi preſtituit. Et hic multipliciter variatur: & quidā eſt honeſtus, quidam inhoneſtus & nefarius: vt diuitiæ, pulchritudo, ſanitas, ſapientia, virtus, magnū nomen, pax, humanitatis ſolatium. xxvij.q.j.c. Nuptiarum. Miniſterium. iij. regū de Dauid. coniunctio coniugalis animorum, charitatis vnio, fides honoris & obſequiorum, ſocietas naturalis diuerſo ſexu, ſecundū Aug. cap. iij. de bono coniugali &c. cura domeſtica, familiaritas, quies domeſtica &c.

B ¶Quantum ad articulum ſecundū eſt concluſio Prima. licet matrimoniū ſit bonū & a deo inſtitutum: poteſt tamen cōtrahi praua & indebita & quandoq; mortali intentione. Prima pars patet ex diſtin. xxvj. Secunda pars patet ſicut de alijs operibus bonis de genere, quæ poſſunt male fieri. Tertia: quia eſt cōmunis regula. Omnis actus cuius finis intentus eſt peccatū mortale, mortalis eſt, ſiue actu ſiue habitu intendatur. Et cuius finis eſt peccatum venale in genere, venialis eſt. Sed finis contractus matrimonij eſt quandoq; ſola voluptas, ſaltem cum muliere: ītē auaritia: ſuperbia &c. Facit ad hoc Guilielmus Pariſiēſ. in de ſacramentis. tracta. de matrimonio. cap. iij. & vj. ac alijs. ¶Secunda cōcluſio. Peccat qui in ſuo cōtractu intendit principaliter & finaliter finē alium a fine inſtitutionis matrimonij: & maxime fini per ſe primo matrimonij contrario: quia talis abutitur matrimonio detorquēdo ipſum a fine debito ad alienum vel contrarium. Exemplū de baptizato propter ſocietatem aut pecuniam preciſe. Hic peccat ſi illa principaliter intendit: quia abutitur ſacramento. Sed ſicut quis poteſt facere ſacrificium aut diuina miniſtrare ꝓpter temporalia, vt propter dicit cauſam ſine qua nō, minus principalem allicientem mouentem &c. & finem ſub fine: Ita in propoſito poteſt contrahere propter pacis reformationē: propter diuitias: ad educandam prolem: propter pulchritudinem. Geñ. xxix. vbi Iacob duxit Rachelē. Et Deutero. xxj. Si videris mulierem pulchrā, voluerisq; eam ducere in vxorē &c. Et Dauid. iij. Reg. j. duxit Abiſaac Sunamitem pulchrā nimis: quā tamē non cognouit: quę dormiuit cum eo ac miniſtrauit et &c. Sic de finibus quos ponit Aug. vt ſupra. capi. iij. de bono con. Forte diceret aliquis, ridiculum eſt q; illi qui generare non poſſunt dicantur habere intentionem prolis, cum ſpes & electio nō ſunt de impoſſibilibus haberi: ergo ſenes non poterunt recte contrahere. Sic ſteriles & frigidi & alij: vbi eſt impoſſibilitas de prole habenda. Et forte ſtat aliquem non habere tentationem carnis: & ita non poteſt intendere remedium fornicationis. Si ergo matrimonij finis p ſe & primo eſt ſpes ꝓlis, & finis per ſe non primo eſt remedium fornicationis: dato q; ille poſſet intendi, cum prius haberi non poteſt, tamen cum neuter poteſt recte intēdi, nullus erit contractus. Reſpōdetur. habere intentionē prolis non eſt preciſe velle generare prolem: ſed prolē ſi euenerit, velle recte educare: nec facere impedimentum proli. Sufficit ergo bonū prolis ſic habere in obligatione & intentione q; vellent generare ſi poſſent. Et ſi bonū illud ſimpliciter non poteſt haberi: nec cum effectu ſperari: ſufficit ad honeſtatem contractus ſacrām indiuiſibilitatis: & fidelitas ſiue debitum iuſtitię: in quo includitur fornicationis remedium vt dicetur. Indiget autem homo remedio contra incentiuum carnis vſq; ad mortem. Nā teſte prophēta, vſq; ad noctem increpuerunt me renes mei. Et eſto q; nec id ſubſit, adhuc nō eſt illicitum in ſe inuicem transferre corporis poteſtatem ꝓ humana ſocietate: vt deducit Aug. in de bo. cōiu. cap. iij. Et ſicuti in alijs pręcepta affirmatiua pl⁹ obligant quodāmodo ne contrarium fiat quod eſt tacite prohibitum, q̄ q; id fiat ad quod obligant ſemper, ſed non ad ſemper: Ita in propoſito videtur dicēdum. Hinc ait Guiliel. capi. vj. Intendere debet in opere coniugali, vel ius ſeruitutis quod eſt reddere debitum, vel fornicationis remedium. j. Corin. vij. vel fructum prolis Tobię. vij. Intendere actu vel habitu. Vel ſaltem nō intendere contrarium. Sic de contractu, vt infra diſtin. ſequēti. ¶Tertia concluſio. Sancta eſt intentio contrahentium ſi preciſe amore dei & ꝓlis (ſi dominus dederit) pie educandę vel vt ſeſe aut coniugem immaculatum cuſtodiant preſeruent aut retrahāt a peccato, onerib⁹ ac curis matrimonialibus ſe ſubijciunt propter deum. Sic habet Auguſti. vbi ſupra de bono coniuga. Et Guiliel. cap. xiij. oſtendens ex multorum relatione deum ſic contrahentibus multiplicem preſtare gratiam & ęſtus libidinoſi refrigerationē. Hic enim contrahit ſecūdum doctrinam apoſtoli. j. Corin. vij. & j. Corin. x. quia totum facit ad gloriam dei. Ac ſecundum doctrinā Archāgeli Raphaelis Tobię. vj. Idem Durañ. diſtin. xxxj. queſtio. iiij. ¶Quarta concluſio. Matrimonij cōtractus qui fit ſub conditione aliqua repugnante alicui trium bonorum coniugij, eſt ipſo facto & iure nullus, ac diuinę inſtitutioni cōtrarius. Patet diſtinctio. xxvj. & xxviij. ¶Quinta concluſio. Cōiugij finis laudandus & non culpandus eſt non ſolum filiorum habendorum pia educatio: ſed etiam animorum coniunctio: ac charitatis vnio. de bono coniuga. capi. tertio, & ita de ſimilibus.

C



D ¶Quantum ad articulum tertium eſt dubium primū: Quomodo excuſatur Dauid iij. Reg. j. qui non aliud videt intendiſſe niſi calefactionē, & corporis ſanitatem. Fuit enim tot⁹ frigidus & ſenio fractus. Reſpondet. Non videtur eſſe vlla lege prohibitum: quin alias non prohibiti in genere aut ſpecie poſſint matrimoniū contrahere rametſi nunq̄ velint aut poſſint debitum exigere vel reddere: ſed vt fratres cohabitare, & ſibi alterutrum ex charitatis vnione in aduerſis & ꝓſperis ſedulum miniſterū exhibere. Quis cum ſint pro ꝓpetuo, & totaliter, vel ad actum generationis, vel ſeminationis, vel ad copulā impotentes: non poteſt (vt videtur) cōtractus ille dici proprie matrimoniū: ſed coniugiū. Deficit enī ſoboles. cap. Q; ſedem. de fri. & male. Potuit ergo cōtrahere propter humanitatis ſolatium animo nū q̄ cognoſcendi eā ipſa ad idē cōſentiente, vel ipſum a debito deobligante, ceſſantib⁹ cōditionib⁹ bono matrimonij repugnantib⁹. Poterāt deniq; ibi eſſe bona coniugij: ſaltem aliqua, fides. ſ. & ſacramentum, contractum honeſtātia: quę comitabatur vt cauſa ſine qua nō, corpis ſui calefactio, miniſterium neceſſarium: & ſocietas naturalis in vtroq; ſexu, ſecundū Aug. vt ſupra, ſtāte cōtinētia mentis & corporis. Viuebat adhuc Berſabee, Abigail, & cęterę vxores ac cōcubinę. Verum res illa non caret myſterio. de hoc infra diſt. xxxiiij. ¶Secundū dubium: An contrahentes matrimoniū de preſenti in peccato mortali peccēt mortaliter. Suppoſitis dictis diſt. xxiij. q. ij. videtur aliq; bus probabile nullum adultū poſſe digne & ſine peccato recipere quodcunq; nouæ leg. ſacramentū qui habet protūc actu vel habitu peccati mortalis complacentiā. Talis ſiquidem ponit volens obijcē, & contēnit ſacramentum gratiæ. Nec valet dicere. Decalogus nō ligat vt obſeruet ex gratię gratū facientis inclinatione: ergo ſimiliter dicēdum erit de ſacramentorū ſuſceptione. Nam decalogū obſeruādo quis meretur ex opere operante gratiam. Sacramenta vero recipiendo non indigne, ſed digne, cōſequitur gratiā ex opere operato: & ad hoc inſtituta ſunt: ergo requirunt bonā ſubiecti ſaltem comitantem diſpoſitionē. ¶Corollariū. Ad dignā matrimonij ſuſceptionem & collationem inter coniuges hinc & hinc, requiritur animę purgatio, ac peccatorū amore dei deteſtatio, & nonnūq̄ pro loco & tępore vbi eſt conſuetudinis confeſſio ſacramētalis ſi haberi poteſt coram San. Tho. diſt. xxiiij. q. j. ar. iij. q̄ſtiuncula. v. Lex ꝓcepit vt iuſte homo q̄ iuſta ſunt exequat & ſancta. Immo eſt de lege naturę: vt homo fācta ſancte pertractet: nedum cum vult mereri: ſed cum vult illum actū ſine peccato exercere. Sacramentū matrimonij ſanctū eſt, & ſecundū apoſtolum magnū in Chriſto & in eccleſia: ergo qui nō ſancte ſuſcipit ipſum, peccat. Secundū Dio. ca. j. cæle. Hierar. immūdis nec ſymbola ſacramētalia tāgere fas eſt: ergo multo minus ſacramenta ſuſcipere. Item mundari iubent ferentes vaſa domini Eſa. lij. ergo multo magis qui ferunt ſacramenta vaſa gratię. Item. j. q. j. ca. Per Eſaiam. Omnia ſacramenta obſunt indigne tractātibus. Ad idem Diony. in epiſtola ad Demophilū monachum. Pręterea ex quo ſacramentum id cętera ſignificatiōe antecellit: vt ſupra diſt. xxvj. ergo (vt videt) magna puritas & ſyncerita affect⁹ requiritur in hoc ſacramento, & in cōmixtione coniugali: cū ipſorum coniugū cōmixtio & conſenſus maximi beneficij & effectus gratuiti eſt ſignificatiu⁹. Hinc Apoſtolus. Viri diligite vxores veſtras ſicut Chriſtus eccleſiam. Ephe. v. Et iterū. Honorabile connubiū in omnibus, quo ad animorum cōſenſum: & thorus immaculatus, quo ad amorem caſtum & honeſtū. Hebræ. xiij. ¶Ex iſtis vt pleriq; volunt ſequitur: q; contrahētes verbo de p̄ſenti in mortali nedū priuant gratia gratū facięte: quæ huic debetur ſacramento ex inſtitutione diuina: ſed etiam nouū incurrunt peccatū. Tenētur ergo prius ad peccatorum deteſtationem: vt capaces reddantur gratiæ, & quandoq; eorundē confeſſionem, cum id habet loci cōſuetudo.

## Diſtinct. XXXI.

Oſthęc de bonis coniugij q̄ ſint &c. In p̄cedeñ. Magiſter egit de mātimonij cauſa formali & efficiente: nunc in hac diſtin. xxxj. & duabus ſequentibus de cauſa finali: puta de tribus bonis matrimonij, fide. ſ. prole & ſacramento. Et primū in generali de omnibus tribus ſimul. Secundo de bono fidei dūraxat: & hoc dupliciter: vel vniuerſaliter, vt debet eſſe in omni matrimonio conſummato. diſt. xxxij. vel ſpecialiter: vt in matrimonio antiquorum patrū. diſt. xxxiij. ¶Sūmarium diſt. præſentis trib⁹ cōtinetur cōcluſionibus. Prima: tametſi triplex ponatur a ſanctis patribus coniugij bonum, non tamen ſingulum ipſorum q̄libet comitatur matrimoniū. ¶Secunda: per tria bona coniugij poteſt carnalis coniugum commixtio a culpa excuſari. ¶Tertia: cōiuges q prolis cauſa conueniūt

Universidad de Deusto
Biblioteca



seu exigenti reddunt debitum, defendit a peccato sanctitas coniugij, nuptiale quoq; bonū. Hatū declaratio patet in textu.

## Quæstio Vnica.

Irca dist. istā quærit: Vtrū fides, ples, & sacramētū possūt recte & vere dici tria bona coniugij vel matrimonij ipsum excusantia vel honestantia: siue matrimonium accipiatur pro matrimonij sacramento: siue matrimoniali contractu aut concubitu.

A ¶ Quantum ad articulum primum est notandum q̄ secundū philosophū. v. Metaphy. ca. De perfecto, idem est totū & perfectum. ergo loqui de matrimonij bonis: est loqui de eius pfectione. Et cum idem est totum & perfectum, est etiam loqui de eius totalitate. Perfectum vero dicit potest cui nihil deest eorū quæ ei competere debent aut possunt iuxta hanc vel illam cōditionem suę naturæ aut speciei: vt. q. ij. dist. p̄cedētis. Cum ergo in matrimonio assunt ea quę eius institutor inesse vult, pōt dici pfectum, bonū, & totū. Vult autem deus aliqua adesse simpliciter & semper in obligatione, & quasi de essentia matrimonij: aliqua in intentione solum: aliqua in executione. Ex dictis constat matrimonij bonum & perfectio secundū quid vel simpliciter. Est aūt duplex rei pfectio: intrinseca siue prima: & extrinseca siue secunda. Prima potest dici forma. Secunda finis, secūdū Scotum. Finis duplex est: remotior & ꝓpinquior. & est remotior finis frequenter principalior: quia ad ipsum ordinatur finis propinquor: vt supra in. ij. dist. j. q. v. Accipiēdo matrimoniū non pro sacramento, sed pro vinculo derelicto inter personas matrimonialiter cōiunctas ex ipso contractu pręuio, tria ponūtur eius bona secundū modū loquendi multorū. Primū bonum q̄d quandoq; dicitur forma contractus coniugalis, est indissolubilitas: hoc est de integritate essentiali contractus coniugalis si debet esse legitimus requiritur indissolubilitas illarum personarum ex institutione diuina. Vult em̄ & determinauit auctor cōiugij cōtractum illum debere sic fieri cum illa indissolubilitate pſonarū coniugaliū pro quolibet tempore, & pro qualibet lege. Et sic indissolubilitas non habet quid rei: sed quid nominis tm̄: sicut ęcitas: significans multa. Importat. n. hoc nomen obligationem sequi pro semper, nisi ipsemet cum aliquo dispēset. Ad q̄d etiam facit ratio naturalis: vt supra dist. xxvj. Quandoq; dicit sacramentum a sanctis & doct. pro eo q̄ conflictio illa significat indissolubilem coniunctionē Christi cum ecclesia. Sacramentum non accipitur hic ꝓ signo sensibili collatiuo gratię: vt supra: sed est formaliter illius obligationis seu vinculi indissolubilitas. Et potest dici bonum intrinsecū matrimonij, non sacramenti matrimonij: sed contract⁹ vel obligationis matrimonialis: vel ei⁹ forma prima & perfectio essentialis ex institutione & determinatione diuina, secundū Scot. Hinc coniuges verbo de p̄senti separari nō possunt quo ad vinculum, nisi per mortem cuiuslem alterius cum nō est consummatum: aut naturalem cum est consummatum. Et dato q̄ aliquis cōtrahens de præsenti velit statim religionē intrare: nihilominꝰ cōmutat corpus suum pro perpetuo, alias non eēt verum no. leg. sacramentū. Relaxatur vero indissolubilitas, cum ecclesia quē post matrimoniū nō cōsummatū licentiat ad religionē, non auctoritate propria sed diuina. Nec vnq̄ hoc attentasset ecclesia: nisi Christus hoc instituisset, & facto indicasset reuocādo Ioannē a nuptijs ad apostolatū. Ioā. ij. Quē imitati sunt Alexius, Theonas &c. Ista indissolubilitas cōiugū ordinata est a deo ad coniugale debitum si petitur. Cum enim coniux potestatem sui corporis cōmutauit cum alio ad actus coniugales si petatur & requirat, fas licitū est singulis pro loco & tēpore re sua bene vti. Et sic dare alteri q̄d suū est, est actus iustitiæ. Petere deniq; q̄d suū est, iustum est. Talis iustitia exorta ex priori mutua & reciproca cōmutatione indissolubili est secundū bonum: & nominatur fides: vt scilicet ad legitimā requisitionē alteriꝰ corpus non denegetur ad vsum coniugalē ad quē datū est, & q̄ nō detur alieno. Et dicitur bonum extrinsecum seu finis proximꝰ. Bonum extrinsecum, quia indissolubilitas obligationis potest stare sine corporis traditione si nō requiratur. Finis proximꝰ: quia ad hoc fit obligatio: vt talis vsus corporis habeatur dum requiritur. Cum vero vsus corporis non q̄ritur vltimate propter se: sed principaliter propter bonum prolis: & ad educationē eius religiosam si habetur aut haberi potest: ideo proles religiose educanda si datur, est tertium bonum matrimonij: & est primū in intentione: sed vltimū in executione. Dicitur autem proles vel bonum prolis bonū extrinsecū: quia sæpe abest coniugio cum non datur proles: & si datur, non habetur tamen bonum prolis in casu. Secundū beatum August. bonum prolis non est proles ipsa p̄cise, quæ multorum abest coniugio: sed desiderium prolis habendę, quatinus si datur amāter suscipiatur & religiose educetur. Hinc colligit q̄ indissolubilitas aut sacramentum est bonum intrinsecū: & respicit matrimoniū no. leg. in se: ita q̄ sine eo impossibile est esse matrimonium no.



leg. stante lege gratię, siue sacramētum sit ipsum met indissolubile, & cōiugale vinculum, siue relatio rationis secundū alios: aut quid spūale in mētibus contrahētiū: vt Sco. tenet. Fides vero respicit actum & finem propinquum, ac debiti redditionem: sed proles finem remotū. quæ tamen nō sunt de essentia matrimonij quo ad eorum executionem. Hinc sequitur q̄ primū necessariū adest matrimonio: quia est ei intrinsecū. Secundū non semper formaliter adest secūdū executionē: sed adest in obligatione semper. Coniuges em̄ semp obligantur ad reddendum debitum, cū legitime requiruntur: sed non pro semper. Tertiū cadit in matrimonio non formaliter semp nec in obligatiōe. Vel sic. Indissolubilitas necessario adest formaliter omni matrimonio no. leg. Alia duo nec sunt intrinseca matrimonio no. leg. nec necessario assunt secundū executionem: sed sunt ibi necessario in obligatione & virtualiter. Nam bonū fidei seruandę in actu redditionis debiti cum petit, & in non cōmunicando id alteri, est ibi in obligatione necessario: saltē quantū ad negatiuā sem ꝓ & ꝓ semp: quia nunq̄ licet dare alteri: nec oportet dare coniugi, nisi legitime petēti. Quantū ad affirmatiuā quō sit ibi, dicetur dist. sequēte. Hinc non seruans fidem peccat grauiter. Bonum ꝓlis est ibi in obligatione cum cōditione si eueniat ꝓles, vt amanter suscipiat, & pie educet &c. Et ideo est ibi obligatio pro semper, & ad semper nō impedire prolem studiose ne eueniat. Ex illo sequit q̄ bonum fidei & prolis sumūtur dupliciter. Q̄ñ q̄ secundum executionē: qñq; secundum obligationem. Si secundū executionē, nō sunt essentialia matrimonio. Sic em̄ respicitūr actum: qui vtiq; est posterior matrimonio. Si secundū obligationē: sic dicūtur esse essentialia matrimonio. Bonum aūt sacramēti q̄d est indiuisibilitas mātimonij, respicit matrimoniū vt est vinculum: & ideo
B semper est ei essentiale. ¶ Secundo notandum. Quia matrimonij duplex est pfectio, intrinseca, & extrinseca: ideo cum a doct. matrimoniū qñq; dicitur excusari: sensus est. Matrimonij cōtractū excusant, & honestū, & iustum ostendunt tria bona sæpe nominata: quæ ipsum causant & constituunt in esse: velut finis circunstantiæ, & obiecta actus illius. Sic in simili posset dici q̄ obiectū debitum, & circunstantiarū quæ adesse debēt actui alicui, excusant ip̄m: & recte & in eē morali ac naturali constituunt ipsum, & ipsum esse iustum & bonum ostendunt. Non est ergo excusare malitiam tueri: sed iustitiam ostedere, causare, & palā facere. Itaq; matrimoniū ꝓ ea excusatur per quæ constituitur, integratur, & perficitur. Et excusare ipsum, est ipsum causare: ac perfectione intrinseca & extrinseca: indissolubilitate. s. seu sacramēto vt perfectione intrinseca, fide & prole vt extrinsecis, perficere & integrare. Et licet contrahens possit ipsum contractum malū facere, seu male in eē moris propter prauitatē intentionis aut finis quē habet, non tamen potest ipsum malum facere in esse naturę. sic enim non esset cōtractus matrimonij si fieret sub conditione aliqua, repugnante alicui trium bonorum: vt supra dist. xxviij. Nō em̄ potest aliter fieri q̄ deus instituit quo ad ea quę necessario requiruntur ad contractum illum: & sine his quæ sunt de eius ratione intrinseca, vel etiam extrinseca. Hinc Sco. nō nominat ea bona excusantia: sed bona matrimonij: quia ipsum perficiunt & integrant. Guiliel. Parisien. ca. v. vbi supra matrimonij honestatem & decentiam ostēdit ex dedecore, turpitudine, & inhonestate sui cōtrarij. Opposita enim iuxta se posita magis eluceſcūt. Honestatem ostēdit: quia maxime est de dictamine naturę. Hoc aūt secundū eum honestum dicitur. Hic apparet quasi & bruta directa ab agente infallibili habeant inter se cōnubia, & fidem ac sacramentū pro speciei conseruatione: qđ vt rectiꝰ fiat, vagum detestantur concubitum. Exemplum in columba, turture, ciconia. Item & vrsi quasi fidem seruare videnť vagā cōmixtionē recusantes, & pro ppetuo suo in turture claret. Ita q̄ ex dedecore contrariorum & pernicie eorum q̄ reperiuntur in fornicatione, ad fidem, prolem, & sacramentum in coniugio matrimoniali, colligit per longum eius honestationē, & excusationem. Potest em̄ cōiugalis cōmixtio bene & male fieri a coniugibus vel altero eorum: licet contractꝰ matrimonij fuerit legitime celebratus. Cū male fit, & contra institutionem dei, non habet excusationē vel defensionē: qa p̄tm̄. Cū bene fit, potest dici q̄ per illa bona simpliciter excusatur: non vt sua malitia defendatur: sed eius iustitia & rectitudo. Et qñq; indulgentia explicatur &c. quia fit cum sua præcisse. Licitum enim est coniugi re sua bene vti: & ad hoc ad q̄d a deo eam recepit. Secꝰ fit in adulterio & vaga fornicatiōe, vbi quis vtitur corpore non suo. ¶ Tertio notādum. Licet singulum illorum bonorum bonum dicatur, aliter tamē & aliter secūdū triplex bonū q̄d ponit Philosophus. vij. Ethi. Est. n. secundū eum bonum honestum: ad q̄d reducitur bonum fidei. Magnę siquidem honestatis est coniuges sibi seruare fidem. Est bonum vtile, ad q̄d reducitur ꝓles: qua conseruatur vtilitas, & bonum speciei: sicut cibi comestione bonum indiuidui. Est bonum delectabile, ad q̄d reducitur sacramentum, & indissolubilitas. Quia cū sit delectabilis multum p̄sentia amicorum, etiam delectabilis esse debet p̄sentia seu indissolubilitas coniugum. ix. Ethico. Et forte ratione illius dixit Philosophus: Amicitiā C

Universidad de Deusto
Biblioteca



inter virum & mulierem esse naturalē, & includere in se bonum cōferēs, honestum, & delectabile. ¶Quarto notandum. q̄uis triplex matrimonij bonum fuisset in statu innocentię, tamen post lapsū triplex illud bonū a sua puritate valde remittitur: & triplici contrario permiscetur. Nam honestas fidei, verecundię, vtilitas prolis, damno, & q dem non minimo: delectabilitas sacramēti tedio & laboribus maximis. Habet enim actus carnalis cōmixtionis non solū vulgaris sed & coniugalis verecundiā, annexā secundū Augu. xiiij. de ciui. ca. xviij. qđ non fuisset in statu innocentię. Hinc secundū eū licet Cynici dicebant in publico coeūdum cum vxore esse, Diogenē hoc fecisse clamātes, potius tamē credit naturā hoc vetuisse penitus: ita q dūtaxat quosdā motus illis similes effecerint. Et licet in cōiugio fiat qđ decet ex natura: pendet tn qđ comitatur ex pœna. Ad idē ca. xx. Præterea licet sit vtile pro conseruatione speciei humanæ prolē gignere: tamen q parentibus ex hoc proueniant damna & iacturę in suis corporibus, expertus nouit. Secus in statu innocentiæ. Tūc enim membra genitalia &c. homini prorsus subiecta fuissent sicut alia mēbra. Nam sine pudēda libidine filios procreassent. lib. xiiij. de ciui. ca. xxij. & xxiij. Præterea quātā afferat indissolubilitas angustiā & pœnā, expert⁹ loquatur. ¶Quinto notandū. Ex quo secundū Guiliel. Parisien. in de sacramētis, tract. de matrimonio ca. vj. & vij. opus coniugale potest laudabiliter & virtuose exerceri: tum ex iustitia reddendi debitum, tum ex charitate custodiendi se, vel vxorem a fornicatione: & vtrunq; possunt intendere in actu coniugali, cū sit cōmune amborum, & nō vnius tātū cōiugis remediū a deo indultū: & quodlibet illorū ptinet ad bonum fidei: immo clauditur in ipso: Ideo potest probabiliter dici cum Palu. q. ij. art. j. q bonum fidei excusat actū coniugalem ab oī pctō. Est eñ bonum fidei petere vel legitime requisitū vere vel interpretatiue reddere coniugale debitum, non libidinis: sed virtutis & iustitiæ: vel prolis si haberi potest amore: & non cōmunicare corpus suum alteri: veluti cōmune remediū contra carnis incētiuū ambobus coniugibus a deo alterutrum & pro se ipso indultū cū carnis infirmitas (quā alter eorū patitur tūc, vel probabiliter se passurum timet: vel etiam coniugē suū: ex his q̄ ei incumbunt facienda) alias bona fide non potest sedari & extingui: & nisi vtatur hoc remedio pro se vel coniuge cuius lapsum timet verisimiliter, expectat malū futurū in se vel coniuge. Non enim sibi solī debet alter coniugū cauere de malo fornicationis: sed etiam alteri coniugi.

D ¶Quantum ad articulum secūdum est propositio prima. Fides, proles, & sacramētū possunt vere & recte dici triplex cōiugij bonum. patet auctoritate Magistri in textu. Ad idem Hugo de sancto Vict. lib. ij. par. xj. ca. vij. & dicta notabilis primi & secundi. ¶Secunda propositio. Tria bona coniugij nō sunt bona sacramenti matrimonij: sed coniugalis vinculi post contractum derelicti: pariter & cōmixtionis carnalis coniugū legitime coniunctorū: quā faciunt saltē aliqua ex eis, nō habere peccatū. Prima pars patet ex notabili primo & dist. xxvj. Secunda pars q̄ sint bona vinculi cōiugalis, est Scoti dist. præsenti: & claret ex notabili primo & secundo. Contractus matrimonialis & vinculum coniugale honestatur & perficitur per illa tria institutione diuina. Sunt. n. et⁹ perfectio intrinseca & extrinseca. Et sic, q̄ cōtractus qui fit cum conditione repugnante alicui trium bonorum est vere nullus, quia institutioni diuinæ repugnās & contrarius, vt supra. dist. 28. q. 2. In his deniq; exprimitur obiectum debitum & finis debitus: propinquus & remotus cōtract⁹ illius: quia p̄sona non vaga sed determinata assumpta ad prolis generationē vel educationē religiosam si eueniat. Tertia pars: q̄ sint bona excusantia a peccato, patebit ex dicendis. ¶Tertia p̄positio. Per p̄dicta, mr̄imonij bona & p̄sertim p bonum fidei & prolis, potest actus coniugalis copulæ sufficiēter a peccato excusari. ex notabili. j. ij. & v. Est eñ nefas dicere deum aliquid instituisse, in quo implicetur obligatio ad illicitum & peccatum: immo includit cōtradictionem q̄ homo non possit illud qđ p̄cepit deus, sine peccato facere. Præcepit aūt deus hominū multiplicationē q̄ q̄. Gen. j. & ij. & ix. Præterea quicūq; p̄cipit aliqđ tanq̄ finem, vult etiam oīne id sine quo finis haberi non potest. sed deus præcepit hominū multiplicationē cum sua: ergo cum illa fieri non potest via naturę sine coitu: p̄cepit & coniugalem coitū. Ad hoc beatus Aug. Coniugalis coitus generādi gratia non habet culpā. Et est in glos. j. Corin. vij. cum dicit. Veniam concedens Apostolus, cōcubitum attendit coniugatorū, vbi est incontinētię malum. Incōtinētię malū est, q̄ vir cognoscit suam vltra necessitatem procreandi liberos: sed ibi est nuptiarum bonū qđ facit illud malū veniale propter bonum nuptiale: qđ est tripertitum: fides, proles, & sacramentum. Bonę ergo sunt nuptię: quia fidem thori seruant: & prolis suscipiendæ causa vtrūq; sexum cōmiscēt, ac impietatem separationis horrent. hæc ibi. Ad idem de bono contu. ca. v. Et iterum. Hinc laudabiles sunt nuptiæ: quoniā etiam id qđ non pertinet ad se, faciunt ignosci propter se. Dictum est in cōclusione Et p̄sertim per duo, fidē & prolem. Tenent plures q̄ sacramentum honestat & matrimonij con



tractum seu vinculum & eius vsum. xxx. distin. ca. Nicena. Verum cōmunior est opinio, quā etiā Richar. ar. iij. q. ij. dicit cōmuniorē, & consonam Aug. & Magistro, q̄ bonū sacramēti respicit vinculum matrimonij, & nō actum qui est posterior vinculo. Alia vero duo respiciunt actum matrimonij. Sacramentum respicit vinculū & nō actū vel eius vsum. Intelligitur nisi indirecte, inquātū
E honestat contractū ordinatū ad vsum. ¶Quarta conclusio. Carnalis coniugū in gratia existentium cōmixtio in alterū duorum bonorū, prolis scilicet aut fidei, finaliter ordinata, excusatur cęteris paribus nedum ab omni culpa, sed potest esse meritoria. Probatur primū de bono prolis. velle ampliare cultum diuinū: vt deus instituit & præcepit: est bonum & laudabile opus. Cōmiscere tuæ vxori propter bonū, plis est hmoi: vt supra patet ex qđ nominis termini ex notabili primo. ergo. Maior nota. Minor probatur: qa is est finis principalior institutionis matrimonij. Quo ad bonū fidei, patet. Quia reddere alteri qđ suum est: & ad hoc vt suum est concessione & ordinatione diuina, est actus iustitiæ. Cōmiscere suę propter fidei bonum, est huiusmodi ex notabili quinto. ergo &c. Maior nota: & minor patet: quia ibi non intēditur voluptas: sed solum fidei bonum. Ad hoc est Apostolus. j. Corinth. vij. Sed q̄ alterum illorum sufficiat, patet. Nā alias cōiugū sensū, & alio rum non potentium generare esset nullum: si nō sufficeret bonū fidei, secundū notata notabili. v. Quibus cōsonat San. Tho. Duran. & Palu. cum Guiliel. Parisien. ¶Palu. q. iij. ar. j. dicit actū cōiugalem posse esse meritorium in. iiij. casibus. Primus cum fit debiti redditio ex gratia: qđ est act⁹ iustitiæ. Secūdus, cum petitur debitum pro loco & tēpore cōgruis propter bonū p̄lis: qđ est actus latrię. Tertius, cum quis vult cōiugē p̄seruare a fornicatiōe: qđ est charitatis. q. ij. art. j. Idem tenet iuxta finem vbi etiam notat: q̄ bonum fidei excusat ab omni peccato cōtinges in sua cōmixtione. Quartus qñ seipsum: nec habet tunc secundum probabilē estimationē remedium plus congruum & efficax consequendi bonum virtutis: & ille similiter est actus charitatis, & iustitię. Si autem non procedit ex gratia, non est demeritorius licet non sit meritorius. Et sic patet concordantia doct. q̄ hi tres modi quos ponit Palu. habentur pro vno apud Sanct. Tho. & Duran. ¶Corollarium. Coniecturans probabiliter aut sentiens sese vel etiā cōiugē suā inclinari ad fornicationē quā bona fide & probabili coniectura non p̄sumit remediandā nisi p coniugalē coitum, cessante spe prolis absoluta & expressa & nō solum tacita debiti petitione, potest licite & virtuose debitū a cōiuge cęteris paribus petere & exigere, & stante gratia meritorie. Patet ex dictis. Hoc eñ ad bonū fidei pertinet, & est quædā debiti redditio. ¶Debitum petitur quādoq; expresse, qñq; tacite signo vel nutu, quo intelligitur, vel intelligi pōt aut debet petentis voluntas: qñq; infirmitate, tentatione, aut passione coniugis huius vel alterius minātis lapsum, nisi hoc modo succurratur tanq̄ pro tunc efficaciori & cōgruentiori. Sic ait Sā. Tho. dist. xxxij. q. j. ar. ij. Tēpus determinatum est nō solum quando petitur: sed quando timetur ex aliquibus signis periculum. Ad idem videtur esse Bea. Aug. de bo. coniug. ca. x. Et cum corpus viri corpus vxoris sit: cum coniunx nutat, corpus mariti languet & ecōtra. Cum ergo hoc nouit vel nosse deberet, tenet succurrere sicuti corpori proprio. ¶Conclusio quinta. Cognoscens suam vt talem præcise loco & tempore congruis ac modo naturali in vas debitum propter experiri cum ea vt sua carnis libidinē, excusatur propter bonū sacramenti a culpa mortali, cęteris paribus: sed non a veniali: quia contrauenitur diuinæ ordinationi, quæ delectationem propter opus & operis fructum & non econtra instituit. ¶Conclusio sexta est Alberti Magni in suo quarto. Nihil eorum q̄ maritus agit cū vxore in cōmixtione carnali seruato vase debito est de se morrale: sed potest eē signum mortalis concupiscentiæ. Cui superaddit. S. Tho. dicens in expositione textus. Potest tamen qñq; esse sine peccato qñ dispositio corporis alium modū non patitur. Alias tanto grauius est quāto magis a naturali modo receditur. Hęc ille, quem sequitur Palu. ¶Conclusio septima. Cōmixtio coniugū in qua nihil aliud p̄ter carnis q̄ritur libidinē, non curando an sit sua vel nō sed solum quia mulier, non excusatur a mortali culpa stante volūtate plena & deliberata. Hic eñ est tacitus consensus in finem prauum & mortalē: & deficit bonum fidei saltē secundū mētis preparationem. ¶Conclusio octaua. Sine præfatis tribus coniugij bonis vt sunt in obligatione, nō potest licite fieri coniugū cōmixtio: sed nec sine tacita vel habituali fidei ac p̄lis intentione. Patet ex dictis. ¶Ex his aliq̄ possunt iferri corollaria. Primū. inordinata coniugū intentio sępe facit cō F
mixtionem turpem & prauam, quę alias non eēt mala: vtputa vir tractat suā vt mulierē p̄cise nō vt suam. ¶Secundū corollariū. Stat vnum coniugē mereri in actu cōmixtiōis carnalis, & alium peccare & demereri. Patet: vn⁹ potest habere syn ceram intentionem: ali⁹ prauam. ¶Tertium corollarium. Vir cognoscens suam sine necessitate modo ferali seu libidinoso, p̄pter amplius delectari, licet in vase debito non euadit sine peccato. ¶Quartum corollarium: Cognoscens suam sic vel sic animo impediēdi fœtum, vel causandi ab

Universidad de Deusto
Biblioteca



orsum ne prolem habere cogatur grande & diabolicum cõmittit pctũ, & quandoq; homicidiũ si fœtus fuit animatus. Videtur tamẽ q̃ de cõmuni consensu possent abstinere cõiuges cęteris paribus si pauptate grauati non possunt proles educare. Ita sentit Palu. q. iij. ¶ Quintum corollariũ. Si in tãtũ cõtrauenitur naturali modo cõcubitus, q̃ ex natura facti & modi talis, inde non posset cę teris paribus stante bona cõiugũ habitudine subsequi fructus, est mortale pctũ. Secus si inde posset fructus nasci si essent apti ad generationem. ¶ Sextum corollarium. Si coniunx petit debitũ a sua pricipaliter & finaliter virtutis amore, ne carnis tentatione pressus petere cogatur ab extranea, non peccat: sed fidelitatẽ seruat, siue velit fornicationem vitare in seipso siue in cõiuge. Patet ex notabili. v. Ad hoc est dictũ Guiliel. Parisien. in de sacramẽtis. tract. de matrimonio. cum inqt ca. vj. prope finem. Non em̃ sibi soli alteruter cauere debet: quinetiam alter alteri. Commune remedium amborũ est matrimoniũ. Non em̃ vt ip se solus effugiat fornicationẽ cognoscere debet vxorem: sed etiam vt & ipsa vxor. Et ideo cũ remediũ id sit cõe, neuter debet sibi illud vẽdicare. Hęc ille. Et in fine ca. viij. dicit esse laudabile si alter cõiugũ sese vel alium volẽs custodire, & a cõtaminatione fornicationis immunẽ tenere, coniugale debitum exercet: ponens duos modos exercendi opus coniugale: tum ex iustitia reddẽdi debitum: tum ex charitate custodiendi se vel vxorẽ a macula vel cõtaminatione fornicationis. & ca. vj. Intendere debet vterq; coniugũ in opere cõiugali vel ius mutuę seruitutis, qđ est debitum reddere, vel remedium fornicationis tam sibi q̃ coiugi. Hæc ille. ¶ Septimũ corollariũ. Mulier habens virum austerum de alia tentatum quem congruis vijs auertere non potest: si petit ab eo debitum ob hoc præcise, vt amore fidei & virtutis eũ a malo p̃seruet, non peccat: sed fidelitatis & iustitię opus facit. Forte non semper est par ratio de muliere respectu viri, & ecõtra: cum vir habet mulierem corrigere, non sic mulier virum. Posset. n. vir mulierem recludere in domo, nõ sic mulier virum, & sic eã a malo præseruare ne labatur & succumbat. Opus tñ est discretione ne deterior reddat vbi habetur hæc distinctio in scripturis q̃ nõ
G sit cõmune amborũ remediũ. ¶ Cõclusio nona. Pro qualibet lege in matrimonio reperiuntur tria coniugij bona, stante & non sublata per dispensationẽ aut relaxationem generali institutione diuina. Hęc Scotus. De prole non est dubiũ: cum p̃ prole habenda principaliter & primo a deo institutum sit matrimoniũ. De fide similiter patet & indissolubilitate, q̃ est a domino deo institutore cõiugij, qui voluit vinculum illud eẽ indissolubile.

Relaxauit tamen ipsum in lege Mosaica: vt dicetur dist. xxxiij. In noua vero lege Christus indissolubilitatẽ reduxit & innouauit. Matth. xix. reprobando repudium Mosaicum. Insuper Christus relaxat eam in matrimonio rato, cum alter ante consummationem copulæ ingredit monasterium, & ita ciuiliter in deo moritur. Nunq̃ em̃ ecclesia pręsumpsisset huiusmodi licẽtiare ad religionem matrimonio contracto per verba de pręsenti ante eius cõsummationẽ, nisi Christus hoc instituisset, secundũ Sco. Sic cum alter moriẽt naturaliter. j. Corinth. vij. Et in cõiugio contracto in infidelitate altero conuerso ad fidem, secundũ doctrinam Apostoli. ¶ Decima conclusio. Indissolubilitas conuenit matrimonio euãgelico, non ex eo præcise quia habet annexum sacramentũ: sed quia sic est a deo institutum. Probatur: quia & in lege naturę, & ante peccatum fuisset contract⁹ matrimonij indissolubilis: & tamen tunc non habuit annexum sacramentũ proprie dictũ. Et Christ⁹ potuisset illã indissolubilitatem p̃cepisse in lege euangelica ad contractum matrimonij sine annexione sacramẽti proprie dicti. Insuper potuit annectere sacramentum, & tamen contractum non obligare ad indissolubilitatem p̃sonarum si voluisset approbare repudium Mosaicum, & tunc fuisset ibi verum matrimonij sacramentum sine indissolubilitate.

¶ Quantum ad articulum tertium H est dubium primum. Cui semp annexa verecundia quæ vtiq; est de turpi secundũ Damasce. ac iustę reprehensionis timor, ac quędam confessio culpę, illi non conuenit innocentia: nec per consequens excusatio. Actus coniugalis est huiusmodi: quia semp habet verecundiam vt notum est. Maior probatur: quia bonum additum malo nõ facit ipsum bonum: nec propter bonum additũ malo fit malum bonum. Prima pars est Diony. quia bonum est ex causa omnifaria, & defectus vnius circunstantię adesse debitę facit actũ malum. Sicut ergo illa bona non auferunt verecundiam: ita nec turpitudinem: quæ vtiq; videtur eẽ culpę. Hinc Aug. xiiij. de ciui. dei. cap. xviij. Deuitat publicum etiam permissa atq; impunita libido conspectum. Et iterum. Concubitus cõiugalis q̃is sit honestus, remotum ab arbitris cubile conquirit. Sic lupanaria verecundia naturali labula habent. Et iterum. Hoc recte factum appetit sciri homo, vt tñ erubescat videri &c. Item illa bona non sedant membrorum quæ pudenda dicuntur inobedientiam: sed neq; libidinem: siue accipiatur libido pro inordinato & importuno mẽbrorum genitalium motu, siue p̃ cupiditate quadam voluptatẽ p̃cedente, secundum Augu. vbi



supra ca. xv. Non em̃ genitalium cõmotio ita nostræ volũtati est subiecta sicut cęterorũ mẽbrorũ, quæ ex voluntatis imperio mouentur, aut pacta facent secundũ q̃ voluntati placuerit: sed genitales corporis ptes ita libido suo iuri quodãmodo mancipauit, vt moueri non valeant si ipsa defuerit, & nisi ipsa vel vltro vel excitata surrexerit. ca. xix. Hinc partes illę corporis pudẽda, & vitiosæ dicũtur etiam in his, & ab his qui tẽperate & caste viuũt, & eis p̃ cęteris tegumẽta dantur. Illa vero mẽbrorũ inobedientia peccatum est, & ex peccato: ergo & act⁹ ille est malus. Immo & pueri anteq̃ inobedientiã sentiãt, talia membra abscõdũt, & inde verecundantur. Pręterea per actum illũ ratio imminuitur & amittitur: & intellectus sapiẽtis obtunditur, secundũ philosophũ. vij. Ethico. Itẽ Aug. vbi supra ca. xvj. Sed neq; amatores hui⁹ voluptatis siue ad concubitus coniugales siue ad immũditias flagitiorum cũ voluerint cõmouent sed aliquãdo motus ille importunus est nullo posente: aliquando autem destituit inhiantem, & cũ in animo cõcupiscentia feruet friget in corpore. Et ita mirũ in modũ non solum generandi voluntati: sed etiam lasciuiendi libidini libido nõ seruit. Item matrimoniũ in officium in statu innocẽtiæ non habuit bona excusantia, eo q̃ ibi fuisset thorus immaculat⁹ & nuptię honorabiles sine verecundia & pudore. lib. xiiij. de ciui. ergo & nunc post peccatum ex cõsimili causa cum sit idẽ contractus secundũ essentiam, nõ indiget. Et vt est in remedium, similiter non indiget bonis excusantibus: alias & cętera sacramẽta in remedium peccati instituta deberent habere bona excusantia. Pręterea: quare dormitio, egestio &c. non habent bona excusantia? Item nullus recte agẽs perdit maius bonum propter bonũ minus: sed in coitu coniugali ratiõis vsus amittitur: ergo est rationi rectę contrarius: & ita malus. Similia habentur supra dist. xxvj. ¶ Ad primũ negat maior. Quis. n. verecũdia sit de turpi & pctõ, & veluti languor ex culpa & pœna quadam a deo recte pro inobediẽtiæ peccato inflicta, & quasi retributio quędã inobedientię primi hois: immo nõ solũ de turpi: sed de omni habente speciẽ malí: vt est actus coniugalis consimilis fornicationi secũdũ Duran. q. iij. tamen verecundia ipsa non est turpis neq; peccatum: sed nec actus coniugalis, cum est recte circũstantionatus. Nec erubescentia est pręcise de actu illo: sed de illa mẽbrorũ inobediẽtia: quorũ excitatio & cõmotio non est hominis volñtati subiecta Hoc est qđ pudet: hoc est qđ intuẽtiũ oculos erubescẽdo deuitat. Hę enim partes ante peccatũ vitiosę non erant, nec pudendã libidinem habebãt: sed hominis voluntati plene subiectę erant: & ad eius nutum vt cętera membra mouebantur ad p̃

lis generationem secũdũ rectæ rationis dictamẽ. Nũc autem pudet animũ resistí sibi a corpore qđ ei natura subiecit. Post peccatum ergo orta est libido: post peccatũ natura eã nõ impudens amisa potestate cui corpus ex omni parte seruiebat, sensit, attendit, erubuit, operuit, secundũ Augu. vbi supra ca. xx. Si ergo homo stetisset in innocẽtia, coniugũ cõmixtio pudorem non habuisset sed neq; verecundiã aut libidinem sensisset. Hinc Palu. q. ij. art. j. dicit actum illum esse malum malitia pœnę: quia ex culpa processit illa mẽbrorum inobedientia pariter & verecundia: vt languor q̃dã. Sic erubescentia est cõfessio culpę, & timor reprehẽsionis iustę: quia ex culpa processit. Sic & quidã alij actus vt egestionis habent verecundiã sed non tantã vt actus libidinis: & hoc ex peccato. Nam in paradiso non fuisset fœtor: nulla corruptio. Cibus aderat ne esuriret: lignũ vitę, ne illũ senecta dissolueret. Nihil corruptionis in corpore vel ex corpore vllas molestias vllis eius sensibus ingerebat. cap. xxvj. vbi supra. Qđ & de aliis corporis passionib⁹ deducit Aug. ca. xxiij. ¶ Ad p̃ bationem maioris negetur q̃ hic bonum addat malo: quia actus coniugalis recte circũstantionatus nõ est malus. Habet enim bona ipsum excusantia & integrantia: vt supra notabili. ij. Intelligitur aũt dictũ istđ de bono addito malo culpę. Tale additũ malo culpę, nõ facit ipm̃ bonũ: nec propter ipm̃ si additur, fit malũ bonũ. ¶ Ad aliud: Cur potius ille indiget excusatione q̃ dormitio &c. Respondetur q̃ huius non est tanta inobedientia corporis ad animũ seu rationẽ: sed neq; ratio sic absorbetur ex vehementi delectatione: vt in ꝓpositio. Hinc ad excitandũ hominẽ ad comestionem sufficit sensus ipsius defectus, qui fit p̃ cõseruatione indiuidui. Hic vero delectationem quandã deus ingeniauit ꝓpter opus ipsum: quæ & bruta mouet ad actum propagatiõis: sine qua opus non fieret. Conceditur ergo q̃ nec verecũdiã nec turpitudinẽ auferant quæ sunt pœnę ex culpa inobedientiæ derelictę, & non culpę: saltem non oportet: & vbi maior honestas, ibi maior verecundia. ¶ Ad dictum beati Aug. conceditur: sed omnia illa ex culpa veniũt: non vt sanitas ex natura: sed vt lãguor ex culpa, qui stante innocẽtia locum non habuisset in cõiugij vsu. ¶ Ad aliud conceditur q̃ coniugij bona nõ tollunt illam inobedientiam: sed sunt quędam pœnalis retributio pro culpa. Non tamẽ ex hoc sequitur actũ cõiugalem esse malum, nisi malitia pœnę, vt supra: & habet pœnã annexam propter culpã inobediẽtiæ primi hominis. Q̃ in ea parte maxie debuit apparere qua generatur ipsa natura: quæ illo primo & magno in deter⁹ est mutata peccato: a cuius nexu nullus eruitur, nisi id qđ cũ oẽs in vno

Universidad de Deusto
Biblioteca



essent,in cõmunem perniciẽ perpetratũ est,& dei iustitia vindicatum:dei gratia in singulis expicẽt. cap.xx.vbi supra. ¶Ad aliud,cõcedit q̃ homo tenetur mẽbra illa domare,& posse tenus rationis freno coercere,sicut & cętera. Perdidit vero id dominiũ propter peccatum. Tenetur ergo adhuc ad obediẽtiã legis diuinæ,& castigare corpus suũ in obsequium spiritꝰ.Nec est illa mẽbrorũ inobedientia semp peccatũ: licet sit ex peccato pœna q̃dam. De pueris conceditur vt supra q̃ verecundãtur de malo etiam iã baptizati,& a pctõ immunes,& de mẽbris illis ex diuina vindicta talismodi pœna humanũ genꝰ affligẽte. ¶Ad aliud cõceditur q̃ ratio diminuitur propter bonum speciei humanę,sicut & in dormitione:sed sine peccato cæteris paribus. Hoc enim fit propter maius bonum,deo sic præcipiente.ſ.conseruationẽ hũane speciei. Sic dicitur actus coniugalis propellere spm̃ sanctum non gratię amissione:sed quia per actum illum fit homo carnalis,& ex consequenti impeditur in diuinorum contẽplatione. Sicut em̃ gustato spiritu desipit caro: ita & econtra,secũdũ Aug. Sic fugit spũs sanctꝰ a pphetis:quia carni vacantes a spiritualiũ gustu ad tẽpus prępediuntur. Dicitur rationi cõtrarius: q̃a ratione obtũdit. Dicitur vitiosa illa cõmixtio:quia ex vitio procedit illa libido indomita,& mẽbrorum inobedientia. Dicitur quandoq; excessiua,per comparationem ad alias libidines, licet in specie sua nõ sit excessiua. Et si sit cum circunstantijs debitis,est actꝰ moraliter bonꝰ. Ad aliud, in statu naturę integrę actus ille non potuit circũstantijs debitis carere,& ita non potuit male fieri. Nõ ergo indiguit bonis excusantibus:nunc vero sępe male & peruerse fit Nec diuina institutio est pręcise causa quare tunc non indiguit excusatione: sed quia tũc pro statu originalis iustitię nõ potuit male fieri in sensu cõposito. Et licet matrimoniũ vt est in remediũ,institutũ est(vt supra dist.xxvj.)vt remediũ peccati vitandi:alia tm̃ sacramenta vt remedium curãdi. ¶Ad aliud negetur maior:maxime q̃n q̃s tenetur ad minus bonum,& non potest ipsum habere,nisi pro tempore aliquo careat meliori bono. Cum aũt homo est pars totius speciei humanæ, potest nõ ab re paruam sustinere iacturam p cõseruatione totius cõmunitatis & speciei humanę cuius est pars. Sic licet contemplatio melior sit peregrinatione vel comestione,aut corporis macerationẽ:eum tamen homo tenetur peregrinari, vel comedere,& deperditũ restaurare, aut ieiunare &c.tenetur contemplationẽ intermittere, cũ nõ est p̃cepti. Dicit enim Bernar.ingratum esse spiritui sancto quicquid agit homo omisso eo ad qđ tenetur.Hęc em̃ oportet facere:sed illa non omittere.Homo tenetur coniugis salutem curare & cõiugale debitũ reddere: qđ fieri nõ potest sine medio tali.ergo &c. Et licet sit motus naturalis:tamẽ propter naturę corruptionẽ potest male fieri. Indiget ergo bonis circunstantijs quibus honestẽt & laudabilis esse ostendatur.Non ergo est illa mẽbrorum inobediẽtia ex creatione primęua (Nam secundũ Guiliel.si deus genitalia mẽbra cum illo ardore & libidine tã indomabili creasset,nõ ad bonum,sed ad malum creasset) sed est ex vindicta diuina. ¶Secundum dubium. Quid de osculis I coniugũ, tactibus, cõfricationibꝰ per medicinas aut alia calida ad actũ cõiugalẽ,tum propter libidinem experiendam,tũ propter prolem aut fidei bonum: An & illa possint in coniugio a coniugibus inter se fieri sine peccato:sicut ipa cõmixtio. Ad hoc dicit̃ salua sentẽtia saniorꝝ. Sicut actꝰ cõiugalis potest pro loco & tẽpore rite meritorie & sine peccato exerceri: ita pariformiter possunt cõiuges se ad actũ illum prępparare,&(vt supra conclusione.vj.) cęteris paribꝰ aptare:ita tm̃ q̃ in his prępparatorijs nil aliud principaliter intẽdat si peccatũ euadere volũt,nisi bonũ fidei aut plis,vt nõ libido,sed amor virtutis trahat & iustitia. Hic Palu.q.iij.art.ij. Si oscula & amplexꝰ in solutis ideo sunt mortalia:q̃a ipse actꝰ ad quẽ incitãt est mortalis:ergo i cõiugatis in q̃bꝰ actꝰ nõ est mortalis, nec incitatio ad ipm est mortalis. Et San.Bona. q.iij. Licet viro solatiari cũ sua &c. Ad idẽ Chryso.sup Matth.Homil.xvij. Si vis videre mulierẽ atq; ex visu capere voluptatem, propriam cõspice coniugẽ:& illius amore perfruere.Hoc em̃ nulla lex prohibet omnino.Et iterum. Licet deꝰ recte & iram & concupiscentiam ingenuerit, & instituerit iram pro coercitione malorum & ordinatione incompositorũ:concupiscentiã p humani generis successione:ac sobolis propagatione: Attamẽ sicut peccatũ est irasci sine causa:ita mulierem nõ suã videre ad cõcupiscẽdũ. Subiũgit.Quid si videam & non capiar?Rñdet: Cohibuit dñs aspectum,ne huiusmodi licentia fidens etiã in peccatum quãdoq; corrueres. Quid si videro ad cõcupiscendũ:sed tamen nil turpe egero?Respondet. Et sic quidem iam in adulterorum parte inuenteris.Ita siquidem pronunciauit legislator Christꝰ. Non ergo amplius oportet inquirere. Deinde semel quidem & secundo & tertio sic videns possis animũ continere:si vero frequẽter id feceris, forsacẽ iltã sponte succẽdens profecto capieris.Nõ enim ex natura humana lubricus,consistes.Et infra.Idcirco pręcepit ne forniceris oculis,ne p hoc scilicet animo forniceris. Peccatum enim ab extrinseco occasionat̃. Iaco.j. Et Threñ.iij.Oculus meus deprędatus est animã meam. Insuper ait. Aspicere vt oblectet eius aspectum,cum deꝰ nõ dedit oculos vt per eos adulteria ad animũ transmittas:sed vt creaturam eius aspiciens admireris auctorem:videre est ad concupiscendum: q̃a est velle causam,antecedẽs & occasionẽ(vt in pluribus) fornicationis:& q̃ vult antecedẽs, vult & cõsequens scitum esse tale.Quilibet aũt potest scire ex seipso tale antecedens infallibiliter quodãmodo habere consequẽs illud:sicut volẽs vacare potationi vini fortis,vult mebriari interpretatiue:licet nollet volũtate elicita matutinã negligere.Cũ ergo cõmittit se discrimini peccati mortalis sciẽs & volens,mortale cõmittit secundũ cõem theologorũ regulã. Præterea occasiones illę quæ ex sua naturali proprietate habẽt fortiter mouere & quasi violenter trahere volũtatẽ ad peccatum,& vt in pluribus excitare delectationem in sensu:q̃ apud iuristas dicunt̃ inducere p̃sumptionẽ violentam: sunt vtiq; vitandę.Nam qui recusat ea vitare, videtur ex animi proposito non velle vitare peccatũ,& ita se velle cõmittere discrimini peccati mortalis. Ob eam causam tales occasiones dñs prohibuit Matth.v.quia sunt causę mœchię(vt in pluribus) & luxurię interioris in aio & volũtate, quãdata opportunitate comitat̃ factũ carnis. Hoc innuit Hugo Postil.& glos.Matth.v.cũ ingt. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eã:si aspexerit hoc fine & animo vt eam cõcupiscat, quod iam non est titillari:sed plane consentire libidini: mœchatus est eam in corde suo:reus est mœchię in corde suo ppter consensum interiorẽ. Ad hoc beatꝰ Aug.xij.de trini.c.xij.dicẽs. Si cõsensus illecebrę sola cogitationis delectatione cõtentꝰ est: sic habendũ existimo:velut si mulier sola cibum comederit. Et post pauca. Totus vero hõ damnabit̃ nisi hęc q̃ sine voluntate operandi: sed tamen cũ volũtate animũ talibꝰ oblectãdi, solius cogitationis sentiunt̃ esse peccata,per mediatoris gratiã remittant̃. Nõ aũt damnat̃ homo nisi p mortali: ergo & in ꝓposito peccãt: q p p̃dicta animũ suũ K volũt oblectari sine cõsummatiõe opis &c. ¶S. Tho.ij.ij.q.clviij.ar.iiij.& in q̃stiõibꝰ de malo i materia de luxuria ar.ij.dicit q̃ tactꝰ,visio,cõfabulatio &c.p̃sonę mulebris solutę & extra matrimoniũ nõ est secũdũ speciẽ suã mortale peccatũ.Hic Aplus Ephe.v. talia nõ repetit cũ inqt auarum, immũdũ,& fornicatorẽ non habere hęreditatẽ in regno dei. Loqt̃ em̃ solũ de his quæ sunt mortalia secundũ se.Illa vero sunt mortalia secũdũ suã causam vel finẽ.ſ.secm̃ q̃ ordinant̃ ad aliqd qđ est mortale:puta ad actũ fornicationis, vel ad delectationẽ actus peccati mortalis per consensum liberum. Sic enim consequunt̃ consensum praui,vel in actũ ipm,vel in delectationẽ carnalẽ. Patet ex dictis,nõ solum consensum in actũ: sed etiam consensum in delectationem peccati mortalis, esse mortalem. Siquidem deus mœchiã p-



hibendo etiam prohibuit omnem mœchiæ libere volitã delectationem quomodocunq; & p quęuis corporis membra libere quęsitam,intentã vel acceptatam,complacentem siue secundum se,siue secundum suam causam,siue antecedenter, siue consequẽter volitam vere actualiter vel interpretatiue: siue delectatio sumat̃ p passione consequente operationẽ: siue(vt aliqui loquuntur) pro actu voluntatis elicito,vel imperato:vt cũ voluntas actu vult sese oblectari complacẽter in apprehensione mœchiæ,vel in amplexibꝰ &c. seu vult illud velle cõtingere circa causas mœchię:licet nõ velit (vt dicit) actum. Hoc autem velle, delectationem.ſ.vel actum mœchiæ,non videtur posse stare sine libera complacentia,& volitione actus illius,vel rei illius vnde delectatio causatur.Volẽs ergo antecedens,vult & consequens scitum esse tale,& eo modo quo vult antecedẽs vult & consequens. Ad hoc Aug.xij.de trini.cap.xij. ponens duos modos peccandi.ſ.volũtate operãdi: & voluntate aĩm cogitationibꝰ illicitis a quibus se auertere deberet, libere oblectãdi sine opere. Ad idem Gers.ca.de luxuria in regulis moralibus dicens. Consensus in delectationem luxuriæ circa obiectum sibi prohibitum est mortale,siue sit in cogitatione,verbo,visu,tactu,nutu,aut opatione. Finis enim sic agentiũ est delectatio libidinosa. Ois autem actus cuius finis intẽtus est mortalis, siue actu siue habitu intendatur, mortalis est. Sic delectatio concepta de opere nefario & mortali,mortalis est:q̃n nõ de sola cogitatiõe: sed re q̃ cogitat̃ delectatio habeb̃.Is vero sese cõmittit discrimini & periculo peccati mortalis, qui factꝰ quippiã ita vehementer ac probabiliter secundum dictamẽ rationis inculpabilis habet & debet timere de peccato mortali per hoc incurrendo, sicut de oppositio. ¶Corollarium.Nõ ois attactꝰ mulierũ de se malus est. Patet de visione & tactu q̃ fiũt ad explorandũ virginitatẽ alicuiꝰ:ad impertiẽdũ medelã &c. de osculatiõe & amplexibꝰ q̃ sępe fiũt causa amoris & syncerę dilectiõis,& secũdũ morẽ patrię.Itẽ Iacob patriarcha osculatus est Rachelem amore casto vt consanguineam. Sic Tobię.x.parentes Sarę filiæ Raguelis apprehendẽtes filiam osculati sunt eam.Et Christus Lu.vij. Osculum mihi nõ dedisti.osculũ inquã reuerẽtię. Et.ij.Regum.xv. Absalon osculabatur cunctos ad se veniẽtes.Et Geñ.xxvij. Da mihi osculum fili mi. Et i primitiua eccl'ia christiani se salutarũt i osculo sancto:qđ vsq; hodie in q̃busdam regionibus approbat cõsuetudo.j.&.ij.Corint.vlt. Sic hodie amici sese osculantur osculo amoris: & maiores minores osculo reuerentiæ vel pacis,& reconciliationis aut honoris. Sic est osculum lasciuię & procacitatis.Prouer.vij.Apprehensum deosculatur

Universidad de Deusto
Biblioteca



iuuenem &c. ¶ Corollariū secundū. Visus tactus &c. mulierum secundū q plus vel minus & vt in pluribus sunt prauę concupiscentiæ generatiua ac scandalosa, aut ex fine prauo & consensu nefario procedentia, sunt plus vel minus letifera, & ab homine veluti incēdiū peccati fugienda. Hinc Tho. ij. ij. q. cliij. Non habent nomen peccati nisi secundū q ordinantur ad fornicationē vel immunditiam. Et Angelus in sum. in verb. Luxuria. Quando deliberate fiunt causa delectationis luxuriosę sunt mortalia: secus quando causa amicitię. Et secundum Alex. par. ij. q. clxj. mem. v. visio prohibetur vt dispositio antecedēs. Mēs enim modicis & leuibus assueta tanto in maioribus contemnit pertimescere, quanto in minimis didicit non timēdo peccare. Hinc qui minima nō formidat, a statu innocentię nō repente semper: sed partibus totus cadit: secūdū Greg. in pasto. lib. iij. Nec tamen minima sunt dicenda huiusmodi peccatorum occasiones & causæ: quoniam ad maxima efficacē & valde fortē p̄stant occasionē. Secūdū Aug. de ve. & fal. pœni. licet sint parua p dei misericordiā venialia peccata, fiūt in peccatoribus magna negligentia. Quis enim picē tangit & nō inquinabit ab ea? Ecclesiastī. xiij. Amic⁹ quoq; stultorum similis erit eis. Prouerb. xiij. Sic qui non nisi mortalia & quę gratiam tollunt post habitis venialibus quę gratia nō priuāt vitare curat: & effrenate venialib⁹ studet & frena laxat: vix stare valebit. Nec venialia dicenda sunt minima quia gratiā nō tollunt: sed magna: quia in maiora proficiunt: & ad lapsum disponunt &c.

## Distinct. XXXII.

Ciendum est etiam quia cū in oibus &c. In p̄cedētibus Magister egit de bonis cōiugij in gñe: nūc in specie de bono fidei. Primū vniuersaliter dist. p̄senti: vt requirit i oñi matrimonio consummato. Secūdo specialiter dist. sequeñ. vt respicit matrimonium antiquorū patrum. Summariū huius text⁹ complectit tribus conclusionibus. ¶ Prima. licet secūdū Apostolū vir recte dicat caput mulieris: attamen coniuges sunt pares in bifaria debiti redditione, ad prolis scilicet generationē & fornicationis remediationē. ¶ Secunda conclusio. ita coniuges ad mutuā sibi tenentur in contugio seruitutem: vt alter sine consensu alterius, nec continentiam vouere, nec licite possit cōtinere. ¶ Tertia. Quis bonę sint nuptiæ, nō tamen omni tempore celebrandę. Honestum deniq; est a carnis cōmixtione in coniugio pro loco & tempore abstinere. Harum cōclusionum declarationem textus habent.

### Quæstio Vnica.

A

Irca dist. istā est quæstio Vtrū sicut matrimonio per copulā consummato alter coniugum non potest sine alteri⁹ delicto vel demerito religionē intrare, seu ad sacros ordines licite promoueri, aut ad perpetuam continētiam se deo deuouere: ita singulus eorum tenetur cōiugi pro omni loco & tempore exactus & requisitus coniugale debitum reddere.

¶ Quantum ad articulum primum supponitur ex dist. precedente q bonum fidei in transitiue est fidelitas quędam seu iustitia exorta ex contugali contractu, & mutua corporū translatione in se inuicē ad cōmunicādū sibi mutuo corpus ad legitimā requisitionē p̄ societatis cōiugalis cōsummatione: q q illud nulli alieno cōmuniceur: & hoc fine duplici, secundū duplicē matrimonij institutionē. s. ad prolis generationē, vel saltem non impeditionem, & ad fornicationis vitationem, non in seipso solum: sed & in coniuge. Est enim vt supra dist. p̄cedente: hoc remedium cōe, ambos hinc & hinc respiciēs cōiuges. ¶ Secūdo notādū. Quia redditio debiti est actus præcepti affirmatiui explicātis iustitiā cōmutatiuam: Præceptū aūt affirmatiuū obligat semper: sed nō ad semper: sed pro loco & tempore cōgruis: & debitis positis circūstantijs: ideo vidēdum quę sint illę circūstātię. Saltē in genere enumerari solēt: vt fiat qñ, vbi, & qualiter oportet: in loco & tēpore nō sacris: in loco nō scādaloso aut publico: nō tēpore mēstruorū: nō infectionis lepræ, saltem leoninæ. Non cū mortis periculo, aut letalis infirmitatis. Nec cōtra salutē p̄prij corporis. Nā scdm Sā. Tho. dist. p̄senti. q. vnica. ar. iiij. sicut mulier accipit potestatē i corpe viri, & ecōuerso, saluo hoc in quo vir tenet corpi p̄prio: ita etiā saluo hoc in quo alij dño: puta a quo habet ferēdū vel cui⁹ est seru⁹ tenet. Nō ergo pōt mulier petere debitū contra salutē p̄prij corporis viri & ecōtra. Nec etiā cū periclitatiōe subiecti. Nec cū est ligatus vel ligata maiori vinculo de non reddēdo debitū, ne fœtus extinguatur vel periclitetur: ne ecclesiæ præceptum violetur: ne coniunx graui valitudine, vel morte quatiatur: ne votum rite emissum violetur. Cum ius petendi amissum est: cum non est



potens ad actum: Cum vult tempore congruo & a iure concesso religionem intrare. de coniuг. con tuga. cap. Verum. ca. Ex publico. De his latius infra. ¶ Tertio supponendū ex dicēdis infra. dist. xxxviij. Vouere est actus voluntatis: ideo tm̄ de illis bonis quę nostrę subiacent potestati, pōt votum proprie fieri, & non in illis in quibus est alter alteri subiectus & quodāmodo seruus aut propri us. Cum ergo cōiuges, corporis potestatē cōmutarūt cōiugaliter: ideo i hoc sibi p̄iudicare nō possunt. Hoc aūt fit continentia, abstinentia, & similibus: quibus coniugale debitum impeditur ne vel omnino reddi possit, aut saltem congrue nō possit. Q d aūt nō potest congrue fieri, dicitur nō fieri: aut non posse fieri: ideo circa hoc vouere non
B possunt cum p̄iudicio alterutro. ¶ Quarto notandum. Licet olim fuerit dubium: an sicut coniunx post matrimoniū ratum potest in religione profiteri etiam nolente coniuge. ca. Verum. de cōuer. coniug. ante eius consummationē per carnalem copulam: Ita possit sacris ordinibus initiari: vt disputat glos. cap. vnico. lib. vj. de voto. hodie tamen Extrauagans Ioan. xxij. quæ scribitur supra. q. ij. dist. xxvij. cuius initium est Antiquę cōcertationi: declarat hoc esse speciale in religionis ingressu: sumēdo nomē religiōis ingressus: vt includit regularē professionē. Secus in susceptione sacri ordinis. Hoc enim non reperitur iure cautū, nec per aliquem sanctorū attentatum. Et secūdū Dominicū ibidem: quidam cum esset postulatus post matrimoniū ratum in episcopū Taruiniensem, postulatio nō fuit admissa. Hinc si de facto alter ordinaret, reciperet characterē ordinis, & cōpellendus esset instante coniuge matrimoniū consummare. Et sic est casus secundum Panor. cap. Verum. de conuer. coniu. in quo sacerdos potest habere vxorem. Et eo. ti. cap. Vxoratus. ponit casum in quo verus religiosus habitat cum vxore, & tenetur debitū reddere. Et habēs de facto vxorem si promouetur in papā, tenetur vxore instāte papatum relinquere, & ei reddere debitum: nisi mulier velit cōtinēter viuere. Ita habet glos. cap. Si quis pe. xxix. distin. Idem tenet Panor. cap. Constitutus. dicēs q coniugatus non est habilis ad papatum vxore non consentiente & ignorante. Cum enim papa nō pōt dispensare cōtra id qđ est alicui iure diuino & naturę debitū, quale est reddere debitū cōiugale legitime petitū: ideo tali mulieri nō pōt generari qualecūq; p̄iudicium ea nolē te, quo ad debiti redditionē, per dispēsationē papę: vt non teneatur exactus reddere debitum. Immo salubrius esse videtur huiusmodi ordinatum finere debitū reddere: q mulierem suo iure priuati. Hoc em̄ fieri potest dispensatione humana more ecclesiæ grecorū. dist. xxxij. ca. Si quis. Et succurrendū est saluti animarū, stante correctione de linquētium. ¶ Ex illo sumitur q alter coniūx nō peccat si non annuit q alter possit continentiam vouere. Nec per hoc impedit alterius bonū: sed qđ suū est petit, & ne sibi fiat p̄iudicū satagit ex ordine charitatis. Potest enim bene vti alteri⁹ malo: imputet sibipsi q corpus sic commutauit. ¶ Quinto notandū: Stat aliquē quandoq; ligari secundum Palu. ratione voti ad aliq d, qđ tm̄ non vouit se facturū, non directe, sed accessorie ad p̄missionem prius factam, & quodāmodo per accidēs. Exemplum, aliquis vouit ppetuā continentiam: & nunc contraxit cum aliqua de præsenti: quia votum ex post facto est necessitatis, & obligatorium ad obseruandū, licet prius fuerit voluntarium: tenetur talis vt euitet peccatum religionē intrare: quia manens in seculo compellitur suo tē pore ad debiti redditionē. Potest. n. alter bene vti eius malo. Et non pōt primo commiscere cum cōiuge sine peccato: quia deinceps stare tenet & reddere. Cum ergo non possit in seculo manens caste viuere nisi deobligetur cęteris paribus a reddi tione debiti: & post copulam deinceps negare nō potest debitum: ideo tenetur ratione voti cōtinentiæ per accidens religionē intrare, vt possit & peccatum vitare & votum implere.

¶ Quantum ad articulum secūdum C est conclusio prima. Contractis sponsalibus legitime verbo de futuro tm̄: potest vterq; sponsus alio inscio aut nolēte cōtinētiam vouere vel simpliciter, vel solēniter. Probat pars prima: qa hoc non legitur iure prohibitum. Attamē cū p̄missa sunt seruāda: nec possunt sine peccato violari: tenetur qui sic vouit simpliciter continētiam post contractum sponsalium solo verbo de futuro, statum mutare: vt supra notabili. v. si non de obligatur a promissione sponsaliū ma spōso vel spōsa. Si ergo est spōsa, tenet monachari non obtēta a sponso deobligatione. Spōsus vero ad idē tenetur si est bigamus vel irregularis, cū nō pōt sacris initiari. Q si est habilis ad ordies sacros, potest ordinari: & sic a, pmisso liberari p votum solē ne. Tenet em̄ p̄missa & spōsalia seruare: nisi habeat causam soluētē. Causa soluens secundum aliquos, est votū continentię etiā simplex emissum post spōsalia. Cui⁹ cōtrariū multi tenēt ex eo: qa ecclesia cōpellit post votum simplex emissum ad spōsaliū expletionē. vt supra dist. xxvij. q. ij. Nā & cōtract⁹ matrimonij post factus tenet, licet pecauerit sic cōtrauenēdo suę promissioni & voto. Secus de voto solēni. ca. Rursus. c. Cōsuluit. ca. Insinuāte. Qui cle. vel vo. Et hoc ideo: qa eccl'a statuit duntaxat solēne votum esse impedimentum dirimens & soluens. Si ergo tenetur opinio

Universidad de Deusto
Biblioteca



q; votum simplex continentiæ dirimat spõsalia soluitur vinculum emisso voto simplici. Si tenetur oppositum, opus est q; sese deobligent ab illa promissione sponsalium, vel per votum solemne redimant. Sufficit tamen de facto alterum cõiugum hoc facere pro liberatione alterius: & qcũ q; vinculum sic soluerit etiam alio reluctante vel ignorante, iam alter liberatus est. Secũdum Palu. nullum beneficium, nulla dignitas excusat sponsum, nisi vel sacris initietur, vel profiteatur: aut dispensationem vel deobligationem habeat: nisi alter fregisset fidem sponsalium &c. ¶ Secunda conclusio. Si alter cõiugum post matrimonium ratum non consummatum emittat simplex castitatis votum, tenetur monachari, & religionem intrare, siue fuerit sponsus siue sponsa, nisi alter velit eum a debiti petitione deobligare. Patet ex cõclusione prima & notabili. v. Nõ enim potuit vouere in præiudicium alterius. Et sic est illi obligat9 sub cõditiõe, nisi intret religionẽ. qđ & facere potest alio inuito. Et tenetur votum implere: qđ nõ potest facere alio petente debitum, manendo in seculo citra professionem regularem. ergo &c. Non enim potest sacris ordinibus initiari nolente coniuge aut sponsa: vt in. v. notabili. cap. Verum. ca. Ex publico. de conuer. coniu. Verum licet matrimonium sit ratum: non tamen statim tenetur ad debiti redditionem: sed tempore determinato. Et licet papa in cap. Ex publico. de conuer. coniug. prefigat terminũ duorũ mensium, non tamen p hoc statuit illud esse regulare volenti religionẽ intrare: sed potest tempus id breuiari aut augeri secundum circunstantias occurrẽtes: non tamen sine causa, secundũ Panor. Item significatum matrimonij rati non consummati qđ cõsistit in vnione dei cum anima fideli, sepe separatur per peccatum: ergo & matrimoniũ ipsum significans separari potest modo iam dicto: nec obligatur sic vouens continentiam post contractum, ad impossibile: quia simul stant q; sit obligatus alternatiue ad consummandũ matrimoniũ: vel ad religionis ingressum propter cõtinentię votum. Obligatur enim reddere debitum sub conditione si non intrat religionem, qđ potest facere. ¶ Tertia conclusio. Non per sacri ordinis susceptionẽ, nec per religionis ingressum citra regularem professionem nec per voti simplicis continentiæ dũtaxat in seculo obseruandę emissionem: sed per regularem professionem soluitur matrimonij rati non consummati vinculũ. Patet per cap. Verum. cap. Ex parte. de conuer. coniu. & extrauagañ. Ioan. xxij.

D ¶ Quarta conclusio. Nulla dignitas, nullus ordo sacer, nullum continentię votum in prejudicium alterius coniugis assumptus vel emissum absoluit coniugem de presenti a debiti redditione si petitur, nisi duntaxat votum religionis solenne stãte lege: quia forte secus, habita dispensatione pa pę secundum Gofre. & aliorum opinionem dicẽtium dictum Christi Matth. xix. debere intelligi de matrimonio consummato. titu. de conuer. cõiuga. Et intelligitur conclusio vt supra de coniugibus ante matrimonij consummationem. Siquidem matrimonium compatitur ordinem sacrum nec impedit de facto ordinis susceptionẽ (vt supra patet dist. xxiij. huj9) in ecclesia ortẽtali: vbi iã vxorati possunt sacris initiari. dist. xxxij. cap. Si qs. &. xxxj. dist. ca. Nicena. Sed impedit regularem professionem. de hoc supra dist. xxvij. q. ij. Ad hoc est extrauagans Ioan. xxij. Et Hostiẽsi. de vo. & vo. re. cum inquit. Si occidentalis vxore inuita, aut ignorante ordinatur, nullũ fit p hoc vxori præiudiciũ: quia tenetur ei adhuc reddere debitum. ¶ Quinta cõclusio. Laudãdi sunt nonnunq; coniuges si matrimonio iam consummato, dei & castitatis amore pari voto, & amboꝝ accedente consensu libero perpetuam vel tẽporalem deo vouent continẽtiam, statu pristino nõ mutato. xxxiij. quæst. v. ca. Q đ deo. Sũt verba Aug. ad Editiã cum inquit. Q đ deo pari cõsensu voueratis, perseuerãter vsq; in finem reddere debuistis. A quo ppposito si ille lapsus est, tu saltem instantissime perseuera. Ad quod te nõ exhortarer, nisi quia ipse tibi ad hoc cõsensit. primę Corinth. vij. nisi ad tempus vt vacetis orationi. ¶ Sexta conclusio. Si alter coniugum post matrimonij cõsummationem adulteratur, seu in fornicationem carnalem, vel spiritualem labitur, potest innocens si vult maxime post latam diuortij sententiam, alio nolente perpetuam continẽtiam vouere, vel in regulari professione vel sacrorum ordinum susceptione, vel in seculo manendo: & sic a thoro: sed non a coniugali vinculo liberari. De carnali Matth. xix. & cap. Constitutus. de cõuer. coniu. & cap. Ex literis. de diuor. De spirituali. xxviij. q. j. Non solũ. Nõ solum mœchatio est illius qui carnẽ suam coinquinat: sed etiam qui si mulacrũ facit mœchat. Q; si in his factis perseuerat & pœnitentiam nõ agit: recede ab illa: & noli viuere cum ea. Si autem, & tu particeps illius peccati eris. Hęc August. de adul. coniug. & cap. Mulier. de conuersi. coniu. Verum inspiciendo textum & glos. non est idem per omnia de fornicatione carnali & spirituali. Si enim alter coniugum fornicatus est carnaliter: potest innocẽs sibi nunq; recõciliare reum, nec ad eum reuerti: nec cõpellitur ad religionem: nec vt redeat ad eandem, nisi forte delicto delictum veniret compensandum. Si autem fornicatur spiritualiter per lapsum in hæresim: & iã factum est diuortium ecclesiæ iudicio, potest innocens religionem intra-



re. cap. Mulier. de conuer. coniu. Sed si ab hæresi reuertitur: potest innocens compelli re integra: vt redeat ad eundem: vel vt ingrediatur religionem Quã si ingressus est nõ debet euocari coniuge iã emendato, licet sententia separationis non precesserit: secundum Panor. cap. prefato. Est & alia differentia: quia propter vnicam carnalem fornicationem licet vxorem dimittere: sed non propter vnicam spiritualem nisi pseueret in hęresi. xxviij. q. j. Non solum. Ratio diuersitatis secũdum glos. est: quia cũ commiscetur et post reditum a fornicatione spirituali non incurrit bigamiã: sicut post carnalem fornicationem. Dictum est q; liberatur a thoro nõ a vinculo. xxxij. q. vij. c. Licite. & alijs sequeñ. Et ratio est: quia sicut significatũ huiusmodi cõmixtionis cõiugalis est inseparabile: puta verbi cum natura humana coniunctio: ita & signum significans, puta matrimonium consummatum. Q đ eñ verbum semel assumpsit nunq; dimisit. ¶ Septima conclusio. Neuter coniugum E potest quippiã sine alterius consensu libero vouere qđ est eidem præiudiciale in eo quo est et debitor, aut par, aut equalis lege coniugali. Patet ex notabili tertio. Nec datur ratio diuersitatis de vno plus q̃ de alio in his in quib9 sunt pares. ca. Gaudemus. de diuor. Sed quia mulier est subiecta viro tanq; capiti, & eius regimini subdita, Palu. facit differẽtiã inter votũ viri & mulieris, dicẽs mulierem quia subest viro, nullum votum personale posse facere sine consensu viri quin ipse possit irritare. Virum aũt quia caput est mulieris, posse vouere qcqd vult, ipsa insciа vel inuita p̃ter votum continentiæ in quo est æqualis & seruus, & præter votum abstinentiæ quo redderetur impotens ad reddendum debitum. Potest tamen accipere crucẽ. Hoc dictum videtur limitandum cũ coniugibus hinc & hinc non fit præiudicium in debiti redditione. j. Corinth. septimo. Hinc sicut mulier non potest nolente viro ire ad matutinum cum scandalo eiusdem: aut iacere in camisijs, super scãnũ &c. viro petente debitũ, aut cũ per hoc fit ei matrimonium odiosum: ita nec vir. Nemo eñ põt pximũ suo iure spoliare sibi debito lege diuina. De irritatiõe voti mulieris a viro. xxxiij. quæstio. v. cap. Noluit. & cap. Manifestum. Attamen in tali irritatione discretione opus est. Non enim absolute videtur necessarium q; mulier votum factura habeat mariti consensum, nisi quatinus sit ei præiudicium. Quilibet coniugum potest vouere in suiipsius præiudicium: sed non alterius quo ad debiti redditionem, secundum Panormi. cap. Charissimus. de conuersi. coniu. Allegat cap. Placet. & ca. Quidam. eodem titulo. Ex hoc inferunt multi doctores, Bonauen. Palu. Petrus de Tarañ. Richard. Tho. Argeñ. Panormi.

q; quilibet coniugum potest vouere non velle petere debitum. Q đ videtur intelligẽdum: si p hoc non fit alteri coniugum onerosum: nec vllum generatur ei scandalum, cum nunq; ab eo petitur debitum. Q; si quis sic iurauit nõ velle petere debitum, licet periculo se exposuit, tenetur tamen votum seruare cum potest sine prejudicio coniugis cui per suum ꝓfectum præiudicare non potest. Et si vouẽti ex hoc venit periculum, ex propria culpa est. Hinc videtur opinio beati Tho. probabilior: quæ dicit coniugem hoc non posse facere. Idem tenet Palu. quæst. ij. arti. ij. Ad hoc Augu. in epistola ad Armentariũ Ripariũm & eius coniugem iuxta finem, cum inquit. Vna sola causa esse potest quare id qđ vouisti non solum nõ horaremur, verumetiam prohiberemus implere. si forte tua cõiunx hoc tecum suscipere animi seu carnis infirmitate recusaret. Nam & vouenda talia non sunt a coniugatis: nisi ex voluntate & cõsensu cõmuni. Et si perperam factum fuerit, magis corrigenda est temeritas q̃ persoluenda promissio. Et iudicium in moralib9 formatur de frequenter accidentibus. ¶ Quid si vterq; coniugũ F manens in seculo statu non mutato vouet continentiam simpliciter & absolute, & sese deobligãt accedente ad hoc eorũdem mutuo consensu a debito coniugali? An ne tale votum sic indistincte emissum sit mutuo labiliter obseruãdũ? Q; sic, videtur auctoritate Augu. ad Editiã vt supra. Q; uis enim vouere sit libertatis & supererogatiõis: tamẽ post factum est necessitatis. Ponatur: alter ducitur pœnitẽtia: & instanter petit debitum allegans grauem infirmitatem carnis: & nisi reddat velit commiscere alteri: est quoq; verisimiliter id futurum. Insuper allegat suam fatuitatem: quia perperam egit, vt innuit Aug. ad Ripariuum. Sic enim secundum eum corrigenda est temeritas, & non soluenda promissio. Videtur respondendũ: Si coniuges non mutato statu perpetuam deo vouent continentiam accedente ad hoc eorundẽ consensu mutuo & libero, non potest posthac alter ab altero coniugale debitum petere citra peccatum mortale: sed nec alter alteri reddere auctoritate propria, nõ obtenta huiusmodi voti relaxatione & dispensatione. Sunt enim deo reddenda vota: imputet sibi q; sese volens spoliauit vsu sui iuris. Ad auctoritatem Augu. dicendum. Id perperam fit qđ fraudulenter sine alterius consensu fit. Et hoc non licet coniugi. Hinc quo ad primum dicit Palu. post Innoc. q; filij sic geniti post generalem coniugum continentiam etiam de consensu mutuo, non sunt legitimi: quia non est ibi matrimonium quo ad exercitium carnis. cap. Charissimi. de conuer. coniuga. Obtineant ergo voti relaxationem si continere nolunt aut

Universidad de Deusto
Biblioteca



non possunt: vt sic possint sine peccato qđ alias non nisi cum voti transgressione fit. Insuper ait. Videtur q̄ in illo casu in quo non licet de licentia manentis in seculo intrare religionem, vel factis inuitari (Quãdo. s. manens in seculo non vult perpetuam continẽtiam vouere: vel si est iuuenis, & vult in seculo vouere, non tamen vult in religione profiteri, cum est suspectę vitæ) in eisdem etiã casib⁹ vtroq; in seculo remanẽte non licet vni de alterius consensu continentiã vouere, nisi vterq; eorum voueat, & nisi vterq; stet sine periculo cũ alio, vt frater cum sorore, vt quia senes, vel quia tam experti diu posse sic manere. Ad hoc ponit Panor. regulã. cap. Cum sis. de conuer. coniu. Alter coniugũ non potest religionẽ intrare, alio in seculo manente. Excepto: si remanens in seculo est senex non suspectus, & continentię voto ppetuo deo deuotus. Ergo e regione & secũdũ omnes si manens in seculo est in periculo incontinentię: & ita suspectę vitę: dato q̄ velit ibi vouere, & annuere vt alter in religione profiteatur, non licet alteri monasterium ingredi, nisi & ille conuertatur. cap. Cũ sis. & cap. Vxoratus. de conuer. coniu. sed potest & debet de monasterio reuocari. Ex cõsequẽti si vterq; manet in seculo, cum sic vtrisq; immineat periculum de sua cohabitatiõe, immo maius q̄ si essent elongati a se inuicẽ, non licet vni vouere continentiã indistincte etiã alio consentiente. Factum tamen coram deo tenet: licet ecclesia cuius auctoritas non accessit, id non approbet. & secundum hoc limitanda sunt prædicta. Habet cõclusio hęc exceptionem in voto peregrinationis in subsidium terrę sanctę: qđ licet mulier nõ possit facere sine consensu viri, eo q̄ vir in hoc est caput mulieris: attamen vir potest emittere signum crucis sine consensu vxoris. ca. Ex multa. de vo. & vo. re. Notanter dicitur dum fit in subsidiũ terrę sanctę. Secus si solum ex deuotione ad sepulcrum domini aut terram sanctam fieret. Nam tale non dicit votũ crucis, nec fit in tali voto prętudicium vxori pro perpetuo: sicut in voto religionis: sed solum ad tempus aliquod. Præterea põt sequi virum si vult: & cũ eo vouere: maxime si est apta ad ducendum bellatores, & industrię plena, & cum sibi nõ imminet castitatis periculum. Alias secundum Sanct. Tho. iiij. Q. dlibet. q. xj. mulier non debet vouere, propter castitatis periculũ qđ ei plus viro imminet. Nec debet mulier in fauorẽ tãti negotij cõtradicere, sed consentire & patientiam ad tempus habere. Hoc enim cogitur facere cum maritus habet pugnare p̄ domino feudi. ergo multo magis cum pugnandũ est pro domino cæli. Ex illo claret ratio diuersitatis, cur vir sine consensu vxoris potest votum crucis emittere & non religionis: quia votum religionis simpliciter & pro perpetuo: votum vero crucis solũ ad tempus impedit debiti redditionem: aut non impedit si mulier vult sequi virum. Sic etiam seruitium temporale domino exhibendum pro tẽpore impedit: quia ad hoc prius tenebatur domino, & cum onere illo contraxit mulier cum seruo. Cum autem vir profitetur in religione, qđ est cõsilij, iam imponit sibi nouum onus ad quod pri⁹ non tenebatur: ideo hoc non licet sine consensu vxoris. Et licet votum transmarinum possit cõmutari in votum religionis, non tamen vniuersaliter: sed solum in eo qui est sui iuris, & qui non est ligatus vinculo alio qđ obstet religioni, sicuti est vinculum coniugale. Itaq; sicut quilibet coniugum vult corpus suum esse saluum, & id quod suo tenetur corpori, cum trãsfert potestatem corporis in alium, & similiter obedientiam & seruitutem domini feudi: ita deus licentiando ad talem corporum translationem, ius suum esse saluum voluit. ¶ Octaua conclusio. Si aliquis coniugũ alio ignorante: seu sciente & reclamante: vel solum dissimulãte: aut ex metu præcise cadente in constantem virum, & non alias consentiẽte, profitetur in religione: potest ad alterius requisitionem auctoritate iudicis reuocari: & ad reddendũ debitum compelli, non obstante solenni professione: tametsi non liceat ei de cætero propter votum emissum debitum petere. Procedit conclusio de matrimonio cõsummato, & cessante crimine adulterij: vt supra, de cõuer. coniu. cap. Placet. cap. Quidam. cap, Consuluit. Si tamen sic professus non reuocatur viuente coniuge de monasterio, non potest post eius mortem exire religionem. ca. Consuluit. Cessat enim causa reuocationis eiusdem: puta incontinentia & debitum coniugis. Sic si consensit inuita: aut per dolum. cap. Veniens. ca. Accedens. vbi supra. &. xxxiij. q. v. ca. Notificasti. Attamẽ sic reuocat⁹ ad seculũ ad petitionẽ alterius, nõ tenetur cõiuge defuncta ad religionem reuerti: sed continenter debet viuere. cap. Placet. de conuer. coniu. & Panor. ibidem. Alia patent ex dictis. Dictum est in conclusione. Profitetur in religione. Nam re integra reuocari posset a coniuge, dato etiam q̄ ad hoc consensisset, sicut & mandatum re integra reuocari potest. ¶ Nona conclusio. Si coniunx coniugem matrimonio iam consummato vult ad irreuocabilem religionis ingressum licentiare, necesse est primo interuenire auctoritatem diœcesani. Secundo, licentiantis consensum liberum & expressum. Tertio, q̄ licentians velit continentiam vouere. Quarto, q̄ licentians si est iuuenis & vitæ suspectæ de incõtinẽtia, velit religionẽ intrare cũ effectu. Si vero nõ est timor de icõtinẽtia, sufficit in seculo cæteris paribꝰ cõtinẽtiã vouere. Est cõis



sentẽtia doctorũ: Q̄ requirit licẽtia episcopi, honestatis est & congruentię. ar. c. j. de conuer. coniu. & xxvij. q. ij. ca. Si vir & vxor. Nõ enim requiritur de substantia pfessionis cõiugis scđm Panor. ca. Vxoratus. eo. ti. vt supra, sed vel de honestate, vel de iustitia, ecclesia sic statuente. De consensu licentiãtis & mutuo, patuit. Nullus em̃ coniugũ potest quippiã vouere in prędicium debiti coniugalis alio reluctante & non consentiẽte. xxxiij. q. v. ca. Vna sola. cap. Manifestũ. Et talis consensus mutuus sic requirit̃ (licet non ad substantiam pfessionis) q̄ coniugatus intrãs monasteriũ, ignorante & contradicente coniuge, nõ habet liberam facultatem exeundi: q̄is possit a coniuge euocari, & officio iudicis ad exeundũ compelli, cum a coniuge requiritur. Tertiũ, & quartũ, q̄ licentians cõsimiliter se deo deuoueat per continentiã. ca. Cũ sis. petit ¶ Corollariũ. Secundũ Sco. & Richar. mulier licentiãs maritum vt monachari possit auctoritate propria: qa nõ seruauit formã iuris, nõ renunciauit sufficienter & perfecte, quantũ ad forũ ecclesię, suo iuri: quę determinauit certam formã, & modũ debitũ renunciationis in cap. Cũ sis. & cap. Ad apostolicã. de conuer. coniu. Decernit vero ius talẽ modũ determinatũ licentiandi, & reuocãdi professum in casu: qa nisi hoc fieret, multa imminere possent pericula coniugi manenti in seculo. ¶ Si dicitur: quilibet potest suo renuncia re iuri: Respondet. Verũ est dũmodo hoc fiat mõ debito, put eccl'ia determinauit debere fieri. Alio quin non tenet renunciatio simpliciter & irreuocabiliter: sed potest licentians licentiatũ reuocare auctoritate superioris. Potest em̃ ecclesiæ prohibitio facere pfessionẽ esse nullã: non autẽ sacrum ordinem secundũ Palu. q. iij. ar. iij. Et licet sic reuocatus & tam professus cogatur stare cũ vxore & debitum reddere: non tamen potest sine peccato debitum petere. Renunciauit em̃ iuri suo quantũ in se est. Nec etiã peccauit vir sic profitendo: quia credidit se absolutum ab vxore. Et si fuit ignar⁹ iuris, imputet sibi. Cum vero constat ei ex indicio ecclesiæ q̄ nõ fuit prout de iure fieri debet ab vxore legitime licentiatus: tenetur ex lege diuina, si exigitur debitum reddere. Vxor vero licentians quia iuri suo sponte cessit: & virum licẽtiauit quãtum in se fuit: peccat repetendo virum, & ex consequenti debitum exigendo: sed vir nõ peccat de bitum exactus reddẽdo. Verum de muliere tenẽt multi. Si mulier licentians fuit iuris non ignara: vtputa sciuit q̄ licentiando virum debuit castitatem vouere, vel manendo in seculo si senio confecta, vel religionem intrando si iuuẽcula, & nihilominus nõ vouit, non debet maritus ei restitui: q a dãdo licentiã & hoc sctẽdo tacite videtur vouisse secundũ Panor. & alios. Secus si fuit iuris ignara. Nec obstat cap. Veniens. vbi maritus non fuit redditus vxori: quia fornicata fuit post ei⁹ ingressum: licet fuerit ingressus muliere decepta, & dolo inducta. Nec cogitur ipsa monachari: quia licẽtia fuit dolo obtenta & extorta. Alij dicunt sufficere consensum liberum alterius ad religionis ingressum. Et q̄ sic consentiẽs non põt professum reuocare: quia sic consentiendo censetur & ipse tacite professi vel vouere: & vt Godofre. refert in Sum. de conuer. coniu. votum suum solẽnizare solennizãte marito: quia vir & vxor cõmunicant sibi actiones suas. Q̄d intelligitur secũdũ multos dũmodo secundũ prædicta licentians non est iuris ignarus: sed nouit hũc esse effectum suę pmissionis. tunc enim post mortem alterius contrahere non potest: nec cõtractus tenet. Cæterum si est homo simplex iuris ignarus nesciẽs talem esse effectum suæ permissionis, & secundũ mentis suæ præparationem sic licentiando alium non intenderet se ad perpetuam continentiam obligare: q̄uis votum simplex qđ intelligitur emisisse pmittendo maritum intrare, perpetuo debeat obseruare: & sic etiam post viri obitum cõtinere: si tamẽ cõtraxit matrimoniũ tenet. ar. ad præmissa. cap. Veniens. eo. tit. Ita refert Gofre. de conuer. cõiu. iuxta finem. ¶ Consequenter videndum de debiti redditione. ¶ Cõclusio decima. Sicut matrimonium duplici fine est a deo institutũ, propter bonum prolis. s. & in remedium cõmune fornicationis, ad sensum datũ dist. xxvj. Ita redditio debiti duplici fine potest laudabiliter fieri, veluti actus iustitię. Prima pars patet ex dist. xxvj. Secunda patet. Est enim finis principalis matrimonij ꝓles, & secũdarius fornicationis remediũ. ex distinct. xxxj. Reddere deniq; alteri qđ suum est, & nõ negare inuito domino ad finẽ ad quem suum est, actus est iustitię commutatiuę: nisi contra habeatur legitima exceptio. ¶ Vndecima cõclusio. Cõiugi petenti debitum vere vel interpretatiue loco & tẽpore congruis habenti tunc ius petendi, reddendũ est coniugale debitum, dum id fieri potest citra maioris vinculi prohibitionem: aut corporis proprij vel vxoris aut fœtus concepti certam seu probabilem ac notabilem periclitationem. Dicitur loco & tempore congruis &c. Non enim exigendum est debitum in omni loco coram q̄busc̄unq; in foro & in choro: sed neq; reddẽdum. Et q̄is coniunx tenetur in omni loco q̄ reddat debitum: tñ non tenetur in omni loco reddere. Sicut omni tempore tenetur homo q̄ diligat deum sed nõ tenet̃ q̄ omni tẽpore diligat: secũdum q̄ ly tenet̃ determinat vel ly diligat, vel tẽpore. Præterea i loco sacro saltẽ regulariter abstinẽdũ est a debiti redditione, & exactione ꝓpter loci reuerẽtiã, & ne seminis emissione polluatur. Non enim sta-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tim imminet homini periculum fornicationis, si tempore breui abstinet constitutus in loco sacro: quia statim potest accedere locū non sacrū. Si tamen coniugati essent violenter recluſi in loco sacro: nec statim pateret liberatio & exitus: nō videtur esse peccatum conuenire cōiugaliter ibidem. Nam secundū Richar. & Scot. non est ponēdus laqueus animab⁹ propter loci immunditiā. Nec propter seminis emissionē occultā prophanatur locus sacer. Quia idē est apud ecclesiā nō appare re & non esse. Iudicat enī de patētibus. Nec videtur tunc stare ecclesiæ prohibitio de non cōmiscē do ibi, cū imminet periculū animę, nisi reddat debitum. ¶ Si adducitur dictum beati Hieronymi Quicunq; vxori debitum reddit, vacare non potest orationi: nec carnes agni edere: Dicendū q; intelligitur secūdum cōmunē expositionē doct. de ministris ecclesię: sicut in ecclesia gręcorū sacerdotes sunt vxorati: qui prohibentur a missarum celebratione, cum illa die fuerunt coniuncti vxoribus suis. & non in genere de coniugibus alias nō indispositis. Sunt enim in hoc sue conscientię relinquendi. Cū dicit: Nō potest carnes agni comedere: Verum est. non potest propter carnalitatem qua abstrahitur ab affectione spūalium: ita reuerēter & deuote &c. saltē vt cōiter. Cui cōsonat glos. j. Corinth. vij. Vt vacetis orationi. in qua dicitur. A licitis abstinendū est nōnunq̄, vt facilius ad effectum deducatur oratio. Si oratio non excusat nisi ad tempus. j. Corinth. vij. ergo nec locus & tēpus. scām Gers. in floribus. Sic ly licet in multis dictis doct. & sanctorū nō est nota prohibitionis pręceptiue: sed consultiue vel dissuasiue: vt dicit illicitum qđ est cōtra cōsilium & exhortationē & non qđ est contra p̄ceptum vel prohibitionem seu qđ aliquo modo indisponit hominē ad facilius impetrandum vel deuotius exequendū qđ facere deberet. Sic & in leg. ve. Exo. xix. ait lex. Ne appropinquetis vxoribus vestris. Nō q; ille act⁹ sit mortalis tunc: sed quia omnia in figura cōtingebant illis. Voluit dns per hoc ostendere quantū requiratur in nobis munditia mentis & corporis. Ad hoc. j. Thes. iiij. Nō i passiōe desiderij &c. Nō vocauit nos deus in immunditiā: sed in sanctificationē. Præterea multa ad carnis munditiā pertinentia tunc erant p̄cepti, quæ modo non sunt p̄cepti in noua lege, quę est lex spūs. Si adducit ex dialogo Greg. de muliere arrepta a dæmone, quę post coitum coniugalē ecclesiam intrauit: Dicendum q; mulier nō fuit punita quia debitum reddidit: sed forte modis alijs indebite se habuit. Pręterea illa hominis vexatio a dęmone: pœna ē corporis potens stare cum gratia: & datur quandoq; homo vexandus Sathanę corporaliter ab eodē: non propter mortale præcise: sed etiam propter eius meritum & humiliationem & patiētiam. Secundum Palu. propter veniale propheta occisus fuit a leone. Non enim accepit potestatem in animam: sed in corpus solum. Hinc idem doct. ait Reddere cum cordis displicentia tempore quātū cunq; sacro nullum est peccatū: quia debitum est & necessarium: dummodo alias verbis auerti nō vult. Quæ auersio nō debet fieri cum multa instātia propter pericula imminētia. ¶ Si dicit, faciēs & consentiens pari pœna puniuntur. Rom. j. sed reddens consentit & cooperatur petenti: ergo peccat. Respondetur negando minorem. Non enim consentit reddens cum cordis amaritudine, quantum in se est: sed reddit alteri suum. j. Corint. vij. Præterea exactus rite ad reddendum carere nolēti magis patitur q̄ cōsentiat. Et si dicitur: actio illa & passio sunt inseparabilia: sed quandocūq; aliqua sunt inseparabilia non potest quis consentire in vnū, & non in reliquum: Dicēdum q; aliqua sunt inseparabilia secundum rem: aliqua secūdū rationem & voluntatem. De inseparabilibus secundum rem verum est. Secus de inseparabilib⁹ secundum voluntatem & rationem: quia crucifixio actiua Iudęorum deo patri displicuit: non sic passiua Christi: q̄ fuit meritoria & patri acceptissima: licet ex parte rei fuerint inseparabiles illa actio & passio. Sic mulier exacta potest consentire in illam passionem & seruitutem ad quā sustinendam tenetur lege coniugali. Negāda est ergo minor, accipiendo inseparabilia secundo modo. ¶ Ad tempus potest reduci cum mulier est prægnans, & forte partui vicina. Item cum fluit mēstruis siue ante siue post partum nondū expleto tempore purgatiōis. Vbi in primo potest fœtus extingui & abortus generari. Et quo ad secundū sequitur cōmuniter infectio plis vt dicitur. ¶ Si quæritur an his casibus liceat petere & reddere debitum: Ad primum dicendum post Richard. & Palu. & Scot. Si vir potest suę vxori copulari sine probabili abortus aut fœtus periculo post cōceptum: aut tempore vicino partui: potest in fornicationis remedium debitum vel exigere aut exactus reddere: & tenetur mulier obedire cęteris paribus. Similiter dicēdum de muliere. Si vero vir aut mulier petit aut reddit debitum cum probabili fœtus concepti periculo, peccat. Agit enim singulus eorum cōtra charitatem, & cōmittit non nunq̄ homicidium, ex consequenti incurrit irregularitatem etiam si ex insperato fœtus occidatur. Talis enim pœna non respicit dolum, sed defectum. Beatus Hieronymus nominat coniuges coeuntes post conceptum prolis, hominum interemptores magis q̄ generatores. Quod intelligendum est quando non curantes de fœtus periculo suam quærunt explere libidinem cum



pernicie vitę eiusdē. Nec ratio de brutis aliquibus non coeuntibus post impręgnationē satisfacit, nec cogit, quia matrimoniū etiā est in fornicationis remedium. ¶ Ad secundum de tempore menstruorū ante vel post partū, Notant hic docto. duplicem esse fluxum menstruorū. Naturalem, qui fit tēporibus determinatis in mense. Vnde & menstruata dicitur mulier. Mene enim gręce luna dicitur. Innaturalem, qui fit continue, & inordinate ex aliqua infirmitate. Est communis opinio: q; non interdicitur petitio vel redditio tempore menstruorū innaturaliū & perpetuorū in leg. noua: tum quia esset viro piculosum & similiter mulieri tanto tempore continere, tū quia tunc periculum prolis aut infectio eiusdem nō imminet: cū (vt dicitur) mulier in tali fluxu innaturali concipere non potest. Non ergo est peccatum tunc petere vel exigere, cum fit pręcise amore virtutis in remedium fornicationis vitandę in se vel coniuge. Si autem fluxus est naturalis, ex quo tunc potest concipere mulier, & proles tunc ſępe nascitur infirma, debilis, monstruosa, aut leprosa &c. secundū Augusti. super Leui. xvij. Et Hieronymū super Esaiā. ca. lxiiij. Ideo si mulier exacta reddit cum fine scandalo viri euadere aut sese precibus a viro liberare non potest, non peccat, secundū San. Bonauē. Tho. Tarañ. Palu. Tho. Argen. Si vero petit, peccat. Verū quali peccato, doct. non idem sentiunt. Videtur multis q; petens peccet mortaliter, pręsertim si scita illa infirmitate petit. Ad quod Ezech. xviij. vbi dicitur. Si ad menstruatā accesserit, morte moriet. Vbi ponitur inter moralia: ne dicatur esse cerimoniale. Item Leui. xx. Qui coierit cum muliere in fluxu mēstruo, interficiētur ambo de medio populi sui. Exponit Lyra, cū de hoc fuerint conuicti in iudicio. Secus si occultū. Occisio vero corporalis in lege vete. mortem animę significat, & transgressionem prohibitiuam sub pœna peccati mortalis. Cum ergo secundum legē occidebantur mas & fœmina tempore mēstruorū coeuntes, signū est prohibitionis sub pœna peccati mortalis. Et secundum Tho. q. j. arti. ij. licet vt respicit immunditiā, erat cerimoniale ve. le. & prohibitum, tamē vt respicit nocumentū prolis quod ex hmōi cōmixtione frequenter sequebat erat prohibita illa cōmixtio tempore mēstruorū tanq̄ morale. hinc obligat & in noua lege ex decalogo. San. Bona. dicit esse mortale quo ad petentem scienter. Augu. super Leui. q. lxiiij. Cum hoc superius sufficienter prohibuisset ne putatur figurate accipiēdū, hic repetit, vbi talia phibētur quæ remota obseruatione vmbrarum ve. te. etiam in no. test. custodiēda sunt. In Ezech. quo q; capit. xviij. inter illa peccata q̄ nō figurate: sed manifeste sunt iniquitatis, accedere ad mēstruatā interdicitur: & iustitię meritum esse si nō accedat. Qua in re non natura damnatur, sed concipiendę prolis noxium prohibetur. Ezech. xviij. ait glos. & est Hierony. q; id interdictum de non coeundo cum menstruata intelligitur de vxoribus proprijs & alienis. Contra extortam aliquorum expositionem: qui volunt illam prohibitionem intelligi de non sua. Sic enim frustra lex illam faceret constitutionem, cum alibi vetat fornicationem & mœchiam. Hinc subiungit Hierony. Caueat ergo vxor ne id celet desiderio coeundi, & vir ne ei faciat vim, putans omni tempore subiectam voluptati cōiugij, sed sciat vas suū possidere in sanctificatiōe & honore. Est ergo illa p̄hibitio inter coniugatos ne proles defectiua & monstruosa inde generetur. Tunc enim cōcipiūtur membris damnati, claudi, cęci, leprosi, & huiusmodi secundum eundem super Esa. lxiiij. vt quia parentes non erubuerunt miscere in cōclaui, eorum peccata pateant cūctis, & aperte redarguantur in paruulis. Concludunt: Petere debitū tempore mēstruorū esse p̄n̄m. Immo secundū aliquos & reddere. Aiūt enim: sicut tenetur quis non reddere cū periculo infirmitatis proprij corporis, ita & cum periculo corporis alieni, puta p lis. ¶ Dicēdum. Non est absolute verum q; exigere scienter a mēstruata debitum, sit mortale cęteris paribus: Nec q; sit mortale de se: Nec q; sit mortale pręcise ex eo: quia timor est q; inde nascatur proles defectuosa & monstruosa. Primū videtur clarum: quia non est sufficiēter & lucide lege prohibitū, vt ostendet in responsione ad auctoritates leg. vet. Licet enim coire cum mēstruata fluxu in naturali siue perpetuo, secundum omnes docto. petēdo & reddendo debitum in fornicationis remedium cum non expectatur proles. ¶ Secundū tenet Gerson in floribus. cū dat modū, quādo pręgnātibus, furiosis, epidimicis, menstruatis, leprosis &c. debitum sit reddēdum vel non: cum scilicet subest certū & notabile periculum corporis vel fœtus nasciturī. Sed omnino incertū est hic si proles tunc concipiatur, aut si concipiatur monstrum. Nec est maior certitudo & probabilior vel saltem ęque probabilis de infectione prolis tempore menstruorum, q̄ tempore leprę cum cōiunx est leprosus vel leprosa. Et secundum Durañ. q. j. lepra nō impedit redditionem, quia timetur proles nascitura cum lepra, quia illud nō semper euenit. Et si euenit, melius est proli sic esse q̄ omnino non esse: sed impedit cum coniugi imminet periculum leprę: qa alter infectus est vlcma specie leprę. Tunc autē petere non est mortale, ergo nec in proposito p̄pter timorem infectionis prolis. Tenet cōsequē-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tia per locum a minori. capi. j. & ij. de cõiu. lepro. Si ergo exponere se periculo generandi prolẽ leprosam esset de se mortale, nunq̃ posset cum leproso cõmixtio recte fieri: & vbicũq; esset id periculum, esset idem peccatũ. Nec hoc est se exponere periculo peccati mortalis: quia incertum est & dubium omnino si ex illo coitu mulier tũc cõcipiat: si proles ex hoc inficiatur lepra an non. Immo vt quidam imitentes experientię dicunt raro proles concipitur, raro inficitur, sed frequẽter generatur munda, licet non semper. Et plus periculi est de infectione prolis cũ leprosi coeũt, q̃ hic. Item lepra cum sit perpetua & letalis infirmitas: videtur maius malum esse corpori, q̃ generari cęcum vel claudum, aut statura paruũ &c. Et si lepra non facit coitum esse mortalem inter leprosos, ergo nec talismodi mala icerte futura. Non ergo videtur esse de se peccatũ mortale petere a menstruata naturaliter debitum, maxime cum in coitu non intendatur malum prolis. Nec oportet hic ita probabiliter & vehementer timere illam infectionem sicut oppositum: & si scret petens notabile malum proli futurum esse nollet tunc petere, sed expectare. Dicunt iuristæ: licet facere in suo quod nocet in alieno. Dum tamen hoc non intendatur. Et sufficit sicui vel in paucis amici laboribus consulatur. Multum vero prẽstat alteri: quia licet infectam prẽstat essendi naturam. Ita sentit Palu. etiam distin. prẽcedẽte. quẽstio. iij. qui dicit dictum in Leuit. intelligẽdum de coitu fornicario non coniugali. Prẽterea. si illa cõmixtio coniugalis esset de se mortalis tempore menstruorũ, non liceret vnq̃ debitũ reddere menstruatę: quia illa petitio non esset debiti sed indebiti. sicut cum quis petitur ad coitum extra vas, non est exactio debiti, sed indebiti, & ideo nõ soluẽdi. ¶ Videtur ergo probabiliter dicendum. Tempore mẽstruorũ naturalium & nõ perpetuorum, non licet viro exigere scienter debitum a muliere menstruata, tunc concipere potente, quãtum est de se, cũ vir scit aut credit ęque vel magis probabiliter periculum prolis protũc ex hoc futurũ q̃ oppositũ. Nisi ꝓbabiliter & bona fide timeat sibi ipsi aut mulieri de fornicationis malo, si non gaudeat huiusmodi coniugali officio. Sed nec licet tunc vxori reddere, si hmõi nouit periculum futurũ, dũmodo maritum potest precibus aut monitis dulcibus contentũ facere. Nec expedit q̃ suam passionem specificet eidem, ne se reddat abominabilẽ & odiosam, nisi recte prẽsumat de viri prudentia & clementia, sed dicat se infirmã, & petat q̃ protũc abstineat. Q̃ si eum auertere non potest sine timore mali futuri, reddere potest cũ cordis amaritudine. Ita videtur velle Palu. Hugo. xv. Leuitici. Bonauẽ. & Angelus in Sum. ver. Debitũ. saltem ex parte. Siquidẽ periculum prolis notabile saltẽ & ꝓbabile aut certum, est causa non reddendi & non exigendi. Vbi ergo non subest tale periculum ꝓlis ex illo coitu, vtputa mulier illa tunc non consueuit concipere, aut non nisi prolem mundam & sanam: & magis prẽsumitur q̃ non cõcipiet, aut non nisi mundam prolem q̃ oppositum bona fide, est senex, sterilis, aut alias ad cõcipiendũ inepta, non est mortale peccatum tempore menstruorũ naturaliũ petere vel exigere cęteris paribus. Hæc enim est causa prohibitionis. secundũ Aug. q. lxiiij. super Leui. Et ideo notanter dictũ fuit, tempore menstruorũ naturalium. Item Muliere tunc alias sana & concipere potẽte. Dicitur scienter: quia vir potest duci ignorantia inuincibili, & coitus ille non est directe & simpliciter cõtrarius bono prolis. Prẽterea. magis tenetur homo curare salutem propriam certam, q̃ alteri⁹ incertam. Curat autem quis salutem propriã & certam debitum petendo, & certe curat in casu. Nescit vero si sua abstinentia qua committit se periculo animę non petendo debitum, curate possit alterius qui nõdum est, salutem. Et quę cõparatio certi ad incertum? Et hois viuẽtis ad prolem forte concipiendam, aut verisimiliter non concipiendam? Nec intẽditur hic principaliter delectatio: sed secundũ prędicta bonum virtutis & iustitię. Hinc vt videtur, ita dicendum est in proposito, sicut de leprosorum cõmixtione potentium concipere & generare. Et licet San. Bonauen. dicat vsum corporis tempore menstruorum naturalium esse ꝓhibitum per mandatum diuinũ, nõ sic de lepra. Cum reuerentia hoc dictum vetũ est si limitatur secundum prædicta & dicenda. Pro cuius confirmatione ait Palu. Credens q̃ probabiliter conceptura sit monstrum, nõ peccat mortaliter sicut in leprosa: in qua est maius periculũ q̃ in mẽstruata naturaliter. Nec videtur illa ratio diuersitatis esse alicuius momenti de lepra: quia est morbus continuus & perpetuus, menstruum vero momentaneus. Nam illa non est ratio cur coitus menstrualis sit prohibitus etiam secundũ eos: sed prẽceptum diuinũ: & prolis periculũ. Et causa quę prohibet ad tempus accedere mẽstruatam quãdo est temporalis, prohibet in perpetuũ cum est perpetua. Prẽcepta enim negatiua obligant semper & ad semp. Est itaq̃ illud prẽceptũ vete. le. iudiciale, per consequens non ligat. San. Thom. vult q̃ est morale respectu nocumẽti ꝓlis: & ita ligat in le. noua. Quod satis placet stante modificatione prędicta. Et id videtur voluisse Aug. vt supra in quęstionib⁹ Leui. q. lxiij. cũ dicit. Qua in re non natura damnatur, sed cõcipiendę prolis noxiũ prohibetur. Ex quo innuit



q̃ solum concipiendę prolis noxium ꝓhibeẽ, & non coitus ille in se. Potest ergo dici ad legẽ & glos. Leui. xv. q̃ Moyses loq̃ de accedẽte ignoranter ad menstruatam, & talis potest a toto excusari & a tãto ignorantia inuincibili: cum prędicise accedit ex ignorantia. Est enim ignorantia facti. In cap. xx. loquitur de accedente scięter secundum Hugo. Leui. xv. Cum subiũgitur, occisionem corporis esse signum occisionis animę: conceditur figurate loquendo. Non enim excusantur a graui peccato temere & scienter prætęr requisitionem & sine fornicationis periculo probabiliter formidando sibi vel coniugi, coeuntes tempore menstruorũ naturalium cum sua sicut equus & mulus, cum mẽtis prępparatione idipm faciendi: dato q̃ etiam quantũcũq; malũ ex hoc proueniret proli aut vxori infirmę. Sic enim cognoscere menstruatam turpissimũ est, & quãdoq̃ causa mortis vxori infirmę quicquid sit de ꝓle. Hinc cum vxor accusauit violentiam mariti tempore menstruorũ, vt supra, lex inflixit mortem, propter importunitatem indomitã Iudęorum. Lex autem datur de frequenter accidentib⁹ Et nõnunq̃ ex causa minora peccata maiore plectuntur pœna. Sic & hodie a sanctis quędã verbo prędicti non prohibẽtur, propter periculum cõmuniter futurum, vt homines cohibeant̃ saluo iure cuiuslibet. Forte ex tã effreni luxuria Iudęorum innumeta mala imminebãt & vxori abominatę & proli, & ex consequente reipublicę: ergo lex tale malum pœna mortis plectere voluit. Nec sequitur, illud iudiciale aut cerimoniale in leg. ve. fuit seruandum ne incurreret quis mortale peccatum: ergo & in leg. no. ligat: quia illa nos non ligant. De menstruata post partũ & nondũ curata, dicendũ videtur. Non est decens & honestum q̃ vir statim petat ante purificationẽ ei⁹ debitũ. Nõ tñ oportet q̃ de necessitate abstineat si tentatione grauatur, & timet de periculo fornicationis. Vnde si non vult continere, nec auerti precibus & monitis, vt supra, & scito eius furore &c. timetur de periculo maiore, debet mulier reddere si potest. Potest autem cęteris paribus si ꝓpter hoc nõ imminet ei certitudine probabili notabile periculũ mortis vel grauis infirmitatis vel aggrauatiõis prioris infirmitatis &c. Nec obstãt multa dicta in Decretis. xxxij. q. iiij. & xxxiij. q. iiij. Et ca. Ad eius. dist. v. & similia: quia nõ sunt prẽceptiua, sed de honestate & decẽtia: & dantur de frequenter accidentibus &c. Licet deniq; hodie non prohibentur in templum ingredi, quia & hęmorroissa tetigit fimbriã Christi. de puri. post partum. ca. vnico. & dist. v. capi. Cũ enixa. sunt tamen consuetudines laudabiles seruandę: & cauendũ est ne viri ferales suas quãtocyus cõpelant ad onera solita vxores, & cum magno periculo prępropere cognoscant. Hinc prohibeẽ vir ne anteq̃ puer ablactetur, vel mater purificeẽ, ad eius concubitum accedat. Lex enim datur multitudini. ca. Ad eius. dist. v. Prohibetur inquit Palu. post Durañ. de honestate non de necessitate, nisi infirmitas aliud suadeat, vel simile qd. ¶ Dicitur in conclusione. Et cum protunc habet ius petendi. Si enim alter cõiugum alteratus est, vt supra dist. xxvij. q. ij. non habet ius petendi nisi interuenerit reconciliatio partium. Sic si petit statim post contractum de prẽsenti: cum licet alteri ante consummationẽ intrare religionem: cõcedit ius ad hoc spatium duorum mẽsium. Sic furioso cum tam est in furia nõ est reddendum: quia tunc nõ est sibi debitum, propter periculum personę: secus cũ habet lucidum interuallum. Idiotę aut stulto vel fatuo &c. habente sead discretionem ad modum pueri, reddendũ est: quia ibi nõ est periculum. Sic; cum petit ante benedictionẽ vel solennitates haberi solitas, secũdum morem patriæ: si nititur illa ꝓuenire prẽsertim sine causa. ¶ Sunt casus certi, secundũ Richar. dist. xxxv. quando adulter non potest coniugi debitum negare. ¶ Primus, si & ipse adulterat⁹ est. Tũc cõparia crimina cõpensant. ¶ Secundus, si vxor fuit oppressa & violẽtata nolẽs & inuita. ¶ Tertius, si credidit probabiliter maritum mortuum fore. ¶ Quartus, si aliam ꝓbabiliter credat esse suum maritũ quẽ admisit. ¶ Quintus, si marit⁹ tradidit & prostituit eam adulterandam prẽsertim inuitam & inuoluntariã. ¶ Sextus, si marit⁹ scito adulterio cognouit & tolerauit eam. ¶ Septim⁹, si matrimonio in infidelitate cõtracto vir dedit libellum repudij vxori, & ipsa nupsit alteri, si tunc mulier cõuertitur, tenetur eam vir resumere. cap. Gaudemus. de diuortio. ¶ Octauus secundum aliquos, si vir abstinendo cõtra vxoris voluntatẽ, dedit ei occasionẽ adulterãdi. Hęc Richar. Nec est hoc dare gladiũ furioso, vel cooperari alterius peccato, sed dãnãdas corruptiones & corruptelas prẽcauere. ¶ Dicitur reddendum pro posse. Est autem impotentia simpliciter dicta: & est impotentia secũdum quid: dum quis cõmode non põt reddere citra maioris vinculi prohibitionem, & citra notabile præiudiciũ incolumitatis corporis ꝓpij, vxoris, aut fœtus. Et propter statutum ecclesiæ impeditur quis ab exactione debiti, non autem a redditione, secundum Durañ. secundum Scotum, maiori vinculo tenetur quis vitare notabile & certum prẽiudicium ꝓpriæ incolumitatis, immo ex ordine charitatis, q̃ istud detrimentũ coniugis de non reddendo. Sic maiori vinculo tenetur cauere ne occidat fœtum in vtero prægnãtis, vel ne sit cau-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſa aborſus, q̄ ad reddendū debitū. Ergo vbi eſt probabile & certum periculum, ſecundū Gerſō in floribus, de extinctiōe fœtus, & aborſu faciēdo, tenetur non reddere. ¶ Sed videt cū reuerentia: q; licet tenear plus diligere corpus ꝓpriū q̄ ꝓximi, hoc eſt vitam meā, q̄ proximi, non tamen licet mihi plus diligere corpus proprium q̄ animā proximi: ergo cum proximo imminet periculum ſpirituale animę & certum ſi non reddidero, teneor reddere cęteris paribus: & ſaluo præcepto Non occidas te vel alium. Ergo cū ei imineat probabiliter periculum adulterij, teneor illi reddere ex lege coniugij, quatinus ſaluē animā illi⁹, tametſi periculū incolumitatis mihi ꝓbabiliter ex hoc immineat, quod tamē non licet intendere. Hinc Sco. Eſto timeretur periculum ex coniunctione ſani & leproſę: quia tamē ad pœnā illā in contractu ſe obligauit (vnde & ſacerdotes alii qui ante fores templi id exprimunt) ergo tenet ei reddere. Item ſecūdum Gerſon in de non eſu carnium Carth. licet homini facere multa, ſiue temporalia, ſiue ſpiritualia ſint, per quę & in quibus homo abbreuiat ſibi vitam ſuā, aut infirmitatem incurrit, q̄uis non licet directe intētionem ſuam ſuper hoc dirigere, quod eſt velle vitā ſuā abbreuiare, vel corp⁹ in ęgritudinem trahere: aut ſuper aliquo fine prohibito. Hoc em̄ turpe eſſet. Sic ait Hierony. Non refert ſi quis per immode ratam abſtinētiā ſe paulatim interficiat, aut ſubito. Niſi ſic dicatur, omnis homo deberet ſtudere medicinę: cum eius ignorātia & carentia ſæpe magnum affert prędudicium ſanitati hoīs. Deberet quilibet abſtinere ferueti ſtudio, & a ſpeculatione, & ſimilibus operibus: vnde veniunt ſępe numero magnę infirmitates capitis & viriū eneruatio. Sic de labore ruſticano, quo ceſſante periret reſpublica. Sic de exercitio militari, mercātię, nauigatione per maria. Hinc oportet neceſſario dicere q; modus in reb⁹ ſeruādus eſt, & ne quid nimis. Et q; mediū cōtinētię coniugalis accipiēdum eſt quo ad nos, & prout ſapiens iudicabit. Si enim ſancti licite petierunt, & acceſſerūt loca martyrij: & Chriſtus occurrit Iudæis eius mortē ſitiētibus: Si quoq; pro iuuamine charitatiuo ꝓximi ſanctus Paulinus Nolanę ciuitatis epiſcopus pro filio viduę dirā ſubijt ſeruitutem barbarorum amore Chriſti & proximi: Si venerabilis Sāctulus pro diacono morituro ſe prębuit mortis diſcrimini, prout hęc & ſimilia multa ſanctorum facta legimus: Si deniq; fas eſt pro aliorum delictis ſatiſfactionē in proprio corpore ſuſtinere: immo quia fas eſt, & pro delictis proprijs: & conſequenter vitam in hoc exercitio abbreuiare per ieiunium, carceres &c. Ergo in propoſito, vt videtur, ſi debiti redditio vergat in detrimētum ꝓprię incolumitatis: non tenetur quis magis diligere propriā incolumitatem q̄ illud detrimentum coniugis, ſed poteſt detrimentū ſui corporis ſuſtinere, immo (vt videtur) teneē ex lege charitatis, vt coniugē ſaluet in anima, & liberet a fornicatiōe, ſaluo prędicto diuino Nō occidas. Nec hoc ſic agendo occidit ſemetipſum: quia hoc nō intēdit: q̄uis ad opus charitatis & cōiugalis vinculi pro loco & tempore exhibitum, ſequitur vitę abbreuiatio. Alias non videt quomodo eccleſia ſtatuit q; leproſo eſt a ſano debitum reddendum. Hic vtiq; eſt ꝓbabile periculū infectionis, etſi forte nō certū ſimpliciter. Hinc ab Aug. nominat lepra, morb⁹, corruptio, & mors. Nec tex. de coniu. lepro. capit. ij. aliud excipiendum dixit niſi fornicationē. Palu. q. j. ar. j. dicit. Nō tenetur reddere: ſi ex hoc immineat ſibi periculum infirmitatis vel mortis. Sco. Detrimentū ꝓprię incolumitatis. Durā. concordat cum Sco. quando oportet timere de alterius corruptione: quod ſcire pertinet ad medicum, cui & ſtandum eſt ſecundum eum. Si mulier habet vltimam lepram leoninam, non tenetur ſecundū eum ſanus reddere, propter infectionem. ſecus cum non ita timetur de infectione. Sanct. Thom. idem habet. Bonauē. de acuta ęgritudine loquitur. Gerſō in regulis ait. Nullus coniugum tenetur reddere debitum in detrimentum notabile & certum ſui corporis aut fœtus naſcituri. Et ſecundum hoc cognoſcitur quando leproſis, vel pręgnātibus, aut menſtruatis, aut furioſis, aut epidimicis, & ſimilib⁹ caſibus reddi, vel nō reddi debitū oporteat. Petrus Aureolus dicit. Nō teneē reddere ſanus cū id fieri nō pōt ſine ſua veriſimili infectione. Et infra dicit. Null⁹ teneē debitū reddere, vbi eſt piculū veriſimile, de vltiata infirmitate. Tho. Argen. ait. Si coniunx ſine corporalis vitæ ſuæ periculo non poteſt reddere debitum exigēti, nō tenetur nec obligatur ad reddendum. Et q; perſona ſana poteſt ſine vitę periculo reddere debitum: et ſi tempore congruo reddit, nō inficitur. Si vero inficeretur, per hoc non eſſet in periculo vitę corporalis. Cardinalis Alex. in de coniu. lepro. dicit. Dicunt docto. ſi maritus ſine periculo vitę ſuæ non poſſet reddere debitum, puta quia eſſet ethicus, vel alio modo debilis, aut infirm⁹, non tenetur reddere debitum: quia ordinata charitas incipit a ſeipſa. Et ante hoc inqt. Aegrotationes hereditarie trāſeuntes in prolē nō ſunt cōtra bonū prolis, vt podagra, lepra: quia inde poteſt proles cōcipi, & naſci, & melius eſt ſic eſſe, q̄ non eſſe. Panor. eo. titu. idem tenet. Non tamē tenetur ſanus cohabitare in eadem domo & lecto, leproſo: ſufficit q; miniſtret ei neceſſaria obſequia, & pro tempore debitum reddat, niſi deobli



getur. Si ſanus propter nimium horrorem non poſſet reddere, & id conſtaret eccleſię, nō deberet ipſum ad hoc compellere: ſed in dubio, & dū id eccleſię non conſtat, compellit ipſum ad reddendum debitum. Ecce opinionum diuerſitatē. Videtur q; inſtitutor coniugij pro naturę humanæ conſeruatione & multiplicatione ad diuini cult⁹ augmentationē, aut etiam fornicationis vitationem, non intenderit notabile corporale periculū & diſpendium in eo a quo petitur debitum propter generare prolem: quia non tenetur plus diligere corpus alterius q̄ proprium. Verum quo ad finem ſecundū, ad vitandum peccatum in ſe vel coniuge, magis tenetur homo diligere ſalutē animę coniugis, q̄ corpus proprium, citra tamē prędicti Non occides te vel alium, temerariam violationē. Quomodo enim niſi ſic dicatur ſaluari poterunt innumeri coniugati, morboſi, leproſi, puſtulati, epilentici, infirmi, & debiles, quorū infirmitates quaſi hęreditario iure tranſeūt in plēt

N ¶ Quantum ad artículum tertium eſt dubiū primū. An licet cōiugibus ſe facere impotētes ad debiti redditionē, per medicinas, abſtinētias, vigilias. &c. Item deformes, & macilentas, ne viri cōcupiſcant eas. Q; non: quia reddere eſt neceſſitatis. In oppoſitum, virginitas conſulitur & cōtinentia. Reſpondet Richar. q. j. ar. j. Contingit ſe facere impotētem modo illicito. & hoc nō licet. Et modo licito, per ieiunia & orationes intentione bona: dūmodo rationabile fuerit obſequiū. & hoc licet. Sic em̄ fit impotens ſecundum quid, nō totaliter. Illa ſolutio cum reuerētia petit principiū. Idem em̄ videtur eſſe ſubtrahere alteri contra ſuā voluntatem vſum rei ſuę in eo quo ſua eſt, & facere eam nullā & inhabilem ad vſum talem. Poſſet tamē aliquis ſine notabili cō iugis prędudicio, etiā tuuenculę, curare ſalutē propriā cū moderata carnis caſtigatiōe, ſecluſo ſcādalo proximi, cum ſentit ſe nimis laſciuū & carnis vitio ſuperandū. Veriſimile eſt virū grauiter peccare, ſi ſua culpa ſponte ſe facit impotentem in fraudem redditionis debiti, dando per hoc occaſionem fornicandi mulieri, etiā per nimiā abſtinentiā, ieiunium. &c. Sic em̄ peccatū coniugis ei imputatur. Nec licet cōiugibus imponere pœnitentiam qua ſeſe mutuo ſcādalizent, aut ad debiti redditionē inhabiles & impotētes reddātur. ex hoc em̄ gñant odia, adulteria, ſuſpitiōes praui, rixę, diſſenſiones. &c. ¶ Secundū dubiū. An tum. Reſpondeē poſt dicta in diſt. xxxj. in ꝓpoſitionibus, proprie ſumēdo petere, vt nullum includit exigere prędictū vere vel interpretatiue, nunq̄ eſt neceſſitatis petere vel exigere debitum. Ne

O

mo em̄ tenetur vti iure ſuo quod ꝓ ſe tm̄ introductū eſt: maxime cū per hoc nō fit ſibijpſi periculum animæ. Sic de coniuge cum per hoc non fit ſibi matrimonium oneroſum. Si vero includit exigere vel interpretatiue, neceſſitatis eſt petere, ſecundum prędicta. Si enim probabiliter iudicat coniugem velle habere debitum: aut indigere attēta qualitate eius perſonę: aut ſi viro immineret magnū periculum fornicationis, quod poſſet cauere cognoſcendo ſuam, videtur q; debeat petere amore virtutis & iuſtitię, maxime cū credit ſe non poſſe alias bona fide liberari. De quo ſupra diſtinctione prędecente. Item nullus tenetur a debitore expoſtulare debitum, maxime ſi non petere non eſt ei nociuum & diſpendioſum. Nec tenetur aliquis debitum offerre maxime ſi eſt tale debitum quod non tenetur ſolvere ſi non petatur tacite vel expreſſe: cuiuſmodi eſt debitum coniugale. ¶ Tertium dubium eſt de tempore nuptiarum: Cur & quando prohibentur nuptiæ, cum tamen ſunt bonę: & a Chriſto inſtitutę & viſitatę, ac miraculorum frequentia decoratę, Ioannis fecūdo, aquę in vinum cōuerſione &c. Reſpondetur nuptię non prohibētur quaſi malę: ſed quia per actus nuptiales animus hominis quaſi totus carnalis fit: ideo temporibus quibus vacandum eſt ſpiritualibus, interdicuntur: & potiſſimum quia iſtis feſtis conſueuerunt homines communicare. Quæ autem ſint feſta, habeē in textu magiſtri. &. xxxiij. quæſtio. iiij. capit. Non oportet. ij. Et horum explicatio. de ferijs. capit. Capellanus. Quid interdicitur illis temporibus. Et quidem benedictio nuptialis quę fit in facie eccleſię, conuiuium nuptiale, Traductio ſponſę ſolennis in domum ſponſi. Dum enim ſponſa noua traducitur, ſponſus magna cura carnaliū occupatur, exercentur plurimę inſolentię huiuſcemodi temporibus impropportionatę. Vt ergo homines ſe præpararent ad communionem, interdicta ſunt huiuſmodi ab aduentu domini vſq; ad octauam Epiphanię, propter cōmunionē quę olim fiebat in natali domini. A ſeptuageſima vſq; ad octauas paſchæ, propter cōmunionem paſchalem. A tribus diebus ante aſcēſionem, quę dicūtur Rogationes, vſq; ad octauam Pentecoſtes, propter communionem illo tempore habendam. Et q; non prohibentur celebrationes aliorum ſacramentorum ſicut matrimonij eſt, hoc eſt q̄a hic eſt q̄dā mūdana & carnalis lętitia, quæ alibi non habet locū. Aliud habet quandoq; loci conſuetudo & ordinādorum tolerantia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Distin. XXXIII.

Veritur hic de antiquis patribus &c. In hac distinctione .xxxiij. Magister agit de bono fidei specialiter prout fuit in patribus antiquis, qui pluribus vtebantur vxoribus. Et primo de coniugio patrum qui fuerūt tempore legis naturę. Deinde de his qui fuerunt tempore legis Mosaicę. Demum de bono fidei cōiugij leg. nouę. Totius distinctionis summarium ternario stringi potest numero conclusionum. ¶ Prima, de patribus ante legē Mosaicam. Tametsi ab exordio temporis inter duos solū, Adā scilicet & Euam, fuerit institutum, & inchoatū cōiugium, deinceps temporum defluxu & hominē non peccāte secundum inchoationis modū inter duos duntaxat continuandum: attamen omnibus pene ad idololatriam prolapsis consuluit deus patribus plures ducere vxores ad dei cultū multiplicādū. ¶ Secūda ꝓpositio. Nō peccārūt prēs legis naturę plures vxores ducēdo, deo inspirante: quia non lasciuiendi causa: sed propagandę successionis prouidentia id fecerunt. Eorundem quoq; coniugium ęquari recte pōt virginitati nostrorum. ¶ Tertia propositio. In lege Mosaica certa cōiugij lex fuit edita: permitteba tur quoq; diuortium fieri dato libello repudij. In lege vero euangelica, lex nuptiarum ad priorem honestatem vt sit vnus vnius est reducta: in qua fœcunditati virginitas præfertur, & sacerdotib⁹ continētia indicitur. Harum propositionum declaratio patet ex textu.

## Quæstio Prima.

A Veritur primo circa hāc distin. An vnam mulierē habere simul & semel plures viros, aut vnum virū vxores plures, sit de se illicitum ac legi naturę pariter & cōmutatiuę iustitię contrariū.

¶ Quantum ad articulum primum supponitur hic: ꝙ licitū est omne id sine dispensatione, quod non est aliquo iure prohibitum. & hoc maxime habet locū in matrimonio: qđ est edictū prohibitorū. E regione patet: ꝙ est illicitum qđ est aliqua lege prohibitum. Insuper supponuntur hic dicta in .iij. distinct. xxxvij. quid lex naturę: & ꝙ aliquid est de lege naturę stricte vel large. Circa qđ dicūt doct. Richar. Palu. Durañ. Tho. Argeñ. ꝙ aliquid dicit esse de lege naturę: quia natura omnia animalia sic docuit & instituit: seu quia cōuenit homini: quia animal rationale agens secundum rationem. Sic lex naturalis est dictamē rōnis rectę vel inculpabilis docentis & ostendentis practice quid in agibilibus sit obseruandum. Hinc ait San. Tho. quęstio. j. huius distin. Lex naturalis nihil aliud est q̄ conceptio homini naturaliter indita qua dirigitur ad conuenienter agendū in actionibus propriis, siue conueniant ei ex natura generis siue speciei. Omne autem illud quod actionem reddit inconueniētem fini suo quem natura ex opere aliquo intendit, contra legem naturę esse dicitur, siue sit finis principalis, siue secundarius & minus principalis. Et iterum. Actio illa dicitur esse contra legē naturę, q̄ nō est cōueniēs fini debito: siue quia nō ordinatur in finem debitum per actionē agētis: siue quia est de se improportionata fini illi. Hęc ille. q. j. ar. iij. quęstiū. prima. Secundū San. Bonauen. Ius naturale est quod habetur in lege & euangelio: siue quod est cōmune omniū nationum, siue quod natura docuit omnia animalia. Sic etiam dicitur aliquid naturale: quia cōuenit rei secundum naturam particularem: vel secundum naturam vniuersalem. Vel quia conuenit rei secundum cōmunem cursum naturę, seu secundum potentiam naturalem. Vel quia cōuenit rei secūdū potētiam obedientialē. Et sic deus nunq̄ agit contra naturā: quia non contra potētiam eius obedientialē, sed contra cōmunem ei⁹ cursum, secundū cōmunem & vsitatū modū loquendi August. Sic sapientię vlti. ignis arsit in aqua. Et Daniel. iij. Pueri in fornace non concremabantur, sed remanserunt vestes illęsę &c. Ex illo sequitur. Ius naturale dicitur quod est instinctus rationis rectæ, aut quod consistit in dictamine rationis rectæ. Sic de lege naturæ est quod ratio recta constituit in agibilibus obseruandū. Et sicut apud multos de facto deficit dictamē rationis rectę: quia non assentitur ei: sic de facto sępe agitur contra legem naturę & ius naturale, licet lex naturę eadem sit apud oēs. Tum quia illud dictamē est in eis obfuscatum ꝓpter eorum peccata vel demerita. Aut scientes quę legis sunt nolunt lege viuere, sed contrauenire ex malitia, pigritia, amore suiipsius, affectione commodi: & sic de alijs. Sed generaliter loquendo aliquid dicitur esse contra legem naturę large: quia est contra diuinam constitutionem aut prohibitionem. Sic confessio, baptismus, sunt de lege naturę: qa ex diuina positiua ordinatiōe. Instinctus rationis naturalis quo hō dirigitur ad operandum cōuenienter vt conuenit fini operis qui est principium in agendis, potest dici lex naturę,
B secundū Durañ. dist. prę senti. q. j. ¶ Secūdo notandum ꝙ in omni cōmutatione, quantū est ex parte cōmutantium, & similiter rerum quę commutātur, requiritur secundum strictam iustitiā æqualitas quędam & ęquiualētia. Verū illa ęqualitas consistit non solum in intrinseca vel cōmutantium vel rerum cōmutatarū bonitate, & valore naturali eorūdem, sed etiam & principalius in eorundem ordinatione pariter & libera acceptatione ad finem & vsum contractus illius, secundum voluntatem superioris contractum illum instituentis approbantis & ordinantis pro loco & tępore. Et ita cōsistit illa iustitia stricta in quodam intrinseco & quodā extrinseco. Et vt Sco. loquitur respicit vniuersaliter ęqualitatem in cōmutatione non rei: sed magis rationis rectę. Si quis itaq; in cōtractu mrimoniali vult metiri strictam cōmutatiuā iustitiam, an illa subsistere possit cum vnus contrahit cum multis mulieribus, vel vna mulier cum multis viris, & hoc tam ex parte cōmutantium q̄ rerum cōmutatarū: attendere habet ad rerū cōmutatarū valorem naturalem: & ad vsum seu ad finē cōmutatiōis illius: & sic semper reperitur maior valor in viro q̄ mulie re, cū vir pōt plures fœminas fœcundare: nō sic vna mulier plures viros. Et sic quo ad bonū ꝓlis habendū maior est vis viri q̄ mulieris. Secus quo ad remedium fornicationis. Sic em̄ ęqualis valoris sunt corpus viri & mulieris. Item attēde re habet ex parte cōmutantium eorūdem voluntatem & acceptationē ad finem principalem vel minus principalem matrimonij. Siquidem quā do aliquid ordinat a dño rei ad fines duos principalem & minus principalem, rationabile est ꝙ vsurus re illa, ea vtatur ad finem principalem maxime si cōsequi potest: & eo modo quo finis principalis magis & amplius haberi potest, accedente ad hoc voluntate superioris: licet per hoc detrahatur aliquo modo fini minus principali, sic ꝙ non potest ita ad libitum semper haberi. In matrimonio sunt duo fines secundum prędicta. distin. xxvj. Est enim institutum in officium & in fornicationis remedium. Bonum prolis finis principalior, remediū fornicationis finis minus principalis noiatur. Cum ergo vult aliquis corpus suum matrimonialiter cōmutare: sic cōmutabit, nisi dominus superior prohibeat ꝓ loco & tempore: vt bonum prolis ampli⁹ habeat, tametsi finis ali⁹ per hoc aliquo modo impediatur, alio sic acceptante, & de suo quippiam secūdum rationem rectam remittēte. Hoc autem fit cum vir vnus corp⁹ suum cōmutat pro corpo-



# Quęst. I. Fo. XCVI.

ribus multarum mulierū: & tot quot fœcūdare potest, domino superiore hoc iubente vel consulente ꝓ loco & tempore opportunis. Hoc enim potest absolute & de facto fieri, domino superiore nolente: ergo & de iure domino iubente & volente cum necessitas & hoim deū colentiū paucitas id exigit & requirit. Hic vero partes hinc & hinc aliquid de suo iure libere remittunt in comparatione ad finem minus principalem, & sic se se cum tali remissione mutuo acceptant, propter habere finem principalem magis intētum & volitum, & hoc secundum dictamē ratiōis rectę, domino rei id pro loco & tempore iubente. Immo contrahentes protunc sic debent commutare, & quando finis principalis est valde necessarius velle carere saltem ex parte fine minus principali. Sic coegit Sara Abrahā vt intraret ad Agar ancillam suam, vt vel sic haberet filium de ancilla quē ex seipsa habere non poterat. Gene. xvj. Cum enim cęteris in idololatria relictis Abrahā & filios eius in peculiarem populum elegisset dominus, fœcunditate multarum mulierū multiplicatio populi dei rite quęrebatur: qa in successione sanguinis erat successio religionis. Per hoc tamen non pōt inferri ꝙ tempore moderno post euangelij publicationem quę prohibet pluralitatem vxorum, liceat habere plures vxores simul & semel. Ratio est: quia nūc non placet domino superiori: sic cōmutationem fieri: sed factus euāgelicus in hoc redactus est ad statum naturę, vt sit vnus vnius. Et item, Erūt duo in carne vna. Gene. ij. Sed tamen respiciendo iustitiam moralem prędicte ex parte contrahentium & rerum cōmutatarum: liceret nunc sicut tunc, si illud extrinsecum quod est diuina voluntas & complacētia adesset nunc sicut tunc. Nunc enim multi fidelium vacant generationi prolis, & non est necesse ꝙ propter habere finem principalem cōiunx remittat aliquid de suo iure quod respicit finem minus principalem. Fides em̄ per generationē spiritualem multiplicata est: ergo propter defectum diuinę concessionis & dispensationis hodie non licet vxores plures habere. ¶ Ex illo sequitur ꝙ completo illius iustitię cōmutatiuę potissimū dependet ex diuina dispensatione & approbatione. Alias est imperfecta & nulla coram deo. q̄is posset dici iustitia moralis icompleta. Iustitia, quātū est prędicte ex parte cōmutātium, & rerū quę cōmutantur. Incompleta, propter defectum approbatiōis inspirationis vel iussionis superioris. ¶ Tertio supponitur ex. iij. distinct. xxxvij. arti. j. ꝙ dispensatio quandoq; est iuris reuocatio: quādoq; declaratio. Potuit ergo deus legem suam de illa cōmutatione vel declarare, vel penitus relaxare, aut reuocare, aut in casu ali

Universidad de Deusto
Biblioteca



quo. Et hoc valde rationabiliter, dum maius bonū prouenire poterat ex eius reuocatione q̄ obligatione: tunc scilicet dum erat paucitas deū cōlentium, & dūtaxat in successione sanguinis erat successio religionis, & in eis dūtaxat stetit fides. Et ita factū fuisse creditur. Secundū San. Tho. Durañ. & Palu. illa dispensatio fuit p inspirationem, licet non sit scriptum. Nihil enim tam naturale est q̄ vnumquodq; dissolui eo genere quo ligatū est. Vnde præceptū quod habet obligationem ex inspiratione, habet dispensationem ex sola inspiratione, quia qualis lex talis debet esse dispensatio legis. Sicut itaq; patres ante legem habebant per diuinam inspirationem q̄ vnus debeat esse vnius, prout Adam ꝓphetice expressit: ita etiam habere debebant per inspirationem legis illius relaxationem vel dispensationē.

C ¶ Quantum ad articulum secundū est conclusio prima. Nunq̄ licuit vni mulieri cū pluribus viris simul & semel matrimonium contrahere. Probatur auctoritate beati August. cap. xvij. de bono coniugali. Item de nupt. & concu. lib. j. cap. ix. Siquidem illud nō est licitum quod est iustitię cōmutatiuę contrarium. Sed vnā habere plures viros, est huiusmodi. igit. Maior nota. Minor probatur ex notabili. ij. quia non videtur vnde possit sumi illa iustitia, nec ex parte rerum cōmutatarum, nec cōmutantiū. Nec ex hoc haberi pōt finis principalis mrimonij, scilicet p̄lis multiplicatio, aut eius pia educatio, quia nesciretur pater. Et mulier vna non potest plures fœcundare, sicut vir vnus mulieres plures. Et licet magis sufficiat mulier vna pluribus viris, q̄ ecōtra ad finem matrimonij minus principalem qui est fornicationis remedium: non tamen ad officium propagationis filiorum: quia magis potest vnus plures fœcundare, q̄ vna a pluribus. Præterea: cōpletio & perfectio iustitię cōmutatiuę hic non habet locum: quia nunq̄ legitur deum talem contractum approbasse. ¶ Secunda conclusio. Antiqui patres qui plures habuerūt vxores: nō poterant licite contrahere cum secunda viuente prima nisi de consensu primę, secundū August. de bo. coniu. cap. xv. quia cum duę personę simpliciter contrahunt matrimonium, quęlibet trāsfert potestatem sui corporis ex integro in aliam, & sit omnimoda corporū transmutatio. propter quod nō potest sine consensu illius cui primo se dedit, potestatem sui corporis in alium trāsferre. Secus cum ad hoc accessit eius cōsensus. Et ex causa, cum scilicet alter fuit sterilis, puta vxor, & id exegit paucitas indiuiduorum speciei humanę. Et ita dicitur fuisse in Abraham. Gene. xvj. Et habetur. xxxij. q. iiij. Dixit Sara ad Abrahā Ecce conclusit me dominus ne parerē, ingrędere ad ancillam meam, si forte ex illa saltem suscipiā filios. Et hac de causa Iacob plures habuit vxores: qa de volūtate Rachel, Lia (vt credit̄) ei se suppositi. Voluit em̄ Rachel parcere verecūdię sororis antiquioris, cum esset apud eos consuetudo q̄ seniores primo tradebantur nuptui. De voluntate vero illarum duarum vxorum ingressus est ad ancillas earundem. Ad ancillā Rachel ingressus est, propter eius sterilitatem. Gen. ij. Ad ancillam vero Lię, cū Lia credidit q̄ iam desijsset parere. Processu vero temporis mos in oleuit apud illos, non sine diuina illustratione, habere plures vxores de voluntate primę tacita vel expressa, seu de consuetudine: quia alias esset cōtra primęuā & diuinam hominis institutionem, & dei sanctionem. Sic inquit Matth. xix. An nō legistis: quia qui fecit hominē, masculum & fœminā fecit eos ab initio? Vbi secundū Chryso. super Matthę. capit. eodem, si voluisset deus alterā etiam conduci vxorem vni, viro creato multas conformasset vxores. Nunc vero vt creationis & sanctionis modo, vnam vni perpetuo coniūgi & nūq̄ rescindi oportere perdocuit: ait, Qui fecit hominē ab initio masculum & fœminam fecit eos. Ex vna radice germinarunt: & in vnum corpus conuenerunt. Et erunt duo in carne vna. q. d. hęc lex etsi a me modo promulgari videatur: diligentissime tamen a principio temporum sancita est. Hęc ille. Ad hoc August. lib. xxij. contra Faust. ca. xlvij. & xlix. Et habetur. xxxij. q. iiij. Obijciūtur. Obijciūtur Iacob pro ingenti crimine vxores quatuor, quod generali prolocutione sic purgatur. Quando enim mos erat, peccatū nō erat: & nunc propterea crimen est: quia mos non est. Nec contra naturam hoc faciebant, cum non lasciuiendi, sed gignendi causa hoc faciebāt. Nec contra morem: quia in illis terris & eo tēpore fiebant talia. Nec contra præceptum: quia tunc nulla erat lege prohibitum, ideo non illicitum. Et subiungit Magister. Non ergo in legem commisit Abraham: sed legem preuenit. Nondum em̄ secūdū Ambro. interdictum videbatur. xxxij. q. iiij. cap. Dixit Sara. D ¶ Tertia conclusio. Nunq̄ licuit pro quocūq; statu vni viro plures vxores insimul habere, nisi cui hoc fuit concessum diuina dispensatiōe & reuelatione, cap. Gaudemus. de diuor. Hęc dispēsatio creditur fuisse interna reuelatio vel illustratio: qua sciuerunt sancti patres q̄ protunc erat stricte cōmutatiuę iustitię etiā completę, habere plures pro diuini cultus augmēto, ac necessaria generis humani multiplicatiōe. Sicut ergo ante legē Mosaicam in tabulis cordis ipsius Abrahę scripta erat lex plubitiua separationis, donec per Moysen aperte tra-



deret in lege Mosaica. Gene. ij. dicente. Adhęrebit vxori suę. sic etiam sufficiebat interna illustratio cordis de habendo plures. ¶ Pręterea plures intelligūt illud de lege Mosaica. Nam licet Deutero. xvij. lex dicat de rege, Non habebit vxores plurimas, idest alienigenas, ne ipsum trahant ad carnalitatem, & dehinc ad idololatriam, sicut de Salomone habetur. iij. Regum. xj. nō tamē prohibet habere plures, secundum glos. ex causis tactis. Sic enim Dauid sex habuit vxores, secundum Lyra, nec pręceptum violauit. j. Regū. xv. Item Moyses plures habuit, sed non sine diuina dispensatione. Nunq̄ igitur licitum fuit habere plures, citra diuinam dispensationem. Hinc Gene. secundo. Erunt duo in carne vna. Vna dicitur non plures, sed duo. Item adhęrebit vxori non vxoribꝰ. Excusantur ergo ante legem Mosaicam, & tempore legis Mosaicę qui de hoc diuinam habebant illustrationem & dispēsationem. Sed non Lamech primus bigamus: qui & reprehenditur Genesis quarto, & alij nō habentes dis-
E pensationem. ¶ Quarta conclusio. Vt matrimonium institutum est in officium, potest vir vnus iuste, & secūdum strictam & completam iustitiā pro statu naturę lapsę, non integrę, plures legitimas & quot posset fœcūdare, vxores habere accedente ad hoc & non alias diuina dispensatione. Probatur ex notabili secundo. Nō autē esset cōpleta, si non accederet diuina dispensatio. Hęc em̄ est cōpletiua causa iustitię cōmutatiuę in cōtractu matrimoniali. Hinc de stricta & completa iustitia vir cum tot posset contrahere quot posset fœcundare, accedente ad hoc concessione diuina. Verum in statu naturę integrę non plus valuisset corpus viri q̄ mulieris ad generationem prolis. Quęlibet em̄ mulier fuisset fœcundata a viro suo, nec indiguisset alio. Nec fuisset maior fœcūdatio si vnus plures habuisset q̄ si vnam solum. Nec aliquis tunc fuisset sterilis. Nec strages, nec clades, nec alię hominum interemptiones. ¶ Quinta conclusio. Quis habere plures vxores sit contra ius naturale (vt ius naturale est quod natura vni speciei puta rationabili indidit) non tamen est contra ius naturale genericū seu naturæ generalis, quod natura omnibus animalib⁹ ididit. Prima pars patet. Habere plures vxores est contra dictamē rationis rectę, maxime dū respicitur bonū fidei in matrimonio, & corp⁹ viri non ꝓquialet duobus corporibus fœminarū præcise in redditione debiti, sed mulier vna pluribus vt sic posset sufficere viris ad finem min⁹ principalem. Secunda pars. quia multa animalia a multis cōcipere dicuntur. Verum quēadmodum tempore debito & determinato seruato ordine vir ad plures accedebat sine iurgijs & rixis: & qualiter vir dicitur quandoq; conductus ab illa vt ad eam ingrederetur: nec vlla virū ab alio rapuit: contra Faust. lib. xxij. cap. xlix. habetur. Non enim tunc a patribus quærebatur libido, sed diuini cultus multiplicatio. Et cap. xvij. de bono coniug. Hoc sacramentum illius temporis populis congruebat: quia illius populi generatio nuncia futurorum erat, & ad prophetica dispensationem pertinebat. Debebat enim ab illo populo & prophetari & nasci saluator omniū populorum. cap. ix. & xiij. Potest ad hoc applicari. Gene. xxiiij. de Abraham: qui ponens manum famuli sub femore iussit eum iurare &c. de vxore ducenda filio suo. Quo intellexit, secūdū August. ex hoc femore deum cęli nasciturū. ca. xix. Maius ergo bonum prouenire potuit tunc ex legis illius q̄ sit vnus vnius, relaxatione & dispensatione, q̄ ex eius obligatione, vtputa diuini cultus, qui tunc non fuit, sed perijt, & in sola successione per carnis propagationē viguit, augmentatio & reparatio. Item tunc prophetic-
is sacramentis salutis nostrę mysterium velabatur, reuelandum per illos patres & populos &c. Illa vero est principalis causa dispensandi circa pluralitatem vxorum, non prolis multiplicatio sola. Et sicut circūcisio non erat data nisi domui Abrahę, qui pater fuit multorū credentium: ita & diuini cultus augmētatio & salutis futurę denunciatio prophetica in eius stetit successione. Hinc nō legitur dispēsatum ante Abrahā: sed Lamech sine dispensatione duas duxit vxores. Gene. iiij. Cum Abrahā vero & quibusdā alijs fuit dispēsatum, qui deū coluerunt: vt sic in successione sanguinis crescret fides Christianę religionis. Quid dicat hic dispensare patuit conclu- F
sione. iij. ¶ Sexta cōclusio. Nō licet i lege noua & euāgelica viro vni plures habere vxores ētidis pēsatiōe Papali vel humana. Probat̄ Mat. xix. Mar. x. & j. Corin. vij. & alibi. Dicit em̄ Christus Quicūq; dimiserit vxorē suā nisi ob fornicationē & aliā duxerit, mœchatur. Si ergo dimissa prima nō licet accipe secundā: ergo min⁹ licet remanēte pria ducere scdam. Alligata em̄ est mulier legi quāto tpe vir ei⁹ viuit. Et par rō ē de viro respectu mulieris. Q; si dormierit vir ei⁹, liberata ē a lege. j. Corin. vij. Nec refert si mulier dimittat̄ inuita, vel ea volente & cōsentiēte. Præterea, reductum est matrimoniū in lege noua ad institutionem primeuā. Vnde Matth. xix. & Mar. x. Moyses ad duritiam populi permisit dimittere vxores, & dari libellum repudij. Ab initio autē non fuit sic, ait Christ⁹. sed tunc dictū fuit. Erunt duo in carne vna. Et Mar. x. Ab initio creaturæ masculum & fœminam fecit eos de⁹. Ergo cōtra hoc non valet cōsensus priuatorum, nec dispensatio

Universidad de Deusto
Biblioteca



humana. Illam legem positiuam euangelicam prefiguraruntverba dei. Geneſis.ij. Erunt duo &c. Nec valet ſi dicatur. Natura humana fuit primitus inſtituta non ſolum quo ad ea quæ ſunt neceſſitatis, ſed etiam perfectiõis: & ita licet optimus & perfectiſſimus ſtatus matrimonij ſit q̃ vnus ſit vnius, tamen ſi vnus ſumit vxores plures non eſt malum. Sicut conſilia cum preceptis obſeruare optimum eſt. Si tamen dimiſſis conſilijs euangelicis quis legem obſeruet, nõ eſt peccatum, nec malum. Sicut nec omne id quod deficit ab optimo, malum eſt: ſed bonum. Et ratio eſt: quia inſtitutio diuina eſt in cõtrarium: quę dictat vnum eſſe vnius: q̃ q̃ vir adhærebit vxori ſuæ, non vxoribus. Hinc notanter dicit, vbi ſupra. Ab initio autem non fuit ſic. Nec poteſt adduci ſimilitudo de voto ſolẽni in quo Papa diſpenſat. Solennitas enim voti eſt ex mero iure poſitiuo eccleſię, qđ Papa poteſt tollere, & quadam morte ciuili, quã etiam poteſt tollere. Facit em̃ de ſeruo liberũ. Poſſet quidem deus diſpenſare nunc ſicut tunc, ſi eius placeret volũtati: qa hodie non diſpenſat, nõ licet. Et hoc videt plus rationabiliter dictũ, q̃ q̃ id fecerint de conſenſu priorum vxorũ: quia oportet ad hoc habere cõſenſum diuinum declarantem reuelationẽ & approbationẽ diuinã, ſi contractus debet eſſe com
G plete iuſtus. ¶ Septima ꝓpoſitio. Si hodierno tempore bellorum furore, aut per clades, peſtem &c. pereunte virorum multitudine plures ſuperſtites remanerent fœminę, q̃uis ex parte cõmutantium ſtricta maneret iuſtitia, vno ducẽte plures: hoc tamẽ non liceret ſine diuina reuelatione, aut diſpẽſatoria declaratiõe. Patet ex dictis: qa illa eſt precisa completio illius contractus, nõ obſtante quacunq; populi neceſſitate & paucitate. In hoc enim caſu daret mulier plus pro minori quo ad finem ſecundarium: ſed equale ꝑ æquali, quo ad finem primarium. Nec deficeret ibi deiuſtitia quicq̃ niſi ſola diuina approbatio & voluntas, quę forte tunc reuelaret, ſecundum Sco. eccleſię dei ſpecialiter. ¶ Octaua propoſitio. Tâ etſi (vt videtur probabile dictu) ita ſaluari poſſet biuiria ſicut bigamia ſaltem in caſu certo de ſtricta iuſtitia, cum tamẽ biuiria regulariter & fere ſemper plus eſt ad finẽ ſecundarium q̃ principalem matrimonij, ideo nunq̃ fuit conceſſa. Primũ probatur. In caſu neceſſitatis populi & cultus diuini in aliqua ſucceſſione, cum mulier fœcunda haberet virum vnum ſterilem ſeu de quo non poſſet cõcipere, ſed de alto iudicio expertorum: in illo caſu videt eſſe par ratio ſicut de bigamia vbi ab vno plures fœminæ fœcundãtur propter finem principalem matrimonij. Secundum probatur. quia quod cadit ſub legis determinatione, iudicatur ſecũdum illud quod in pluribus accidit, non ſecundum illud quod raro accidere & euenire ſolet, ideo nunq̃ fuit cõceſſa biuiria. Præterea. eadem mulier infra idem tempus non poteſt a multis viris fœcundari. Et in biuiria plus eueniret finis minus principalis, q̃ principalis. Nunq̃ autem licuit ſic commutare, vt minus eueniat finis principalis, & plus finis ſecundarius: qui vtiq; minus eſt intendendus q̃ finis principalior: & nonnunq̃ cõtinendus propter habere finem principalẽ matrimonij. ¶ Nona propoſitio. Licet bigamia non ſit contra legem naturæ ſtricte, tamen capiendo legẽ naturę large, vt de lege naturę dicitur eſſe quod eſt conſonum regulariter his quæ ſunt de lege naturæ ſtricte, ſeu quod eſt contrarium prohibitioni diuinę contentę in lege & euangelio, Monogamia eſt de lege naturæ: & bigamia cõtrariatur legi naturæ. Patet ex dictis. quia eſt cõtra legem dei poſitiuam. Matth.xix. Genẽ.ij. &c. Item prolis educationi, pacificæ conuerſationi, amori, dilectioni plurimum conuenit Monogamia. Non tamẽ ſequitur quin oppoſitum poſſet ſtare & eſſe licitum accedente diuina approbatione. Et ſic intelligendæ ſunt gloſ. dicentes bigamiam eſſe contra legem naturæ: hoc eſt habere plures vxores.

¶ Quantum ad articulum tertium H
eſt dubiũ primum. Quia dictum eſt, nunq̃ licuit ſine diſpenſatione habere plures vxores: quibus ergo inſinuata eſt illa diſpenſatio, quæ fuit interna declaratio & inſpiratio q̃ tunc liceat. An ſolis patriarchis & prophetis. An etiam aliis de quorum ſemine Chriſtus nonerat naſciturus. Nam Helchana etiam habuit duas vxores, nec tñ reprehenditur a Moyſe. primi Regũ primo. Nec fuit de genere regali nec ſacerdotali. Item an omnibus fuit facta explicite. ¶ Ad id reſpõdent Sanct. Thomas, Bonauentura, & Richardus: q̃ facta fuit illa diſpenſatio principaliter & explicite patriarchis & ꝓphetis: quæ nihil aliud fuit niſi interna inſpiratio. Iſti enim fuerunt veluti capita aliorum. Cęteris vero minoribus implicite, quando ſcilicet maiorũ exemplo & ex eadem cauſa non libidinis ſed prolis amore præciſe plures ducebant vxores tunc temporis. Intellexerunt enim maiores & ſancti cultores dei diſpenſationem illam tunc fuiſſe protenſam ad omnes qui eorum exemplo bene volebant vti vxoribus pluribus pro diuini cultus augmento. Et ſic fuit introductus mos ducendi plures vxores, non ſine diuina approbatione. Ad hoc Aug. xvj. de ciui. dei. c. xxxviij. Hinc libidinoſi hoc agẽtes ex libidie peccarũt, cęteris idẽm̃ ex pietate agẽtib⁹ & amore diuini cult⁹ ꝓ hoc meręti



bus. Ad hoc lex Deuter. xxj. quę quodãmodo ſupponit tanq̃ licitam pluralitatem vxorum dicens. Si habuerit homo duas vxores, vnam dilectam & alteram odioſam. Itẽ regibus non erat tunc prohibitum habere plures, ſed plurimas, cũ illa determinatione, quæ alliciant animũ. Et tales erãt alienigenę. Deutero. xvij. Et ita videtur tũc fuiſſe quędam generalis diſpenſatio ſtante pietate cauſę contractus vnius cum pluribus vxoribus. Et eſt quaſi ſimile de circunciſione data Abrahæ & domui eius. Cuicunq; ergo licuit, licuit ex diſpenſatione diuina explicite vel implicite. ¶ Secundum dubium. Eſt de lege naturæ, qđ non vis tibi fieri, alteri ne feceris. Sed vir nullo modo vellet ſuã tractari ab alio viro: ergo nec ipſe debet aliam tractare, cũ hoc videtur eſſe cõtra ius naturę, ſi aliam ſuperinducat. Item amor viri in mulierem zeloſus eſt, non patiens conſortium in amato, ergo videtur agere contra legem naturę, ſi ſuperinducat aliam. ¶ Ad primum dicendum q̃ illud dictum de lege naturæ, hoc eſt dictamine rationis rectę intelligitur ſeruata debita proportione. Siquidem prelatus debet nolle pati reſiſtentiam a ſubdito. Attamen ipſe debet velle reſiſtere inferiori, & ipſum dirigere & cum opportunum eſt corripere: non ſic econtra. Ideo non oportet ex vi illius precepti, ſi vir non vult ſuam tractari ab alio, q̃ ideo non habeat aliam quę nõ eſt alterius cõiunx: ſed ſuipſius. Sic em̃ non habet alterius vxorem: ſed ſuas habet diuina diſpenſatione accedente iuſtitia commutatiua, vt ſupra. ¶ Ad aliud. Affect⁹ vxoris nõ ita refugit (vt cõmuniter) cõſortiũ in viro, ſicut ecõuerſo affectus viri quo ad vxorem. Ideo tam in animalibus brutis q̃ in hominibus maior eſt zelus maris ad fœminam q̃ econuerſo, & ita magis de conditione & affectu naturę horret vir cõ
I ſortium in muliere, q̃ ecõuerſo. ¶ Tertium dubium. An concubitus fornicarius & concubinarius ſit mortale peccatum & de ſe malus. Qz nõ, videtur de antiquis patrib⁹ Abraham & Iacob qui acceſſerunt ad ancillas ſuas. Sic enim Agar & Zethura dictę ſunt concubinę Abrahę, Gen. xvj. Si ſaltem fuerunt duę perſonę, & non vna binomia vtroq; noie nuncupata: vt multis placet. Et refert Hug. & Nico. de Ly. Geñ. xxv. Cõmunis tamen opinio habet q̃ fuerunt duæ perſonę, & q̃ Agar fuit filia regis ægypti ſecundũ hebreos. Hinc Geñ. xxv. dicit de Abrahã. Filijs autem concubinarum largitus eſt munera. Item Bala & Zelpha cõcubinę Iacob Gen. xxx. Ad hoc videtur eſſe Aug. xvj. de ciui. dei. cap. xxv. & xxxviij. dicens. Nullo modo inferendum eſt de hac concubina crimẽ Abrahæ. Vſus quippe eſt ea ad generandam prolem: non ad explendã libidinem: nec inſultans, ſed potius obediens cõiugi, quę ſuę ſterilitati credidit eſſe ſolatiũ: ſi fœcundum ancillę vterum, quoniam natura nõ poterat, voluntate faceret ſuum. Et eo iure, quo dicit Apoſtolus. Similiter & vir nõ habet poteſtatem ſui corporis ſed mulier. vtẽs muliere ad pariendum ex altera, quod non poterat ex ſe ipſa. Et ſequitur. Nulla hic cupido laſciuię, nulla nequitię turpitudo. O virum viriliter vtentem fœminis: coniuge temperanter: ancilla obtemperãter: nulla intemperanter. Hæc ille. Sanct. Bona uen. diſtin. preſenti in dubijs literalibus videtur velle q̃ vere fuerunt concubinę, & non vxores. Et fundat ſe in Auguſtino de baptiſmo paruulorum, & loco ſuperius allegato. Si fuerunt concubinę & non peccarunt, videtur fornicationem & concubinatum non eſſe peccatum. In oppoſitum eſt cõmune dictum doctorũ q̃ vere fuerint vxores. De Agar. cap. xvj. Gene. Dedit eã viro ſuo vxorem. Et de Zethura alia Abrahæ vxore. Gene. xxv. dicitur. Abrahã aliam duxit vxorem nomine Zethuram. Et Gene. xxx. dicitur. Rachel dedit Balam ancillam ſuam ipſi Iacob in coniugium. Simile videtur de ancilla Lię ibidem. Et cap. xix. Iudicum, vxor concubina nominatur cum dicitur. Habeo filiam virginem & hic homo habet concubinam. & certum eſt q̃ fuit vxor eiꝰ vt ſupra patet ibidẽ: ergo vere fuerunt vxores, licet dicantur concubinę. Item Auguſt. de ciuita. dei. lib. xvj. ca. xxxvij. de Iacob qui habuit quatuor vxores. & capi. xxxiiij. Qz concubinatus ſit mortale peccatum, clare habet Auguſt. ſermone. ccxliij. & ſermone. clxiij. vbi dicitur q̃ omnis alia ab vxore cũ qua quis dormit meretrix eſt. ¶ Ad hoc reſpondendum eſt duabus propoſitionibus. ¶ Prima. omnis fornicatio ſimplex: ſiue dicatur concubitus vagus cũ meretrice omnibus expoſita: ſiue cum concubina determinate retenta eſt peccatũ, & de gñe mala. j. Corin. vj. & ad Gala. v. Probat. quia actus ille tranſit ſuper obiectũ indebitum, & ſecundum Palu. mox nominatus inuolutus eſt malitia, & ſemper includit quãdam prauitatem & deordinationem. Priuatio vero ordinis in actu voluntario culpam inducit. Qz autem in fornicatione ſit priuatio ordinis, ſeu q̃ talis actus non ordinetur in finem debitum, aut non eo modo quo ordinari deberet: & ita inconuenienter: probatur. quia vel fornicatio fit precise propter delectationem, & ſic fit indebite, cum actus nõ ſit propter delectationem, ſed econtra: Vel fit propter prolem habendã: & tunc non fit conuenienter: quia cum non ſua & contra legem decalogi. Cum enim ſecundum beatum Auguſtinum. ix. ſuper Geneſim bonum prolis eſt vt amãter ſuſci-

Universidad de Deusto
Biblioteca



platur, benigne nutriatur, religiose educetur: & illis (vt in plurimum) caret proles ex fornicatione concepta: quia frequēter odio habetur, nec disciplina & pia eruditione instruitur, vt ostensum fuit: cum denique illa indigeant tempore & labore multo, necesse est personas genitrices esse colligatas ad cōmanendum pro perpetuo vinculo dissolubili: quia grauis & onerosa est prolis educatio &c. Et cum nullū illorum locū habet in cōcubinatu: nec etiam est ibi aliquod bonorū excusantium cōcubitum carnalem: non fides, nec bonum prolis, nec sacramētum, ergo de genere malus. Et quia diuina lege prohibitus, quę est ratio potissima. Hinc & aues & quædam animalia ante pullorum educationem societatis vinculū non rescindunt. ¶ Si dicitur: melius est prolem nasci q̄ non nasci, & esse q̄ nō esse, sed in cōmercio concubinatus recipit esse: Dicēdum, licet esse absolute melius sit q̄ non esse, tamen dare esse cum non sua, pessimum est q̄ non dare esse in re non sua. Ita fit in proposito, & licet facere in suo qđ non licet in alieno. Corpus autem cōcubinę nō est fornicarij, saltem ad hūc vsum. Nec valet dare exemplum de Osea propheta, quia non fuit fornicatus cum ea: sed de mandato domini accepit eam in vxorem ad corrigendum vitam eius, secundum August. xx. contra Faust. ca. lxxx. ¶ Secūda propositio. Oīs fornicatio &c. vt supra, est mortale peccatū. Probatur. Nihil excludit a regno dei nisi peccatum mortale. Fornicatio aut concubinatus est huiusmodi: ergo mortale peccatum. Cōsequētia bona, & maior nota, minor est Apostoli. j. Cori. vj. ad Ephe. & Gal. v. & j. ad Thessalo. iiij. Et possent ad hoc adduci ex Decretis multa: sufficit auctoritas ecclesię. Ad idem facit Deutero. xxiij. Nō erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filijs Israel. Itē Deutero. xxij. de puella nupta viro quā nō inuenit virginē quā lex iussit lapidari: quia fornicata fuit in domo patris sui. Mors enim temporalis inflicta in lege transgressionem mortalem significat. ¶ Per hoc ad rationes ante oppositum dicitur. Primū de patribus: q̄ ancillarum & concubinarū nomine veniunt etiam vxores, vt patuit. Ad hoc Iudicū. xix. vt supra. Et ita accesserunt ad eas legitime & coniugaliter. Hoc idem voluit August. vt supra. Non obstante quorundam dicto temerario, vt videtur, qui beatum Augustinum minus bene intelligunt. Dicūt em̄: impossibile est simul habere duas vxores sicut duos simul esse dominos eiusdem rei in solidum. Vnde duę fuerunt verę concubinę, sed dicuntur vxores quia licite cognoscebantur auctoritate diuina: & in eis vir reddidit vxori debitum. Hoc cōtrariat canonicę scripturę quę eas nominat vxores, vt supra post oppositum. ¶ Præterea videt esse implicatio in termino q̄ poterant tractari affectu vxorio: & nō esse vxores. Nec valet dicere. Qui vtit re sua vt vult, nemini facit iniuriā. Et potest quilibet dare alteri quod suum est, ergo dominus habens ancillam seruam, potest ea vti vt vult. Et si vxor velit, potest vir alteri coniūgi mulieri sine peccato. Hoc nō valet. Qui em̄ vtitur re sua in eo & ad id quo sua est, nemini facit iniuriā. Sed concubina aut ancilla nō est dñi sui quantum ad omnia, sed quo ad ministerium domesticū. Sic corpus coniugis, non est alterius coniugis, nisi solum quo ad actus coniugales inter se habēdos, ideo nō pōt alteri copulari vel dari ad actus carnales: quia dominus omnium rerum hoc prohibuit, nec admisit corporum commutationem nisi ad actus coniugales. Nec aliud voluit Augustinus. Q̄ autem Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera mysterio non caret, secundum Apostolū Gala. iiij. Q̄ vxores tunc supposuerunt ancillas suas maritis expectādo in eis & ex eis prolem, fuit diuina concessione: & quia data fuit eis p̄missio q̄ in semine eorum benedicende essent omnes gentes. Ac etiam quia fidei confessio tūc temporis non tantū in vocatione stetit, sed amplius in successione. Et videtur verisimile q̄ vxores instruxerunt ancillas de dispensatione diuina sup pluralitate vxorum, ad augendum diuinum cultū: vel etiam ipsi viri cum plures ducere volebant diuinitus illustrati. Et ita persuasę & edoctę consenserunt affectu vxorio in copulam illam amore prolis. Ad hoc August. de ciuita. dei. lib. xvj. capit. xxxviij. & xxxiiij. ¶ Sed q̄ nominantur ancillę vel vxores, ideo est quia aliquid quodāmodo habebant de ratione vxoris, & aliquid de ratione ancillę & concubinę. De ratione vxoris: quia erāt iunctę maritis quo ad thorum vinculo indissolubili: & erat inter eos verū matrimoniū. Hinc vere noīantur vxores, vbi supra, propter mutuam & perpetuam corporum translationem ad actus coniugales. De ratione ancillæ & concubinę: quia erant famulę principaliū vxorum, nec habebant auctoritatem in regimine familię & domus, nec proles succedebat in hereditatis perceptiōe. Sed habere cōmunionē rerum temporaliū non est de essentia matrimonij. Nec licuisset Abrahæ ad monitionem Sarę a se proiscere Agar quę fuit vere vxor eius, nisi sup hoc habuisset diuinum mādatum. Voluit autē deus eos separari non quo ad vinculum coniugij: sed quātum ad thorum & cohabitationem, ad significādum mysterium quod explicat Apostolus ad Gala. iiij. cum inquit. Abrahā duos filios habuit. &c. Et item Eijce ancillam & filium eius,



Non enim hęres erit filius ancillę cum filio libe-
K rę &c. ¶ Quartum dubium. Si ducere secūdam sine dispensatione diuina viuente prima est mœchari, & contra matrimonij institutionem, quę est q̄ sit vnus vnius, quomodo stabunt illa coniugia, cum mulier credens virum mortuū, non tamen habita de hoc certitudine plena, cōtrahit cū secūdo. Et an certo nūero annorū decurso, & vtro nō cōparēte possit mulier aliū ducere. Ad hoc respondet Magister infra dist. xxxviij. Sed nūc illis dimissis, dicendum in textu. de sponsa. & matri. ca. In presentia. Quātocūq̄ annorum numero ita remaneant viuentibus viris suis, non possunt ad aliorum consortium canonice conuolare. Nec permittendę sunt ecclesię auctoritate contrahere donec certum nūcium recipiant de morte virorum. Ad idem de secun. nup. cap. Dominus. vbi statuitur q̄ nullus transeat ad secundas nuptias: donec ei cōstiterit q̄ ab hac vita migrauerit coniunx eius. Non sufficit ergo expectare per septēnium, quasi tunc non comparente viro liceat cōtrahere. vt in capi. allegato, In presentia. Attamen quia mulier mortuo viro liberata est a vinculo, secundū Apostolū. j. Corin. vij. & Roma. vij. ideo statim potest nubere in domino si vult, tametsi tempus luctus, secūdum leges definitum, nondum transierit. Aboletur enim eius infamia licentia & auctoritate Apostoli. cap. Super. de secun. nup. In his enim leges imitātur sacros canones. ibidem. cap. Vlti. & leges in contrarium editę tolluntur. ¶ Debet autem mulier esse certa de morte coniugis, ita q̄ nullus prudēs habitis indicijs & nuncijs talibus de morte cōiugis, posset recte dubitare de eius morte, sed q̄ cōstet sibi virū de hac vita migrasse. Et dato q̄ sit mortuus, si tamen habet conscientiā de eius vita, peccat grauiter contrahendo cum secūdo. Nec licet sic contrahenti debitum exigere: sed tenetur ex actus reddere. capit. Inquisitioni. de sententia excōmunicationis. ne peccet vel cōtra conscientiā, vel cōiugij legem. Si est leuis & temeraria: debet eam reijcere: & sic potest exigere & reddere debitum. Si est equilibris dubitatio de morte & vita, non potest licite contrahere, & contrahens tenetur exactus reddere, sed non licet exigere debitū. Hinc ecclesia huiusmodi cōiugia tolerat: sed nō solennizat, cum nō est certitudinaliter de morte coniugis edoctę: ne cogatur factum suum cum scandalo retractare: relinquit enim coniuges suis conscientijs.

## Quæstio Secunda.

A De libello repudij & vxoris repudiatione in leg. ve. est quest. ij. Vtrū tēpore legis Mosaicæ licite potuit vir vxorē & econtra vxor virum repudiare & aliā ducere prima adhuc viuente. ¶ Circa materiā quęstiōis illius sunt duę opiniones saltē de illo, An liceat viro repudiare vxorē. Secus em̄ est de repudio viri ab vxore, quod nunq̄ licuit. Vna opinio est, q̄ talis repudiatio vxoris a viro fuerit illicita & nūq̄ in lege cōcessa, & ita lex nō inflixerit pœnā repudiātibus: nō tamen carnerūt culpa. Ita tenet Aug. cōtra Faust. lib. xix. cap. xxvj. & xxix. Et cōtra Adimantū. ca. iij. Probat Mat. xix. & v. Dico vobis: quicūq̄ dimiserit vxorē suam excepta causa fornicationis & aliā duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit mœchat. Quod intelligitur repudiata viuēte & quo ad vinculum. Ad hoc facit ratio Christi quā adducit ibidē: q̄ quod deus coniunxit homo non separet. Confirmatur auctoritate prophetæ Malach. ij. Qui postq̄ recitando & referendo legem Mosaicā dixit, Cum odio habueris eam dimitte: subiunxit. Operiet autem iniquitas vestimentum eius dicit dominus exercituum. Vbi glo. Quicunq̄ excepta causa fornicatiōis inique dimiserit vxorem, vestimētū eius. i. corpus quo anima vestit, operiet iniquitas. i. pœna peccati: vt in quo peccauit in ipso moriatur. Et Lyra exponens literam dicit hoc nō posse referri ad fœminam, sed ad masculum, secundum modum loquendi hebraicū. Et est sensus. Per dei vindictam sic apparebit iniquitas viri despicientis vxorem modo prædicto, sicut apparet id quod ponitur sup vestimētum eius. Et subiūgit propheta. Custodite spiritum vestrum, & nolite despicere. Glos. Vel certe vxorem. ¶ Præterea. cum Iudei obijcerent Christo: Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij & dimitti? Deutero. xxiiij. Respōdit. Ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras. Ab initio autem non fuit sic. Dicit glos. interline. Matthei. xix. Moyses permisit non deus. Et ibidem. Cōsilium fuit hominis nō dei imperium: qui maluit indulgere diuortium q̄ desiderio secundarum nuptiarum fieri homicidium vel perdurare odium. Item Deutero. xxiiij. dicitur. Repudiata quę alium virum duxerit polluta & abominabilis facta est coram dño. Chryso. sup Mat. ca. v. Qui dimiserit vxorem suam facit eā mœchari. Et qui dimissam duxerit adulterat. Ille quidem si alteram duxerit, tunc constituit se criminis reū, qui adulterā fecit ex cōiuge. Hic vero accipiēdo alienam adulter effectus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nequaq̃ eñ mihi referas: quia alter eam eiecit. Nã expulsa quoq; vxor esse eius qui eam expulit perseuerat. Augustinus de sermone domini in monte. Non qui pręcepit dare libellum repudij, hic præcepit vt vxor dimittatur. Sed qui dimiserit, inquit, det illi libellum repudij, vt temeratiam iracundiã proiscientis vxorem, libelli cogitatio temperaret. Qui ergo dimittendi quæsiuit moram, significauit quantũ potuit duris hominibus se nolle dissidium. Hæc ille. ¶ Ex quibus colligitur conclusio hæc secundũ opinionẽ istã. Tametsi tempore legis Mosaicę repudiũ vxoris odio deditę a viro fuit pmissum pœnę legalis priuatione: fuit tamẽ illicitum & culpabile ex diuina prohibitione. Nec aliquis sanctorũ legit vnq̃ ita vxorem suam repudiasse, quicquid sit de iure ciuili, quod cedit diuino. ¶ Alia opinio est, q; licitum fuit viro vxorẽ odio deditã repudiare ex diuina & nõ humana dispensatione. Potest enim deus qđ coniunxit separare. Hinc glo. interline. Matth. xix. Quod deus coniunxit homo nõ separet, sed deus. Ad hoc Malach. ij. Cũ odio habueris vxorem, dimitte eã. Et Deutero. xxiiij. Si acceperit homo vxorẽ. &c. Item legis Mosaicę institutor fuit deus, nõ homo. Moyses enim dũtaxat fuit pręco dei & legis promulgator: qui diuinã dispensationẽ ea in re filijs Israel denunciauit. Deutero. xxiiij. Dispẽsationem (inquit illa opinio) quę nõ est dissimulatoria alicui? illiciti permissio, aut simplicis tolerantię: hoc eñ nihil aliud esset dicere, q̃ q; Moyses pmiserit Iudęos citra legis institutionẽ ire in gehennam & multa cumulare mortalia peccata: sed quę est de obligans a lege: & ita pręseruatiua a culpa & pœna. Ad quod videtur facere repetitio de libello repudij in libris prophetarũ, & pręsertim Malach. ij. qui fuit vltimus prophetarũ. Libri enim prophetales in multis declarant legales. Et dictum Chryso. super Matth. cap. v. Erat hoc veteri in lege mandatum, vt qui propriã quacũq; de causa odisset vxorem, non eam prohiberetur eijcere inq; illius locũ alterã ducere. Quod certe nõ passim lex fieri iusserat: sed vt quicũq; dimitteret, libellũ repudij daret coniugi, ne ius ad illã haberet iterũ reuertẽdi: sed nihilominus hęc nuptiarum saltẽ figura remaneret. Nisi eñ pręcepisset istud & sine repudij libro hãc quidem expellere: aliam vero et liceret accipere. Hæc ille. Verũ dictũ istud non facit directe ad propositũ, sed vult Chryso. q; lex non prohibuit vxoris dimissionem: quia non punuit repudiantes. Non autem mãdauit fieri repudium, sed iussit dari libellum vxori repudiatę. ¶ Tenentes istã secundam opinionem quę videt; pbabilis, possunt dicere ad primę oprationem. Et primo ad verbũ Chryso. Matth. v. &. xix. q; Christus in leg. vete. reduxit matrimonium ad statum optimũ, qui fuit in prima institutione naturæ humanę cum dixit Gene. ij. prophetice per os Adę. Erunt duo in carne vna: adhęrebit homo vxori suę, non vxoribus suis. Et ideo illam reductionem tunc promulgauit, & bigamiam pro isto tempore pronũciauit illicitam, & legi euangelicę contrariam, sed non legi vete. accedente ad hoc diuina dispensatione. Cui concordare videtur, q; ibidem reprobat ducere secũdam vxorem viuente prima: quod tamen licuit patribus in leg. ve. ex diuina dispẽsatione. Subiungit ibidem. Ab initio autẽ nõ fuit sic. Ab initio inquã naturę primitus institutę, siue ab initio legis naturę. Irritat ergo veritas contractum illũ bigamię pro tempore legis euangelicę, qui stare potuit ex dispensatione in leg. vete. sicut & multas alias imperfectiones vete. le. reduxit Christ? in lege euangelica ad perfectionẽ perpetuo mãsuram. ¶ Cum subiungitur vinculum illud esse indissolubile: Verum est pro lege euãgelica, & ex diuina institutione primęua, quã auctor cõiugij potest ex causa pro tempore cum libuerit imutare. Et ita factum esse creditur: quia non est de lege naturę stricte. Cui alludit quod dicitur. Qđ deus coniunxit homo nõ separet. secus de deo. Nec ex hoc inferri põt, ergo matrimoniũ est dissolubile. Cõsequẽtia eñ nõ valet, nec formaliter, nec legaliter. Nõ formaliter, qa arguit a dicto secundũ quid, ad dictum simpliciter. Sed bene sequitur ipsum tunc fuisse dissolubile. Nec legaliter: quia etsi lege ciuili olim permittebatur diuortium quo ad vtrũq; coniugem indifferenter & sine causa ad libitum, vt libera essent matrimonia vt refert Palu. (demptis duobus casibus. Prim? cum stuprum obiectum non probauerat. Secũdus, quando eam prius deflorauerat. Deutero. xxij.) tamen lex ciuilis corrigitur per legem diuinam oppositũ pręcipientem pro lege euãgelica. Nec impedit q; euãgelium se refert ad legem naturæ. Christus eñ loquitur pro lege naturæ: hoc est ad confirmandum legem Mosaicam, secundum primęuam hominis & coniugij institutionem. Immo ex hoc Christus refellit Pharisęos: quia non recte seruabant coniugium, sicut fuerat in lege naturę: & ostendit rationabilitatẽ suæ institutionis & innouationis de indissolubilitate coniugij pro lege sua: quia ita expressit Adam ore prophetico in prima hominis & coniugij institutione. ¶ Ad responsionẽ Christi datã Pharisęis dici potest, q; Christus caute respondit Iudæis ꝓponentibus fallaciã secũdũ plures interrogationes vt vnã. Dixerũt eñ. Quid ergo mãdauit Moyses Deuter. xxiiij. dari libellũ repudij & dimittere? Vbi innuunt, Moysen duo mandasse: scilicet dationẽ libelli & repudiũ. Quorũ vnũ falsum fuit. Non enim mandat dare repudium, nec dari libellum absolute & simpliciter, sed stante hac conditione: si quis vellet repudiare suam. Repudiũ vero dominus nunq̃ mandauit. Ideo Christus distincte respondit: cõcedens q; Moyses bene mandauerit dare libellum, sed negat q; Moyses mãdauerit dimittere vxorem. Vnde dixit ad illam partem quęstionis de repudio. Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras. Ab initio autem naturæ institutę non fuit sic. Vbi dicit Scotus. Christus per hoc verbũ, pmisit, intelligit q; Moyses hoc non pręcepit, nec consuluit, nec approbauit, sed tanq̃ ex quadã necessitate licitũ, non prohibuit. Nec est illa permissio cuiusdã illiciti, sed est permissio dispensatiua deobligatiõis a culpa repudij, vt supra, propter malitiam incorrigibilem illius populi, & ad vitandũ maius malum homicidij. ¶ Qz autem Christus dicitur ad duriciã cordis Iudęorum hoc permisisse: Dicendum: q̃ duritia cordis non excusaret a peccato, tamẽ cõcessio facta propter incorrigibilem cordis prauitatem, excusat. Quædam enim prohibentur sanis quæ non prohibentur infirmis corporaliter. Nec tamen infirmi peccant permissione sibi facta vtentes. Et ideo hoc dictum Christi nõ arguit eam fuisse illicitam de se. Frequenter eñ duritia & incorrigibilitas subditorũ compellit superiorem ad legis retractationem vel relaxationem tanq̃ causa sine qua non. Hinc Gerson in floribus. Cõmunis error facit ius. ad hunc intellectum vel cõsimilẽ. Pręlati & principes sępe aliqua faciunt aut permittunt ob, errorem subditorum cõmunem: quę si nõ permitterentur, obligarent eosdem ad culpam. Sic multa permittuntur vel relaxantur a superioribus ob incorrigibilitatem inferiorum, quorum oppositũ esset ęque cõducibile seu conducibilius & honestius in mere positiuis, ne stantibus illis in multa labantur peccata: alias non euitanda. Sic deus fecit cũ illo duręceruicis populo eos a legis obseruantia in hac parte deobligando. ¶ Ad glos. Permisit Moyses non deus. illa glos. videtur negãda. Nã Moyses solum erat pręco legislatoris dei, & ipsius nõ fuit dispensare, sed dei solius. Posset tamẽ interpretari sic, Moyses pmisit, non deus. supple ime diate pręcipiendo Moysi inter alia pręcepta. Vnde nusq̃ legit in primis. iiij. libris desi hoc Moysi pręcepisse, nec alicui alij. Ideo istud pręceptum magis est Moysi dicendum: sicut & omnia quæ habentur in Deutero. præcise, & non alibi: q̃ illa quæ alibi locutus est dominus ad Moysen. Cuius ratio potest esse secundum Sco. quia laxatio nes pertinentes ad industriam humanã deus noluit poni in scripturis sicut a se platas, sed sicut a seruis suis. Vnde & subleuationẽ laboris Moysi qui tota die sedebat ad iudicandum populum de mane vsq; ad vesperam. Exo. xviij. deus nõ immediate p se expressit, sed Ietro cognato su? illud tanq̃ ad humanam industriam pertinẽs expressit. Sic ergo dicitur Moyses permisisse repudium auctoritate diuina ob populi duritiam, qđ non permisisset, si populus durę ceruicis tractabilis fuisset. Ad aliam glos. dici potest q; nõ est contra opinionem istam. Deus enim non imperauit diuortium, sed mandauit dare libellum, cũ placuit vxorem repudiare. Ad auctoritatẽ Deutero. xxiiij. de polluta respõdet Richa. Ad Chryso. loquitur, pro statu legis euangelicę. Ad Augustinũ. Non facit contra opinionẽ sed pro ea. Ad dicta Aug. cõtra Faust. Refert diuersas opiniones: ibi fuit illius opinionis. Ad Malach. potest dici. Loquit denũciatiue Dimitte, i. dimittes. Cum autem dicitur Iniquitas operiet &c. Dicendum: verum est, si non interueniret diuina dispẽsatio. Hic autem interuenit dispensatio deobligatoria a lege.

¶ Quantum ad articulum secundũ ponendę sunt cõclusiones pro vtraq; opinione. ¶ Prima conclusio. Tametsi lex nõ puniuit viros repudiantes vxores tempore legis Mosaicę: nunq̃ tamẽ viro licuit vxorem repudiare & aliã ducere ex diuina prohibitione. Patet ex allegatis pro opinione prima. ¶ Secũda conclusio. Licebat viro in lege Mosaica, propter maius malum pręcauere, priorem vxorem repudiare, & aliã ducere ex diuina dispẽsatiõe. Ex deductis pro opinione secunda. ¶ Tertia conclusio. Licet fornicationis causa licite possit & olim potuerit vxor repudiari quo ad thorum diuina dispositiõe, nõ tñ per talis modi repudiũ aut diuortiũ solutũ fuit nec soluitur cõiugale vinculũ. Nec licet aut licuit vnq̃ priore viuente vxore alibi cõtrahere absq; diuina dispensatione. Patet ex dictis. & Matthę. xix. Marc. x. j. Corin. vij. Itẽ de diuor. ca. Quęsiuit. Hæc conclusio respicit vtranq; opinionem. ¶ Quarta conclusio. Sicut licebat viro habere plures vxores ex diuina dispẽsatione simul & semel, sed nõ mulieri plures viros: ita licuit in leg. ve. viro mulierẽ odio deditam repudiare & aliã ducere (secũdũ vnã opinionẽ) accedente dispensatione diuina. ¶ Quinta cõclusio. Nunq̃ licuit mulieri cõiugem suũ repudiare: neq; viuẽte marito alibi cõtrahere. Prima pars patet ex quęstione pręcedente: secunda in recitatione opinionũ.

¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum. An in genere omne odiũ

Universidad de Deusto
Biblioteca



viri in vxorem fuerit causa permissiois repudij. Dimissis opinionib⁹, ꝓbabiliter teneri potest, nō licuisse viro aut ſpōso in quocūq; casu, & ꝓpter quācūq; cām repudiare ſpōsā affidatā vl' vxorē odio dedit. Probat Deutero. xxij. Si em̄ vir aliquis cognoscendo suam dicit se eam non inuenisse virginē: & defecerit in probatione, pater vero puellę dicit eam fuisse virginem, talis quia falsum nomē iposuit puellę, fuit verberādus, & cētum siclis argenti puellę dandis puniēdus, & nō poterat eam dimittere omni tempore vitæ suæ. Rationē assignat Aug. q. xxiiij. super Deutero. Quia in his q illicite vitiāt noluit lex licere, ne videatur Moyses id ad ludibrium fecisse: & potius finxisse q̄ eam vxorem duxerit, q̄ vere placito q̄ duxisse. hæc ille. Verum hic Aug. videtur esse alterius opinionis q̄ supra allegatum est contra Faustū. Nisi dicatur aliquid non posse fieri: quia non debet fieri, secūdū eundē. Et licere est impune trāsire secundū legem. Sic enim licuit dare repudium: quia lex non punuit: licet fuit peccatū. Pręterea iam illam, iam aliam refert opinionē, vt supra, disputatiue. Sic si quis cognouit puellam virginem nondum desponsatam, & quę non habet spōsum, tenebatur re comperta dare parenti l. siclos argenti & habere eam vxorem: quia humiliauit illam. Nec poterat eam dimittere cūctis diebus vitę suę. ¶ Corollarie sequitur. Non licebat vxorē repudiare in ve. leg. nisi ex aliqua causa matrimonij contractum sequente, seu post cō tractū euēniente. Nec etiam indifferēter ob quācunq; causam superuenientem: sed solum propter illas quibus poterat bonum prolis negligi vel impediri in corpore vel aia. vtputa, si mulier fuit sterilis, vel leprosa, aut alia notabili corporis fœditate maculata. Vel quantū ad animā, si mulier fuit malorum morū. Cum enim proles cohabitat parēti, sequitur mores eius: quia filij imitātur parentes. Nec obstat dictū Chryso. vt supra. Vt qui propriam quācūq; de causa odisset vxorem &c. Quia videtur intelligendum de causa iusta: & nō iniusta. q̄ vtiq; nō videtur dicēda causa. Iusta causa dici pōt quam lex admisit & dispēsatio diuina, seu quā lex nō punit pœna legali: vt si fuit aliqua fœditate maculata, vt supra, vnde proles potuit damnificari in corpore vel anima. Et si diceret aliquis: Libri prophetales resoluunt legales. Malach. vero vltimus prophetarum absolute dixit. Cum odio habueris vxorem dimitte eā dicit dominus Israel. non specificando causam odij. Dicendum. Malach. redarguit populū in genere & specie. Et cum eruditit ipsum de nō despiciendo, respōdet tacitę obiectioni quā posset facere de permissione repudij: & ita non loquitur dispositiue vel pręceptiue, sed denunciatiue quasi dicat. Tu quidem dimittes vxorē: sed operiet iniquitas &c. Et ita refert legem: & permissionem legis de repudio: truncate quidem reducendo in memoriam vt eis insinuaret ipsorum culpam, & diuinā quā non effugiēt vindictam pro repudio illicito permisso, sed non cōcesso. Hinc videtur probabile dictu non quodlibet odium suffecisse: sed odium ex causa rationabili. Stat enim aliquē largo vocabulo odio dari: propter suam virtutem. Patet de Christo: contra quē iniuste Iudęi letale conceperunt odiū vsq; ad mortem crucis. Cum enim bonitas est causa amoris & non odij: bonus proprie non est odibilis: licet possit ex alicuius malitia odio dari. Nō ergo videtur suffecisse illud odium ad excusationem repudiantis: quod erat propter virtutem repudiandę, stante opinione de repudiantium excusatione &c. Et forte ideo fuit præcepti dare libellum repudij: quē scribebāt sapientes Hebręorum &c. contra Faust. lib. xix. ca. xxvj. quorū erat discernere in causa. ¶ Secundum dubium. Ad quid dabatur libellus repudij. Item quomodo scribebatur: & quo tenore. Insuper an continuit particulatim causam odij & repudiationis. ¶ Ad primum. Vt mora interueniente & consilio scribarū dissuadente vir a proposito repudiandi desisteret: vtq; calor iracundię volentis suam repudiare ex mora temperaret & frigesceret: secundum Augustinum, lib. xix. capi. xxvj. contra Faust. Vt quoq; persona repudiata licentiam alibi contrahendi haberet. Et fuit illa datio libelli pręcepti non simpliciter, sed posita conditione cum quis suam repudiare solet. quod erat permissiōis ad malus malum vitandum: posita malignantium multitudine non parua, secundum vnam opinionem. secundum aliam erat concessionis diuinę. ¶ Ad secundum. dabatur in manus mulieri repudiatę quę non habuit gratiam in oculis mariti propter fœditatem aliquam, vt cognosceret saltem in genere causam suę displicentię & repudium ipsum fore iustū. ¶ Ad tertiū. Scribebat sic secundū Iosephū. Promitto tibi q̄ non plus conueniā tecū. Hic erat tenor illius libelli. Addit Hugo Cardinalis sup Deutero. xxiiij. q̄ liber ille cōtinebat causam ob quā displicebat ei mulier. Et q̄ legebat corā sacerdotibus. Et cū vir iurauit verū esse qđ in eo continebat, ꝓmittebatur mulier alibi nubere. ¶ Nicolao de Ly. nō placet q̄ in libello scripta fuerit causa repudij. Ratio secundū eū est: quia quandoq; erat occulta, vtputa fornicatio soli viro cognita: & cum peccatum occultū nō debet publice mulctari, peccasset vir ille eā sic diffamādo per occulti peccati manifestationē. Cum autem dare libellum fuit pręcepti non potest dici q̄ pręceperit agere contra fraternā charitatē, & diuinā legem: immo tenebatur ad restitutionem famę sic iniuste diffamās vxorem: quia cōtra ordinem fraternæ charitatis peccatum eius in lucem venire facit. Ob hoc secūdum eum dicitur Deutero. xxiiij. q̄ dabatur in manu mulieris. Ad quartū respondet San. Tho. q̄ continebat causam repudij in generali, non in speciali.



H ¶ Tertium dubium de reconciliatione repudiatæ: An maritꝰ potuit eam sibi reconciliare, & ipsa alibi contrahere. Respondet Richar. q̄ sic anteq̄ repudiata alibi cōtraheret, sed nō post. Ad qđ vide facere Deutero. xxiiij. cū dicitur. Cūq; egressa alterum maritū duxerit: & ille quoq; oderit eā, dederitq; ei libellum repudij & dimiserit de domo sua, vel certe mortuus fuerit, nō poterit prior maritus recipere eam in vxorē: quia polluta est. Ecce q̄ etiam mortuo secundo marito nō potest prior maritus eam recipere: cuius contrarium habet Palu. sed plus standum est cum textu Biblię. Nā secundū Palu. mortuo secundo, potest iterum reconciliari primo propter vinculi solutionem: sed non eo viuente: quia tunc stabat vinculum quo ad secundū: licet non quo ad primū. Istud autem in Deutero. statutum fuit in viri repudiantis pœnam: quia repudiando eam dedit ei occasionem adulterādi: tametsi daret operam rei licitæ, eam, s. repudiando secundū vnā opinionē: & in pœnā repudiatæ, quæ adulterium cōmisit alteri nubendo, eo q̄ adhuc mansit vinculum cōiugale inter eam & virum repudiātē. Hoc dictum forte staret secūdū primā opinionē, nō secūdū aliā. Qđ aūt Hebręi dicunt Abrahā (vt refert Lyra sup Genē. xxv.) mortua Sara misisse filiū suū Isaac ad reuocandū Agar: & sic eam sibi reconciliasse: est ex eo: quia non dimisit eam nisi quo ad thorū & cohabitationem stante vinculo cōiugali. Dauid vero reconciliauit Michol. ij. Reg. iij. & eam repetiuit ab Isboseth filio Saul: eo q̄ sibi eā desponderat cētum præputijs Philistijm: quā Saul postq̄ desponsata fuit Dauid, dedit alteri viro, Phalti filio Lais. j. Reg. xxv. Siquidē nūq̄ repudiauit eam. Ideo Phalti qui dicitur eius vir. fuit solum putatiuus. & nō verus maritus eius. Is vero puta Phalti accepit eam ad obediendum Sauli: & vt honoraretur velut gener regis. Nā secūdū Hebręos fuit legis doctor: & cum sciuit eam esse vxorē Dauid: non cognouit eam: quia non fuit a Dauid repudiata. Non autem accepisset eam Dauid, si fuisset ab alio cognita: sicut non fuit postea ingressus ad alias vxores quas cognouit Absalon. ij. Reg. xx. Ita habet Lyra. ij. Reg. iij. Et si consensisset in copulā cū Phalti, nō fuisset excusata Michol etiā si metu patris hoc fecisset, nisi forte credidisset bona fide patrem suum eam posse dare alteri. quomodo Lia excusatur secundū aliquos parendo patri. Sed nō oportet ad hoc confugere. Poterat enim Iacob licite habere plures vxores: sed nō poterat Michol plures habere maritos legitimos. Nec fuit repudiata a Dauid vt supra.

## Quæstio. III.

A Tertio quæritur circa tertiam cōclusionem textualē: Vtrū virginitas sit virtus omnib⁹ aliis virtutibus moralib⁹ maior & matrimonio præstātior. Tribus articulis absoluetur quęstio solito more.

¶ Quātum ad primum, dicit beatus Tho. iij. iij. q. clij. ar. j. Virginitas est cōtinentia qua integritas carnis ipsi creatori animæ & carnis fouetur, cōsecratur, seruatur. Fouetur dicit per f, nō per v. Dicitur primū est cōtinētia. i. cōpleta abstinentia: non prout diuiditur contra temperantiam quia illa non est virtꝰ perfecta, vt loquitur Palu. Temperantia enim respicit castitatem coniugalē vidualē & virginalē. Dicitur, Qua integritas carnis, ad differentiam cōtinentiæ vidualis vbi non est carnis integritas. Dicitur ipsi creatori animę & carnis ad differentiam consecratarum idolis. Dicitur fouetur, consecratur, seruatur. per hoc rationem laudis accipit: & bonę voluntatis propositū ac firmitatē. Hęc descriptio videtur esse sumpta ab August. de sancta virginitate ca. lxxxviij. vn de virginitas nominatur a virore: quia virēt a cōcupiscentię carnalis exustione & delectatiōe actuali & experimētali. Secūdum Richar. primo dicit carnis integritatem & negationem cuiuscunq; carnalis concupiscentię actualis. Secūdo actum vel habitum electiuum cōtinēdi ab omni venerea delectatione, cum negatione cuiuscunq; venereę delectationis experiendę, vel expertę quantū in se est: nisi assit necessitas, aut præceptum diuinū vacandi carnali copulæ. Aug. ca. xiij. de sancta virginitate. Est per piam continentiam ab omni cōcubitu immunitas: vel est in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio. Hæc notificatio respicit materiale & formale qđ est in virginitate. Formale exprimit in recto cum dicitur meditatio: per quod importat actus voluntatis & rationis pariter & liberę electionis. Materiale in obliquo. Dicit primū in carne, quia sicut luxuria non est in angelis, ita nec virginitas proprie. Nam opposita nata sunt fieri circa idem. Angeli enim nec carnem, nec ossa habent, cum sunt spiritus. Dicit corruptibili. vbi tangitur difficultas quę est in habendo & retinendo virginitatē. Si enim caro corrumpi nō posset, vt erit in gloria cum dotabitur dote incorruptibilitatis & impassibilitatis, nō es-

Universidad de Deusto
Biblioteca



set difficile habere perpetuam incorruptionis meditationem. Vnde post resurrectionem virginitas erit purior, sed sine difficultate. Q d aũt dicit Perpetua, simile est sicut dicitur iustitia perpetua. Et ius, cõstans voluntas vnicuiq; suum tribuẽs. Et matrimoniũ dicitur, tenere indiuiduã vitæ cõsuetudinẽ, quãtũ ad ꝓpositũ animi: non autem semper quo ad actum. quia eius propositũ debet esse firmũ pro perpetuo sic perseuerandi. Dicitur Incorruptionis triplicis. Potest enim homo nolens corrumpi: tantũ secũdũ carnẽ cũ violẽtatur: & sic non perditur virginitas virtus, secũdũ Aug. j. de ciui. dei. ca. xviij. Item quandoq; frangitur arte medicorum, aut tactu obstetricum: etiam si prẽter spem & consensum seminatio sequatur, secũdum Palu. Secũdo potest homo corrumpi mente quando consentit in libidinẽ, & sic perditur virginitas: sed recuperabiliter. Tertio, quãdo vtroq; modo corrumpitur: & sic perditur irrecuperabiliter. Primũ per accidens respicit actum moralem qui proprie est animæ. Secũdũ materialiter se habet ad ipsum. Nã passiones sensibiles sunt materia moraliũ actuũ secundũ San. Tho. Tertiũ cõpletiue & formaliter. Hoc em̃ est propositũ perpetuo abstinendi ab omni cõcubitu licito & illicito. Dicit ergo virginitas illius trifarię corruptionis, priuationẽ & carentiã secũdũ illã notificationem, sed aliter & aliter. Per hoc etiam q; dicitur meditatio importãs actum rationis, excluduntur pueri cum non habent adhuc vsum rationis. Sic fatui & stulti. vnde eorum incestus vel abusus non est casus reseruat⁹ epiſcopo: ſcdm Palu. Simili modo secundũ eundẽ non perdũt virginitatẽ vt virtus est: qui primũ violentati dehinc in actu cõsentiunt, & qui pollutionẽ in somno inceptam terminant in vigilia. Sic de pollutione quæ accidit prẽter ꝓpositũ mẽtis siue naturę infirmitate vel dormiendo: aut ex violentia: cui mens non cõsentit: tametsi delectationẽ carnalẽ experiatur. Hic enim non est propositũ mẽtis & voluntas. Secus si accidit ex proposito, siue extra cõcubitũ, siue in cõcubitu. Illa nominum acceptio aut impositio videtur omnino esse voluntaria. Aug. lib. iiij. cõtra Iulia. Pelagi. ca. viij. dicit. Pudicitia est res animi: sed virginitas corporis. Et q; stat pudicitiam in animo manere saluã: virginitatẽ vero violẽter auferri. Alibi sumit illa nomina pro eodem, ponens virginitatem esse virtutem, & quidem non minimã. ¶ Secundo notandũ secundũ Palu. Contingit virginitatem aliter amitti in viro, aliter in muliere: & quandoq; irrecuperabiliter: quandoq; recuperabiliter: quandoq; voluntaria corruptione: sed nunq̃ corruptione inuoluntaria: quãdoq; corruptione naturali: quandoq; cõtra naturã. Primo (vt aliqui dicũt) ita perditur virginitas corruptione contra naturam: sicut secũdũ naturã, & amplius secundũ q; contingit luxuriam contra naturã accedente consensu libero multipliciter exerceri. Secundo virginitas amittitur in fœmina irrecuperabiliter si corrumpitur mente & corpore altero triũ modorum corruptionis: vt supra notabili primo: puta si ex concupiscentia volita & libere elicita claustra franguntur, siue seminet, siue non. Nam concupiscentia spadonis defloratit iuuenculam. Licet enim spado non emittat semen, aperit tamen claustra pudoris. Item si ex forti concupiscentia volita seminat: licet vir non aperiat claustra, nec semẽ tradat, nec claustra rumpant. In viro sufficit sola mentalis corruptio libere volita & acceptata. Corruptio corporis fit volũtaria seminis emissione, siue actu cõpleatur in coitu siue nõ: dũmodo est libere volita & acceptata propter delectationem veneream experiendam. Tertio virginitas virtus aut pudicitia, non amittit̃ p quãcũ q; corporis inuoluntariam corruptionem: sumẽdo inuoluntarium contrarie ad voluntarium. vt cum mulier violẽtatur, & semen recipit, vel emittit, aut etiam inde concipit & generat cõtra suum consensum, complacentiam, & liberam voluntatem. Ita aliqui referunt. Ad hoc Aug. de ciui. li. j. ca. xviij. cum inquit. Cum pudicitia sit virt⁹ animi, comitẽq; habeat fortitudinem, q̃ potius mala quęq; tolerare q̃ malo consentire decernat: nullus autem magnanimus & pudicus in sua habet potestate quid de carne sua fiat: sed tm̃ quid annuat vel renuat mente: quis sanæ mẽtis putauerit se pdere pudicitiam: si forte in apprehẽsa vel oppressa carne sua exerceat & expleatur libido nõ sua? Si enim hoc modo pudicitia perit, profecto pudicitia virtus animi non erit, nec pertinebit ad ea bona quibus bene viuitur: sed in bonis corporeis nominabitur: qualia sunt vires, pulchritudo, sana integraq; valitudo &c. & infra. Nec de ipso corpore perit castitas: quia eo sancte vtendi perseuerat voluntas, & quantũ in ipso est facultas. Quo circa proposito animi permanente: per quod etiã corpus sanctificari meruit: nec ipsi corpori aufert sanctitatẽ violẽtia libidinis alienę, quã seruat pseuerantia continentię suę &c.

¶ Quantum ad articulum secũdum q̃ est conclusio prima. Sola carnis integritas nõ est virtus dicenda, nec de virtutis virginitatis essentia. Patet de corrupta violẽter &c. ¶ Secunda cõclusio. Accipiendo virginitatem secundũ præfatas sanctorum notificationes, virginitas est virtus moralis, procedens quandoq; ex charitate & gratia, religione seu pietate & latria. Manifesta est hæc conclusio. Dicitur procedens quãdoq; ex religione, pietate, & latria. Est enim religio habitus



electiuus inclinans secundũ rationẽ rectam ad faciendum aliquid pro honore & reuerentia dei. Vnde eius actus propinquiores & elicitiui sunt adorare, sacrificare, genu flectere. Mediati vero & imperatiui ad quos mediate inclinat, ieiunare, virginitatem fouere, seu etiam vouere &c. pro honore dei oẽm curã seculi proiscere: vt homo possit conuenientius contemplationi vacare. qui finis ponitur virginitatis christianę tanq̃ remouens prohibens. j. Corinth. vij. & Augu. xvij. de bono con. ¶ Tertia conclusio. Tametsi melius sit & cæteris paribus plus meritoriũ virginitatem deo deuouere, q̃ sine voto pro deo inuiolatã tenere: attamen votum non est de essentia virginitatis: sed de eⁱ⁹ accidẽtali perfectione. Prima pars probatur. quia per conditionẽ voti trahitur actus ad altiorẽ virtutem: non quidem in eodem genere: sed in alio secundũ San. Tho. ij. ij. q. lxxxvij. & Palu. q. ij. art. j. Exemplum. Ieiunũ ex voto imperatiue pcedẽs, vel religione aut pietate, siue latria, trahitur ad actum iustitiæ, seu religionis & pietatis: vnde est altioris virtutis actus q̃ sit sobrietas & temperantia: vtputa iustitiæ. Sic ergo votum non mutat genus aut substantiam operis: nec facit ieiunium esse specialẽ virtutẽ: sed trahit actum ad latriã vel pietatem. Sic virginitas per votum fit actus latrię aut pietatis vel etiã iustitię: vñ est actⁱ⁹ latrię imperatiue, & castitatis elicitiue. Et sicut sine charitate nullum opus est meritorium stante lege: ita sine latria, aut religione nullum placet deo sacrificium, quia sine ea nullum opus ad eius reuerẽtiam exercetur. Item per votum homo magis firmat in bono. Et qui vouet dat opus ipsum & potentiam: eo q; facit se non posse omittere qđ vouit. Aug. ad Armentariũ. Felix est necessitas quę ad meliora compellit. & infra. Non te vouisse pœniteat: sed gaude iam tibi non licere qđ cum tuo determinẽto licuisset. Cum ergo impletio voti sit actⁱ⁹ iustitiæ & religionis: quarum quęlibet est nobilior virtus temperantia: ergo melior est virginitas cũ voto q̃ sine voto. Secunda pars probatur ex definitione virtutis: votum enim solum addit perfectionem accidẽtalẽ, & trahit virginitatem ad actũ nobiliorẽ alterius virtutis. ¶ Quarta conclusio. Sicut consilium euangelicum dicitur esse de meliori bono, non per comparationem ad præcepta diuina: sed ad sua contraria: puta non seruare cõsilia: ita virginitas melius bonum, non per cõparationẽ ad opus præcepti: sed ad suum contrariũ. Probatur: quia opus consilij (qđ est de bono supererogationis) est de instrumentis conducentib⁹ ad perfectionem christianã, & non præcise respicit ea quæ sunt per se bona virtutum: sed magis dispositio ad virtutes. Opus vero præcepti dat de his quæ sunt per se bona, & quasi de lege naturę, & in quibus essentialiter cõsistit perfectio hoĩs: vtputa de dilectione dei & proximi. Secundũ Duran. virginitas non est bonũ secundũ se, sed propter aliud. Remouet em̃ multa impedimenta contemplationis diuinorũ. Hic est sicut medicina, seu bona p modũ medicinę. In quo tñ præfertur matrimonio: quatinus reddit hoiem aptum ad diuina cum remotione multorũ impedimẽtorum. Qui enim habet solam virginitatẽ sine deuotione mẽtis, est imperfectior imperfectione personali coniugato deo prorsus dedito: licet sit in statu perfectiori. Ad hoc de bono coniu. cap. xxiij. & xxiiij. & de sancta virgi. ca. j. Itaq; sicut plus conducit ad præceptorum obseruãtiam seruare consilia q̃ non seruare ea: sic suo modo dicendũ est de virginitate. vt deducit Apostolus. j. Corin. vij. Qui em̃ sine vxore est, cogitat quæ dñi sunt, quomodo placeat deo. Et mulier innupta & virgo cogitat quę domini sunt vt sit sancta corpore & spiritu. Quę aũt nupta est, cogitat q̃ mundi sunt, quo modo placeat viro. Cum ergo virginitas prębet facultatem sine impedimẽto dominũ obsecrãdi: vxorem vero habere magnum præstet impedimentum: ergo virginitas dicitur melius bonum respectu sui contrarij. ¶ Quinta cõclusio. loquẽdo de virginitate pręcise secũdũ illud qđ supaddit ad virtutem cõtinentiam & castitatem, etsi sit quidam decor virtutis, non tamen est vt sic præcise virtus nec gradus virtutis: sed potest dici potius voluntaria pœnalitas pro Christo assumpta q̃ virtus. Hæc conclusio est Gers. in de consilijs euangelicis: & vt videtur Augu. in plerisq; locis. Probatur: quia omnes virtutes sunt per se bonę & laudabiles, & de genere bonę. Virginitas autem secluſa continentia nõ est hmõi. Sed sicut mors passa pro Christo voluntarie non est virtus: nec pfectio animę et inexistẽs: sed est quædam laudata & meritoria pœnalitas p Christo acceptata: ita in proposito videtur posse dici de virginitate secundum illud pręcise qđ dicit vltra cõtinentiam, aut pudicitiam ea secluſa. ¶ Sexta cõclusio. Virginitas virtus non est omnibus aliis virtutibus moralibus maior & nobilior. De theologicis q̃n præcellant eam, non est dubium. Finis enim præfertur his quæ sunt ad finem: & sine eis nõ est vera virtus secũdum Aug. Præterea in moralibus religio maior est ea. quãto enim virtus aliqua magis ordinat ad finẽ, & hominẽ deo cõiungit: tanto est maior: sed religio virtus imperat oĩm aliarũ virtutum moralium actus, & ad honorẽ dei refertur. Siquidem secũdũ Tullĩ. ij. Rhetoricę, affert cultum & cerimoniã deo. Idipsum ostendi posset de multis aliis moralibus virtutibus: & manifeste habet Aug. de bo. coniu. ca. xxiij. vbi ostẽdit virtutes quæ sunt pręceptorum & obedientiæ præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ceptiuę,esse maiores consilijs : & ita obedientiam præfert virginitati. ¶Corollarium. Virginitas est maxima virtutum moralių in genere castitatis. Plus enim remouet delectationem carnalem plurimū impedientē dñi obsecrationē.j. Corint.vij. Hinc ait. Existimo hoc bonum esse propter præsentē necessitatē.quia coniugū onera grauia sunt & de se plurimum impedientia a profectu, secundum Aug.ca.xiiij.de virginitate. ¶Septima cōclusio.Matoris fuit meriti cęteris paribus tempore legis naturæ ac scriptæ matrimonij officium p dei laude, ac hominū deum colentiū pia multiplicatione exercere:habentibus de hoc diuinum prę ceptum,aut consilium, q̄ in virginitate pura permanere. Patet conclusio. Melius est enim viuere pręcepto q̄ consilio,& melius est viuere cōsilio,q̄ ei contraire. Habentes ergo præceptum aut consilium diuinum de hoīm pro hoc tempore multitudine,tenebantur aut licite poterāt matrimonio vacare.Cum quo nihilominus stare potuit firmū propositum quantū in se fuit velle re vxoria &c. pro deo carere: vt sic contemplationi diutinę quietius possent vacare.de bo.coniu.ca.xxj. Fuit ergo duplex bonum in talib⁹.Vnum:quia obedierunt mandata aut cōsilio diuino. Illud enim fuit causa coniugij eorūdē præcise:in quo nihil aliud intenderunt,nisi qđ Christo in carne vēturo proficeret.de bono coniuga.ca.xxv.Aliud,quia voluissent pro deo illa delectatiōe carere si diuinū p̄ceptum aut cōsilium tunc nō obstitisset. Et ita & merito obedientię, & merito castitatis non caruerunt:imo habuerunt secundū Richar.virtutem perfectam castitatis:quę dicit totam essentiā habitus virginitatis:vt habitus virginitatis dicit virt⁹ perfecta respectu castitatis coniugalis:q̄uis secūdū cōmunē acceptionē propter carnis corruptionem non dicuntur virgines actu.Et sicut secūdū beatū Thomā,meritū venit pensandum non solum ex genere actus:sed magis ex animo operātis:ita potest dici virginitatem laudatam ex genere actus præcise:sed magis ex animo sic abstinentium pro dei laude & honore.Hinc Augu.de virgi.ca.viij.Neq; ipsa quia virginitas est : sed quia deo dicata honoratur. Ad idem cap.xxj. de bo. coniu.Ioannes habuit celibatum & cōtinentiam in opere & habitu: Abrahā in habitu solum.Non ergo est impar meritum patiētię in Petro qui passus est & Ioanne qui passus non est.Et nō est impar meritum continentię in Ioāne qui nullas exp tus est nuptias,& in Abrahā qui filios generauit. Singuli enim pro temporū distributione deo militarunt. ¶Octaua conclusio. Tempore legis euā gelicę status virginalis prefertur vt melior & præstantior statui coniugali.Patet ex dist.xxvj.Christus enim & Apli's statū illum cōsuluerunt.Matt.



xix.&.j.Corinth.vij. Christus & mater eius virgines permanserunt &c.Q đ aūt ab æterna sapientia consulitur & eligitur,indubitanter p̄sumit eē melius & salubrius q̄ suum contrarium. Hæc cōclusio est Aug.de bo.coniu.ca.xxiij.Cum faciēdo comparationē rei ad rem dicit nullo modo dubitandum esse meliorem esse castitatem continentię, q̄ castitatem nuptialem. Secus de hominibus: qui se possunt habere vt excedens & excessum. Si dicitur:bonum personę priuatę non est p̄ferendum bono cōmuni virginitas est bonū personæ priuatę:igitur. Respōdetur secundū Duran. Bonū cōmune melius est bono priuato quando sunt eiusdem generis: sed bonum priuatum pōt esse melius bono cōmuni alterius generis. Sic est in proposito. potissimū bonū cōmune ad quod ordinatur matrimoniū,per alios sufficiēter expletur.Item ex ordine charitatis qua q̄s diligit plus bonum suum q̄ alterius,vt infra.Dicitur notanter status virginalis &c.talis enim sequitur & seq; potest agnum quocunq; ierit semotis oībus secularibus impedimentis.

¶Quantum ad articulum tertium P est primum dubium: An virginitas sit specie distincta a castitate coniugali. Ad hoc dubium diuersę sunt opiniones secundum aliam & aliā acceptionem nominis virginitas. Et quia maior cōcertatio est de nomine q̄ de re : ideo remittitur ad dicta doct.& ad notata i.iij.dist.xxxvj.&.xxxiij. ¶Secundum dubium. Quomodo excusant patres vet.test.a peccato,qui tunc continuerūt cum matrimonium fuit laudabilius virginitate,& de præcepto. Ad hoc dist.xxx.q.ij. ¶Tertiū dubium: An virginitas potest amitti sine peccato, & an possit reparari amissa.Hic respondēt quidam dicentes nullam virtutem ad salutem necessariā perdi sine peccato,secus de virginitate & alijs ad salutem nō necessarijs . Sed ad saluandū dictum Gersonis,Richar.& Palu.cum inquit, Nihil impedit virtutem nisi culpa vel pœna eius:Pōt dici q̄ id intelligitur sic.nulla virtus perditur demeritorie sine peccato. Loquitur enim secūdū opinionē ponentē virtutes morales infundi: sicut theologicas. Secūdum illam opinionē verū est nullā virtutē infusam perdi sine peccato. Q̄z aūt virginitas sicut alię virtutes morales infundatur:præsertim in lege euangelica:quę est lex virginitatis: tenet Palu.q.ij.ar.iiij.dicens q̄ paruulis in quib⁹ nō est obex, infundit virginitas & innocētib⁹ in baptismo,non tamen merentur aureolam:quia illa respicit actum non habitum. De adultis autem videtur q̄ deus infundat omni homini id ad qđ se disponit.Vnde qui cum proposito virginitatis venit ad baptismū vel aliud sacramentū, recipit



habitum virginitatis sicut & cæteras virtutes.Ex quo itaq; in perceptione sacramentorum no.leg. infunditur a deo nedum illud qđ est ad salutē necessarium:sed etiā id qđ est vtile,secundū capacitatem & dispositionem suscipientis sacramētū digne:ideo qui recipit sacramentū no.leg. non contrarium virginitati(qđ dicitur propter matrimonium)recipit oēm virtutem ad quā est dispositus & cuius est capax.Et dato q̄ sit solum mente corruptus:si accedit stante pœnitentia de corruptiōe mentali,infunditur sibi habitus virginitatis:sec⁹ si est corruptus mente & corpore : quia tunc licet pœniteat cum virginitas reparari non potest,nō infunditur sibi virtus virginitatis.Hęc ille. Negā res vero habituum moralių infusionē: negare habent nullam virtutē amitti sine peccato. De theologicis infusis hoc verum est:secus de alijs nō infusis sed acq̄sitis vt supra dist.xxxiij.iij. ¶Ad aliud:an amissa virginitas possit per pœnitentiā reparari:Gerson tenet q̄ nō, & Palu. Sed ctm reuerentia videtur q̄ tota res pendeat ex intellectu huius qđ est dicere:Virginitas amissa reparari nō potest. Si aūt ad p̄teritū est potētia,& p̄teritū potest non fuisse,& ita non fuisse p̄teritum. Potuit enim deus facere rem illam quę trāsijt: nunq̄ fuisse in rerum natura. Ea enim demonstrata pōt dici:hoc contingenter est:& potuit nō esse,vel nū q̄ fuisse. Secūdū hanc positionē non videtur vt infra dist.xlix.q.ij.quin deus illam corporis integritatem,aut bonam mentis qualitatem coniunctim vel diuisim possit reproducere eandē numero,vel similem in specie:sicut de charitate amissa per peccatum.Et mortui resurgēt sine corruptione. Si enim sensus est (supposito q̄ ad p̄teritū non est potentia ) Cum aliqua est corrupta, non est verum dicere deinceps eam non fuisse corH ptam:nulla virginitas potest reparari. ¶Quartū dubium: Quomodo virgines dicūtur seq; agnū quocunq; ierit.Respondetur.virgines vt tales,q̄ sunt in virginali statu,non habent nisi seipsas curare:& ita sine omni impedimēto mūdi rei vxorię liberorum &c.possunt sequi agnum quocūq; ierit sine impedimento cuiuscunq;.Coniugatę vero & viduę habent & alijs multis intendere. Hinc j.Corinth.vij.Bonum est homini sic esse in virginitate propter instantem necessitatem quæ multū impedit in his quæ dei sunt. Sequūtur & tales agnum:sed non quocunq; ierit occupati diuersis curis,tamen inquantum possunt. Ponitur ergo ly virgines pro statu virginali. Et refert hic facere comparationem rei ad rem & personę ad personam:vt supra,secundū Aug.Non ergo est virginitas maxima virtus:nisi quia plura cęteris remouet impedimenta in his quæ dei sunt: vt sibi soli intendere possit homo. Præterea virginitas hoc modo dicit statum hominis intendentis solū vni sponso Christo seruire semotis omnibus mundi curis:qui non potest esse in coniugibus,vt supra secundum apostolū.j.Corinth.vij. De hoc infra dist.xlix.q.iiij.de aureolis.

## Distinct.XXXIIII.

Vnc supest attendere quę p̄sonæ sint legitimę &c. Superius Magister egit de triplici causa matrimonij,formali,efficiēte,& finali. In hac distinct. xxxiiii. agit de matrimonij causa materiali : hoc est de personis legitimis pariter & illegitimis ad contrahendum. Et diuiditur pars illa quæ currit per.ix.dist.in duas partes principales. Primo de p̄sonis non omnino illegitimis ad contrahendū. Secundo de omnino illegitimis.dist.xxxvij.Cū vero personę legitimę sunt quibus non obuiant ecclesię statuta vt cōtrahere possint:cognito quæ personæ sunt illegitimę, statim per cōtrarium haberi potest quæ sunt p̄sonę legitimę.Ideo primo agit de illegitimis non ex toto: quæ si contraxerunt possunt simul manere:aut si volūt, diuortiari.Et primū de impedimētis p̄cedentib⁹ cōtractū seu matrimoniū contrahendū: vtputa de impotētia coeundi.dist.p̄senti. Secundo de superuenientibus post iam contractum matrimoniū ratione fornicationis alterius coniugum.dist.xxxv. Tertio de incidētibus in actu contrahendi.s.de cōditione seruili.dist.xxxvj. Agit ergo dist. præsenti de impedimentis frigiditatis,furię,& maleficij,aetationis,incestus &c. Distinctio ista trib⁹ cōplectitur propositionibus textualibus. ¶Prima: Si vir naturæ frigidę coniugē non valet cognoscere,& mulier recusat illi vt soror cohabitare : sed instāter vult mater fieri & esse:legitimis quoq; documentis viri impotētiam ostenderit: potest mulier illa alibi contrahere.Vir aūt naturę frigidę debet sine coniuge permanere. ¶Secunda propositio:Impotentes ex maleficio si ecclesię suffragijs & precibus suisq; orationib⁹ curari nequeūt possunt separari.Si vero cæteris coniuncti a maleficio liberantur, nō possunt prioribus sine ecclesię iudicio restitui & reconciliari. ¶Tertia propositio Furiosi nisi habeant lucida interualla matrimonium contrahere non possunt. Si vero sani contrahunt,& dehinc in furiam prolabuntur,separari nequeūt. Q̄z si quispiam duas cognouit sorores

Universidad de Deusto
Biblioteca



res,neutram ducere potest in coniugio. Si autem vxoris suę sororem post cognouerit, debitū petere non potest a sua: tenetur vero ei debitū reddere,cum sit innocēs & rei nefandę insciа & ignara. Harum conclusionum declarationem textus ostendit.

## Quęstio Vnica.

A Irca illam distinct. quæritur in genere: Vtrum matrimonitū recte dicatur aliqua habere impedimenta,quæ impediunt cōtrahendum, aut dirimunt qđ est contra prohibitionem iam contractū. Tres articuli quæstionē absoluent solito more.

¶Quantum ad articulum primum est notandū. Ex quo secūdū prædicta dist.xxvj. &.xxvij.in matrimonio cōtingit duo considerare: vnum quia est opus diuinum & ex diuina institutione : aliud quia est etiā opus humanū:nam de voluntate personarum contrahentiū est posita diuina institutione & indulgentia,si velint vel non velint contrahere,& potestatem suorum corporū indissolubiliter cōmutare: Inquātū est opus diuinum pręcise,& fit a deo immediate,non pōt habere impedimentū:inquantū vero contractus ille fit cooperatione causę secūdę,& completur cōsensu & volūtate eorūdē, potest multipliciter impediri & ante & post cōtractum,tum ob diuinam tum etiam ob humanam prohibitionē. Cū ergo plura contingere possunt propter quę contract⁹ redditur inualidus aut cōmutatio nulla: vel prępcepto & constitutioni ecclesię contraria: ideo matrimonij dicuntur esse impedimenta. Omnis em effectus qui solet constitui ex causis quæ possunt impediri,dicitur habere impedimētum. Matrimonium est huiusmodi,ergo. Causa efficiens secundum p̄dicta,dist.xxvij.est consensus mutuus:q potest impediri per errorem aut coactionem.dist. xxix.&.xxx. Causa finalis,puta bonū prolis,impeditur per impotentiam coeundi quę solet ꝓuenire ex causa multiplici,vt dicetur. Causa materialis impeditur diuina & humana prohibitiōe, cōsanguinitate,affinitate &c. Causa formalis, puta inseparabilitas impeditur sacri ordinis susceptione:aut voti solennis emissione,ac p ligamē alterius matrimonij.de quibus suis in locis. Hinc matrimonium vt est quidā contractus humanus,& ab hominibus causat⁹, dicitur habere impedimē
B ta.¶Secundo notandum. Impedimentorū matrimonij aliqua impediunt contrahendum & nō dirimunt contractum. Impediūt inquā hoc est ꝓpter ea prohibetur sic delinquentibus ne contrahant matrimoniū. Si tamen contrahunt, factū tenet. Aliqua impediunt contrahēdum & dirimūt contractum:non quasi soluāt matrimonium qđ rite contractum est. Nullum enim impedimentorum superueniens matrimonio rite facto,potest ipsum dissoluere. Dicitur autē ipsum soluere,qđ sic est de facto,& non de iure contractum:sed cōtra prohibitionem ecclesiæ:quia indicāt & ostendunt cōtractum esse nullum propter aliquod impedimentū. ¶Impedimenta ꝓpter quæ ab ecclesia cæteris personis interdicitur matrimonij contractus citra tamen facti irritationem secundum Hostiē. septem numero sunt vt cōiter dici solet. vñ sunt versus. Incestus,raptus sponsatæ,mors mulieris, Susceptꝰ ꝓprie sobolis, mors p̄sbytera lis: Vel si pœniteat solēniter: aut monalē Accipiat,prohibent hęc coniugiū sociandum. Primum est incestus cum consanguinea vel affine. Est aūt incestus cōsanguineorum vel affiniū abusus. Et incestuosi dicuntur qui consanguineis vel affinibus abutuntur. xxxvj.q.j.§.Cū ergo. Et licet quidam hoc impedimentū de incestuoso intelligant de eo dūtaxat qui cum consanguinea vxoris suę incestum cōmisit : vel cum mulier cognoscitur a consanguineo mariti sui:& non de eo qui propriꝫ cognouit consanguineas: aut de ea quę a proprijs consanguineis se cognosci permisit: & hoc scienter:eo q̄ maritus magis iniuriatur vxori cū cōmitit incestum cum eius consanguineis, q̄ cū proprijs consanguineis: non obstante q̄ magis peccat quis cognoscendo suas consanguineas: aut permittendo se cognosci a suis, q̄ alterius cōiugis:attamen multis placet oppositum: q̄ scilicet intelligatur de omni incestuoso. Vnde secundum illos ita priuaē quis iure petendi debitum & spe coniugij cognoscendo suam consanguineā: aut se a suo consanguineo cognosci permittēdo scienter: sicut cognoscendo cōsanguineam vxoris &c. Nec obstat q̄ ti. de eo q̄ cog. cōsang. vxoris suę,loquitur de incestu cū consanguinea vxoris:quia vnum ius suppletur per reliquū,ait Angelus in sum.in ver.incestus.qui tenet q̄ intelligitur de omni incestu: allegans ad hoc tex.xxxv. q.vj.ca. Si duo viri.&.q.iij.ca. De incestuosis.& ca. Nec eam. Item.xxxij.q.vij. Si quis viduam. Cognoscens ergo scienter consanguineam vxoris suę,perdit ius petendi. tenetur tamen reddere debitum petenti. Vnde si ante contractum cum aliqua,cognoscit eius consanguineam nō potest eam habere propter affinitatem contractam per coitum:licet fornicarium. Affinitas enim ex coitu ante matrimonij contractum impedit contrahendum & dirimit contractum: sed post superueniens impedit, non dirimit. Vnde si cōsanguineā



vxoris suę habuit,nō potest eam ducere mortua vxore:quia affinis est:nec debet ducere alienam: sed vterq; debet stare sine spe coniugij. Econuerso vxor scienter cognita a consanguineo viri sui perdit debiti exactionem & spem cōiugij. xxxij. q.vij. Si quis viduam.ca. Concubuisti.cap. Qui dormierit.& intelligitur si sciēter fit. Nec refert secundum Palu.an sit incestus cum adulterio vel sine. Adulteriū vero sine incestu non impedit, nisi in tribus casibus dicendis dist.xxxv. Non aūt le gitur de incestu cum cognata legali aut spirituali: sed de publicę honestatis iustitia. ¶Secundū est raptus vxoris alienę,seu sponsę alterius.cap. Statutum. Secus si solutam rapiat virginem vel coruptam:quia cum tali potest contrahere secundū canones:licet non secundū leges.de rapto.cap.j. De adul.ca.j. Necesse ergo est q̄ sit raptor sponsę alterius,si debet esse sine spe cōiugij citra dispēsationem.¶Tertiū est vxoricidiū:cū.s.quis occidit suam,non vt cum adultera possit contrahere: sic enim dirimeret contractum & impediret cōtrahendum:de quo infra dist.xxxvij. sed cum quis ex ira,inuidia,aut vindicta suam propriam interficit vxorem. Secus de aliena.xxxiij.q.ij.ca. Admonere.& cap. Interfectores. Vbi habetur q̄ coniugia penit⁹ sunt interdicta his qui suas occidūt vxores,nisi sint adolescentes,& de incontinentia suspecti. Ad hoc ca. In adolescētia. ibidē. Et habet hoc dictum pœnale veritatem si eam non deprehenderit in adulterio. tunc enim non est reus huius pœnę: vt in textu infra dicet. dist. xxxvij. iuxta finem. Idem est secundū aliquos de muliere dāte viro venenum,aut alias occidēte eum: vt refert Anto.par.iij.ti.j.ca.xvj. ¶Quartū. Susceptio proprię prolis de baptismo in fraudē matrimonij: vt possit priuare coniugē carnali debito & copia sui.xxx.q.j.cap. De eo. Vbi notat Tho. de Argen. Ex quo ante tēpora multa duntaxat bis in anno dabāt baptismus,aliqui odio habētes suas vxores,ne cogerentur eis dare debitum ꝓpter cognationem spiritualem ex hoc cōtrahēdam dolose susceperunt propriam prolem de fonte. Contrahitur enim cognatio spiritualis inter susciпientem prolem & matrem eius. Sūmus pōtifex hoc percepto statuit, cū cōsilio tales sic dolose agētes manere sine spe cōiugij etiam mortua vxore quā talismodi fraude circūuenire studuerūt. ¶Quintum est presbytericidium.de pœ. & re.cap. Qui presbyterum. Hic peccat in coniugium:quia eius ministrum interficit. ¶Sextū est crimen solenni pœnitentia correctum. Si enim alicui propter crimen cōmissum iniuncta est solennis pœnitentia: debet deinceps carere cōiugio. xxxiij.q.ij.ca. De his vero. Dicunt tamen aliqui hoc esse consilij nō prępcepti: quia cum debēt pro peccatis lugere, nō habent contrahere,& carni vacare. ¶Septimū: si quis scienter contrahit cum monali iam professa. talisquia iniuriatur matrimonio Christi, carere debet cōiugio. xxvij.q.j.ca. Hi ergo qui. Hęc sūt crimina ꝓpter quæ ecclesia vult eos manere sine coniugio qui sic deliquerunt, citra tamen contractus irritationem. Ergo dicuntur impedire cōtrahendū: sed non dirimere cōtractum: quia sunt prohibitiones ne matrimoniū contrahatur posthac. ¶Cuius aūt auctoritate possint cōtrahere sic prohibiti ꝓpter illa crimina, hic est diuersitas opinionū. Palu. tenet q̄ sufficit dispensatio epi, & non sacerdotis simplicis. Nec valet consuetudo in cōtrariū, nisi constaret q̄ episcopi hoc scientes multo tēpore dissimulassent: qđ dissimulare est dispē sare. Igitur secundū eum mortaliter peccat qui cōtra canonem sine dispensatione contrahit. Et licet dicatur culpam venialem feciſſe sic contrahēs in adolescentia timore incōtinētiæ. xxxiij.q.ij.ca. In adolescentia. Hoc tamē secūdū eū intelligitur quo ad ecclesiam q̄ talem non punit. Idem habet Richard. Itaq; siue sit iuuenis siue senex, requirit dispensatio episcopi:& non sufficit secundū eum dē licentia curati: vt vult Angelus in ver. Impedimentū. ix. secundū quē licet sit securius recipere dispensationem, non tamen condemnat non recipientem eam: sed dicit sufficere licentiam curati: & q̄ ille rigor hodie non seruatur. ¶Impedimēta C alia quæ impediunt & dirimunt matrimoniū, cōtinentur in his versibus. Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamē, honestas. Si sis affinis, si forte coire neqbis. Hęc sociandа vetant connubia, iuncta retractant. De his impedimentis suis in locis dici solet. De errore personę patuit dist.xxx. De conditione seruitutis dicetur dist.xxxvj. Voti solēnis. dist.xxxviij. De voto cōiugum alias plura dicta sunt.xxxij.&.xxvij.dist. De impedimēto cognationis triplicis. Carnalis. dist.xl. Spūalis & legalis xlij. De impedimento criminis. distin.xxxv. De cultus disparitate. dist.xxxix. De impedimento coactionis.xxix. Ordinis sacri. dist.xxxvij. Ligaminis, cum alteri ligatus est vxori verbo de præsenti. dist.xxxviij.& dist.xxxiij. De publicę honestatis iustitia, & affinitatis impedimento. dist. xlj. De coeundi impotentia:& hoc multiplici. Naturali, vtputa frigiditate in viro. Arctatione in muliere. Accidētali, vt in maleficiato,& quādoq; mēbrorum sectione &c. dist. præsenti. ¶Tertio notandum q̄ doct. ponentes. xij. impedimenta secundū iuris dispositionem colligunt ea per cōparationem ad. iiij. causas matrimonij. Ex parte causæ efficientis, respicientis consensum liberū, est impedimentum triplex. s. erroris personę, erroris conditionis extremę,& coactionis. Ex parte

Universidad de Deusto
Biblioteca



causæ finalis respicientis bonum prolis & remedium fornicationis: sunt coeundi impotentia, cõtra prolis generationẽ: Cult⁹ disparitas, cõtra religiosam educationem prolis genitę: Crimen, contra remedium vitãdę fornicationis: per qđ homo fit indignus tali remedio contra concupiscẽtiã indulto. Causa materialis impeditur nimia ꝓpinqtate inter coniuges, qui sunt materia cõiugij. Hãc eñ horret natura: & sic ponuntur. Cognatio: affinitas: & publicę honestatis iustitia. Causa formalis quę est vinculi indissolubilitas impeditur ordine sacro: voto solenni: & alterius matrimonij ligamine. ¶ Verũ Scot⁹ dist. xlij. plura ponit impedimenta & alio ordine, cum qualicũq; impugnatione nunc dictorum: præmittens q; aliqua sunt impedimẽta matrimonij simpliciter dicta: post quæ si aliquid fuerit attentatum, nihil fit. Nõ simpliciter: post quę illegitime sit. si tamẽ fit non est irritũ. Impedimẽta simpliciter accipiuntur vel ex natura contractus, vel ex ecclesię statuto superaddito. Ex natura contractus cõtingit impedimentũ sumi dupliciter. Vel ex parte contractus, & sic sunt tria impedimẽta in genere: videlicet per metum: per defectum notitię: per appositionẽ conditiõis repugnantis & contrarię. Primum impedimentũ per metum potest multiplicari secundũ ea mala q̃ iuste timentur: de quo dist. xxix. Secundum impedimentũ est triplex secundũ triplicẽ errorẽ personæ, seruilis conditionis, & dationis. & additur quartũ secundũ defectum vsus rationis: qđ nominatur amentia vel furia. Tertium impedimentum per appositionẽ conditionis repugnãtis, cõtinet sub se tria repugnãtia trib⁹ bonis coniugij. de his cõditionibus dist. xxx. q. iij. & dist. xxviij. Ratio horum impedimẽtorũ potest eẽ: qa in matrimonio est datio volũtaria: qđ ergo impedit voluntarium, impedit contractum illum ex natura contractus. Voluntarium aũt impeditur metu cadente in constantem virum. de quo dist. xxix. Itẽ impeditur ex defectu notitię p̃cedentis. Ad voluntartũ enim requirit notitia voliti. Vel ergo impeditur totaliter notitia intellectiua: ita q; non est ibi vsus rationis sicut est in furia: de quo dist. prę senti: vel non impeditur totaliter: sed est cognitio erronea siue cum deceptiõe, & hoc triplici circa ea quæ necessario requiruntur ad cõtractum. Prima est error personę. de quo dist. xxx. Secũda, error conditionis prioris seruitutis. de quo dist. xxxv. Tertia, error dationis mutuę. de quo dist. xxx. De appositione conditionis repugnãtis patuit dist. xxviij. &. xxx. q. iij. Et ratio est q; non valet: qa cum sunt conditionales, non tenent nisi stante cõditione. Cum autem cõditiones appositę directe bonis matrimonij repugnant: cõtract⁹ nulli sunt. Prohibitio enim dei est ne fiant cõtractus illi sub huiuusmodi cõditionib⁹ repugnantibus. Nõ videt illud dictũ vsquequaq; posse stare. Nã clarũ est q; aliter impedit error psonę: q respicit substãtialia mãtimonij ex natura matrimonij: & sic q; ecclesia nõ posset facere q; ille error psonę nõ impediret, cũ plene tollit cõsensum in hanc psonã scitam esse talem: & error conditionis. Qua ratione enim diceretur illum errorem impedire matrimonium ex natura contractus seclusa ecclesiæ constitutione, eadẽ etiã dici posset de errore qualitatis & fortunę: qui ex cõstitutiõe noua ecclesię etiam possent esse impedimenta: sicut error conditionis. Ideo prę cipua causa impedimenti erroris cõditionis, est cõstitutio ecclesię. Ita habet Palu. Angelus, & cęteri multi. Valent ad hoc dicta dist. xxix. conclu. j. de metu. Vel sumitur impedimentum ex natura contractus, quantum est ex parte personarum contrahentium. Et sic sunt duo impedimenta in genere. s. impotentia simpliciter, & impotentia secundũ iustitiam, quia ligatus est alteri coniugi. Impotẽtia simpliciter quintuplex est scilicet frigiditas naturalis in viro: aut mutilatio: arctatio in muliere: defect⁹ ætatis: & præstigiatio seu maleficium. Impotentia secũdũ iustitiam nõ diuiditur. Non enim licet tempore legis euangelię habere plures vxores. De hoc dist. xxxiij. Et ratio huius potest esse. Nam ex parte contrahentiũ requiritur q; possint dare effectualiter corporum suorum potestatem, si petitur ad actum coniugalem. Simpliciter impotens ad copulam, vel p naturam, vel casualiter, hoc non potest: igitur nõ est aptus ad contrahendum: quia nullam habet corporis potẽtiam ad actum coniugalẽ. De hoc supra. dist. xxx. quæst. iij. põt eñ ille contract⁹ fieri sine alio, secundũ Aug. Impotentia secundũ iustitiam & secũdũ legẽ diuinã, quę est q; sit vnus vnius: cũ est ligatus vni, non põt dño recusante dare corpus suum alteri: quia iam non est suum: sed coniugis. Dño inquã principali puta deo sic instituẽte, & imediato. s. coniuge. ¶ Circa hęc impedimẽta Sco. ponit versus. Quorum versuum primus continet quinq; impedimenta in speciali. Secundus tria. Tertius quinq;. Quartus vnum. Et sic habentur impedimenta. xiiij. recto ordine ad nunc dictã diuisionem. Secũdo modo sumũtur impedimenta ex statuto ecclesiæ superaddito. Et illa dicuntur dũtaxat impedimenta respicientia personas: quia circa materiam aut formam contractus ecclesia non habet disponere propriẽ ꝓter psonarũ illegitimationẽ ꝓut cõgruit honestati & charitati dei & ꝓximi, paci & vtilitati eccl'ię &c. Illegitimat aũt, vel propter nimiam inter se ꝓpinquitatem, vel propter eorũdem ad diuinum cultum specialem applicationem: vel ꝓpter horrẽdi criminis enormitatem. Primo modo illegitimi



matuit cõsanguineos & affines in quarto gradu & infra, siue affinitas orta sit ex cõmixtione carnali cõsanguinei cũ illa: vel vbi vinculũ solũ cõtractũ est p mãtimoniũ seu spõsalia, cessãte copula: qđ dicit publicę honestatis iustitia. De his dist. xl. xlj. & xlij. Itẽ ꝓpter specialẽ applicationẽ ad diuinũ cultũ, eccl'ia illegitimauit eũ q; fecit votũ solẽne: & q; suscepit ordinẽ sactũ. De prio, dist. 38. de secũdo, dist. 37. Itẽ ꝓpter criminis infidelitatis enormitatẽ illegitimauit fidelẽ nõ simpl'r, sed respectu infidelis. dist. xxxix. Item ꝓpter adulterium cũ machinatiõe effectuali in mortẽ legitimę cõiugis suę, sicut cum fidei datione de cõtrahendo post mortẽ legitimi viri. dist. 35. Si c ergo in gñe sunt psonę illegitimę ad mãtimonij cõtractũ ex crimine duplici: ex duplici applicatiõe & deuotatione ad diuinũ cultũ: ex ꝓpinqtate cõsanguinitatis, vinculo affinitatis, & publicę honestatis iustitia: ex cognatiõe spũali & legali: q̃ est q̃dã ꝓpinqtas ptim carnalis, partim spũalis. dist. xlij. Hęc Sco. Verũ necesse est hic nõ inniti p̃cise dictis doctorũ: sed textui iuris canonici & ordinatiõi ecclesię. ¶ Quarto notãdũ circa ipedimẽtũ dist. hui⁹ in gñe, qđ dr coeũdi ipotẽtia, aut error in potẽtia. Impotẽtia coeũdi sic notificat̃ scđm Host. ti. de fri. & ma. Est vitiũ vel defect⁹ naturalis vel accidẽtalis quo q̃s ipedit̃ alteri carnaliter cõmisceri. Palu. sic definit. Est vitiũ animi vel corpis vel vtriusq; simul quo q̃s ipedit̃ alteri carnaliter cõmisceri. Et capit̃ nomen vitiũ large ꝓ defectu animi, vt in furia. Corpis tm̃, vt etatis, mẽbrorũ mutilatione, arctatione, sectione, aut nullitate ꝓpter frigiditatẽ naturalẽ in viro. Frigiditas eñ in muliere nõ ipedit simpliciter sicut nec sterilitas. ¶ Dicit̃ quo quis impeditur alteri carnaliter cõmisceri. Quid aũt requirat̃ ad hoc & sufficiat q; quis dicatur posse alteri cõmisceri carnaliter, nõ videtur esse clarũ. Hostien. dicit de frig. & male. de muliere. Sufficit q; sit quomodocũq; cognoscibilis q̃is cõcipere nõ possit. Richar. inqt Sufficit q; patiatur viri actionẽ in mẽbro naturali. Primũ explanat Palu. q. ij. ar. ij. dicens. Dicitur incognoscibilis, qñ intra eã naturaliter seminari nõ põt, tãetsi possit extraordinarie pollui. Et de viro inqt. Q̃uis nõ possit pficere clausura pudoris totaliter frangendo: põt tm̃ seminãdo. Hinc tenẽt pleriq; doct. cũ glos. xxxij. q. vij. c. Hi q. dicẽtes. Si vir habet virgã erectã siue resoluat sperma siue non, cẽsetur potens, & potest cõtrahere: quia satisfacit mulieri: sicut mulier satisfacit viro siue resoluat semen siue non. Archidia. tenet. Carens vtroq; testiculo, quia nec generare potest, nec coire, non potest matrimoniũ cõtrahere. Idem tenet Goffre. in Sum. titu. de fri. Ex quo enim nõ possunt vxores cognoscere, assimilantur pueris secũdum eundẽ. & est in textu ca. Qđ sedem. de fri. & male. Idem Ioan. And. & Hostiẽ. in sum. dicens Si vir aliquotiẽs mouerẽt: licet nõ posset perficere: non esset naturaliter frigidus. Vbi vult Host. q; sufficit virgę erectio sola: & ita videtur secũdũ eundẽ sufficere potẽtia mouẽdi: licet nunq̃ sequatur actus. Non eñ est impotentia simpliciter. Palu. q. ij. ar. j. dist. p̃sentis inquit. Q̃i non potest seminare in loco debito, non põt contrahere: q̃is reliqua, & deflorare possit. Concupiscentia. n. i padonis deflorauit virginem. Eccl'i. xx. Subiũgit. Quia impotẽtia coeundi absolute est: qñ quis nõ potest carnalẽ copulam exercere. Non reputatur aũt in iure carnalis copula subsecuta, nisi sit consummata p semination̄ ordinariã. Vnde ille qui oẽm humorem etiam vrinę emittebat p partem posteriorem, licet rigore mẽbri defloraret, nõ potuit contrahere: ergo secundũ illum doct. requiritur semination̄: secundũ alios sola virgę erectio: secundũ alios carnalis cõmixtio. Allegat Palu. ca. vlt. de sponsa. vbi Panor. refert Inno. sentire. Si sponsus deflorauit sponsam: quia tamen non est subsecuta seminis cõmixtio: non est iudicãdum p matrimonio. Panor. in ca. Q đ sedẽ. de fri. &c. & Angelus in sum. ver. Impedimentũ. xvj. recitata opinione glos. vt supra patuit, dicũt oppositũ esse verius, & ita fore tenẽdũ: qa ex quo nõ põt gñare, vel secũdũ Angelũ habere actũ generandi põt vxor dicere. Ego volo esse mater. vt in ca. j. in fine. de fri. & mal. Sed cũ reuerẽtia si hoc eẽt vetũ, nõ possent senes & steriles naturaliter mãtimoniũ aut cõiugiũ ratũ cõtrahere, cuius oppositum vterq; tenet. Itẽ mulier q̃ diu cohabitauit viro nec ab eo cõcepit, posset allegare defectũ potẽtię gñatiuę, seu ipotẽtiã quo ad actũ generãdi: & ita petere diuortiũ, cũ nõ fuit mãtimoniũ ꝓpter defectum generãdi. Nisi nõ posse gñare neget dũtaxat effectũ gñationis & nõ actũ. Sic dici posset de illo q nũq̃ seminauit in vas debitũ etsi virgã erexerit. Sed tũc nõ ẽ allegatio mulieris ꝓpria cũ dicit volo effici mater. Nõ. n. fit mater p solũ coitũ, sed effectũ gñattõis. Nisi dicat̃ locutionẽ illã ẽ ciuiliter intelligendã. i. peto viri solatiũ, seu nolo cõtinere. Sic si mulier est arcta põt vir dicere: volo esse pater. i. nolo eẽ sine solatio vxoris, aut nolo cõtinere. & ita est sermo curialis scđm. S. Bona. i dubijs fr̃alib⁹. Angelus vult finaliter q; sufficiat ad potẽtiã act⁹ generãdi, q est emissio seminis in vas debitũ: & nõ requirit̃ effect⁹ generãdi: & ita scđm illũ potẽs dr actiue vel passiue q põt i vas debitũ naturaliter seminare: vel intra quã põt naturaliter seminari. Et idem placet Palu. vt supra. Sed videtur illã semination̄ ꝑtim actiuã non requiri necessario ad hoc q; quis dicatur potens: cum potest alias solatiũ facere vxori: qa (vt fert) multi non seminãt. San. Bona. in dubijs literalib⁹ di-

Universidad de Deusto
Biblioteca



eit. Mulier non pōt separari a viro propter impotentiā generādi: sed ꝓpter impotētiā coeūdi. Sā. Tho. dicit q̄ impotēs dicit gñaliter noie, q̄ non pōt carnale debitū soluere. ¶ Sed tunc adhuc pēdet an solutio debiti cōiugalis requrat necessario seminis debiti transfusionē naturalē in vas debitū, & receptionem: ita q̄ sine seminatione non dicit̄ qs posse cōtrahere: & q̄ seminatio actiua & passiua sufficiat, vt videt̄ velle Palu. Vel an sufficiat virgę erectio siue seminet siue nō: vt voluit glos. vbi supra. & ita est materia brocardica maiorū explanatione determinānda. Habitū est dist. xxviij. consensum qui causat matrimoniū nō eē necessariō in copulā carnalē: sed coniugalē: q̄ est coniunctio animorū vt supra. Et refert aliq̄d eē de natura cōtractus ad generandū large: & coniunctionē cōiugalem animorū: vt supra. non sine secūdo sed sine primo potest esse coniugium verum. Quid refert de nominibus si dicatur coniugium, vel matrimonium: oīe matrimonium est cōiugiū: forte non econtra secundū aliquos vtrobiq; est con
E iunctio animorū cōiugalis. ¶ Quinto notādū q̄ huiusmodi impotētia potest accidere vel ex causa naturali & intrinseca, vel accidentali & extrinseca. Si primum, vel est ex parte vnius sexus tm̄: puta viri. & sic dicitur frigiditas in viro, maxime si est perpetua & non temporalis tm̄. Vel mulieris tm̄: & dicitur arctatio: vel respectu oīm vlterorū, vel vnius tm̄: & pōt esse perpetua vel tēporalis tm̄, & curabilis licite p̄ naturā vel artē. Si est ex parte vtriusq; sic est defectus ætatis. Si vero est accidentalis, vel est violēta vt sectio, trūcatio, castratio virilū vni⁹ vel amborū: vel occulta, puta a dęmone: vt maleficium respectu oīm vel aliquorū tm̄: & vtraq; potest eē tēporalis vel perpetua. Vel sic. Impotētia ex parte viri pōt tripliciter accidere. Vno mō ex frigiditate naturali, vel etiā secundū aliquos calefactione nimia: propter quā impeditur coitus pro perpetuo quo ad oēs mulieres. Alio mō ex lęsione accidētali, ꝓpter quam est oīno ineptus factus ad copulā carnalē. Tertio mō ex prauitate fortilegiali, puta si a dęmone est maleficiatus, vel per incātationē &c. Attū maleficiū nō videt̄ eē ꝓprie respectu oīm mulierū sed alicuius vel aliquarū tm̄. Si em̄ est respectu oīm, talis impotentia venit noie frigiditatis, & non male
F ficij. Sunt tamē noia ad placitū salua iuris dispositione, & etus intelligēta sana. ¶ Sexto notādū. Ad hoc vt illa impedimēta impediāt & dirimāt, quatuor requirunt̄ cōditiones. Prima: q̄ p̄cedant cōtractū matrimonij verbo de p̄senti. Secūda cōditio: q̄ impotētia sit tāta: vt nullo modo possit coire: hoc est secūdū Palu. q̄ impediat & effectū & actū gñationis. Si em̄ non impediret actū qui est seminis emissio vel receptio in vas debitū, nō



esset impedimētū. Secus secūdū alios doct. vt supra notabili. iiij. in recitatione multarum opinionum. Tertia cōditio q̄ sit impedimētū ꝓpetuum ita q̄ nullo facto humano licito, & citra graue lęsionē, aut periculū corporis verisimiliter & ꝓbabiliter futurū tolli posset & curari. Non enim est maleficiū maleficio aut pctō curādū, nec cū pctō curari debet homo: qa nō sunt facięda mala vt eueniāt bona, scdm Ap̄m. Dicit̄ facto humano: qa secus de miraculo diuino quo possent oia curari. Si em̄ facto hūano licito tolli posset: & citra graue corporis periculum, nō esset impedimētū ꝓpetuū. Sic ait Hostię. Si mulier est ita arcta q̄ nullo mō est cognoscibilis p̄ter diuinū miraculū, nisi p̄ incisionē graue, est iusta causa diuortij. Et videt̄ q̄ mulier debet velle pati incisionē non enormē: viro hoc petente: qa corpus eius trāslatum est in potestatē viri cōiugaliter. Debet ergo facere quā tū in se est: vt euitet periculū corporis & aiæ & sui ipsius & mariti, licētiando ip̄m, vel petēdo diuortium cum posset cōmode aptari: & ita adulterium p̄cauere. Dicit̄ aūt hic id fieri posse licite, qđ pōt fieri sine peccato: & sine notabili corporis lęsione. Hinc sequit̄. Nō fit licite qđ nequit fieri sine pctō aut corporis periculo. Nā remediū impossibile ture diuino aut humano, non est dicendū remediū. Quarta conditio scdm Tho. q. ij. Palu. q. ij. ar. j. & dis. xxx. q. j. Angelū, & Host. in Sum. ti. de fri. q̄ sit ignorata: ita q̄ cōtrahēs cū ipotēte sit ignarus impotētiæ ei⁹, & ita p̄cise contrahat ex ignorātia & nō alias. Si em̄ fuit scita, tenet cōtract⁹ quo ad vinculū secūdū aliquos. imputet sibi q̄ talē elegit. Verū q̄ sunt illi⁹ opinionis q̄ ex natura cōtractus requirit̄ potētia ꝓsonarū: & ex institutiōe diuina: nō apponūt illā ꝓditionē: qa dicūt cōtractū fore de facto & de iure nullū: cū nō assunt substātialia cōtract⁹ ex institutione diuina. Et licet cū fit cōtract⁹ inter impotētes teneat in facie hoīm: & volētib⁹ partib⁹: tm̄ pōt iudicio eccl̄iæ dissolui ex hoc qa illę ꝓsonę sunt ex cōtract⁹ natura, quantū respicit ꝓsonas cōtrahētes, illegitimę & inhabiles scdm Bona. ar. ij. q. j. & Sco. dis. p̄senti. c. ij. de frī. & ma. S. Tho. q. ij. Richar. Tho. Argen. Et si allegat̄ ca. Cōsultationi. de fri. vbi habet̄ q̄ eccl̄ia romana nō cōsueuit eos separe: ex hoc nō sequit̄ q̄ ergo inter eos sit indissolubile mr̄imoniū: sed est scdm Host. decretū, q̄ q talē nō p̄t vt cōiugē, habeat vt sororē & fratrē. Et Sco. Si senex eēt oīno ipotēs: dicerē q̄ nō cōtraheret mr̄imonium. Non oportet i hoc stare dictis doct. cū nō habeat eccl̄iæ ꝓhibitio vel illegitimatio i cōtrariū. Et Panor. ca. Cōsultatioī. Cū oīno ipotēte ad copulā nō pōt cō sistere verū mr̄imoniū. Subiūgēs. Si potēs cōtrahit de facto alibi cū potente, q̄ prius cum impotente scienter contraxit, tenet matrimonium cum secundo: tamet̄si teneatur primę ad cōmanēdū, & ad alendum eā. Et refert Inno. & Hostien. velle q̄ si timeretur de fortificatione potentis, posset eccl̄ia potentē licentiare ad contrahendū alibi. Et ita secundū illos qa lege diuina & ex natura cōtract⁹ requiritur personarū potentia: si sunt impotentes vel alter earum: contractus est vere nullus coram deo, nec vllā habet firmitatē. Et si dicit̄ cōiugiū, hoc est largo vocabulo: quia eccl̄ia eos tenet cū volunt permanere, vt cōiuges, q̄uis posset diuortium inter eas facere. Vnde inquit Magist̄er de impotētibus. Si tales ignorāter iunguntur cōmanere possunt quibusdā accidentibus causis, eisdem deficientibus diuidi. Notāter dicit cōmanere possunt, & q̄ non sit inter eas verum coniugium, qa possunt diuidi si ignoranter iuncti fuerint. Si aūt scienter, non consueuit eos eccl̄ia diuidere. cap. Cōsultationi. de fri. Sed tamē ex hoc non sequit̄: ergo si scienter contrahunt, est cōtractus firmus & indissolubilis. Q̄ si quis diceret hoc impedimētum esse ex illegitimatione eccl̄iæ: allegando ad hoc cap. secundū. de fri. vbi dicitur. Sicut puer q̄ non potest reddere debitum non est aptus coniugio: sic qui impotentes sunt, minime apti ad cōtrahenda matrimonia reputāt̄ur. & loquitur cap. de omnino impotentibus. Et cum matrimonium claudicare non potest, si non est vtraq; personarum potens: nō videtur esse matrimonium firmum. Haberet cōsequēter dicere Eccl̄esia illegitimat impotentes in fauorē potētis cum nescit alū esse impotentē: & sic ex ignorantia contrahit alias nolens contrahere. Secus si scienter contrahit cum impotente. ita q̄ est hic error conditionis & personę. De hoc dist. xxx. q. iij. Et non est illegitimatio simpliciter, & ex natura contractus cōiugalis societatis. Patet de Dauid. iij. Reg. j. & senibus multis. Hinc possunt vt veri cōiuges cohabitare & alter alterius onera quasi veri & firmi coniuges portare positis solēnitatibus fieri solitis. xxvij. q. j. cap. Nuptiarū. Itē. xxxij. q. ij. ca. Solet. Hugo de sacramētis par. xj. cap. xj. ait. Ad hūc modū puta mus q̄dā cōiugia vere dici posse, q̄diu secūdum iudicium eccl̄iæ rata habent̄. Quę tm̄ postmodū emergētibus causis legitimis recte soluunt̄. Et si postea contra eccl̄iæ ꝓhibitionē pertinaci p̄sumptione tenerent̄: illicite & illegitime copulationes iudicantur. Hæc ille. Vbi videtur loqui ad proposito: q̄ quædam coniugia ita possunt nominari tametsi possint aliq̄n dissolui, cū. s. eccl̄ia ea rata habet & non prohibet: licet dissoluere possit. Et sic matrimoniū pōt esse inter impotētes, & potētē cū impotēte, cū id eis placet, & ad hoc libere consentiunt: & est vinculum indissolubile quo ad se cum ad id libere consenserunt. Secus de auctoritate eccl̄iæ. Forte ab aliquibus non dicit̄ matrimoniū, sed cōiugiū. ca. Q̄ sedē. de fri. eo q̄ nō est officiū matris, nec sobolis. Ad hoc est Augu. ca. iij. de bo. coniu. qui manifeste tenet cōiugium posse stare inter personas contrahentes ꝓpter naturalem societatē in diuerso sexu: vt supra. q. iij. dist. xxxij. Pręterea secundū p̄dicta edictū id de matrimonio cōtrahendo est ꝓhibitorium, & non legitur in lege diuina vbi tales sunt prohibiti cōtrahere si volunt, seclūsa eccl̄iæ positiua illegitimatione, quæ tamen nō videt̄ esse prohibitoria: sed declarat, & statuit q̄ sunt ad coniugium minime apti. cap. ij. de fri. quo ad officium & remediū. Secus de alijs finibus: vt supra dist. xxx. q. iij. Possunt deniq; si volunt sibijpsis pręiudicare in recipiendo vel dando tantillū pro tanto, seu nihil ꝓ aliquo: & scienti dolus nō infertur. Nec displicet deo facere ex necessitate virtutē, & ita velle continere pro deo etiā si posse adesset. Eccl̄esia quoq; talē contractū non vituperat: imo vt videt̄ in senibus prorsus ex natura impotētibus approbat, solennizat, proclamat &c. Itaq; tenentes hāc opinionem volunt q̄ eccl̄esia nō simpliciter & absolute illegitimauit omnes impotentes impotentia perpetua &c. sed solum comparatiue ad potētes, & in eorum fauorem, dum ex errore vel ignorantia huiusmodi impotentię contrahunt. Et potest dici error conditionis siue etiam personę: qa iudicatur habilis cum sit inhabilis. Hinc impedimētū illud nominant errorem impotentię, & non absolute impotētiam. Secus si sciēter cōtrahūt. Et illi sunt duplices. Quidam dicūt: si scienter contrahunt tenet cōtractus eis volentibus & q̄diu eccl̄esię placet: non tamen est ratus, sed potest dissolui ex causis vt supra. Alij dicunt: si scienter contrahunt simpliciter tenet contractus propter libertatem consensus, nec potest solui, & debēt ꝓmissa seruari, nisi secūdū opinionē tenentiū q̄ papa potest matrimoniū ratū nō cōsummatū soluere. qua opinione stāte, nullū tale inter potentē & impotētē scienter factū esset indissolubile: sed posset solui. Esset tm̄ firmū: qa de voluntate partiū & eccl̄esię cōcessione manet firmū. Valent hic dicta in dist. xxix. propositione. j. de cōtrahente ex metu. quō omnia habet declarare & materiam huius sacrāmēti restringere. Secūdū illa dicta, si impedimentū ponit̄ impotētia vel error impotētię, & hoc dupliciter vt supra patuit in notatis, conclusiones veniūt ponēdę cū omissione vel appositiōe quartę conditionis supra positę. Opus esset in ea re ecclesiæ determinatione.

¶ Quantum ad artículum secūdum G est hæc conclusio probabiliter & pie tenenda: qa secundum beatum August. cap. iij. de bono coniu. bonum est coniugium, non propter solam fi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



liorū ꝓcreationem:sed etiā ꝓpter naturalem in diuerso sexu ætatē,ac charitatis ardorē tanto purio rem, quanto liberiores sunt a carnis cōmixtione. Manet deniq; in senibus indissolubile vinculū in quibus ardor ætatis emarcuit. Impotētia non est impedimētū de se & sui natura,& ex natura contractus coniugalis,impediens & dirimēs coniugi um siue matrimoniū:licet ibi esse non possit cum effectu matris officiū:sed error impotentię,cū cōtractus procedit ex errore impotentię:præcise est impedimētū:vt supra. Ad hoc dis. xxx. q. iij. Est enī edictum prohibitorium vt supra. ¶ Corollarium primū. Frigiditas restricta ad vnā personā tm̄, & humano modo curabilis, non est impedimentū dirimēs. per cap. Laudabilē. de frī. Vnde si frigidus diuortiatus alibi contraxit, aut aliquam cognouit in vel extra matrimoniū, compellit ad primam,& qui iurarunt pro diuortio periurij crimine tenentur:hoc est ita retractanda venit diuortij sentētia lata prius, ac si lata esset per falsa iuramenta. Facti enī euidentia ostendit q; subfuit deceptio : & iuramēta nihil valuere ad sententię illi⁹ fortificationem,secundū Bonauen. in dubijs litealibus. ¶ Quid iuris cum dubium est an impotētia p̄cesserit dū taxat matrimoniū ratū, aut ratū & consummatum simul:aut superuenerit rato ante eius cōsummationē? Sunt qui dicunt q; in dubio p̄sumitur impedimētū p̄cessisse,& ita non eē matrimoniū. Nec obstat. ca. Licet. de testi. vbi dicitur q; in dubio iudicādum est pro matrimonio Hoc enī secundū Panor. de frī. cap. Fraterni. habet locum vbi matrimoniū potest suum effectū habere quo ad finem primariū,aut secundarium. Secus vbi est impotentia perpetua:vt hic. Idē tenet Richar. ar. iij. q. j. dicēs. Præsumi pōt in fauorē alterius matrimonij vtilioris q; si præcessit cōsummatum,præcesserit & ratum. Verum glos. xxxiij. q. j. tenet cōtrarium:& hoc propter vitare periculū & iniustū diuortiū. ¶ Corollariū secūdū. Licet religionis professio matrimoniū ratū:sed non consummatū dirimat quo ad vinculum:attamen error impotentię cum præcedit matrimoniū cōsummatū,licet sequat ratū nō dirimit ipsum. Probat Ad primū est auctoritas ecclesię hoc admittēs ex exemplo Christi & sanctorū:sed nō sic quo ad secundū:q̄uis impotens magis mortuus sit carnali cōmercio q̄ monachus. ¶ Corollarium tertiū. Cognita viri frigiditate perpetua datur mulieri ex error contrahenti alias apte ad matrimoniū cōtrahēdi cū alio licētia si non vult cōtinenter viuere: sed vir frigidus prohibetur alibi cōtrahere. Cui si cōtrauenerit, & alia quā ducit cognouerit : vt supra,tenetur ad primā redire nō obstāte q; alius cōiugio aptus iam cum ea de facto reperitur contra xisse. Primū patet:qa inter eas nō fuit cōiugiū ceteris paribus,& mulier est apta viro. Secundū patet ex corollario secūdo:qa eccl'ia fuit in facto decepta. Nec sentētia trāsiuit in rē iudicatā ꝓpter instās periculū aię:tōne cui⁹ sentētia q̄ñq; nō trāsit in rē iudicatā,secundū Panor. cap. vlt. de frigi.& mal. Nec pōt prim⁹ marit⁹ vxorē suā sibi redditā repudiare ꝓpter adulteriū:cū secundo,maxime si eo facto potēte statim recessit a secundo,& rediit ad primū. Non. n. peccauit contrahendo cū secūdo:nec adulterium cum eo commisit cęteris paribus:quia bona fide ducta errore inuincibili credidit secundū esse suum maritum facto diuortio p ecclesiam cū primo. Cū itaq; nō dedit operā rei illicitę contrahendo cū secūdo,nec dolū cōmisit:ergo &c. Secus si cognita viri primi potentia & ei⁹ repetitione:adhuc stetisset cum secundo:qa tunc fuisset in dolo,& in culpa. Infert hic Palu. Vir diuortiatus qui est impotēs generaliter ad oēm mulierem,debet sine spe coniugij manere. Si aūt est impotēs respectu vnius tm̄ : vtputa quia virgo est: & posset cognoscere eā si esset corrupta:licētiādus est vir vt cōtrahat cū corrupta, & non est simpliciter ꝓhibēdus scdm eū. Si igit̄ nō est impotēs nisi ad illam,& est potēs ad aliā, cū illa non debet prohiberi:sicut nec cū nulla si esset potens ad oēm. Hęc ille. ¶ Secūda propositio. Si p̄sonę H cōtrahētes matrimoniū ambę patēter dicūt & allegāt alterius vel vtriusq; ꝓpetuā & incurabilē impotētiā, statim poterit potēs ad contrahēdum alibi licentiari sine triēnalis tēporis expectatiōe. Cū vero non pōt statim euidēter probari impotentia tenent̄ triēnali tēpore cohabitare,& rei huiusce bona fide exclusis fraude & dolo hinc & hinc ꝓ posse licite operam dare. Lapso autem triennio cum septima manu iurare q; fecerint qd in se fuit studiosissima diligentia & bona fide: sed nihil effecerint. Probatur per cap. Laudabilem. de frī. & male.& cap. j. eo. titu. Cessat enim quo ad primū causa expectationis triennalis temporis. De hoc latius apud iuristas quo ad forum contentiosum cum alter accusat impotentiam : alter negat &c. Attamen sacramentales vel amici septem iurabunt de credulitate,q; credant eos verum iurasse & dixisse. ¶ Tertia propositio. Contractus procedens ex errore p̄cise arctationis proprie dictę I & perpetuę in muliere,quę citra corporis periculū facto humano & licito per naturam vel artem toli non potest:est impedimentum impediens & dirimēs, vt supra. ¶ Corollarium primum. Si mulieri arte potest per incisionem citra corporis periculum subueniri q; possit a suo viro cognosci,si ue id ipsum velit siue non,non est illa arctatio impedimentum perpetuum dicendum impediens & dirimens:sed temporale nec dirimens nec impediens. cap. Fraternitatis. de frigi.& maleficiat.



Si enim mulier hodie non vult, cras poterit incidi velle. Et corpus mulieris non est amplius suū cęteris paribus:sed est viri sui quo ad cōiugium. Nec valet opinio dicentium mulierem non posse cogi vt incidatur:& consequenter q; q̄diu est impta,non est matrimoniū. Et si apta fuerit facta p incisionem,requiritur nouus consensus. Allegāt cap. Qđ proposuisti. xxxij. q. vij. qđ intelligit̄ de infirmitate arctationis. Primum non valet:quia mulier debet velle incidi viro hoc petente cui⁹ est corpus mulieris coniugaliter:vt supra:cum id fieri possit sine periculo corporis. Debet enim vitare occasionē adulterij de lege diuina in viro quantum potest. Impedimētum deniq; non censetur perpetuum cum cōmode tolli possit. Nec secundū valet:quia contra ius. ca. Fraternitatis. de frī. vbi dicitur. Si per artem pōt ei succurri q; sit apta primo,debet ei restitui,eo q; inter ipsos fuerit verum matrimoniū:quia impedimentū illud nō fuit perpetuum.qđ fieri non posset si fuisset verum matrimoniū cum secundo. Patet enim ex post facto q; ipsa erat cognoscibilis illi cuius simili commiscetur. & ideo inter ipsam & primū virum dicimus matrimoniū extitisse, & nō cum secūdo: ait tex. ibidem. Fuit enim apta quo ad primū aptitudine & potentia facile deducenda in actum. Nec tertium valet:q; facta incisione requiritur nouus consensus, ex dictis supra. Fuit enim verum cōiugium. ca. Fraternitatis. de frigi.& sufficit prior qui fuit causa efficiens matrimonij. Ad textum quem allegāt, dicendum:vt ibidem habet:q; est cōtrariū euāgelicę & apostolicę doctrinę:dicere q; liceat viro aliam ducere cum sua non potest ei debitum reddere:vt videtur ille textus innuere. Intelligitur ergo vel de sponsa,vel de ea quę saucia ta,nondum est ante matrimonij contractū curata. ¶ Corollariū secūdū. Si mulieri arte nō pōt licite suffragiū p̄stari absq; corporali periculo: pōt cęteris parib⁹ diuortiū fieri. c. Fraternitatis. vbi supra. Et secūdū glos. itelligit̄ hoc de p̄culo graui: vt supra notabili. vj. vbi enī leui p̄culo posset impedimētū remoueri, debet mulier id pati: vt vult glos. ibidē. ¶ Corollariū tertiū. Si mulier arcta separatur a primo viro, & cōtrahit de facto cū secūdo, eiq; matrimonialiter vel alteri fornicatrie cōmiscetur:si secūdus est in oibus talis cōditionis quo ad actus cōmercio cū primo,fitq; mulier ipsa per secūdū apta suo primo marito, restitui debet primo tanq̄ suo legitimo. ca. Fraternitatis. qa p vsū primi ita fuisset habilitata sicut p secūdū,cū sunt tū ꝓpetuū. ¶ Corollariū quartū. Si mulier arcta cōtrahēs cū secūdo cognoscit ab eo vel alio quodā:& p hoc aptat̄ ad cōmixtionē:nō tm̄ pōt a primo carnaliter tractari sine graui sui corporis periculo: nō debet priori restitui a quo nō pōt nisi cū magno corpis periculo tractari. Patet: qa respectu ei⁹ fuit impedimētum ꝓpetuū. Nō enī potuit hoc impedimētū tolli aliquo remedio licito & cōcesso. Probat. cū iūcta est secūdo cū quo vere cōtraxit, nō pōt sine pcto tractari a prio. Et si secūdū fuit validū,primū fuit nullū. Si primū validū, secundū nullū. Sed nō fuit validū: qa ꝓpetuū fuit impedimētū. ¶ Corollariū quintū. Remedium qđ sine legis trāsgressione haberi nō pōt: vtputa qa p fornicationē,aut mō consiliū cōtra naturam &c. nō est dicēdū remediū curās arctationē:sed p ducēs in damnationē. Et ideo cū fit sermo de remedio humano, intelligit̄ de licito, nō de illicito. qa non sunt facienda mala:vt inde eueniant bona:& in nullo casu peccare licet quocūq; peccato. ¶ Quarta ꝓpositio. Si mulier est simpliciter arcta ita q; nec pōt pati naturalē viri actionem, nec K ordinariā seminis in vas debitū transfusionē etiā a viro quocūq;, manere debet sine spe ꝓiugij:sed viro(si habet) datur licētia alibi contrahendi. ca. Ex literis. de frī. & male. ¶ Quinta conclusio,de maleficio qđ est q̄dā impotētia a causa accidentali & extrinseca,puta a dęmone habente sua pacta cū hominibus. Maleficiū ꝓpetuū & p̄cedēs matrimoniū,sicut frigiditas ī viro & arctatio in muliere,dirimit de facto cōtractū, & ipedit cōtrahēdū. Probat. xxxiij. q. j. c. Si per sortiarias. & intelligit̄ cū eisdē distinctionibus vt supra patuit,dempto eo qđ habet infra conclusione. vj. si est ꝓpetuū & nō tēporale. Reputat aūt ꝓpetuū si cōiuges triennali tēpore cōmorātes,actui carnali volētes vacare pficere nō potuerūt. Nō qn a deo posset dirimi (quia ad hoc apparuit filius dei vt destruat opa diaboli)& etiā opatione diabolica(Curat enī diabolus desinēdo ab hoīm vexatione & delusione: vt patet hincinde in legēdis sanctorū) sed qa nō potest tolli licite ope hūano,cū nō sit potestas super terram quæ ei valeat comparari. Iob. xlj. Magna enim sunt diaboli naturalia. Nec exorcismi, cum non sunt signa efficacia, semper curant,tum propter hoīs peccatum,tum ꝓpter hominis salutē, cui forte nō expedit nubere. Sic nec Paulū exaudiuit dñs. ij. Corin. xij. Item si p̄cedit matrimonium ratū,impedit contrahendum respectu p̄sonę maleficiatę. Si secūdū cōiter opinātes si p̄cedit cō summatū: licet sequat ratū nō cōsummatū, dirimit de facto cōtractū. vnde dicit. xxxiij. q. j. ca. j. q; coniugiū cōfirmatur officio. s. carnali. & infra. Verum anteq̄ confirmetur impossibilitas officij soluit vinculum coniugij. Si superuenit ad consummatum,non dirimit cōtractum. Secus si superuenit ad ratū ante ei⁹ cōsummationē. Sic. n. secūdum dicta dirimit, scdm cōem opi. & impedit. Item si est ignoratum & non scitum &c. vt supra

Universidad de Deusto
Biblioteca



circa alia impedimenta dictum est. Ad idem cap. finale. de fri. & male. ¶ Sexta conclusio de differentia diuortij inter maleficium & alia impedimēta. Ex quo frigiditas est impedimētū naturale, nō datur frigido licentia contrahendi cum alia: male ficiato aūt cum sit impedimētū particulare respectu vnius mulieris tm̄, datur licentia contrahendi cū alia. Q̄ ita procedit de muliere sicut de viro: nam per maleficium non redditur quis impotēs respectu cuiuscunq; mulieris: sed respectu illi⁹ cū qua deberet & vellet si posset matrimoniū cōsummare: & ita ad certam personā restringitur saltem regulariter. Si enim impotēs esset respectu cuiuscunq; mulieris, talis impotentia potius imputare tur frigiditati q̄ maleficio. Frigidus autē nullam potest cognoscere: & ita frigiditas respicit irrestricte oēm fœminā. & ideo elapso triennio non cōceditur frigido alibi cōtrahere: quia ad omnes est. conceditur aūt maleficiato: quia talis posset esse vtilis secundę & non primę, respectu cuius est maleficiatus. Hinc si post diuortium cū prima cōtrahit cum secunda: non restaurat primū, nec apparet ecclesiam fuisse deceptam: secus in frigiditate vbi restauratur primū si cognoscit secundā: quia apparet ecclesiam fuisse deceptam. Illa est differētia inter frigidū & maleficiatū. Q̄z si velint maleficiatus & coniunx alius simul manere coniugaliter, veri cōiuges sunt, secundū prædictas opinio
M nes. ¶ Corollarium primum. Falsa est opinio dicentium maleficium nihil esse in rei veritate: sed solū in talū hoīm existimatiōe: qui effectus quorum causę sunt occultę nomunq̄ solent maleficijs dęmonum imputare vt supra patet in. ij. dis. viij. & auctoritate scripturæ Exo. vij. de maleficis Pharaonis. &. j. Reg. xxviij. de Phytonissa. Item in Psal. de veneficio seu incantatione serpētium. igitur multo magis potest esse hominū incātatio. Sic saga aliqua habēs pactū cum dęmone, curat vt talē impediat cum tali muliere q̄diu maleficiū perseuerat. Habet enim magnam potestatem super corpora cum sit spūs, quātū ad motum localem prohibendum vel faciendū directe vel indirecte. Potest ergo corpora impedire, ne sibi approximent directe vel indirecte se interponendo in assumpto corpore inter eos: potest hominem inflammare, vel infrigidare ad actum illum, vel ab actu illo per applicationē rerū naturalū quas nouit ad hoc congruas & validas. Pōt homini imaginationē turbare: vt sic exosa reddat sibi vxor sua. Rigorē membri impedire potest: sicut & motum localem cuiuscunq; membri vel organi. Potest prohibere immissionem spirituum ad organa in quibus est virtus motiua, quasi intercludendo vias seminis: & sic ne ad vas generationis descendant efficere. Potest efficere ne semē emittat, recipiatur &c. Non autem mulierculę illa faciunt sua naturali virtute, aut rerū aliarū quarum vtuntur ministerio: sed ministerio dęmonū: quorū vtūtur pactis & sacramētis: qui hominib⁹ sic illudūt: vt supra in. ij. dist. viij. q. ij. Plus permittit hoc de⁹ circa membrum istud quo peccatum originale primum transfunditur: & circa actū quo plus corrupta est natura, q̄ super alios actus humanos: & super serpentes qui magis deseruiunt incantationi, q̄ super alia animalia: quia sic placet suę iustissimę voluntati in memoriam primęque deceptionis serpētinæ. Suo modo in muliere pōt fieri maleficium. Potest enim eius imaginationem demē tare: vt summe odiat maritum: & ita q̄ pro nulla re mundi vult tangi saltem ab eo, credens id sibi esse exitiale malum. Item potest vas mulieris obstruere &c. Et crebrius cōtingit virum maleficiari q̄ mulierem. Id quoq; accidit iusto dei iudicio nō solum malis sed & bonis hominib⁹ multiplici de causa: quarum aliquas tangit August. iij. de trini. cap. vij. & Magister in. ij. distin. vij. scilicet ad fallendum fallaces: vt qui in sordibus est sordescat adhuc. Apoca. vlti. Item ad admonendum fideles: ne aliquid talium pro magno facere desiderent. Deutero. xiij. sicq; nullatenus a deo per insidelitatem recedant. Item ad exercendam, probandam, manifestandamq; patiētiam iustorum. De quo Greg. ij. moralium. §. lxxvij. Item ad gloriæ dei manifestationem, & ad ostensionem nullitatis & impotentię dęmonum. Exemplum de Phileto qui dum magicis figmentis ligatus sudario beati Iacobi soluitur, virtus Christi declaratur. Sic de magis Pharaonis. Exo. vij. Item ad custodiā vir tutum, & maxime humilitatis. Confert enim humilitati hominis cum eū a dęmone suppressum deus gratiose liberauit. De quo Seuerus lib. j. dialog. scribit de quodam eremita, qui cum ab omni homine dęmonem propelleret, & in se quinq; mē sibus dęmonium passus est ad cognitionem sug humilitatis & paruitatis. Item in pœnam peccati commissi, melius hic q̄ alibi purgandi. De Paulo. j. Corin. v. Et cap. Si per sortiarias. xxxiij. q. j. Maleficiati per cōfessionem, & pœnitentię remedia curandi sunt. Item vt reprobi maleficiati hic præsentiant initiatiue quæ posthac sine spe liberationis sint iusto dei iudicio a dæmone passuri cui seruierunt. De remedio contra impedimentum istud habetur distinct. viij. quæst. ij. ij. collect. & in canone. Si per sortiarias, iam allegato. & in Sco. dist. præsenti. ¶ Septima conclusio est de N impedimento furię. Furiosus, amens, aut mente captus &c. ꝑtēpore quo rōnis vsu est destitut⁹ nō est ad mr̄imonij cōtractū apt⁹ vel idone⁹. Probat ex dist. 27. qa tūc nō pōt elicere consensum liberū sine quo nullū est matrimoniū: nec sese obligare



alteri &c. Dicitur pro tempore quo caret rationis vsu: quia si habet lucida interualla: potest tunc se se alteri cōiugaliter donare cęteris paribus. Si pro tunc in furore &c. de facto cōtrahit apparēter nesciens quid agat, non tenet contractus. Si autem rationi restitutus nouit quid egerit, potest per nouum consensum prius acta ratificare. Prior enim consensus nullus fuit. ¶ Octaua conclusio. Furia quę sequitur contractū alias rite & legitime celebratū non impedit nec dirimit matrimoniū. Patet ex dictis. Est tamen hic considerādū: q̄ cū cōiunx est in furia, vel timet furia verisimiliter tūc futura, non tenetur sanus tunc ad debiti redditionem: tum quia ille nescit protunc ex iure suo petere secundū Sco. dist. xlij. sed petit sicut brutum non habens discretionem: tum quia verisimiliter abusurus est suo iure propter furiam, & furioso petenti gladium, non est parendum: tum qa reddere esset alteri periculosum. Petere ex iure, est petere propter bonum prolis aut fidei: quorum nullū discernit furiosus: ideo semoto corporis periculo cum est in furia adhuc non habet ex iure petere. Sic non petit ex iure qui ad finem turpē, diabolicū, bonis cōiugij cōtrariū & repugnātē petit. Q̄z si in furioso aut mente capto furia lateret, & nō posset statim cognosci, si postea fuerit cōptū q̄ tempore furię contraxit cum nō habuit liberi arb. vsum, nisi postea factū approbauerit, est cōtractus coram deo nullus. Et secundū prædicta reducitur ad impedimentum erroris: qui ēm non habet rationis vsum, in omnibus errat. Et si quā doq; non erret, casuale est & per accidens. ¶ Nona ꝓpositio de incestu: de quo supra notabili. iij. vt post contractum accidit: hic vt præcedit cōtractum, impediēs & dirimens ipsum. Incestus præcedens contractum impedit contrahendum & dirimit cōtractum. de quo infra dist. xlj. de affinitate. De incestu ratione criminis, pertinet ad distin. xxxv. De incestu ratione affinitatis quā interdū incestuosus contrahit, ad dist. xlj. Ideo hic sat est aliquid pulsasse propter textū Magistri: & reducitur hoc impedimentū ad affinitatem.

¶ Quantum ad articulum tertium est dubium: An impotens ex infirmitate quę est cum effectu ad mortē, posset vere cōtrahere. De hoc supra notabili. vj. & dist. xxx. q. iij. Q̄z sic, videtur habere ecclesię consuetudo, tum propter ꝓlem legitimandam, tum propter successionem hęreditariam: quæ vtiq; nulla esset: si cōtractus non teneret. Et nisi sic dicat, ecclesia (vt videtur) in his foueret peccata.

Distinct. XXXV.

HOc etiam consideradū est: q̄ cū domin⁹ ꝓcedit &c. Egit Magister de ꝓsonis illegitimis ex ipedimēto ꝓcedēte puta de coeūdi impotētia. Nunc agit de ipedimētis supueniētib⁹ ad cōtractū seu post cōtractū rōne fornicationis alteri⁹ cōiugū: hoc ē rōne criminis cōmissi. Ponunt aūt cōiter tria crimina ipediētia mr̄imonij cōtractū: adulteriū, machinatio in mortē legitimę cōiugis, fidei datio ipsi adulterę vel cōtractus cū ea de facto, vel cū iuramento ꝓmissio. Circa qd etiā agit de diuortio ꝓsonarū cōiūctarū rōne criminis cōmissi. Et pōt text⁹ trib⁹ summari cōclusionib⁹.

¶ Pria. Licet viro innocēti vxorē ꝓpter cōmissā fornicationē quo ad thorum dimittere & ecōtra. Adulter vero adulterā & ecōtra dimittere nō valet. ¶ Secūda ꝓpositio. Nō licet cuicūq; cōiugū post factū fornicatiōis causa diuortiū ad secūdā trāsire copulā, cōiuge adhuc viuente: sed oportet vel cōtinere: vel si placuerit, sibi mutuo reconciliari nisi adulter vel adultera voluerit scādalose in crimine ꝓmanere. ¶ Tertia ꝓpositio. Possunt cōiugaliter copulari, q̄ sep⁹ ꝓ adulteriū turpiter macularūt. Nisi pri⁹ cū effectu in mortē viri machinati sint. Nec viuēte viro fidē dedit adulterę mœch⁹ de cōtrahēdo cū ea post mortē viri. Nec de facto cōtraxerint viuēte viro. In his ēm trib⁹ casib⁹ nō solū nō possunt cōtrahere: sed etiā dirimit qd de facto contractū est cōtra ius matrimoniū. Harum cōclusionum declarationem textus docet.



A

EIpedimēto criminis q̄rit prio: An cōiuges possunt ꝓpter cōmissam fornicationē alteri⁹ vel vtriusq; diuortiari. Et an diuortiat⁹ possit alibi mr̄imonio copulari, aut i nocēti reconciliari. ¶ Secundo q̄rit: an crimē adulterij sit impedimētū impediēs & dirimēs matrimoniū cū ea cū qua quis adulterium cōmisit.

¶ Quantum ad articulum primum notādū scdm Gofr. & Host. de diuortijs. Diuortiū est viri a muliere, vel mulieris a viro legitima sepatio. Legitima dr̄: quia quos deus cōiūxit hō separe nō pōt nisi legis cōcessione. Dr̄ aūt diuortiū a diuersitate mentiū, qa distrahētes mr̄imoniū quasi in diuersas partes eūt. Et fit dupliciter secūdū ꝑdicta: q̄ ad mutuā seruitutem siue domū aut

Universidad de Deusto
Biblioteca



thorum,& quo ad vinculū. Quo ad vinculū non fit diuortium in matrimonio legitime contracto & consummato: nisi per mortē naturalem alteri⁹ coniugum: aut religionis ingressum seu mortē ciuilem quo ad matrimoniū ratum tm̄: vt supra dist. xxvij. q. ij. & dist. xxxij. Quo ad thorū aut cohabitationē, aut quo ad vtrunq; simul, fit quā doq; in pœnam fidem coniugalem frangētis, & in fauorem alteri⁹ qui fidem tenet, maxime dum innocens id petit. auctoritate Christi Matth. xix. de quo ti. de diuortijs. &. xxxij. q. vij.

B ¶ Quantum ad articulum secūdum est cōclusio prima. Propter fornicationem carnalem ab altero coniugum (nondū innocenti reconciliato) libere & scienter cōmissam, potest si innocens id petit diuortium celebrari non obstāte matrimonij consummatione. Probatur. qui peccat in fœdus matrimonij: potest iuste priuari iure matrimonij. fornicans cōiunx est huiusmodi: igitur iuste priuādus est iure matrimonij. habet aūt vel habuit ius petendi vel exigendi debitum ratione mātimonialis vinculi, & reliqua. ergo iuste pōt illis spoliari. Et quia libere & scienter venit contra legem matrimonij: ideo non potest legē matrimonij pro se allegare. Itē in quo q̄s peccat in eo pōt puniri iuste & legitime. Adulter peccauit vel adultera in fidem matrimonij eam frāgendo: ergo iuste potest in hac puniri: vt sic frangenti fidem fides nō seruetur. Et q̄ iure poli hoc liceat, habetur Matth. xix. Q̄q; innocens quandoq; ad hoc teneatur ne scādalū foueat & peccatū, patet. xxxij. q. j. &. ij. Intelligitur conclusio q̄ hoc liceat, non liuore vindictę: sed zelo iustitię ad nocentis correctionem: ad vitandam innocentis infamiam: & prolis incertitudinem, etiam si iurauerit coniugē non velle dimittere, vel nō accusare. de iureiuran. ca. Q̄uēadmodū. Non ergo amore pecunię id fiat vt lucretur dotē: sed zelo iustitię ne delictū maneat impunitū: vt q̄d iustū est fieri, iuste exequat. Dicitur in conclusione propter fornicationē carnalem & naturalem. De spirituali enim & innaturali siue sodomitica infra conclusione. ij. Dicitur nōdū innocenti reconciliato. Ponuntur enim ad hoc casus aliqui in q̄bus cōiunx adulter vel adultera non pōt dimitti propter fornicationē. ¶ Primus casus est: si & ip̄e fornicatus est. xxxij. q. vj. ca. j. & sequen. Sic enim parta delicta mutua compensatione tolluntur. Sic inquit Cassiodorus lib. epistolarū. Crimen equat omnes quos coinquinat. Item de diuor. cap. Signifi. Notat hic Palu. post Gofre. q̄ bene fit compensatio naturalis fornicationis ad innaturalem, sed non corporalis ad spiritualē. Primę em̄ sunt eiusdē ḡnis. Alię diuersarum specierum: ideo non possunt admuicem cōpensari. Et regione aūt fieri potest cōpensatio spiritualis ad corporalem. Sec⁹ de peccato. Gofre. vult q̄ possit fieri compensatio corporalis fornicationis ad spiritualem: sed non occultę ad manifestam: cum vna potest probari & alia nō. Et patet exceptio occultę fornicationis cōtra alium. Et pro delicto occulto non debet quis publice plecti Sic dīs daturus sententiā de adultera lapidanda inquit. Qui sine peccato est mittat in eam lapidē Posset denicq; vir fornicator dicere fornicatrici: hypocrita sine eijciā primū trabē de oculo tuo: & tūc poteris videre festucā &c. Et ista causa etiam potest extendi ad fortem & violentam præsumptionem quę habetur de aliquo q̄ adulterium cō miserit: vt si repertus est nudus cum nuda in eodem lecto. ¶ Secundus casus dicitur lenocinū, vel crimē lenocinij: si ipsemet vir eam prostituit. de eo qui cog. con. vxo. fuę. ca. Discretionē. Lenocinium siquidem non minus peccatū est adulterio. Et idem est secundū Palu. si vir sciuit & nō prohibuit cum potuit. Idem enim est scientē non phibere cum possit delictum inferioris, & imperare. Verum circa casum illum non omnes doctores idem sentiūt. Cum enim quęritur, Nūq̄d maritus posset obijcere vxori adulteriū, cui ipse dedit occasionem: Glos. allegat pro & cōtra. ca. Discretionem. Dicunt quidam: Si vir est occasio delicti mulieris inuitę, non imputatur mulieri vt hic Et ita sentit Richar. dist. præsenti. ar. ij. q. j. cū quę rit: Vtrū vxor adulterans de licentia viri, nō tamē ab eo coacta, possit ab eo quantū ad thorū diuortiari: & respondet negatiue: q̄ vxor adulterās de licentia mariti si ab eo non compellitur nec p metum nec alio modo, potest ab eo iudicio ecclesiæ diuortiari quo ad thorū & cohabitationē. Argumentum ad hoc q̄d in ca. Discretionē. presertim inuitā. i. tm̄ inuitā. vt sit sensus. Adulteriū ei non pōt obijcere qui eam tradidit adulterandam præsertim. i. tātū inuitā. Ratio secūdū Richar. est: qa nulli mandato parēdū est q̄d sine mortali peccato expleri non potest. Et ideo mulier nullam habet excusationem ex mandato iussu aut voluntate mariti: quia plus obediendum est deo q̄ hominibus. Ideo oportet secundū eū q̄ mulier vi vel metu ad hoc cōpulsa sit, si nō debet ei posse obijci adulteriū a marito. q̄d videt intelligēdū quātū ad diuortiū celebrandū. Io. And. & Hostī. referūt de quodā ęgrotāte, ad cuius p̄ces vxor cōcubuit cū medico. Nūq̄d posset vxori adulteriū obijcere? Et cōcludūt q̄ nō, ex quo ip̄e fuit causa. glos. xxxij. q. vij. c. Cōcubuisti. Dicit Panor. ca. Discretionē. vbi supra. & ca. Significasti. de diuor. Aut vir fuit causa imediata adulterij vxoris. s. inducēdo eā ad cōmittēdū adulteriū: & tūc nō pōt obijcere adulteriū: aut fuit causa mediata & remota: puta: quia vxor deserta a viro cōmisit adulteriū ex hoc qa vir nō puidit ei in necessarijs vitę. Et tūc potest sibi obijcere adulterium: quia non dedit causam propinquā adulterandi, sed qualēcunq; occasionem. ca. Ex literis. de diuor. De muliere quę turpem elegit vitam deserta a viro negante necessaria vitę. Siquidem prętextu paupertatis
D non est fornicandū. ¶ Tertius casus. Si mulier probabiliter credens virū mortuum propter lōgam eius absentiam nubat alteri, maritus rediēs tenetur eam recipere sine fornicationis exceptione. xxxiiij. q. j. Cū per bellicam. nisi scienter cognita fuerit a secundo cum primus rediit. Excusatur enim ignorantia inuincibili, & quia egit bona fide. Diuortium vero requirit dolum. & ideo illa mulier excusat: cū statim rediit ad primū cognita eius vita. ¶ Quartus casus. Si quis falso simulans se maritum intrauit lectum eius & cognouit eam. xxxiiij. q. j. &. ij. capi. In lectum. hoc est si cognita fuit ab extraneo quē nesciuit esse talem, in specie viri sui. Talis enim mulier ducitur ignorantia inuincibili, & agit rem bona fide Excusatur ergo ignorātia facti. Et ideo dictum fuit in conclusione scienter. Hic propter defectū scientię mulier egit ex ignorantia cōmercium illud, alias non consensura: & ita nō culpabiliter. ¶ Quintus casus. Si vxor alicuius fuerit vi oppressa ab aliquo. xxxij. quęst. v. cap. Proposito. Et intelligendum est de violentia absoluta non conditionata, vbi coniunx non consensit metu aut prece cuiuscūq;. Si enim meretrix metu, aut pręcepto, vel suasu amicorum vel alia consimili causa fornicaretur cum aliquo etiam contrahē do cum illo de facto, non excusaretur. xxxij. q. vij. Omnes causationes. Vnde non excusat Michol filia Saul, cum tradita fuit Phalti filio Lais post desponsationē cum Dauid. j. Regū. xxv. si saltem cognouit eam, vt supra. xxxiij. distin. q. ij. iuxta finē. Et filia Ptolemæt. j. Maccha. xj. Et vxor Sampsonis. Iudicum. xv. ca. Ideo dictum fuit in cōclusione, libere. ¶ Sextus casus. Si maritus vxorem adulteram sibi recōciliauit, scienter & sponte eam cognoscendo, aut adulterantem scienter in maritali consortio sustinendo. xxxij. q. j. in multis cap. Secus secundū Palu. si ignoranter aut coactus per ecclesiam eā cognoscit. Ideo dictum fuit in cōclusione: nondū reconciliato. ¶ Septimus casus. Si aliquis existens extra fidem Christianā repudiat suam, nō tamen propter fornicationem, & illa secundum ritum suę gentis ducit alium virum, & postea cō uertitur ad fidem: si vir primus similiter conuertitur ad fidem, cogendus est ad vxorē nunc conuersam, non obstante q̄ ipsa alibi contraxit tempore suę repudiationis. cap. Gaudemus



de diuor. Male siquidem dedit ei libellum repudij, & quodāmodo interp̄tatiue tradidit eā adulterandam. imputet ergo sibi q̄ eā nō retinuit vt debuit. ¶ Notāter dictum fuit in conclusione in genere Ab altero cōiugū, sine specificatione viri aut mulieris: quia æque potest vxor dimittere virum fornicantem: sicut vir vxorem adulteratem: eo q̄ in causa diuortij iudicant ad partā vir & mulier eius. Verum quo ad accusationem quę est via ad separationem, non videntur esse æqualis conditionis, vt infra dicetur. ¶ Secunda con B clusio, de fornicatione spirituali & innaturali. Sicut propter fornicationem carnalem & naturalē possunt coniuges quo ad thorum per ecclesiam separari: ita & propter incorrigibilem spiritualē, licet differenter: & (vt multis probabile videtur) innaturalem, seu sodomiticā, possunt diuortiari. Prima pars est conclusio prima. Secunda pars de fornicatione spirituali patet de diuor. capit. ij. &. xxviij. q. j. cap. Non solum. & sunt verba August. de adul. coniu. Vbi ait de fornicatore spirituali. Si in his factis perseuerat, & pœnitentiam non agit, recede ab illa & noli viuere cum ea. Intelligitur de spirituali fornicatione incorrigibili: in qua quis vult stare & perdurare. Probat. quia in materia pœnali, p̄sertim in fauorē fidei & charitatis, verbū generale largo modo venit accipiēdum. Panor. cap. Quęsiuit. de diuor. Sed sic est in proposito. Mat. xix. ergo illud verbū Christi large intelligendū venit. Ad hoc facit Apostolus. j. Corin. vij. vbi etiā p̄mittit viro fideli infidelē vxorē dimittere etiā quo ad separationē vinculi cōiugalis. c. Quanto. de diuor. Præterea. fornicatio spūalis, sicut carnalis, ē cōtra bonū p̄lis. Quō em̄ pie poterit educari ab infidelis? Est contra bonum sacramēti & animorū coniunctionē, sicut alia contra contūctionem corporū. ¶ Fornicatio spiritualis est lapsus in hęresim, idololatriam, iudaismum, gētilitatis errorem. xxviij. q. j. Idololatria. & cap. Quęsiuit. de diuor. Est autē differētia inter fornicationem spiritualem & carnalem quadruplex. Nam carnalis semel cōmissa sufficit ad diuortiandū. Spiritualis autem nō si se velit corrigere & emendare. Secus si corrigi non vult. cap. Non solum. xxviij. q. j. Ideo additum fuit incorrigibilem. Ex quo sumunt aliqui q̄ Papa nō potest deponi propter hęresim, vel idololatriam citra pertinaciā, dum vult se emendare. Item consulitur innocenti cohabitare fornicanti spiritualiter, pro eius salutatione. xxviij. quęst. j. capit. Iam nunc. Et sic em̄. Sed in carnali prohibetur. xxxij. q. j. in diuersis cap. Tertio: si is qui spiritualiter fornicatur redeat ad fidem, alter compellitur conuersum recipere & ei reconciliari in casu qui habetur in cap. Gaudemus. de

diuor. quod in fornicatione carnali non contingit. Potest enim innocens sibi reconciliare adulteram carnaliter si vult: sed nō cogitur. xxxij. q. j. ca. De benedicto. ¶ Quarto: ꝑpter fornicationem spiritualem potest quādoq; solui matrimonium quo ad vinculum de iure. j. Corint. vij. cū contractum est inter duos infideles: & alter conuertitur ad fidem, alter permanet in infidelitate, nec vult cohabitare sine blasphemia dei, aut trahit ipsum ad peccatū. capit. Quanto. de diuor. & xxviij. quæst. ij. ca. Si infidelis. Secus de carnali. Cum dictum est fidelem cogi ad reconsiliandū sibi cōuersum, intelligitur, si fidelis ab infideli nō recessit iudicio ecclesię. Alioquin secus. cap. De illa. de diuor. ¶ De naturali siue sodomitica fornicatione idem videtur probabiliter dicendum, secundum multos docto. San. Tho. Bonauen. Palu. Richar. Panor. cap. Maritis. de adul. Siquidem noīe adulterij aut fornicationis venit omis illicitus coitus. xxxij. q. vij. capit. Non solum eadem causa. q. iiij. cap. Meretrices. vbi dicitur. Nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus atq; membrorū illorum non legitimus vsus debet intelligi. Maior enim iniuria infertur deo & matrimonio ex illo nefando peccato cōtra naturam, q̄ ex naturali cōcubitu adulterino. Cū ergo Christ⁹ inqt Mat. xix. vxorē posse dimitti causa fornicationis: potest intelligi de omni fornicatione, secundum Panor. Et hanc dicit esse cōmuniorē opinio. q̄us Inno. teneat oppositū. Palu. extendit id ad vitium sodomiticum & extraordinariā pollutionē cū alio vl' cū alia cōmissam. Et intelligunt quidam de omni peccato contra naturam, puta mollitiei &c. Videtur par ratio si alter coniugum tale quid efficaciter attentaret vel ageret cū coniuge proprio: eū ad hoc violentando vel cōpellendo: ita q̄ resistere non posset, vt infra conclusione. vj. Sed videat lector si illa dicta cōstring-
F gant: cū nō est ad hoc lex expressa. ¶ Tertia cōclusio respōdet tacitę quęstioni: An coniunx innocens, siue masculus, siue fœmina, teneat adulterantē dimittere & expellere quo ad thorū & domum. & est hæc. Vxorem adulteram corrigibilē aut paratam se emendare, non tenetur eius vir a se quo ad thorum & domū diuortiare & dimittere. Probatur. Nulli facit iniuriam qui vtitur iure suo: sed sic est de viro respectu vxoris, si ei⁹ opera vtitur. ergo. Nec est necessariū apponere grauiorem pœnam cum mitior sufficit. Dicitur notanter corrigibilē probabiliter, secus de durę ceruicis muliere, nolente corrigi. Sunt enim vitanda scandala: & si talem maritus non repelleret, foueret eius peccatū, saltem indirecte: & quodāmodo prostitueret eā: & sic seipsum lupanaris infamię traderet. Videtur tamē id de dimissiōe incorrigibilis habere epikeiam & limitationem, & talē q̄ tunc ad hoc tenetur quādo ipsa dimissio plus conducit ad emendationem eius q̄ retentio, & cōtugalis verboꝝ & verberum correptio. Finis enī fraternę correctionis est salus delinquētis: & causa electionis est eius correctio. Potest aūt quandoq; magis corrigi retentiōe q̄ dimissione: cum dimissa omnibus se exponeret venalem: retenta vero cohibereť a malo multipliciter. Habet insuper maritus videre si ipsa dimissa possit ipse deinceps continere. Non enim cum periculo suiipsius tenetur eam dimittere, sed pōt saluti suę cōsulere sublato scandalo populi. Auctoritates patrum quę videntur sonare in oppositum, sunt intelligendę q̄ non licet eam retinere quādo id fieri non potest sine scandalo. Vel quando per hoc deterior efficitur. Vel propter sui periculum hoc fecit, timens de incōtinentia. Et secundum hoc etiā possunt concordari doct. opiniōes, quarū aliquę simpl'r volūt q̄ incorrigibilis sit necessario dimittenda ex p̄cepto iuris. Alię q̄ nō oporteat eā dimittere. ¶ Possunt aūt colligi casus q̄nq; in quibus vir innocēs non tenetur, sed potest vxorem adulteram dimittere. Primus, quādo fornicatio est occulta, & viro scita: deficit tamen in p̄batione. Sic enim cessat ratio scandali. ¶ Secundus casus, quādo mulier correcta est, vel speratur probabiliter de eius correctione. ¶ Tertius, quando incorrigibilē proposito & voluntate potest retinendo a malo cohibere, & ne exeat, velq; piam alienus eam accedat, efficere. ¶ Quartus, quando vtiq; plus cohibetur a malo cum retinetur q̄ cum dimittitur, cū verisimile est q̄ omnibus se prostituet dimissa: secus retenta. ¶ Quintus, quando sibi timet de incontinentia. Nō enī plus tenetur vir corrigere vxorem q̄ domin⁹ famulum secundū Palu. Sed non tenetur dñs famulum excōmunicatum dimittere: quia potest vti ei⁹ opa: & excōmunicatio nō debet ei in hoc esse releuatio. ¶ Corollarie sequitur. Vir non tenetur cum detrimēto iuris sui & periculo animæ suę coniugem nocentem secluso pusillorum scādalo expellere, sed potest vti eius ministerio domestico, & cauere periculo suæ. Nec est curandū de scandalo Pharisæorū saltem regulariter. Dū tamen hi qui nouerunt eam esse talem, informationem accipiunt a viro innocente q̄ per hoc curare velit salutē vtriusq; & q̄ dimissio plus obsit, q̄ prosit ad salutem, & q̄ hoc probabiliter teneat esse verum. &c. Est sentētia Palu. Et loquūtur conclusiones illę de viro innocente respectu mulieris. An autem idem sit econuerso de muliere innocente respectu viri, respondet cōclusio G
sequēs. ¶ Quarta cōclusio. Non ita passim & regulariter tenetur vxor innocens virum dimittere nocentem, sicut vir vxorem adulterantē. Probatur. quia vxor nō habet corrigere virū verbo & verbere: sicut vir mulierem. Item minus scandalū imminet corā populo ex facto viri q̄ mulieris. Minus etiam nocet certitudini prolis. Potest vir mulierem a magno malo prę seruare, si sępe accedit eam. In omni casu quo licet viro mulierem retinere, tum propter ministeriū & ius suum, tum propter periculum animę, etiā licet mulieri innocenti adulterum retinere virum, & multo amplius: quia debilior & pluribus indigens. Cum ergo nō habet eum corrigere verbere, sed verbo, non tenetur ipsum dimittere ita regulariter, sicut vir mulierem adulteram secluso scandalo: & q̄ per hoc nō foueat eius peccatū. Ideo dictū fuit passim & regulariter. Sic de fornicatiōe spirituali, cum probabiliter habet timere de puersione sua, tenetur eū dimittere quo ad domū. Potest tamen debitum petere, maxime posito probabili timore incontinentię, salua salute animę &
H fidei itegritate. ¶ Sed diceret aliquis. cui⁹ auctoritate fiet huiusmodi diuortium? An auctoritate propria, an superioris? Ad hoc sequentes cōclusiones respōdebunt. ¶ Quinta conclusio. Si inter virum innocentem & mulierem adulteram est duntaxat clandestinum matrimonium & nō in facie ecclesię solēnizatum: potest vir vxorem auctoritate propria quo ad thorum & domū dimittere. Probatur secundum Richar. quia latentia non debēt deduci ad iudicium ecclesię nisi in foro pœnitētię. Verū ꝑbato matrimonio necesse est sententiā iudicis interuenire. Alias vir potest excōmunicari: si eam dimissam non receperit ad se. Hinc Panor. capit. Porro. de diuor. hāc ponit doctrinam generalem. Matrimoniū semel contractum nō debet absq; iudicio ecclesiæ etiam si impedimentū sit notorium separari. Sępe etenī dicitur esse notorium quod nō est notorium. cuius indaginem ea in re ecclesia sibi reseruat. Nec debet quis priuari iure suo nisi per sententiā sui superioris. Nemo enim bonus iudex in causa ꝑpria. Præterea. idem non erit iudex & accusator seu actor in eadem causa: sicut nec reus & iudex in extetioribus negotijs. Cum autem agitur pro diuortio propter fornicationem mulieris, vir est actor, ideo non erit iudex, sicuti & in vete. testa. causa diuortij, seu repudij deducenda fuit ad iu-
I dices. Ad hoc. xxxiij. quæst. ij. cap. Seculares. & capi. Porro. de diuor. ¶ Sexta conclusio quasi corollaria ex dictis. Matrimonium in facie ecclesię solennizatum non potest dissolui propria auctoritate, sed iudicio ecclesię quantum ad domū & redditionem carnalis copulę. ¶ Forte dicatur contra nunc dicta. quod probari non potest, nō debet ad iudicium ecclesię deduci. quem esse fornicatum, vt plurimum, probari non potest, nisi quis forte publice in facto deprehēdat. ergo &c. Maior patet, quia in iudicio ecclesiæ iudicat secūdū allegata, & ꝑbata. Minor patet, quia dicit Iob xxiiij. Oculus adulteri obseruat caliginē. Et qui male agit, odit lucē. Ioā. iij. ¶ Præterea, cum manifestum est viro vxorem adulterium cōmisisse potest debitum negare auctoritate propria. ergo sua auctoritate quo ad domum potest talem dimittere. Cōsequentia probatur. quia illa cohabitatio viri cū muliere maxime videt esse propter debitū reddere, vt supra patet de cōiugio leprosorum. ergo in casu in quo non tenetur debitū reddere, non tenetur cohabitare. Antecedens patet, quia si vir sponte & libere ei cōmiscetur post delictum, non potest secūdum iura talem mulierem deinc de fornicatione accusare. Immo sic commiscendo ei fieret bigamus, & sic ad ordines ineptus. ¶ Præterea, homo potest per se exe qui sententiam a iusto iudice iuste latam absq; iudicio ecclesiæ. sed Christus tulit sententiam q̄ vir potest vxorem dimittere causa fornicatiōis. Matth. xix. &. v. ergo ad hoc non opus est ecclesię iudicio. ¶ Præterea. exēplo Ioseph Matt. j. vt videtur, licet viro vxorē importatā ab alio auctoritate propria relinquere: ergo similiter cū est cognita ab alio. ¶ Ad primū dicitur. sufficit q̄ quandoq; probari potest vel facti euidentia quę non patitur tergiuersationē, vel fornicatricis iudiciaria confessione, & tunc potest peti diuortiū. Sufficit etiā quādoq; habere fortem p̄sumptionem iuris vel facti. ¶ Ad secundū, vxor potest dimitti quo ad thorum per negationem copulę carnalis auctoritate propria, secundum aliquos cum cōstat sufficienter de facto. secus quo ad cohabitationem, aut status mutationem. Cum vero non licet auctoritate propria spoliare quēpiā & sibijpsi ius dicere, quō potest nocentem innocens repudiare aut debitū negare eidem sine sententia declaratoria iudicis in matrimonio solennizato & publico? ¶ Ad tertiū, concesso q̄ Christus tulit hanc generalem sententiā de dimissione vxoris propter fornicationem, applicationē tamen ad particularia reseruauit potestati clauiū. Immo illa Christi doctrina, non est proprie dicēda sententia: quia sentētia est applicatio iuris cōmunis ad aliquod particulare. sed hoc faciendū reliquit ecclesię: quę habet illam concessionem ꝑ loco & tpe ad particularia applicare. ¶ Ad quartū: negat similitudo de Ioseph. vt supra habetur dist. xxix. q. ij. Allegat hic Palu. dictum Augu. de Ioseph in sermone de annūciatione. Et loquitur Aug. in persona virginis Marię. Vir me⁹ putauit q̄ ex adulterio cōcepissem. Quod exponēdum est. i. ad modum putātis se habuit. ideo vo

Universidad de Deusto
Biblioteca



luit eā occulte dimittere. ¶Esto vir nouit factū sed non potest ipsum probare:an potest sibiipsi ius dicere? Respōdet Palu.q̄ sic.quia defectus probationis non est ex culpa sua.sicut debitorē fugiētem licet capere. Sic si quis spoliauit me re mea,& non possum probare,possum tantūdem de suo accipere seclusō scandalo,cum non patet alias via iuris contra eum. Exemplum de Israelitis spoliantibus ęgyptios. Cum enim iudicis copia haberi non potest,vel propter aduersarium, vel ꝓpter causam cōsimilē,citra peccatū pōt aliquis sibiipsi ius dicere. Alias fere omnia bella essent iniusta. Nam vindicatio est etiam subditi & nō solum iudicis,ait ille doctor. Verum hęc indigent sano intellectu sententia data in conclu.v. Et doctorū dicta ibi recitata plus placēt:& ni fallar,regulariter potest haberi copia iudicis in ꝓposito. ¶Si dicit. Esto:sacerdos,aut clericus deprehēditur cum vxore alicuius, potest ne capi,et tā diu teneri donec aduocentur testes? Respondet Palu.q̄ sic per viginti horas, vt sic presentia testium possit probari adulteriū. Exemplo seniorum qui apprehenderūt Susannam dicentes q̄ non poterant apprehendere iuuenē:quia fortitudine eos precellebat. Et hic licet vim vi repellere sine excōmunicatione.de sententia excōmunicationis. Si vero.§.penult. Vbi nec ille compellēdus est ad apostolicam sedem venire qui in cleri cum cum vxore, matre, sorore, vel filia propria turpiter inuentum manus iniecerit violentas. Secus si compertus fuerit cum aliena:quia tunc nihil ad eum de facto clerici turpiter agentis. Videtur in contrariū esse statuta ordinariorum & ꝓuincialium. In aliquibus forte post factū aliqua non impugnātur:quę tamen ne fiant ante factū docentur: ne laxētur frena peccatis. & lex datur multitudini, quę nōnunq̄ caret discretiōe & scientia:ideo constituti sunt iudices. Quomodo vero possit adulterium probari & accusari,iuristarum est. ¶Nec oportet illā accusationē precedere admonitionem secretam,sicut in denūciatione alicuius. Vbi em̄ necessario precedit admonitio secreta, debet supersederi secuta emendatione & correctione. Hic autem secus fit:quia cum quis accusatur & pœnitet,non desinit esse nocens secundum iura,sed habet expectare pœnam. Et si præcesserit admonitio & correptio, adhuc potest qui deliquit accusari,ne possit secretius correctus nō innotescere cęteris. Immo vtile est publice publica punire malefacta,vt qui scādalizati sunt de culpa,ędificentur de pœna. Vnde & latrones iudicialiter conuicti plectunt̄ publice seruato ordine iuris:licet eorū factū non sit omnibus cognitum. ¶Nunc de secunda parte quęsiti primi: An diuortiatus possit alibi matrimonio copulari. ¶Septima conclusio. Facto diuortio inter coniuges neuter eorum alio viuēte potest cum alia persona matrimonium cōtrahere. Probatur.j.Corin.vij.& in lege noua pluralitas vxorum est prohibita.vt supra. distin.xxxiij. Vnde Augus. Inter viuentes manet coniugale vinculum,quod nec separatio,nec cū altero iūctio potest auferre.xxxij.q.vij. Vsqueadeo.& ca. Interueniente diuortio. Pręterea. diuortium introductum est in fauorem innocentis,& odium nocētis.sed si per diuortiū solueretur vinculum matrimonij,ęque esset in fauorem vtriusq̄. Immo plus esset in fauorem nocentis:qui ideo fornicaretur,vt facto diuortio magis placita posset habere connubia. ¶Sed diceret aliquis. Matt.xix. dicit Christus. Quicunq̄ dimiserit vxorem suā nisi ob fornicationem,& aliam duxerit,mœchatur.cum ergo exceptio facta est per Christū, nō potest esse iniusta.ergo qui dimittit vxorem ꝓpter fornicationē & ducit aliam,non peccat. Itē qui non tenetur ad continētiam potest vxorem ducere,cum est edictum prohibitorium. sed qui diuortiatus est ab vxore propter fornicationem non tenetur ad continentiam,sinullo voto se ad hoc astrinxit: ergo potest vxorem ducere, & ita diuortiatus potest alibi contrahere. Item cōiunx non tenetur coniugi nisi ad debiti redditionem cum petitur,& cohabitationem.sed per diuortiū liberatus est ab hmōi seruitute duplici:& ita a tota obligatione matrimonij:ergo potest alibi contrahere. ¶Ad primum dictū Christi: habet veritatem in casu quo loquitur referendo exceptionem ad totum dictum:quia in repudio propter fornicationem in ve.le.adultera lapidabatur.qđ si seruaretur in no.le.sicut in Hispania fit,liceret viro vxore repudiata aliam ducere. Nec tamen ex hoc haberet plures simul:quia prima venit lapidanda. Ita respondet Palu. ¶Ad secundū negetur minor.tenetur em̄ adhuc continere ab omni alia muliere rōne ligaminis:licet ad hoc non ligetur voto. ¶Ad tertium negetur maior.quia vinculum cōiugij adhuc manet facto diuortio. ¶Octaua conclusio. Licet dominus non excipiat nisi fornicationis causam,si tamen alter cōiugum machinetur in alterius mortē vel per gladium vel per intoxicationem,non tenetur quis cū corporis sui periculo illi cohabitare: & ita saltem temporaliter potest ab eo diuortiari.ar.de resti.spoli.cap. Literas. vbi dicitur. Si tāta est viri seuitia vt muliere trepidanti nō possit sufficiēs securitas prouideri,non solum nō habet illi restitui,sed ab eo potius amoueri. Idem dicendum si mulier violentatur a viro ad actum innaturalem extra vas debitū. Probatur ratione:quia maior est obligatio in matrimonio ad reddendum



coniugale debitum q̄ ad cohabitādum. Sed nō tenetur quis reddere debitum cū probabili corporis sui periculo, secūdū dicta dist.xxxij.ergo multo minus cum tali periculo tenetur sibi cohabitare. Nec potest ex hoc sumi exceptionem domini fuisse insufficiēter: quia fornicatio commissa,perpetuo manet commissa:hæc autem infirmitas est curabilis & temporalis. q̄ si esset perpetua,posset ꝓ perpetuo ab eo diuortiari. ¶Nona conclusio. Si innocens facto diuortio repetit nocentē in casu quo fieri debet reconciliatio,debet nocens etiam inuitus re integra cogi ad recōciliationē. Secus si nocens petit inuitum innocētem. Prima pars patet:quia innocens propter diuortium non est priuatus iure suo quod habuit in coniugem.siquidē seruitus quā habet cōiunx in corpore coniugis,cum sit de iure diuino, non tollitur nisi per fornicationem:quā solā ius diuinum excipit: nisi ipsemet auferat a se dādo alteri licentiam vouendi,ergo per diuortium nō priuatur eo. Et cum diuortium factū est in fauorē honestatis suę,non debet ex hoc sentire sine sua culpa pręiudiciū & damnū corporis aut animæ. Secunda pars probatur:quia pœnitentia nō tollit actionem.xxxiij.quęst.ij.capit. Admonere.& multo minus exceptionē. Dicitur re integra,secus si votū fecisset continētię. ¶Pręterea.q̄ vir dimittat vxorem adulteram,legis est.xxxij.quęst. j.cap. Dixit dominus in euāgelio. Et quod legis est,non deletur pœnitentia. Alias fur pœnitens non esset plectendus. ¶Sed quid si nocēs petit nocentem? vt gratia exempli,mulier prius fornicata repetit virum qui post diuortium fornicat? est. Sancti docto.& iura videntur dicere:q̄ paria delicta mutua compensatione tolluntur. ergo siue prius siue posterius fornicatus fuerit, non refert. Sed bene refert an non correctus petat correctum,vel econtra. Clarum est apud omnes,nō correctum non posse petere correctum. Dubiū vero est quomō correctus potest nō correctum petere. Dicēdum videtur. sententia hominis nō tollit id quod est iuris diuini:quia vbi vterq̄ fornicatus est siue ante sentētiā,siue post,siue vnus ante & alter post,quicūq̄ petit alium,eo ipso q̄ petit videtur correctus esse, & alius in foro conscientię debet sibi recōciliari,& ad hoc iudicio ecclesię compelli, ni si velit suscipere sacrum ordinem aut religionem ingredi,si est vir, aut profiteri,si est mulier. Et ratio potest esse:quia sicut in matrimonio non cōsummato quilibet potest intrare religionem,siue fornicatus sit,siue non,qđ ius nō perdit fornicādo,cū de hoc nō habeat scriptura,sed tenetur vel matrimoniū cōsummare, aut religionem intrare: Ita vxore fornicante consummato matrimonio,potest vir vel religionē intrare vel sacris initiari. Q̄z si vir post alterius illorum assumptionē fornicatur: certum est q̄ nō restituitur vxori,nec potest ad eam reuerti, posito voto legitimo vel in professione,vel sacri ordinis susceptione. Et si vir fornicatur anteq̄ ꝓfiteatur vel ordinetur,cum iam per vxoris nocētis fornicationem est sibi ius acquisitum nō reddendi & vouendi,fornicādo(maxime post sententiam)perdit ius non reddendi: quod prius habuit quo ad fornicantem mulierem:sed non perdit ius vouendi. Ita q̄ alternatiue tenetur ad alterum illorū qui post fornicatus est,scilicet aut redire ad coniugem & reddere debitum:aut profiteri si est mulier, seu sacris initiari vel profiteri si est vir. ¶Ad Goffre. qui tenet cōtrariū:quia sententia bene lata nō debet retractari: dici potest secundum prędicta. Quando ecclesia comperit se in facto esse deceptam,retractat eam,si post constat de contrario. Ita in proposito. Ecclesia enim supponebat in suo diuortio tacite q̄ essent caste victuri hinc & hinc,saltē de parte vna: ideo eos separauit,singulis continentiā indicendo. Cum autem nunc constat q̄ decepta est,retractat sententiam. Separauit enim coniuges modo tacito conditionate,si caste vixerint. quod si nō faciūt retractat sententiam tanq̄ nullam. Cū ergo vterq̄ fornicat, cogunt̄ auctoritate iudicis quæ fuit implicite conditionata,reuerti ad se. Sic si innocens petit nocentem re integra,hoc est ante professionē aut ordinem. ¶Ad tex. qui solet allegari.vj.quęst.iiij.capi. Quod semel. Dicendum vt sumitur ex verbis ibi positis. Hic enim est maior auctoritas:quia clara & patēs veritas & facti euidentia. Non aūt potest esse maior auctoritas veritate comperta. ¶Consequēter de adulterio, an & quando sit impedimentum prohibens & dirimens. Cōmuniter tria ponuntur crimina quę coniuncta vel separata vidētur facere difficultatem circa matrimonium contrahendum: q̄ sunt secundum Sco. Adulteriū, Machinatio in mortem legitimi coniugis: Fidei datio ipsi adulterę vel contractus de facto cum ea:vel cū iuramento promissio. Et hæc tria secundum eundem ꝓ eodem in proposito reputātur. De tertio primo dicendum. ¶Decima conclusio. Cōtrahens de facto cum secunda aut dans fidem aut iuramentum contrahendi cum ea,viuente prima vxore,quā tamē nō cognouit,nec ante, nec post cōtractum, potest eam mortua prima in vxorem nouo consensu ducere.ca. Si quis.de eo qui duxit in matrimonio. Dicitur de facto:quia nō potest de iure contrahere propter impedimentum ligaminis. Dicit quā nō cognouit, nec ante, nec post:quia secus si intercessit copula carnalis. Sic em̄ illa duo simul iuncta,scilicet adulteriū & pro

Universidad de Deusto
Biblioteca



missio, vel adulterium & cõtractus de facto cau-
sant impedimẽtum prohibens & dirimens. Pec-
cat tamẽ sic contrahens, & secundum Panor. fit
infamis. cap. Si quis. qua nõ obstante potest cõ-
trahere. Et idem est ca. j. de eo qui duxit. ac si nõ
contraxisset de presenti, sed solum dedisset fidẽ
contrahendi post mortem coniugis. Obstat eñ
impedimentum ligaminis. Aliqui illud impedi-
mentum nominãt fidei dationem. Secundũ Pa
lu. dist. xxxiiij. q. j. ar. iij. requirunt illa duo, scilicet
pollutio adulterina & promissio: & q̃ vterq; sciat
impedimẽtũ: si fidei datio debet esse impedimẽ-
tum &c. Concordat Sco. & Richar. Similiter di-
cendum de muliere quę fidem dedit de contrahẽ
do alicui viro viuẽte legitima eius vxore. ¶ Vn
decima conclusio. Solum adulterium cũ aliquo
vel aliqua prius cõmissum, non impedit cæteris
paribꝰ, nec inhabilitat quẽpiam ad cõtrahẽdum
cum eo vel ea matrimonium: ex consequẽti nõ
impedit & dirimit &c. secundũ Panor. ca. Signi-
ficauit. eo. ti. vt supra. & xxxj. quęstio. j. Si quis.
N ¶ Duodecima conclusio. Si adulter cõtrahit de
facto cum adultera, vel fidem dat, aut spõsionẽ
nudam vel iuratam de contrahendo cũ ipsa quã
scit tunc habere legitimum virũ, & ipsa recipro-
ce scit eum habere tunc vxorem, pręuia vel sub-
sequente copula carnali: non potest adulter adul
teram eius viro legitimo mortuo habere vxorẽ,
nec econtra adultera adulterum eius vxore legi-
tima defuncta. Probatur: quia tale adulteriũ sic
circunstantionatum, est impedimentũ prohibẽs
& dirimens contractũ. cap. Si quis. de eo qui du
xit. &. xxxj. quęst. j. ca. Relatũ. Ratio est, ne ipsis
detur occasio homicidij: vt sic essent ad cõiugũ
mutuum apti. Et hic equiualent, secũdũ Richar.
fidei datio & iuratoria promissio, aut fidei datio
iurata & non iurata. Secundum Palu. nomine fi
dei venit nuda ꝓmissio: ideo termini sunt in cõ-
clusiõe multiplicati. ¶ Dicit Quã scit. &c. quia si
quis viuente prima secundam huiusmodi rei in
sciam ducit: si toto tẽpore primæ vxoris igno-
rat illud matrimonium, potest prima mortua il-
lam secundã ducere, nouo consensu accedente.
Sic si vir nescit eam habere legitimum virum
tũc dum cum ea contrahit pręuia vel subsequen
te copula. cap. Veniens. eo. titu. Ita procedit con-
clusio quando ambo sunt rei illius conscij de ha
bendo hinc & hinc coniugem superstitem cũ cõ
tractus ille & cõmixtio ipsa fit. Si autem certior
reddita de vita primę cõiugis permisit se cogno
sci ab illo viro, non potest amplius eum habere
in maritum. Ad hoc ca. fina. eo. tit. de eo qui du-
xit. & sequuntur doctores. Dictum est cõclusio-
nem procedere quando ambo sunt conscij actũ
illum esse adulteriũ. Si enim vir tantum est cõ-
scius, & mulier nescit eum habere legitimã vxo-
rem aliam, si contrahit adulter ille cum adultera,
non est ad viri petitionem posterius diuortiũ ce-
lebrandum. Sed cum mulier inscia illius impedi
menti & illegitimationis consensit in virũ ex me
ra ignorantia: an contractus ille sit matrimoniũ
vel nõ? Si est matrimoniũ non põt fieri diuortiũ
ad petitionẽ mulieris nunc edoctę de impedimẽ
to. Si nõ est matrimoniũ debet fieri diuortium,
quia sic non possunt coniugaliter simul manere
cum nõ sint coniuges. Respondetur, nõ est ma-
trimoniũ, sed est hic error dationis redundans in
errorem personę. Mulier enim consentit, sed cre-
dit eum esse habilem ad cõtrahendum: modo nõ
est habilis, sed per ecclesiam illegitimatus ꝓpter
hoc vitium scitũ esse tale cum fidei datione aut
contractu matrimoniali. Et sic nõ possunt simul
scienter manere. Vir eñ illegitimatus non potest
eam matrimonialiter tractare, & ipsa excusatur:
quia egit ex ignorantia inuincibili. ¶ Ponat: mu
lier post q̃ cognouit impedimentum subesse, nõ
petat diuortium, secundum prędicta non est di-
uortium celebrandũ, ergo si non sunt diuortian
di poterunt simul manere. Non vt coniuges: qa
vir est illegitimatus, & ita inhabilis. Stabũt ergo
simul modo fornicario. Respondet Sco. Si mu
lier sciens impedimentum consensit in virũ ma-
trimonialiter, cogendus est vir vt & ipse consen
tiat in matrimonium illud: & hoc in pœnam pec
cati. Nam scienter decepit illam mulierem, & fe-
cit eam in se cõsentire vt in personam habilem,
cum tamen fuerit per ecclesiam propter dictum
vitium illegitimatus. Ideo iusta sentẽtia cogitur
adimplere quod fallaciter voluit facere mulierẽ
decipiendo. Et ita contrahent nouo consensu: &
protũc in hoc casu ecclesia eũ legitimat in odiũ
sui & in fauorem mulieris deceptę. Cum eñ sine
consensu non est matrimonium, & prior consen
sus non fuit matrimonialis, opus est interuenire
consensum nouum & matrimonialem. Nec va-
let dicere. Si impedimentum debet dici, mulie-
ri deceptę generabit odium, ergo videtur suffice
re q̃ ipsa in quolibet actu cõsentiat matrimonia
liter, & ita non requiritur ex parte eius nouus cõ-
sensus, sed requiritur ex parte deceptoris cõsen-
sus nouus. Et ratio est: quia consensus deceptę
& inscię non est consensus coniugalis, eo q̃ pro
cedit ex errore dationis redundantis in errorem
personę, ideo oportet nouum elicere cõsensum.
Sunt qui tenent cõtrarium. Sed illud dictũ vide
tur esse tutius & verius. Requiritur enim ad ma
trimonium consensus verus personarum legiti
marum. ¶ Dictum etiam fuit, legitimũ virũ aut
coniugem &c. quia oportet q̃ inter psonas hinc
& hinc matrimoniũ primum fuerit validum. Si



enim vxor prima non fuisset legitima, non esset
impedimentum. Et sufficit secundũ Angelum
primũ matrimonium fuisse ratum tantum ver-
bo de presenti. Nec requiritur q̃ fuerit consum-
O matum in ver. Impedimẽtũ. viij. ¶ De impedi-
mento alio quod est machinatio in mortem con
iugis legitimę, vt cum vxor machinatur in mor
tem viri sui, aut vir in mortem vxoris vt pos-
sit alterius coniugẽ pro suo coniuge habere: do-
cto. diuersificãtur. Palu. dicit. dist. xxxiiij. q. j. sic.
Ad hoc tria requiruntur, si debet esse impedimẽ
tum dirimens: scilicet Adulteriũ: secũdo actua-
lis occisio: Tertio occisio propter posse contra-
here cum alia: ita q̃ finis occisionis pręcise sit cõ-
tractus cum alia. Panor. cap. j. de eo qui duxit. te
net, & cęteri. Si adulterium non interuenit, opor-
tet, q̃ vterq; machinatus sit in mortem alterius.
hoc est ille cui⁹ est cõiunx, & illa quã vult habere
vxorem. Et secundo q̃ mors sequatur cum effe
ctu. Si enim vnus tãtum ex illis nunc dictis ma
chinatus esset cũ effectu in mortem alterius, nõ
esset impedimentum quin illum possit habere ꝓ
pter quem vel quã alterius mortẽ cum effectu ꝓ
curauit, nisi sit machinatio coniuncta cum adul-
terio. Machinatio sola sine effectu non impedit
matrimonium cum adultera. secundũ Panor. ca
pit. Super hoc. de eo qui duxit. Si vero iteruenit
adulterium, sufficit machinatio vnius tantũ cũ
effectu, vt sit impedimentum. cap. Si quis viuẽ
te. xxxj. quęst. j. Et sic dicit esse intelligendũ cap.
Super hoc. allegatum supra. Sed si effectus ho-
micidij nõ interuenit, machinatio etiam cũ adul-
terio non inducit id impedimentũ. Ita habet Pa
nor. & Angelus post eum vbi supra. Ratio oim
illorum: quia ecclesia sic statuit: & personas talis-
modi illegitimauit. Ratio inducẽs ecclesiã sic sta
tuere, est represssio adulterij & homicidij: quę fre-
quenter accideret, si tales personę non essent ad
contrahendum illegitimę factę.

P ¶ Quantum ad articulum tertium
est primum dubium. Ex quo diuortiũ est in cor
rectionem delinquentis, an liceat innocenti no-
centem occidere in fornicatione vel post cõmis-
sam fornicationẽ. De hoc infra dist. xxxvij. de
Q vxoricidio. ¶ Secundum dubiũ est de paritate
& disparitate culpę coniugum delinquẽtium cõ-
tra matrimonium per adulteriũ: cuius eorũ pec-
catũ est grauius? Et an in actu adulterij plus pec
cet vir q̃ vxor: an econuerso. Ad hoc Palu. &
Holkot super sapientiales. lect. xlvj. Quantũ ad
bonum fidei pariter & equaliter peccant cæteris
paribus contra cõiugium vir & mulier: qa equa
liter tenẽtur fidem seruare. Sic de bono sacramẽ
ti idem dicendum venit. Secus de bono prolis
contra quod plus peccat mulier q̃ vir, pręsertim
quo ad desertionem thori proprij: quia plus cau
sat incertitudinẽ prolis. Sed quo ad accedere ad
thorum alienum, grauius peccat vir agendo q̃
mulier patiendo. Vnde vxor diuertens ad thorũ
alienum peccat in fidem viri, non ille extraneus.
Sed in prolem eius plus peccat alienus qui agit
q̃ mulier quę patitur. Ideo simpliciter plus pec-
cat mulier per iniustitiam, sed vir per intẽperan-
tiam. Vnde ipsa potest dici iniustior viro, Ille ve
ro intẽperatior. Nec potest ex equalitate pœnę,
quã vterq; coniugũ in diuortio pro eadem fidei
fractiõe sustinet, argui equalitas culpę. Licet eñ
iudicẽtur ad equalem pœnã, nõ tamen ex equa-
libus causis. Sicut duo fures quorũ vnus est in
duplo peior & maior fur alio, ad equalem pœnã
suspendij iudicantur, nõ tamẽ ex equalibus cau-
sis, nec ex equali pcõ. Sufficit enim habere cau-
sam iustam & sufficientem ad hanc pœnam. Li-
cet ergo in vtroq; sit sufficiens causa diuortij fi-
dei fractio: mulier tamen peccat & contra bonũ
fidei vt vir, & prolis, quod nõ facit vir. Vnde po
test dici q̃ simpliciter loq̃ndo plus peccat vxor
adultera q̃ vir adulter. Vir etem tenetur plus vi-
gere ratione q̃ mulier, & vincere virtute: tamen
pensando omnes circunstantias, mulier plus pec
cat. Beatus Aug. de adulterio cõiugatorũ. Qui
dicit virum plus peccare, solum attẽdit illam cir
cunstantiam datam, quę est virtute vincere & ex
emplo regere fœminas. Et Pe. de Tarẽ. post Sã
ctũ Tho. idem tenet, propter redundantiam rõ-
nis quę pręualet quibuslibet motibus passionũ
corporalium. ¶ Tertium dubiũ: Vnde est q̃ di- R
uortium fit cum quis peccauit cõtra fidei bonũ,
& non sic cum agit cõtra bonum prolis: quod ta
men principalius est in matrimonio. Respondetur. q̃is matrimonium principaliter ordinetur
ad bonum prolis, tamen fornicatio magis toti
iniuriatur matrimonio, q̃ defectus aut sterilitas.
Per fornicationem eñ traditur alteri corpus alie
num, causat incertitudo prolis. Vnde multa sub
sequi possunt mala quo ad prolis indebitã edu-
cationem: hereditariam perceptionem &c. Item
peccans contra bonum fidei peccat etiam con-
tra prolem & contra bonum prolis. Item contra
bonum sacramenti & indiuisibilitatis. Et ita cõ-
tra totum bonum matrimonij. Secus de impe-
diente vel occidente prolem, vel cum subest ste
rilitas defectus naturæ. ¶ Quartum dubiũ. Di- S
ctum est, cõiuges sunt pares quo ad diuortium,
sed non quo ad accusationem, quę ad diuortiũ
est via quędam. Quomõ ergo est disparitas quo
ad accusationem? Respondetur q̃ quo ad accu
sationẽ non sunt equalis conditionis. Fauorabi
lius enim accipitur actio viri contra mulierem

Universidad de Deusto
Biblioteca



q̄ ecōuerſo, tum quia vir caput eſt mulieris, tum quia mulier adulterans magis confundit virum q̄ vir adulterās mulierem, tum quia adulterium mulieris plus lędit matrimonium q̄ viri. Cauſat enim incertitudinē prolis & ex cōſequēti pluras ſequelas plurimas. Et ideo q̄uis fornicatio ſimplex grauior ſit in viro q̄ in multere vt multis placet: tamen omnibus penſatis adulterium grauius eſt in muliere, q̄ in viro propter ratiōnes tactas. Et ideo non ſunt pares in accuſatiōe. Ita habet Richar. ¶ Quintum dubiū: Quomodo excuſatus fuit Dauid qui contraxit cum Berſabee cum qua cōmiſit adulterium, & machinatus fuit in mortem mariti eius, & nihilominus contraxit cum ea. ij. Regū. xj. Reſpondetur. tunc non fuit illa eccleſię prohibitio & illegitimatio. ¶ Diceret aliquis, cur Dauid iuſtus non fecit eā lapidari tā q̄ adulteram, ſecundū legem? Iuſtius enim feciſſet ſi eam lapidaſſet, ſecundū Sco. Reſpōdetur q̄ fuit peccatum occultum: ideo non debuit publica pœna mulctari: aut quia pœna illa erat ſubeunda cum infligebatur alicui. Nec oportet dicere q̄ ſpiritus ſanctus illam pœnā legis ei remiſerit de lapidatione. Ita enim ipſe venit lapidandus ſicut adultera ſua. Rō eſt, quia de hoc nō habetur ſcriptura. Stat ergo ratio nunc tacta: quia illud peccatum adulterij fuit occultū, ideo occulte venit puniendum.

## Diſtin. XXXVI.

Vnc de conditiōe videam⁹: an valeat coniugiū diuidere &c. In preſenti diſtinctio. xxxvj. Magiſter agit de impedimento ſeruilis cōditiōis. Cui annectit minus principaliter de defectu ætatis puerilis. ¶ Cōcluſio prima textualis eſt illa. Liber & ingenuus poteſt ſi vult ſeruā ſcitam eſſe talē ducere in vxorem. Q̄ ſi ex ignorātia cum ea contraxit neſciens eam fuiſſe talē, poteſt ab ea diuortiari, aut ſi placuerit ei perpetuo matrimonialiter copulari. ¶ Secunda concluſio. Seruus & ſerua diuerſorum dominorum poſſunt ſi volunt etiā inuitis aut ignorantibus dominis ſuis matrimonialiter copulari. Videtur tamē quibuſdam matrimonium taliſmodi cum non acceſſit conſenſus dominorū, poſſe diuortiari. ¶ Tertia cōcluſio. Maſculus ante annos. xiiij. & puella ante annos. xij. matrimoniū nequeunt contrahere. Attamen poſt ſeptēnium ab eis poſſunt ſpōſalia cōtrahi: quia tunc conſenſum liberum ad hoc neceſſarium poſſunt elicere. Hęc textus.



### Quæſtio Vnica.

A Irca diſtinct. xxxvj. mouetur quęſtio. Vtrū error conditiōis ſeruilis, pariter & defectus ętatis ſint ipedimenta prohibentia & dirimētia matrimonium de facto cōtractum.

¶ Quantum ad articulum primum ſupponitur ex dictis. diſt. xxx. quęſt. j. quotuplex error. Quis error: & quare impediat matrimoniū &c. Quot cōditiones requiruntur ad hoc q̄ conditio ſeruilis impediat matrimonium &c. Q̄z error conditionis eſt ignorātia ſeruitutis, cum ſcilicet quis contrahit cum a. credens eum eſſe liberum cum ſit ſeruus. Nō eſt ſeruitus de ſe, impedit, ſed ignorantia eius reſpectu perſonę conditionis melioris. Q̄z non impediat de ſe, patet. Sic enim impediret ſiue ſcienter ſiue ignoranter contracta, ſicut conſanguinitas. ¶ Secūdo notādū. Eccleſia volēs filijs ſuis ſalubriter & ſufficienter de ſalute prouidere: vtq; de medio poſſint cum effectu tolli multorum occaſiones peccatorū & litium diſcrimina: quia hominū pars maxima intendit humanę multiplicationi: ideo latius circa iſtud ſacramentum q̄ cętera curam habet: & ſpecialem circa perſonarū ſibi ſubiectarum habilitationem vel illegitimationē vt poteſt conceſſione diuina. Cum autem matrimonij contractus poteſt multipliciter impediri nedum circa eius eſſentialia: ſed etiam circa eius finem duplicem, primarium & ſecundarium: ideo circa hoc ſalubrem fecit prouiſionem. Perſona enim ſeruilis non eſt libere ſui iuris: ſed domini obſtricta ſeruitijs: non poteſt ſeſe obligare nolente domino alteri in eius prędiudicium ad aliquid repugnans (directe ſaltem) domini ſeruitio conſueto, & ſolito. Si ergo ſeruus cōtraheret cū libera neſciente eum eſſe ſeruum, prædiudicaretur liberę ſine eius culpa in debiti redditione & petitione: ſeruo in his quæ domini ſui ſunt occupato. Et ſic lędereť libera in bono fidei. Et quia dominus poteſt ſeruum vēdere: lęderetur etiā in bono ſacramenti & prolis: quia non habet eā in poteſtate ſua. Ideo cum eccleſia habet aliquo modo diſponere circa materiā huius ſacramenti, vt ſupra dictum fuit, diſt. xxix. q. ij. eam reſtringendo non ampliando, vt ſupra. ex æquitate naturali cum nullus debeat quaſi importabiliter lędi ſine ſua culpa: ſeruilis cōditionis homines in fauorem matrimonij liberorum certo modo illegi



timauit. Non quidem ſimpliciter. Poſſunt eñ liberę perſonę, ſi volunt, cum eis cōtrahere, & tantillum pro tanto recipere. ¶ Corollarium. Error ſeruilis cōditionis eſt impedimentū prohibēs & dirimēs ſimpliciter, nō conditio ipſa ſeruilis preciſe: nō iure diuino, ſed humano & poſitiuo eccleſię, ab eccleſia ſi vellet noua cōſtitutiōe auferbile. de cōiu. ſeruorum per totū. ¶ Tertio notandū q̄ multiplex eſt ſeruitus quātū hic ſat eſt: ſcilicet Filialis, politica, & extrema. Prima quę dicitur filialis: ortum habet de lege naturę, & eſt quędā ſubiectio filiorū ad parētes: quā dicere poſſumus obediētiā pertinentē ad filialem diſciplinationem. Hanc Ariſto. j. Poli. dicit habere principatū quendā & dominū, qui dicit paternalis. Pater enim dominatur filijs, nō propter vtilitatem propriam ſed filiorum. Nec ꝓprie eorum dicitur dominus, nec filij eius ſerui. ¶ Secunda ſeruitus poteſt dici politica, qua ſcilicet aliq̄d ſui vel etiā ipſemet vna cum re ſua cedit aut cadit in obligationem & ius domini, ipſo manente libero, & ſic poſſunt dici ſerui qui res ſuas vel operas locant aliis. Si res, ſic ſunt ſeruitutes pręſtationum, vel cenſuum, vel huiuſmodi. Si operas, ſic ſunt ſeruitores & famuli politici. Aut qui certā glebam colere habēt aut inhabitare, vt dicetur. Et poteſt fieri pro ꝓpetuo vel ad tēpus ſeruitus illa. ¶ Tertia dicitur extrema. de qua quidā dicunt locutos fuiſſe Panor. & alios doct. cum in cap. Ita quorū dam. & ca. Ad liberandā. de Iudeis. dicunt eccleſiam poſſe imponere ſeruitutē, ſeu pœnam ſeruitutis: ita q̄ etiam ingenuus & Chriſtianus propter ſua delicta redigatur in ſeruitutem de iure canonico. Exemplū de deferētibus arma & alia Saracenis. Quidam intelligūt de ſeruitute nō extrema, vbi homo cogitur certam glebam colere vel eam inhabitare: nō tamen vendi poteſt, vt bos. Et principatus reſpectu eiuſdem Deſpoticus dicitur ſecundū Philoſophū. ſecundū Ockam in Dia. in par. iij. tract. primi. lib. ij. cap. iij. Deſpotes eñ idem eſt quod dñs. Et principatus deſpoticus. i. dñatiuus. Horū ſiquidē ſerui ſunt poſſeſſio dñorū. Quēadmodum alię res tēporales dicuntur dñi alicuius poſſeſſio. In hoc principatu quęritur non vtilitas ſeruorū, ſed vtilitas ꝓpria. Sic eñ dñi poſſident ſeruos ſicut res tēporales: & ita poſſunt vendi ſerui a dñis ſuis, ſicut alię res temporales & pecora. De his inquit Philoſoph⁹ primo polit. q̄ nō poſſunt exercere actū virtutis Intelligitur libere: quia habēt oīno vel certo modo rebus dñi intendere, dummodo tñ contra legem diuinā aut naturalē alias nō attentat. ¶ Iſta ſeruitus tertia pariter & ſecūda eſt ex diſpoſitione humana & lege poſitiua. Nec ſecūda eſt contra legem naturę. Sic eñ ait Phūs. j. Pol. Pollēs mēte debet prędidere: pollens viribus ſeruire. Sic homo animal ciuile dirigitur ab alio homine qui plus habet vel habere debet induſtrię & rationis. Et in hoc principatu politico principantes debent ſecundum virtutem & ſapientiā alios prędicellere. Sic vir qui præeſt vxori, principatu politico poteſt dici prędeſſe eidem, & eam ratione & ſapiētia anteire, natura nō deficiente. Et talis principatus poteſt dici, vt ſic, eſſe ex naturali diſpoſitione, cū natura non deficit in patre vel deſpote, hoc eſt domino. Sic quidam ſunt natura ſeruiti: tum quia ratione carent & prudentia & quo ad ſe & quo ad alios, tum quia vitio dediti ſeſe regere non poſſunt, & nocet eis, & reipublicę eorum libertas. Hinc Greg. xxj. mora. Omnes homines natura ęquales genuit, ſed variāte merito rum ordine alios alijs diſpēſatio occulta poſtponit. Ipſa aūt diuerſitas quę acceſſit ex vitio, recta eſt diuinis iudicijs ordinata, vt quia omnis homo iter vitę nō ęque gradit̄, alter ab altero regat. hęc ille. ¶ Tertia ſeruit⁹, ſi debet eſſe iuſta & principatus eius nō tyrannicus, oportet id eſſe altero duorū modorū, ait Sco. Aut quia aliquis ſponte & libere ſe ſic alteri ſubiecit. quę foret vtiq; ſtulta & fatua: cū homo libertatē quā habet a natura ſic ſpōte a ſe abdicat ſine demerito. Hoc eñ videtur quodāmodo eſſe cōtra naturalē legē. Attñ licet multę obligatiōes ab initio temere, ſtulte, & fatue ſunt factę, nihilomin⁹ tenēt cū factę ſunt. Exemplū de cōprehenſo a latrone: qui niſi ſpondeat ſe daturū. c. priuatur vita. Hic iniuſte angariatur, ſed iuſte ſoluit qđ ꝓmiſit. Promittere eñ & dare libertatis eſt, ſed adimplere ꝓmiſſum neceſſitatis. Aut ſcđo: Cū quis iuſte dñans cōtati videt aliquos ita vitioſos & effrenes, q̄ eorum libertas nocet toti reipublicę, poteſt iuſte ſeruitutis pœnā eis infligere, ſicut poſſet eos iuſte cum rempublicā enormiter lęſerunt morti tradere, & vltima pœna mortis animaduertere pro pace & tranquillitate reipublicæ. Cui poteſt addi capit. Ita quorūdam. de Iudæis. vbi eccleſia imponit ſeruitutem his qui arma deferunt Saracenis &c. Idem in cap. Ad liberandam &c. Quia ſecundū Sco. non videtur quomodo ſeruitus illa poſſit eſſe per prędſcriptionem quę reſpicit poſſeſſionē & nō ſeruitutes. Nec eſt par ratio de vtroq;, ideo altero illorum duorum modorum oportet eam eſſe iuſtam. Nec apparet quomodo ſeruitus illa poſſit eſſe iuſta cum captus in bello prędſeruatur a morte & redigitur in ſeruitutem: quia etſi captor in bello iuſto potuit contra ſe bellantem captiuum, prędſertim pertinacem & rebellem, occidere ſeſe defendendo non autem inuadendo, & hoc ſtante pertinacia & reniſione contrabellantis: Attamen cum is qui captus eſt nunc

Universidad de Deusto
Biblioteca



pacem tenet,& se iugo obtemperanter subijcit & in alterius potestatem transfert,inhumanū videtur ei nunc infligere pœnam,& contra legem nature.Nec est hic ratio,sicut in secūdo casu seruitutis:quia tenet nunc pacē:& rempublicam de inceps non lędit: sed obtēperāter capiēti obedit Nec presumendū est q̄ libertate cōcessa abuteť &c.hæc ille. ¶Quarto notādum q̄ seruitus alia acceptione accipiť multipliciter,sc3 improprie & ꝓprie.Improprie dupl'r.Vno mō large,vt supra quia aliquid eorū cedit in vsum & obligationem dn̄orum ipsis manētibus liberis,vt supra in seruitute politica.Alio mō stricte,respectu p̄ceden tis acceptionis,diciť seruus qui vna cū re sua cadit in obligationē dn̄o. Et illi serui possunt dici ascriptitij,originarij,aut coloni,licet sint vere liberi,secundū glo.cap.ij.de Iudæis. & ibi Panor. Et illa noīa supponūt pro eiusdē cōditionis homine,differunt tamen in cōnotato. ¶Sūt enim ascriptitij hoīes terris ascripti pro eorūdem cultura, siue ad inhabitandū eas:ita q̄ inde non possunt licite & sine peccato recedere terrā vel ei⁹ cultura dimittendo nisi dn̄s consentiat, nec possunt vendi,vel aliter alicui tradi in possessionem sine gleba,nec gleba sine illis. Et dicūtur sic ascriptitij:quia deputati sunt & ascripti certę terrę ad colendū vel inhabitādum eam.Q d vltimū a pleriſq; additur:quia posset dn̄s colonū suum supportare de terrę cultura,& tamē ob hoc non posset terram illā dimittere. Adhuc eīm maneret seruitus vna improprie dicta. ¶Coloni dicūtur a colendo terrā: quia ad hoc sunt dn̄o obnoxij & obligati. Et potest aliquis esse colonus in principio cōditionis huius, & nec esse ascriptitius, nec originarius,sed nō ecōuerso. ¶Originarij dicūtur:quia nati ex obligatis & ascriptitijs seu ascriptis ad inhabitandū vel colendum certas possessiones,ita q̄ non possunt inde recedere deserendo possessiones,aut glebas colēdas.Sūt ergo ab origine tales cū tota sua ꝓgenie,vtputa nati in illa terra,& sub tali cōditiōe inhabitādi vel excolēdi.Et tales licet scām glos.vt supra sint liberi:qa tamen tenenť certa seruitia suis dominis impendere:ideo dicuntur(licet improprie)serui,vtpote q̄ sunt de iure scripto vel cōsuetudine.de quo ad alios.Nec possunt se sine peccato ab his contra dominorū voluntatem & cum eorum p̄iudicio subtrahere.Vnde Ro.xiij.Reddite omnibus debita,cui tributum,tributum,cui vectigal, vectigal.&c. Dato etiam q̄ dominus sit Iud⁹, cui tamen nō licet habere seruum Christianum. cap.ij.de Iudęis.sed tenetur colonarium vel originariū adimplere vt iura p̄cipiūt,& nō vltra. quibus seruitijs nō obstāntibus manent liberi.Arcētur tn̄ ab ordinibus sicut veri serui. ¶Proprie dicť seruus qui potest vendi,vt bos secundum Palu.qui scilicet in seruitutē venditur,aut in seruitute nascitur ex ꝓpria ancilla. Secūdus dicitur vernaculus.Primus vero emptitius. Sunt & alię species seruorū:sed parum faciūt ad propositū. ¶Quinto notandū secundū Palu. Si error seruilis cōditionis debet matrimonium impedire & dirimere, requiritur Primo q̄clamantē esse vere liberum.Seruus eīm non potest conqueri de ancilla,nec ecōtra.Secūdo requiritur q̄ proclamās ignorauerit seruitutem.Tertio q̄ ignorantia duret,vt supra distinctione.xxx.Sic ex parte proclamati requiritur primo q̄ sit seruus seruitute vera,non tamen tanta seruitute, sicut iure ciuili, puta q̄ possit vendi,vt bos. Hinc secundum eū sufficit q̄ cōditio eius sit vel contra bona matrimonij, vel contra eius educationē,vel ad cultum dei.&c. Et ideo secundū eum impedit error colonarię conditionis vel ascriptitię vel originarię.Tales enim ad certas operas plus cęteris sunt astricti. rōne cuius,nec possunt ordinari,necmonachari.Secundo requiritur q̄ sit seruitus continuata.Cum enim liber primo incipit scire alteri⁹ seruitutem,potest si vult matrimoniū ratificare. q̄ si scita tali conditione cognoscit eam, & non consentit in eam matrimonialiter, fornicatur cū ea.Presumitur tn̄ de consensu. Q̄ si audiat rumores & de seruitute & de manumissiōe,& nō cōsensit,nō est matrimoniū. Sed ex quo cessat causa dimissionis,habet contractus vim sponsaliū. Q̄ si contrahit cū alia, tenet:licet peccet. Alij autem dicunt q̄ ecclesia tandiu illegitimat personam,q̄diu manet serua & non vlterius. Vnde siue sciens siue ignorans manumissionem cognoscit eam, postq̄ facta est : quia affectu maritali eam tractauit, nec restat amplius impedimtum, est verum matrimonium.Sed si post manumissionem non cognouisset eam,nec de nouo in eā consensisset,non est matrimonium:quia nullus interuenit consensus,nec verus,nec presumpt⁹. Tertio requiritur q̄ seruitus p̄cedat contractū Et q̄ sit ante decēnium detecta.Et hoc propter duo.Primo quia tanto tempore videtur libertas esse p̄scripta. Secundo:quia cum tanto tempore eā habuit, p̄sumitur eā velle habere vxorem . Sed certe quantocunq; tempore eam habuerit & tractauerit,si non accessit affectus maritalis,fornicariam habuit in foro conscientię.

¶Quantum ad artículum secundū D est conclusio prima.Contractus procedens p̄cise ex errore extremę conditionis matrimonium impedit & dirimit ecclesię positiua ac fauorabili constitutione. Probatur. de coniu. seruo. per totum.&.xxix.dist.capit.Si quis ingenuus.



& alijs. Q̄ aūt illa cōstitutio sit fauorabilis & de equitate naturali,patet ex notabili secundo. Matrimonium eīm est res fauorabilis. Et in cōiugio quod est principaliter ꝓpter prolē,plus curandū est de prole q̄ de cōiuge, vel saltē nō minus. Cū aūt proles nascitur ex serua credita eē libera,impeditur a libertate multiplici. Non eīm potest ordinari,aut clericari, etiā loquēdo de seruitute stricte sed improprie.Non potest sequi parentē liberum,q̄nq; cogitur manere in illa gleba,in illo loco,bona eorū q̄nq; in morte occupātur iure peculij,& filij fiunt eodē modo conditionati. Multum ergo deciperet volens habere filios & hęredes liberos,si cōtraheret ignoranter cū serua:dato etiā q̄ nō eēnt veri serui,sed ascriptitij vel coloni aut originarij,secundū Palu. Veri deniq; serui possunt vēdi in partes alias,& sic proles negligentur in corpore & aia. Hinc tenet Palu. sufficere ad rōnem seruitutis,si eius error debet impedire cōtractū,q̄ eius conditio impeditiua & lęsiua sit bonorū m̄rimonij. Et cū hoc ita reperitur apud seruitutē originariā vel ascriptitiā,sicut extremā:ideo secundū eū,vt late deducit.q.j.idem est de errore seruitutis ꝓprie dictę & improprie, vtputa de colonis,originarijs,ascriptitijs.cui⁹ q̄ dam tenēt oppositū. Posset quidē ecclesia vtroq; fauorabiliter illegitimare ne cōtract⁹ ex ignorantia hmōi erroris factus eis p̄iudicare possit cū subest par ratio fere de vno sicut de reliquo: Sed an factū sit nō est clarum.Hinc quidē tenēt contrariū cum sunt personę liberę. ¶Nec potest hic quis replicare de cōtrahente cum corrupta q̄ credit virginē,vbi est verū m̄rimoniū nō obstante illo errore & malo illo quod incurrit,puta bigamia:quia in vno est ecclesię illegitimatio,non sic in reliquo. ¶Corollariū primū. Si liber sciēter & E volens contrahit cum serua scita esse talis, legitimum est matrimoniū . Potest enim partē suam si vult viliorē facere,& tantillum pro tāto recipere.cap.fina.de coniu.seruorum.&.xxix.quęst.ij. cap.Si fœmina ingenua accepit seruum sciens q̄ seruus esset,habeat cū. Ad idem capi. Si quis ingenuus.iuxta finem. ¶Corollariū secūdum. Si liber contrahit cum ancilla quā credit liberam volens nihilominus contrahere etiam si esset ancilla vel serua,tenet contractus. Patet:volenti nō fit iniuria,& scienti non infertur dolus. ¶Corollarium tertium. Si seruus cōtrahit cū ancilla quā existimat liberam,aut liber cum libera quā credit ancillam, vel seru⁹ cū libera quā credit ancillam, tenet secundum aliquos matrimoniū, tametsi alii qui ex parte tenent contrarium. Probatur corollariū post dicta:quia conditio seruitutis impedit dūtaxat respectu personę melioris conditionis, & fauore libertatis,vbi per hoc deterior redditur conditio contrahentis,non sic cum melioratur, vel in sua qualitate cōseruatur. Cum autem quo ad primū seruus contrahit cum ancilla quā credit liberam,non habet quod ei obiciat, nec peioratur eius conditio, & cū accessit cōsensus, error ab extrinseco non impedit:quia ecclesia non sic statuit,iudicatur ergo pro matrimonio. Pręterea secundū Durandū, nullus potest petere maiorē obligationem q̄ ipse possit facere,sed seruus nō potest facere maiorem obligationem q̄ ancilla, nec econuerso: ergo si seruus contrahit cū ancilla quā credit liberā,tenet.In secundo casu,similiter non reddiť peior cōditio liberę. In tertio emēdatur. Nec valet dictum in contrarium dicentiū non esse matrimonium cū est error in dispari cōditione. Secus cū est error in pari conditione, puta seruus credebat se contrahere cum libera & cō traxit cum serua. Cum enim ambo sunt serui, error nō habet impedire. Si autem seruus credebat se contrahere cum serua,& contraxit cum libera, dicunt non tenere contractum. Cuius contrarium cōmuniter tenent doct.ex quo cōtrahēntis conditio non est vilior facta. ¶Corollarium quartum. Ita posset ecclesia illegitimare conditionem leprę respectu sani, sicut seruitutē respectu liberę. Patet:quia vtrobiq; impeditur aliqualiter matrimonium,licet non ęqualiter,tametsi conditio leprę peior sit seruitute. Siquidem lepra non impedit bonum fidei. Potest enim ei liber reddere debitū. Item proles non fit serua &c.sed manet in potestate parentis:potest pie& diligenter educari &c. Nō ergo impedit lepra matrimoniū quantum ad actum primum, q̄uis quo ad actū secūdum multa habeat grauamina. Itē possunt si volunt non distanter abinuicem habitare: aut si volunt simul esse, q̄uis non teneantur cohabitare &c. Secus de seruitute:ideo minus impedit lepra q̄ seruitus. ¶Corollarium quintum. Seruitus peccati quę & spiritualis dicitur,non impedit matrimonium sicuti seruitus corporalis. Probatur. q̄uis seruitus peccati sit pessima & maxime nociua peccatori in quo est, non tamen ita lędit liberum in bonis coniugij,aut bonum prolis,sicut seruitus conditionis. ¶Corollarium sextū. Error peioris conditionis impedit matrimoniū, sed non ignorantia melioris aut paris conditionis. ¶Corollarium septimum. Tametsi ita lędatur contrahens ex scientia conditionis viliōris: sicut ex ignorātia & errore quantum est ex parte illius conditionis p̄cise,non tamen inquantum est talis lęsio,puta scita & volita libere cum iuris sui remissione. Probatur.volenti non fit iniuria: & læsio illa p̄cise non impedit matrimonium : sed vt incurritur per errorem inculpabilem . Decens enim est, vt iura sic deceptis

Universidad de Deusto
Biblioteca



subueniant. Si diceret aliquis: ius positiuum nō potest prēiudicare naturali iuri, sed matrimoniū est de iure naturali, seruit⁹ de iure positiuo, ergo nō potest prēiudicare matrimonio: Cōcedit maior, & negatur minor, nisi ad sensum datū. dist. xxvj. Cōsequēter dicendū q; ius positiuū nō cōtrariatur matrimonio, nec legi naturali, sed determinat ipm. Quis em̄ de lege naturali iure sit q; psonę nō habentes impedimētū naturale possunt cōtrahere, & est edictū prohibitoriū, potest tm̄ ius positiuū determinare quę psonę sunt habiles vl' inhabiles, vt supra, ad cōtractū illū p loco & tpe &c. Ita fit in ꝓposito. Cancellarius Parisien. hoc dubiū tāgit lect. vj. de vita aię: dicens ipm turbare quosdā ex doct. & noiatim Durādū. Sed qa res sic agitur, dicendū q; ecclesia quę regit a spū scō hoc diuinit⁹ accepit p inspirationē. Vel qa cōsensus inquantum quodāmodo politicus est subest auctoritati superioris: ideo potuit ex necessitate, vel causa prohiberi ne fieret, & inualidari si fieret. Hoc em̄ in alijs cōtractib⁹ politicis emptionum & vēditionū clarū est. hęc ille. ¶ Corollariū octauū, seruitus nō habet p̄cise & de se repugnātiā, vel cōtrarietatē ad matrimoniū nisi inquātū p ipam alteri cōiugū gñat cōtra suā voluntatē in bonis mr̄imonij notabile prēiudiciū. Patet.

F ¶ Quantum ad articulum tertium est dubiū primū. An mr̄imoniū liberi cū ancilla quā liber contrahēdo credit esse liberā ratificetur per subsequētē copulā. Respōdetur. nō ratificat quia est nullū: hic em̄ deest cōsensus, sine quo nō est mr̄imoniū. Preterea. cōsensus vn⁹ non suffi cit ad cōtractū mr̄imonialē. Copula denīq; pōt fieri sine oi cōsensu cōiugali. Si vero sc̄m mentis p̄parationē cōtrahere vellet cū ea, dato q; eēt seruilis cōditionis, iā ratificat per copulā subsequentē & cōsensum liberū. Si aūt suspitionē habet de eius seruitute, & nollet in eā cōsentire, si sciret eā esse seruilē, & cognoscit eā: copula nō ratificat corā deo, sed ē mr̄imoniū præsumptū corā ecclesia cū cōstat de copula: quia habuit suspitionē & p̄sumptionē de eius seruitute, & nihilominus cognouit eā, nisi tractasset eam affectu vxorio. Si fornicario, iterum copula corā deo nō ratificat, sed inducit corā ecclesia p̄sumptionē de cōsensu vxorio. Ponat q; post cōtractū habeat fortē p̄sumptionē de eius seruitute, & ideo nō voluit eā cognoscere, quia iudicat eam seruilē, & non vult sibi p̄iudicare. Ecclesia vero cōpellit ad debiti redditionē. An teneatur ex mādato ecclesię debitū reddere. Exigere em̄ non pōt nisi affectu vxorio: quē nō habet propter cōditionē seruilem. Respōdet Goffre. tit. de coniugio seruorum. Nō debet reddere vel exigere, alias p̄iudicas bit sibijpsi quodcūq; horū fecerit. ca. Proposuit de coniu. ser. Et si excōicatione cōpellitur ad reddendū, debet eā patienter ferre, si non vult libere cum ea vt tali cōtrahere, nec potest obedire ecclesię stante sua ad contractū voluntate. Si em̄ affectu maritali tractat eā, est matrimoniū corā deo. Si fornicario, est p̄sumptum. Et ideo nō est in hoc ecclesię (quę nescit factū) parendum, nisi velit eam coniugem habere. Preterea. ecclesia compellens eū ad reddendū debitum, nō intēdit nec potest facere matrimoniū sine eius cōsensu: ideo interim nec potest, nec debet reddere, nisi velit legitime cū ea contrahere. Alias cōmittit se discrimini peccati mortalis. Panor. cap. Proposuit. de coniu. seruorū. Idem tenet Richar. ¶ Ponat autē q; ancilla manumittat: Vtrum ratificet per ancillę manumissionē. Respondet q; nō, sine vtriusq; consensu libero. ¶ Secundū dubiū. An error seruitutis etiā impediat matrimoniū, si liber ex ignorātia p̄cise contrahit cum serua, cui in tēpus dūtaxat determinatū libertas est cōcessa. Respondet q; impedit: qa quicqd interim agit, agit vt seru⁹, & nō liber, & ita manet seruilis cōditio. Cōsimiles ꝓpositiōes possunt poni & corollaria de seruis originarijs, colonarijs, & ascriptitijs sc̄dm eos qui dicūt talismodi seruitutis errorem etiā esse impedimentū matrimonij, sicut cōditionē seruitutis extremę, vt supra conclusione prima. Sed si tenetur oppositum q; error ille nō impedit sicut error seruitutis extremę, secūdum hoc dicatur. Sunt em̄ personę liberę & non serui proprie. Existimo hic opus esse ecclesię declaratione: cum neutra illarum opinionum, an scilicet error impediat vel non, videatur in iure satis elucidata. ¶ Tertium dubium. Vtrum seruus H cum ancilla eiusdem vel diuersorum dominorū possunt inter se, aut cū alijs seruis aut liberis matrimonium cōtrahere inuitis & contradicētibus suis dominis. Pro quo sit hæc ¶ Conclusio prima. Seruo licet matrimoniū inuito domino contrahere, & dominus non potest seruum aut ancillam de iure prohibere quin possit vbi voluerit in Christo nubere. Probatur de cōiu. seruo. capi. j. & xxix. quęst. iij. cap. Omnibus nobis. & ca. Dictū, & ad Gala. iij. cū inquit Apostolus. In Christo Iesu nō est seruus neq; liber. Secus de iure ciuili, cui in hoc non est standū. Sed cum reuerentia illa auctoritas Apostoli nihil facit ad propositum, tametsi ad hoc cōmuniter allegatur. Sensus enim est. Non differunt quantum ad ea quę sunt gratię gratum facientis & promissionis diuinę ac de salutis necessitate. Vult em̄ deum non esse acceptorem personarum. Siquidem seruus non potest ordinari licite de iure aut monachari nisi manumissus a domino, & tm̄ ordo est sacra-



mentū maius matrimonio. sed potest contrahere matrimoniū dño inuito, et si cōtrahit tenet de iure. de cōiu. seruo. cap. i. Debita tamē & consueta seruitia nō minus debēt proprijs dñis exhiberi. ibidē. Non em̄ per contractū liberātur a seruitijs dño debitis. Preterea edictum hoc est prohibitoriū, ergo quibus nō prohibet cōtrahere conceditur. Nec tenetur seruus obedire dño prohibēti contractū alias legitimum plus q̄ ne comedat aut bibat. Nec mādāti connubiū: quia pōt consilio euangelico viuere, & castitatē vouere. Non tamen potest vouere solenniter monastica professione, aut sacri ordinis susceptione. Ratio primi est: quia seruus nō est dñi quantū ad omnia: sed in multis est sui iuris. Vnde quoscūq; actus exercere potest sine prēiudicio dñi: ita q; per hoc nō subtrahat seruitū debitum & solitū dño exhiberi: ad hos est liber. Cū ergo aliqñ potest coniugi debitum reddere sine prēiudicio dñi, ergo potest contrahere, & se ad id obligare quātum est sui iuris. Ratio. ij. quia in religione totaliter se submittit obedientię prēlati religionis illius, & per consequēs oīno impedit a seruitijs debitis dño. In matrimonio secus est: quia ibi potest debitū reddere saluis seruitijs dño cōsuetis. Aliter dicunt alij: qd Sco. ex parte ipugnat. Seruus nō est dñi quantū ad actus naturales: qui sunt necessarij pro cōseruatione speciei aut individui. vt matrimoniū cōtrahere quo ad primū. Comedere, bibere &c. quo ad secundū. Et ideo quo ad hoc pōt corporis sui potestatē in aliū trāsferre sine consensu dñi. Verū quo ad ea quę naturalibus supadduntur, vt obsequia manualia & artificialia, in his manet obligatus suo dño. Et cum per monasticā professionem aut sacri ordinis susceptionē aliquis obligatur diuinis obsequijs pro perpetuo, & toto vitæ suę tēpore, ideo in hoc prēiudicatur dño. Secus de redditione debiti quę fit tēpore cōgruo & breui. ¶ Preterea. per illa obligatur homo ad quędā voluntaria naturalib⁹ superaddita: in quibus obligatur dño suo. sed per matrimoniū non obligatur vir vxori nisi quo ad opera naturalia in quibus est liber. Et ideo vnum potest seruus & non aliud dño nolente. Et maius fit prēiudicium dño cum sacris initiatur q̄ cū coniugaliter copulatur alteri. ¶ Secunda conclusio. Licet dñs videatur manumittere seruum quē nō reclamans scienter pmittit ordinari vel profiteri: secus tamē est in cōtractu matrimoniali. Probatur: quia dñs contradicendo non potest impedire contractum serui, ideo eius taciturnitas non habet pro consensu. In ordinatiōe secus est, vbi taciturnitas habetur pro cōsensu. Posset em̄ contradicere, & sciens nō facit. Hinc notat Palu. q. ij. dicens. Taciturnitas eius cuius cōtradictio nō impedit nō habet pro consensu. Taciturnitas vero cuius contradictio impedit, habetur p cōsensu. Et sic intelligit illud vulgatū dictū. Qui tacet cōsentire videtur: cū reclamare deberet. Vnde q̄uis sciente & nō contradicente dño contrahat, nō fit per hoc liber iure canonico & diuino: quia contradictio si fieret non impediret contractū: licet videatur iure ciuili mumitti: quod in isto casu nō tenet. Sed si sciente & nō contradicēte dño pfitetur aut sacris initiatur, tenet, quia posset contradicere & nō contradicit: fit ergo liber. ¶ Tertia cōclusio. Cum seruus contrahit matrimoniū ex voluntate dñi, si onus matrimonij sit ad aliquod repugnās seruitijs debitis dño, dñs consentiēdo seruo q; potest contrahere, videt eū tacite ab oneribus illis p̄cipue quę matrimonio repugnāt, absoluere. Videt em̄ eū ex nunc dictis de taciturnitate, ad hoc manumittere. Et si postea reuocat istam concessionem eū ab actibus cōiugij penitus impediēdo, aut ad partes exteras mittēdo, aut alias secū agendo q; nō potest debitū reddere, aut vxorē q̄nq; visitare, peccat grauiter, & esset in manifestis per ecclesię cēsuras puniēdus. ¶ Corollarie sequit. Si stāte talismodi contractu de voluntate & consensu dñi cōiunx petit debitū, & seruus euocatur ad aliquid a dño, ratione cuius protunc nō potest debitum exactū reddere, tenet primū debitū reddere ex lege diuina, & dehinc dñi mandatū implere, secundū San. Tho. nisi cōiunx velit aut recte debeat ad tēpus patientiā habere. Non sic si sine consensu dñi contrahit. Cū em̄ nō potest se obligare alteri nisi saluo alterius iure cui prius ligat⁹, tenet illi primo obedire, & dehinc vxori. Siquidem si nomē seru⁹ sumitur proprie & p seruitute extrema, dñs posset seruū vendere & aliorsum mittere. Nec videt dñs in hoc facere cōtra iustitiam supposita seruitute vera. Melius tm̄ faceret dimittēdo cū coniuge: vel ita transmittendo vel vendendo q; alteri pateret accessus. Et videt probabiliter dicendū. sicut dominus nō pōt seruum simpliciter cohibere a cōtractu matrimoniali: ita nec simpliciter eū habet impedire a debiti solutione q; nullatenus possit debitū reddere, secundū Richar. ¶ Corollariū secundum. Dñs nō debet vēdere seruū suū ad lōginquā regionē q; p hoc intolerabile fiat alteri in debiti petitiōe p̄iudiciū: quia sicut nō habet ius eū simpl'r impediendi a cōtractu, ita nō habet ius eū totaliter impediēdi a debiti petitione vel solutione. Videt in his attendū ad circūstantiā periculi imminētis castitati, & dāni ꝓueniētis ex neglecto seruitio ꝓpter debiti redditionē, sicut in alijs actib⁹ hūanis. Et secundū hoc sumi pōt cui primū & magis sit obsequēdū. Siquidē bonū aię p̄ferendū est bono corporis. Et plus obediēdum est diuinæ q̄ humanę

Universidad de Deusto
Biblioteca



constitutioni,tametsi quod est debitū iure seruitutis humanę reddendū sit lege diuina. Et est argumentū pro pacto quod solet nōnunq̄ apponi a parentibus cū sponsa contrahit cum vagabū do ne recedat aliorsum:sed pedē ibi figat. & valet hmōi pactum,secundū Palu. Nec tenetur mulier in hoc casu sequi virū,sed potest vir ad mulieris instantiam compelli etiam per censuras ecclesię ad manendū,nisi iustā habeat causam. Sic secundū eundem valet professio Carthusieñ.& aliorum recluſorū qui alligantur certo loco siue fœminę siue viri sint, ꝙ scilicet nō exeāt clausuram istam. Nec sic se constringere ad locū certū est cōtra bonū obedientię. Vade & vadit &c. Nā eorū professio est secundū statuta quę hoc dispo
nunt ne exeant nisi ex causa iusta & necessaria: puta ad ædificandū nouā domū, si est inundatio aquarū,incendium,inuasio hostilis. Oportet
I enim plātare vineā domini. ¶Dubiū quartū de seruitute superuenięte ad contractum. An vxor potest se facere seruā viro inscio & nolēte: & ecōtra vir se facere seruum vxore sua inscia & nolēte. ¶Conclusio prima. Vxor nō potest se facere seruā viro inscio iure diuino. Probatur. Geñ. iij. Sub viri potestate eris,& ipse dominabit tui. Vn de vir potest eius factū quo ad hoc irritare & cassare. Dicit iure diuino:quia secus iure ciuili,vt dicūt turistę. Quis enim quo ad debitum cōiugale iudicentur ad paria vir & vxor. j. Corin. vij. non tamē quo ad alia,sed mulier subest viro & vir caput est mulieris. ¶Secunda conclusio. Vir liber potest se facere seruū, tametsi nō ad hoc habeat consensum vxoris. Ita tamē ꝙ per hoc maneat vxori quo ad debiti petitionem ius saluum. Probatur:quia in hoc vir caput est mulieris. Nō em̄ per hoc rumpitur vinculū cum seruitus supervenit ad contractū:dato etiā ꝙ prędat consummationē. Nec est impedimentum quo ad thorū. Nam tenetur debitū reddere etiā domino vetante:ex quo matrimoniū prædessit illā seruitutē assumptā,nec potuit prędudicare vxori. Potest ergo petere & reddere debitū quādo vult,quia saluo iure coniugali facta est seruitus illa. Magis ergo in casu debet parere vxori debitū petenti: cuius ius saluum manet: q̄ domino oppositū præcipienti. Nec prędudicatur per hoc vxori ratione seruitutis:quia per hoc non fit serua:licet taceat, quia prohibere nō potest: ergo eius taciturnitas non habetur pro consensu secundum prędicta. Etiam si cōsentiat non fit per hoc serua: quia ad hoc nō cōsensit,sed consensit ꝙ vir faciat se seruum,ad quod nō sequitur ipsam esse vel fieri seruam:quia seruus potest habere vxorē liberā, secundū p̄dicta,cū libera vult cōtentari in modica potestate corporis viri. Potest enim sibijpsi prę-

iudicare si placet. Sic cōsimiliter dici potest ꝙ liber potest se facere ascriptitiū sine cōsensu vxoris:sed nō ecōtra. Ratio primi: quia mulieri manet ius suum saluū propter precedens matrimonium,& hoc lege diuina. Ratio secundi: quia in K
hoc mulier subest viro. ¶Quintū dubium. An liber seruam cum qua ex errore contraxit quasi cum libera,possit auctoritate ꝓpria & sine iudicio ecclesię dimittere. Respondeť,vt supra dist. xxxv. conclu. v. &. vj. Si est notoriū & manifestum ꝙ contraxit cū ea & in facie ecclesię,aut coram testibus,sic non pōt eam quo ad cohabitationem dimittere sine iudicio ecclesię: tāetsi matrimoniū sit de facto & de iure nullū. Nemo em̄ ꝙ causa publica potest ab vxore diuortiari sine iudicio ecclesię,capit. Porro. de diuor. Sic dicendū de fama:si habetur de contractu: ꝓpter tollere scandalū. Si autē est omnino occultū & secretum,& certū est de conditione seruili, nō video, inquit Richar. ꝙ liber auctoritate ꝓpria possit eam dimittere. ¶Sextū dubiū. Ponamus:consuetudinis est ꝙ contrahēs cum seruo fiat ancilla,aut serua: An valet. Respondet Palu. ꝙ sic. Nā sicut ius scriptū potuit inuenire nouū modū seruitutis. de Iudeis ca. Ita quorūdā. Sic ius non scriptū. Ita etiam vt mulier alterius terræ ligetur eo ipso ꝙ contrahit in tali terra stante consuetudine prędicta:tum quia contrahendo sortitur forum:tū quia vxor sequit domiciliū viri. Hoc verum,nisi mulier ignoraret eum seruū:aut consuetudinem istam. Sic em̄ nō ligaretur. Nam vt dicitur lib. vj. ca. j. &. ij. de cōstitu. statuta ciuium & consuetudines non ligant ignorātes. ¶Septimum dubium. Ponatur: seruus cōtraxit cum libera scita esse tali,libera vero seruilem conditionem ignorauit:& ideo contraxit prędise ex ignorantia credens eum esse liberum. An seruus ille peccet petendo aut reddendo debitū. Sic ponatur ꝙ libera ex quadam prędsumptiōe, aut fama volante credidit eum esse liberum:& ita cōtraxit prędise ex ignorantia seruitutis credens eū liberum: An possit reddere exactus vel petere. Ad hoc dubium respōdendum est generali solutione quę valet in similibus multis. Si seruus habet scientiam ꝙ commisit dolum, & ꝙ fraudulenter contraxit scito impedimento ecclesię de errore seruilis conditionis, peccat cognoscēdo eam & fornicatur. Insuper committit se periculo,nō scito alterius consensu cum liber est: aut scito ꝙ non contraheret cum eo cognita eius seruitute. Libera vero habita huiusmodi scientia debet non reddere, nisi velit sibi prædudicare: aut matrimonium cum potest confirmare consensu nouo. Si non potest matrimonium ratificare ex alia causa, nec reddere, nec exigere potest citra



fornicationē. Sic si non vult ratificare scita seruitute,nec reddere,nec exigere potest. Si vero libera nō habet scientiam de alterius seruitute: sed firmam credulitatem,aut probabilem coniecturam vel præsumptionem fortem, aut cōscientiā veram vel erroneam ex leui vel probabili causa, nō refert,iterum nō potest reddere vel exigere:si nō vult sibi prędiudicare: aut in matrimonium si potest consentire. Si consensit libere & scienter in seruū scitū esse talem,est matrimoniū. Si nō,nō est matrimoniū,tamen propter cōmixtionē habitam ecclesia prędsumit de matrimonio. Et nō refert de conscientia erronea:quia non licet contra eam agere:sed deponēda est. Item si habet scrupulum conscientię aut leuem cōiecturā vel debilē prędsumptionē de alterius seruitute, hoc est,dubitat,vel habet dubiū ex leui causa, vtputa quidā hoc dixerunt,potest scrupulū abijcere:& ita petere & reddere. Si ex ꝓbabili causa,nec reddere potest,nec exigere,nisi velit sibi p̄iudicare: aut matrimonium si alias potest ratificare. Si autem est equilibre dubium de impedimento aliquo:si tūc ille potest impedimentū amouere:vt in ꝓposito libera nescius cōtraxit cū seruo:& potest si vult in seruū cōsentire:tenet contractus,& ita pōt reddere & exigere. Vel nō pōt impedimentū amouere,& nō est certus,sed dubi⁹:sic quidā distinguūt Vł supior mādat cōmixtionē,& sic obedientia excusat. Alij volunt ꝙ non tenetur facere illud de quo dubium est an sit licitum vel illicitum. Et licet debitum reddere vxori suę sit de lege diuina hic tamen dubiū est an illa sit sua an nō. Et cum deus ꝓhiber accessum ad nō suam: & est malus peccatū cognoscere alienam q̄ nō reddere debitū suę:ergo cū dubiū est an sit sua vel non,& per cōsequens dubiū est an sit debitū vel non, eligat partē tutiorē & certiorē,si nō vult sibi prędiudicare. Quandocūq; em̄ potest se liberare a periculo peccati, tenetur. Vnde manifesta est ratio cur debet nō petere: quia certū est ꝙ nō petere licitum est. Dubiū vero est an possit sine peccato petere,
M quia dubiū est an sit sua. Ad hoc cap. Inquisitio ni. de senten. excō. ¶Octauū dubiū. Vtrum dñi temporales possint sibi subditos iure prohibere ob suorū dñiorū conseruationē ne extra dñium ipsorū contrahāt matrimoniū,& cōtractū qui vt sic celebratus est cōtra eorū ꝓhibitionē extra territoriū,impedire & dirimere. Ad primum prędia distinctione de prohibitione duplici directa & indirecta,loquendo de ꝓhibitiōe directa, sicut dñi simpliciter nō possunt subditos directe ne matrimonia cōtrahāt prohibere, ita etiā ne extra territoriū seu dñium eorū cōtrahant. Primū patet ex dictis,& secundum similiter,& de cōiu. ser. cap. j. Immo dño in hoc nō est obediendū. xxix. q. ij.

fere per totam,& in glo. Et hoc verū est de omni gñe seruorum & subditorū. Loquēdo de prohibitiōe indirecta, videndū est primo de multiplici acceptione nois subditus. ¶Subditus em̄ dicitur qñq; ratione prędminētię vel dignitatis alterius in eum. sic iuniores subditi dicuntur senitorū ratione disciplinę & bonę institutionis. Sic dicit Leui. xix. Corā cano capite consurge. Et iterum Eccle. xj. In medio seniorū ne adijcias loqui. &c. Et illo modo,nec directe,nec indirecte potest dominus subditū prohibere siue in dñio siue extra a cōtractu matrimonij. Sic inquit Apostolus. j. ad Timo. iiij. In nouissimis tēporibus discedent quidā a fide &c. cauteriatā habentes cōscientiam & ꝓhibentes nubere. i. a nuptijs abstinere secū dū glo. quasi nuptię sint a malo auctore & nō a deo institutę. ¶Secūdo dicit subditus alicuius rōne iurisdictionis & auctoritatis. Vnde Ro. xiij. Oīs anima potestatibus sublimioribus subdita sit. & ad Timo. iij. Admone illos principib⁹ & potestatibus subditos esse. Et hoc dupliciter secundum duplicē iurisdictionē tēporalē & spiritualem. De spirituali iurisdictione dicitur ꝙ Papa vel ecclesia potest alicui officio vel dignitati annectere cōditionē aliquam quasi per statutū: qua itelligitur oēm illo officio aut dignitate prędditū ab oppositō prohibere. Et sic indirecte prohibiti sunt clerici in sacris constituti matrimonia contrahere ꝓpter annexā castitatē sacramēto ordinis. Si em̄ volunt sacris initiari,coguntur cōtinere seu non contrahere in ecclesia occidētali. Cogūtur inquā non absolute,sed si volunt ordinari, vt supra de sacramento ordinis distin. xxiiij. De iurisdictione temporali dicendū videtur. Nullus secularis princeps quātumcūq; magnus & prędcellens debet alicui conditioni suę eam conditionem annectere:quatinus subditi ab aliquo sacramēto arceantur vel impediantur. Nihil em̄ contrarium naturali iuri, quale est cōtrahere saltem large, vt supra:aut bonis moribus seu etiam institutioni diuinę, vt est matrimonij contractus: aut constitutionibus ecclesiasticis & decretis pōtificū Romanorum:per obseruantias siue consuetudines prędcipere possunt vel prohibere principes secularis, seu quiuis alij domini seculares. vt dist. x. in multis cap. habeť in tex. & glo. Sed constringere subditos ne cōtrahant matrimonium extra dñium,est hmōi. ¶Tertio dicitur subditus rōne cōditionis vel seruitutis. Hic attēdenda est multiplex diuersitas seruorum & seruitutum, vt supra notabili. iij. &. iiij. Siquidem seruitus sumitur proprie & improprie. Improprie & large dicitur aliquis seruus: quia aliquid sui cedit in obligationem & ius domini ipso manente libero. Et sic nullus subditus potest directe & simpliciter

Universidad de Deusto
Biblioteca



prohiberi a cõtractu matrimonij. Posset tamẽ aliquis spõte se subijcere alicui seruituti vel officio ratione cuius impediretur esse cum vxore, nec posset coniugale debitum pendere: sed ille nõ cẽseretur proprie prohibitus: quia seipsum impediuit. Prohibitio vero est actus coercitiuus ab altero in alterum. Nec quispiã dicitur seipsum prohibere. Nõnunq; ꝓpter cõditiones quę in aliquo sunt, aliquis est inhabilis ad aliquod officium explendũ: ratione cuius dicitur quandoq; prohibitus improprie, eo q; vt sic cõmode & libere non potest officiũ exequi, cum vellet aut deberet. Sic si iurasset aliquis domino aut maiori ire cũ eo ad terram sanctã pro defensione terræ illius, cũ non posset secum circũducere vxorem sine periculo, non debet cõtrahere: quia tenetur ad iuramentũ seruandum: & ita nõ potest libere vacare vxori. Impeditur ergo & prohibetur indirecte a dño petente debitum obsequiũ, matrimoniũ contrahere. Sic si propter seruitiũ ad quod se constrinxit cogeretur ambulare maria & terras, valde lederetur matrimoniũ siquod faceret cum iuuẽcula &c. Potest enim dominus nõ relaxare iuramẽtũ, & ita indirecte eum impedire a cõtractu matrimoniali: cum seruus ratione seruitutis quã spopondit dño, non possit ei prejudicare: & forte vxor nec vult, nec potest, nec debet eum sequi. Attamen contractus cęteris paribus teneret, maxime si mulieri constat de tali seruitute & iuramẽto. Videat ergo qualiter a dño emancipetur. q; si dominus non vult eum dare liberum, mulier non tenetur sequi eum. Licet enim vnicuiq; se seruare indemnẽ: & nemo ditari potest cum alterius iactura. Licet deniq; vnicuiq; suũ interesse tueri. Imputet sibi de stultitia cum dñs ad remissionẽ flecti non vult. ¶ Stricte dicitur quis seruus & improprie: cum vna cum re sua cadit in obligationem dño, vt sunt colonarij, originarij, ascriptitij. & de illis dicendũ est vt supra, q; ipso iure ꝓhibentur contrahere, non simpliciter, aut absolute & directe, sed indirecte, vt supra, in prejudiciũ dominorũ suorũ, sic scilicet q; propter coniugia oporteret eos recedere a terra, & seruitutes dñorũ relinquere contra eorũ volũtatem. Si hoc decreuit ecclesia pro vilibus Iudęis, multo amplius valet ꝓ principibus & dominis Christianis. Sic enim dicitur de Iudęis cap. ij. Hi vero qui in possessionibus eorum sunt (eorũ scilicet Iudęorũ) licet legum districtione liberi sint, tamẽ quia colẽdis terris eorũ diu adhęserũt, vtputa cõditione loci debentes, ad colenda rura remaneant, cõsuetas pensiones prędictis viris prębentes &c. Igitur si prohibentur illi serui colonarij, & originarij, seu etiã ascriptitij extra terram hmõi seruitutis contrahere: nõ est rationi & equitati cõtrariũ, sed valde iu-



stum (vt videtur) si principes habẽtes aliquos sibi subditos & quasi seruos q de cõsuetudie, aut de iure tenenẽ territoriũ eorũ inhabitare, nec possunt se aliorsum cũ volunt ducta coniuge alibi trãsferre ad alterius dñium, statuãt q; nullus ducat extra territoriũ vxorẽ, nisi vt per hoc non ꝓiudicetur sibi in seruitute debita. ¶ Proprie vero dicit seruꝰ q in seruitutẽ vẽdi põt, vt supra. Sic sunt serui iure gentium qui in bello iusto capiuntur & vẽduntur. Iure ciuili, qui maior viginti annis passus est se venundari ad precium participandũ. De quo Insti. de iure psona. §. Serui aũt. Istis inquã nõ directe, sed indirecte coniugia etiã sunt prohibita plus q̃ prędictis: quia maiori vinculo seruitutis astricti minus possunt libere coniugale debitum soluere. Si eñ contrahunt, tenet cõtractus: saltem si alias legitime cõtrahunt. Per hoc tñ non liberãtur a seruitute dñis debita & cõsueta exhiberi. de cõiu. seruorum. cap. j. Contrahũt ergo saluo iure dñi post cõtractũ, sicut ante. Et ita dñorum ꝓhibitio, si fit quandoq;, & alias nõ illicite, est quasi ꝓtestatio vel insinuatio de nõ velle carere iure suo, nec cedere propter cõiugalem cõtractũ supuententẽ, siue cõtrahant in territorio dñi, siue extra. Tenet quidem cõtractꝰ, sed ius dñi saluũ erit in seruũ, sicut prius. ¶ Nonũ dubiũ est de secũdo defectu impotẽtię ex parte ętatis, an ętas puerilis impediat & dirimat matrimoniũ. Ad hoc dicit. Si puella ante ãnos. xij. & masculus ante annos. xiiij. cõtraxerint, etiam verbo de pñti, põt cõtractus dissolui de iure fauoroso: quia tẽpus ꝓ coniugio statuit nõ simpliciter ꝓpter se, sed ꝓpter potentiã coeũdi, & rõnis vsum ad põderandũ onera matrimonij. Et quia illa vt cõmuniter reperiunt hoc tpe in adolescẽtia: licet q̃nq; malitia supplet ętatẽ: hoc est vigor naturalis & potẽtia coeundi, & similiter rõnis vsus preuenit pubertatis ãnos, & ius disponit de his quę cõmuniter accidunt: ergo ius id tps expressit minorẽnes fauorabiliter illegitimando ꝓpter defectum requisitorũ ad cõiugiũ liberũ. ¶ Videtur tñ si puella. xl. annorũ a multis cognita cũ effectu, & masculꝰ. xij. annorũ qui multas cognouit, nõ amẽtes, sed rationis vsum habẽtes sponte & volentes contraherent, non fore separãdos. de spõ. impu. & lib. vj. ca. vnico. eo. titu. Hic enim malitia supplet ętatẽ. Et edictũ est prohibitorium. ¶ Si quęritur de ętate ad matrimoniũ spũale: Respõdet Palu. dist. xxxvij. Cõsimilis ętas requirit ad matrimoniũ spũale sicut ad carnale. Vnde possunt profiteri quando & contrahere.

Distinct. XXXVII.



VNt igit qui dam ordines in quibus nullatenꝰ potest contrahi mtimoniũ &c. Hucusq; magister egit de psonis nõ oino illegitimis ad contrahendũ. Nunc de simpliciter illegitimis: q̃ nec cõtrahere valent, nec cohabitare, si contraxerint. Et primo de impedimentis illegitimãtibus personas respectu quorũcũq;. Secũdo respectu aliquarũ personarum. dist. xxxix. In hac dis. de impedimẽto ordinis sacri. Summarium textus his continetur cõclusionibus. ¶ Prima. Existens in sacris & maioribus ordinibus nõ potest contrahere matrimoniũ. q; si de facto post ordinationẽ contraxerit: licet carnalis copula subsecuta fuerit, iudicio ecclesię fit diuortium. ¶ Secunda conclusio. Existens in minoribꝰ ordinibus potest vxorem virginem nõ repudiatam vel viduam ducere, nisi velit cõtinentiã profiteri, aut religionis habitum sumere, si saltem vult ad maiores ordines scandere. ¶ Tertia conclusio. Vxoricida inhabilis est ad contrahendum matrimoniũ si tamen de facto contrahit, tenet cõtractus. Et intelligitur cum occidit eam ex odio, vel propter cõmissum adulterium: secꝰ si cum alia cõmixtionẽ habuit, quã vt habere possit vxorem suã occidit, de quo dist. xxxv. Quorum declaratio ex textu haberi potest.

## Quęstio Vnica.

A Veritur circa dis. xxxvij. de impedimẽto ordinis sacri & vxoricidij: Vtrum ordo sacer impediat & dirimat matrimonium, pariter & vxoricidium.

¶ Pro articulo primo qui terminos declarat, supponatur ex dictis supra distinctio. xxxiiij. de impedimentis matrimonij. q; ecclesia aliqua iterdicit simpliciter ne fiant, sine irritatione facta in contrarium. Sic interdicit matrimoniũ tẽpore feriato. Aliqua interdicit cum irritatione facta in contrariũ. Sic ordinati interdicuntur cõtrahere. Reliqua remittũtur ad dicta in dist. xxiiij. &. xxv. de sacramẽto ordinis: Quid ordo: & quot sũt ordines. Qui & quot & quare dicunt sacri, & alij non sacri &c.

¶ Quantum ad articulum secũdum



est conclusio prima. Nullus minorũ ordinũ impedit aut dirimit matrimoniũ. Probat auctoritate & obseruantia ratione ecclesię. Item de clericis cõiugatis. in multis ca. Et licet contrahens cũ vnica & virgine retineat priuilegium clericale si tonsurã & vestes deferat clericales. de cle. cõiu. ca. vnico li. vj. non tamen retinet beneficium ecclesiasticum, nec recipere potest. eo. ti. ca. j. & ca. Q đ a te. & cap. Diuersis fallacijs. Nec refert an vnũ tm vel plures habeat ex non sacris seu minoribus ordinibꝰ sic dictis quia eorum actus est tangere nõ sacra. Non enim habent tangere calicem consecratum vel eucharistiam. Attamen in ecclesia orientali clerici vxorati non priuantur beneficijs vel officijs. ¶ Secunda cõclusio. Ordo sacer, puta subdiaconatus, diaconatus, aut sacerdotij precedens impedit matrimoniũ contrahendũ tam in orientali grę corum q̃ in occidentali latinorum ecclesia, & dirimit si fuerit post sacri ordinis susceptionem contractum, non ratione voti annexi, sed ratione cõstitutionis ecclesię: quę sacris initiatos fecit ad cõiugium illegitimos. Qui cle. vel vo. ca. Ex literarum. Sed fit irregularis: de facto cõtrahens. Allegat pro prima parte Magister plura quæ habent in decretis. xxxij. dist. Placuit. Item dis. xxvij. ca. Presbyteris. Et. xxviij. cap. Nullum. Item de cle. coniu. ca. j. Ratio: quia ecclesia sacris initiatos fecit ad matrimonium contrahendum simpliciter illegitimos & inhabiles. Et nõ est ratio propter annexionẽ voti sacro ordini, vt habet Gers. in Floribus, de matrimonio, sed ecclesię constitutio est in causa. Nec etiã ordo impedit qa ordo. Sic enim oñis ordo impediret. Neq; quia sacer ordo absolute: sed dispositiue: qa ecclesia sic ordinauit. Itẽ si ratione voti impediret, omne votũ impediret &c. vt deducit Sco. & Petrꝰ de Palu. quia ex nullo statuto votum potest adiungi alicui facto, nisi fouens voluntarie consentiat. Nullus enim ligat ex voto ad votum factũ ab alio, maxime si habet votum contrarium, nisi cõsentiat. Nemo enim nolẽs dicitur vouere nolitum. Sed stante illo statuto de voto annexo: potest quis in animo contradicere & dissentire cõtrarie tempore ordinationis: & habere animũ nõ continendi. Possibile est ergo: ille non vouet cõtinentiã: & per consequẽs ratione voti non impeditur a contractu matrimoniali: quia nullum fecit. Vouere enim est mere volũtariũ. Sed licet non impeditur ratione voti, impeditur tamen ratione illegitimationis per ecclesiã factę. Præterea in ecclesia orientali iam vxoratus potest sacris initiari: sed sacris initiatus nõ potest mãimonio dehinc copulari. Opus ergo vt id ante subdiaconatum fiat. dist. xxxij. ca. Si quis. Itẽ orientales cum suscipiunt ordinem non vouent continentiam. dist. xxxj. ca. Aliter. Ratio huiꝰ cõ

Universidad de Deusto
Biblioteca



clusionis potest esse. Decet enim ministros domini habere munditiam mentis & corporis, perspicacitatem ingenij, & affectus puritatem pariter & feruorē: ad quæ plurimū conducit continentia, & impedit incontinētia. Nec in hoc ecclesia præiudicat cuicunq; qa non cōpellit directe ad continentiam: sed statuto ordinauit: si quis vult sacris initiari, ad qđ tñ nō cōpellitur, debet caste viuere. & hoc satis publicauit q̄ sacris initiatus est ad cōiugium illegitimus. ¶ Tertia conclusio. Matrimonium prius contractum non impedit de facto ordinis susceptionē: nec est tale impedimētū matrimonij ad ordinem suscipiendum, quale est ordinis ad matrimoniū contrahendum. Probat. vxoratus pōt ordinari, & ordinatus semp recipit characterem, etiam cum contra vxoris voluntatem aut contra prohibitionem ecclesię ordinatur cæteris paribus: quia ad hoc non requiritur nisi sexus debitus & intentio debita suscipientis & ministrātis: nō aūt recipit executionem cum ordinatur cōtra ecclesię prohibitionem, aut voluntatem vxoris. de quo supra dist. xxv. q. j. In orientali em̄ ecclesia iā vxorati nō bigami possunt rite ordinari, & in susceptis ordinib⁹ ministrare. In occidētali ecclesia pōt vir nō bigamus accedēte vxoris fauore ordiari, vel facto legitimo diuortio ꝓpter vxoris adulterium, & in omnibus licite ministrare. Secunda pars probatur: quia in coniugio requiritur legitimatio personarum ad contrahendū: sed per ordinem sacrum susceptū est ille factus simpliciter illegitimus & inhabilis ad matrimoniū contrahendum. ¶ Quarta conclusio. tametsi apud græcos ordo impediat matrimoniū contrahendum, & dirimat postea contractum: sicut apud latinos: non tamen impedit apud eos matrimonij pri⁹ cōtracti vsum, nisi ad horam cū faciendum est ordinis ministerium: sicut olim tēpore leg. vet. de quo dist. xxxj. in multis. c. Nec potest aut debet vxor clerici græci eo defuncto alibi contrahere. Vnde propter hæc duo in quibus præiudicatur vxori: non debet clericus græcus ordinari sine eius consensu. Sic etiam intelligi debet qđ dicitur dist. 31. cap. Aliter. Eorum sacerdotes diaconi & subdiaconi matrimonio copulātur. i. pri⁹ copulato vtū tur, secundū glos. ¶ Quinta conclusio. Ordinat⁹ inuita vxore verbo de p̄senti, aut inscia, vel ignorante, siue ante siue post matrimonij consummationē: tametsi posset ante consummationē monachari, & nolēte, non tamen sacris initiari. Nec potest debitum petere vel negare: sed exactus tenet reddere. de quo supra. dist. xxxij. Vnde minus habet solennitas ordinis q̄ religionis. ¶ Corollariū responsiuum. Tam apud grecos q̄ apud latinos ordo sacer precedens impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum post ordinem sacrum. Siquidem in sexta Synodo statutum fuit. dist. xxxj. ca. Quoniam. q̄ nullus existēs in sacris de nouo seu denuo contraheret matrimoniū. Attamē in eadē Synodo nihil fuit de continētia mandatum: & ideo si quis cōtraxit anteq̄ esset in sacris ordinibus, ille nō tenebatur ad continentiā q̄diu vxor sua vixit. secus vxore mortua. Nec licebat ei vxore defuncta secundario contrahere. Tunc enim feciſſet cōtra statutum illius Synodi. Item fuisset bigamus & irregularis. Dicit em̄ apostolus. j. ad Timo. iij. Vnius vxoris virum. non solum de p̄senti: sed & de p̄terito. i. nō plurium. Et quia græci acceptarūt ea, q̄ in ista Synodo tūc fuerunt statuta: ideo hodie sic tenent. Postea vero in cōcilio solenni Carthaginēsi. iij. dist. lxxxiiij. ca. Cū in p̄terito concilio. consentientib⁹ oīnib⁹ de ecclesia occidētali, sed non orientali, statutum fuit de perpetua continentia clericorum, & ante & post ordinū susceptionem: ita q̄ simul non haberet vxorem & ordinem sacrum, quo ad executionem vtriusq; simul. Potest enim nunc vxoratus ordinari de licentia coniugis vel ecclesię stante alterius demerito: sed non potest coniugale debitum licite pendere: cum iam de coniugis licentia vel ecclesię ordinatus est &c. ca. Ex literarum. qui cle. vel vo. ¶ Sexta conclusio de impedimento vxoricidij. de quo supra. dist. xxxiij. & distinct. xxxv. Si quis occidit vxorem propriam non alienam ex ira, inuidia, aut furore seu odio, eam persequēdo propter culpam in adulterij vindictam: aut quia exosam eam habet propter turpitudinem vel causam cōsimilem nō culpabilem, prohibetur alibi matrimonium contrahere citra facti irritationem. Dicitur eā persequēdo propter culpam. Si enim eam persequeretur vt ea interempta posset alibi contrahere cum illa quā forte pollut per adulteriū &c. impedit cōtrahendum & dirimit contractum, vt supra distin. xxxv. Sic enim psequitur matrimonium, de eo qui duxit in vxorem &c. ca. Sup eo. ¶ Hinc sequitur: licet interfectoribus cōiugum suarum semp denegetur & prohibeatur matrimonium, non tamen simpliciter cum irritatione facti in cōtrariū. Est ergo quandoq; impediens tm̄, vt supra. dist. xxxiiij. quandoq; impediens & dirimens: vt supra dist. xxxv. cum conditionibus & limitationibus ibi adiectis.

¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum: An continentia annexa ordini sacro, & professioni monasticę sit eis eodem modo annexa: an vni, puta pfessioni, ex voto: alteri puta ordinationi, ex statuto eccl'ię. Ad hoc patuit supra. dist. xxiij. ¶ Secundum dubium: Vtrum liceat viro vxorem suam propter adulte-



rīū occidere. Ad hoc dicēdū. Vxorem occidere ꝓpter adulteriū itelligit scām Durā. Vel qa vt adulterā vir eā accusauit zelo iustitiæ corā iudice zelo bono nō ex odio aut iuidia. Vel qa auctoritate ꝓpria zelo vindictę eā occidit verberādo, vel mō cōsiſi extra ius & nō seruato iuris ordine. Sic. n. nec i adulterio deꝑhēsā: nec stati post factū: licet viro in foro cōsciētię vxorē occidere, vel vsq; ad mortē verberare: sed licet eā in casu accusare, moderate castigare, secūdū Richar. & Palu. Cum em̄ vir p̄est ei solum p̄sidentia œconomica, eā castigare potest cum moderamine, & propter adulterium dimittere: vt supra: sed non p̄est ei politice, ideo eam exterminare nō potest. Nemo enim auctoritate ꝓpria gladiū sibi vsurpare potest Matt. xvj. &c. Hoc faceret vir si eam occideret: vnde & puniendus foret. Et idem est de muliere respectu viri. Pariter enim prohibiti sunt quo ad hoc lege diuina, Nō occides. qđ ē potestatis iudiciariæ. Secus de correctiōe domestica: sic em̄ vir p̄est mulieri. Et dato q̄ vir sit iudex ordinari⁹ in loco, non tñ licet sibi eā occidere, nisi seruato iuris ordine. Semp em̄ pctm̄ est vxoricidiū extra iudiciū, cæteris parib⁹. Inno. secūdū Durā. Occisio mulieris si fiat extraiudicialiter, semp est pctm̄. Pręiudicat em̄ psonę & reipublicæ. psonæ: q̄ nō debet occidi nisi cōuicta aut cōfessa iudicialiter, & seruato iuris ordine. publicę iustitiæ: qa non ꝓ publicū iudicē. Sic Pharisęi deꝑhēsam in adulterio adduxerūt ad Christū: ab eo recepturi iudiciū. Ioā. 8. Nō aūt occiderūt eā. Sic senes Susannā accusauerūt conuocato ppło corā oīb⁹ deꝑhēsam in pomario, nō occiderūt. Daniel. 13. ¶ Tertiū dubiū. Quō verū est qđ dīm in textu. Eccl'ia gladiū nō habet. cū tñ dicit. Lu. xxij. Ecce duo gladij hic. & nisi sic: non dixisset dñs satis est, sed nimis est. Rndet: vtrunq; gladiū habet eccl'ia: vt dicit Bern. ad Euge. & habet i extrauagāte. Vnā sanctā. Sed differēter: Spirituali vtiꝫ p se: materiali vero p manū secularē, q̄ educi debet ad nutum ipatoris, ad nutū sacerdotis. Spūalis vero gladius p ecclesiā venit exercēdus. Magister i textu loqt̄ dūtaxat de gladio ab ecclesia extrahendo, secundū Richar.

## Distinctio. XXXVIII.

Vnc de voto inspiciamus. Votum est testificatio &c. Egit de impedimētis ortum habētibus ex cōstitutione ecclesiastica. Nunc de impedimentis simpliciter illegitimantibus ex constitutione diuina, scilicet de impedimento voti, & alterius ligaminis coniugalis. Summariū textus in tribus colligi potest conclusionibus. ¶ Prima. Votum qđ est testificatio q̄dam promissionis spontaneę, factę deo, habet differētias plures: quia aliud cōmune, aliud singulare. Singularium aliud priuatum, cuius transgressio peccatum. Aliud solenne: cuius violatio peccatum est & scandalum. ¶ Secunda propositio. Votum priuatum & simplex continentię prohibet matrimonium cōtrahendū. Solenne vero impedit contrahēdum & dirimit de facto post contractum, quibus non solum nubere, sed & velle est damnabile. ¶ Tertia propositio. Vir legitime coniunctus vxori & econtra, non potest viuēte coniuge alium ducere si voluerit grauissimū crimen adulterij euitare. Q̄z si quispiam cōiugū credens alium in bello, vel alias mortuum alteri ex ignorantia nupserit: redeunte primo restituitur ei dem dimisso secundo: sicq; propter ignorantiam excusari poterit ab adulterio. Conclusiones illas prosequitur textus.

### Quæstio. I.

Onsone ad materias principales, de qbus Magister dis. pręsenti pertractat, de voto scilicet, ligaminis impedimēto. de quo supra dist. xxxiij. q. j. & de scādalo, aliquot mouendę sunt quęstiones. Quę stio prima de voto: Vtrū cōtinētię votū ipediat & dirimat mīimoniū. Q̄uis materia de voto lata sit & extēsa: attñ imp̄sentiarum de quinq; principaliter & in gñe dicendū venit. Primū est voti descriptio. Secūdū eius partitio. Tertium et⁹ obligatio. Quartum efficacia ad dirimendum matrimoniū pariter & impediendū, ac eiusdē vtilitas. Quintū dispensatio vel cōmutatio. prout & preceptor me⁹ mihi semper obseruandus (cuius operi: qa morte pręuetus ante dis. xxiij. spm̄ deo tradidit supplementum tale quale annectere proposui) in præceptorio suo eandem tenuit partitionē. Hinc collecta per eum hic fideliter inseram.

¶ Quantum ad primum notādum Nomen votū secundū Palū. dicitur quasi voluntarie factum: & secundū San. Tho. importat suo nomine quandam obligationem, non cuicunq;, sed deo factam. Hic em̄ solus est cordium cognitor. Ex consequēti importat obligationem ad ea quæ ad deum pertinent, & ad eius cultum & honorem pariter & hominis salutem. Diuersę a doc. ponuntur voti acceptiones & descriptiones. Pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ma acceptio est qua dicit generaliter omnem promissionē factā deo siue de bono siue de malo ad salutē necessario vel non necessario. Sic Iepte Iudicum.xj. votum vouit domino, q̄ quicunq; primū egrederetur de foribꝰ domus suę, eiq; occurreret reuertenti cum pace a filijs Amon, & a cęde Amonitarū, offerret eum holocaustum domino. qđ fuit promissio incauta, inquantū se extēderat ad filię innocētis occisionem. Hinc secundū beatum Hieronymum sic vouendo stultus fuit, & indiscretus, & in reddēdo promissum impius: quia filiam innocentem iugulauit. Secunda acceptio strictior est, qua votum dicit promissionem factam deo de re sibi placente: siue sit de præceptis ad salutem necessarijs: siue de his quæ tm̄ consilij sunt & supererogationis. Sic Gen̄.xxvij. vouit Iacob votum domino, q̄ dñs esset ei in deū. hoc maxime est de salutis necessitate. Potest tamē etiam dici q̄ votum Iacob fuit de speciali dei cultu & ita de bono supererogationis: vt infra. Ita videtur votum accipere Magister, cum distinguit votum in cōmune & singulare: dicēs votum quo in baptismate renunciat diabolo & pompis eiꝰ, esse votum cōmune. Sic enim renūciare est de salutis necessitate. Sic vouere continētiam, paupertatem & obedientiam est cōsilij. Hugo Postil. sup psal. lv. triplex ponit votum, baptismi, ordinis, & religionis. quæ tria esse debent in homine: vt non seperentur ab eo per transgressionem. Primum est oim. Secūdū clericorum. Tertium religiosorum. Tertia acceptio voti est proprissima: quæ dicit promissionem deliberatam factam deo de bono supererogationis. Siquidē qđ est absolute necessarium, ita q̄ non pōt non euenire, vel esse, nō cadit sub voto: vt si qs voueret se moriturum, aut non velle volare. Itē qđ non habet absolutam necessitatem, nisi dūtaxat finis: vtputa quia sine eo non potest esse salus: non cadit sub voto inquantum est necessitatis. Posset tamen esse materia voti inquantum fit voluntarie: licet sit præcepti: non aūt inquātū est necessitatis. Q đ aūt nec cadit sub necessitate absoluta, nec finis, est omnino volūtarium: & ideo est materia ꝓpria voti: & hoc est bonum supererogationis: & dicit esse de meliori bono comparatiue ad suum cōtrariū: vt supra dist. xxxiij. Et ad illam rationem voti proprissimam quę est de bono nostrę voluntati subiecto, requiruntur tria. ſ. deliberatio, propositum voluntatis faciendi vel omittendi qđ deliberatum est, & ꝓmissio, ꝑ quā intendit se obligare ad sic faciendū. Est enim promissio, obligatio adimplendi tale ꝓpositū, qua homo vult esse obligatus, & sese obligare ad faciēdum propositum & deliberatū. Hæc fit ad minus verbo interiori, & sufficit coram deo qui intuetur cor: aut quandoq; verbo exteriori coram ecclesia. Vnde Prouer.vj. Illaqueatus es verbis oris tui. Cū aūt homo homini se obligat ꝓ promissionē, q̄ est rationis actus secūdū Sā. Tho. ij.q.lxxxviij.ar.j. ideo ipse actus rationis qui est promissio, est essentialiter siue realiter votum. Ex quo patet secundū illum doct. q̄ votum est actꝰ rationis essentialiter: licet actus rationis pręsupponit actum voluntatis. Nam promissio vt dictum est, ad rationem pertinet. Ad rationē autem pertinet ordinare. Promissione vero ordinamus quid alijs facere debeamus: sicut deprecatione aut imperio vel iussione quid nobis ab alijs fiat. Et licet plures actus tam voluntatis q̄ rationis ad votum concurrant, ad minus duo in ratione: & similiter duo in voluntate: vel etiam in qualibet illarū potētiarum tres: Primus qui dicitur rationis, qua offertur voluntati bonum vouendum sub ratiōe boni: Secūdus volūtatis mouentis rationem ad deliberandum circa tale bonum an expediat: Tertius rationis deliberatio: Quartus voluntatis propositum quo vult exequi deliberatum a ratione: Quintus, actus voluntatis quo mouet rationē ꝓ modum imperij ad obligandum se ad executionem propositi: Sextus promissio ratiōis qua sic obligat hominē ad ꝓpositi executionem: Solus tamen hic actus qui est promissio essentialiter est votum: licet ipse non sit sine alijs quinq;. Sed qa immediate voluntas imperat & mouet rationem ad promittendum ea quæ voluntas proposuit: ideo a voluntate tanq̄ a causa votum nomen accepit. A volūtate enim votum dicitur: quoniam ex voluntatis imperio ratio promissionem illam facit. & ex eo q̄ ſponte quis voto obligatur. Sed posset aliquis opponere contra dictum Sā. Tho. cum dicit. Votum est essentialiter actus rationis. Videtur probabilius q̄ sit actus voluntatis. Nam votum nihil aliud est, q̄ obligatio qua quis se ſpōtanee obligat deo ad aliquid agendum vel omittendum. In actu enim obligādi & obligāte perficitur ratio voti: & sine voluntate sese obligandi nū q̄ est votum. Hinc vt refert Angelus in sum. ver. Votum. aliqui addunt, per intentionem obligandi se ad implendum promissum. Hoc autē (puta obligatio illa) nūq̄ fit per actum intellectus pręcise: qa nōnunq̄ ratione iudicante q̄ homo debet se protunc obligare deo, voluntas recusat & renuit: & sic per actum rationis non fit obligatio cōpletiue: sed manet voluntas libera: sed duntaxat ligatur per actum suum quo consensit dictamini rationis: qui vtiq; est voluntatis. Et sic cum vult obligari, vel obligata esse, iam ligata est. Pręterea per votum dominiū voluntatis respectu eius qđ vouetur quodāmodo transfertur a voluntate. Si quidem voluntas quę prius libera fuit & domina respectu talis actus, iam necessitatur propter vo-



tū ad talē actum saltē necessitate finis. Quis em̄ vouere sit libertatis: attamen impletio voti est necessitatis, & tam non est amplius in libera potestate voluntatis actū facere vel omittere. Hinc Sco. dist. præsenti. Per votum dat quis cui vouet ius in se ad actū sequentē illud votum. Et per consequens dat ei ius ad faciendum in se obseruari id qđ deuotum est. & per consequens non pōt dare ad oppositum. Sed dominiū transferri nō potest nec talismodi datio fieri, nisi per actum voluntatis: vt manifestum est. ergo vt videtur actus ille voluntatis quo voluntas vult exnunc obligata esse deo ad huiusmodi actum agēdum vel omittēdum, est essentialiter votū: q̄uis talis actus plures actus rationis præsupponit. ¶ Per hoc ad rationem San. Tho. Ad rationē pertinet ordinare. verum est per modum iudicij siue dictaminis dictantis & ostendentis qualiter sit ordinādum. Verum ordinare vnum in aliud, referēdo, vel ꝓpter aliud dilectum faciendo, est volūtatis. Alioquin quomodo voluntas posset vnum propter aliud diligere, nisi huiusmodi dilectionem referret in dilectionem alteriꝰ, hoc est vnum diligeret propter aliud plus dilectum: & nisi sic vsus non esset actꝰ voluntatis: qđ est contra omnes: cum tm̄ sit amor concupiscētiæ. Item deprecari si dicit desiderium ad affectum pertinet. Iubere quoq; vel imperare voluntatis est & nō rationis nisi p̄cedenter. Quid enim est iubere nisi velle sic fieri vt ratio dictauit, vel disposuit. Q đ etiā arguit, Promissio fit verbo exteriori vel interiori, non videtur verum: sed promissio fit actu voluntatis. Manifestatio autē apud ecclesiam fit signo exteriori. Deo vero cor patet & mens loquitur. Et stante voluntatis actu elicito, quo volūtas vult esse obligata vel se obligare: iam est promissio perfecta & consummata, & non sine volūtatis actu: dato etiā q̄ nūq̄ manifestaret ad extra quocunq; signo sensibili. Aliud enim est votum, aliud manifestatio voti. Illud p̄cedit, illa seq̄t saltē ordine naturæ. Istud fit actu volūtatis elicito, ista verbo. Et ideo si ꝓmissio dicit formaliter obligationem ipsam, promissio est actus voluntatis pręsupponens actum dictatiuū & ostensiuum rationis: cum hoc tamen stat q̄ ꝓmissione ordinamus referendo. Quoniā etiā voluntas est reflexiua: quia immaterialis, & ita collatiua, potēs referre suo modo: vt dictum est: vtendo. ſ. siue ordinādo vnum diligibile ad aliud: Referre autem siue conferre: vt Scot. loquitur dist. xxxviij. secundi, per modū iudicij est solius intellectus: ergo vt videtur votū est præcise actus voluntatis. Attamen ad dictum Sanct. Tho. posset quis dicere q̄ est locutio causalis cum dicit votū esse essentialiter actum rationis. pręsupponit em̄ rationem & iudicium intellectus. Sed si aliud voluit doct. ille, relinquitur dictum suum &c. Durā. q.j. dicit duo cē obligationū genera. Quædā em̄ obligatio fit auctoritate alterius: vt est obligatio pręceptiua. Alia ex libera voluntate: & hoc dupliciter: vel deo vel homini. Si homini, vocatur promissio vel pactum. Si deo, dicitur votū. Et quādoq; votum tacitum, cum apud solum deū obligat: & fit solo actu interiori. Aliquando fit verborum expressione, vel signorum exhibitione, & tenet coram deo & homine &c. ¶ Secundo notandum. Votum sic describitur secundū Richar. ar. iij.q.ij. Est propositi supererogatiue boni ꝓmissio deo facta ꝓpter finē bonū, ex deliberatiōe firmata. Posset forte nō ab re addi, ab eo q̄ sui iuris est, quantum ad tale bonum promissum. Addūt alij cum intentione se obligandi ad seruandū promissum: sed non oportet vt videtur: quia satis secundum dicta notabili primo includitur in nomine promissio deliberatoria. Est tamen differentia inter propositum & deliberationem. Primum em̄ quis disponit aut cogitat apud se velle quid boni facere. Deinde deliberat quid facto opus sit. Post hoc proponit in animo se facturum id deliberatū & cogitatum. Demū promittit se hoc facturum, & se ad hoc obligat: ita q̄ dñium liberū quo ad actum illum quodāmodo a se abdicat, & in alium transfert. ¶ Dicitur primū in illa notificatione ꝓ positi. i. rei ꝓpositæ, non pro actu proponēdi, qa ille præsens est: sed votum & promissio est futuri. ¶ Dicit supererogatiue. i. alias nō debiti, vt supra notabili primo. Bona enim quæ sunt de salutis necessitate, aut pręcepti, non cadunt ꝓprie sub voto sed large: & votum debet esse voluntarium tam ex parte principij a quo procedit, q̄ ex parte eius qđ vouetur: & debet esse de his quæ alias licerent. Et per hoc innuitur differentia voti & iuramēti. Iuramentum enim est de omnibus necessarijs etiam de malis quandoq;: nō sic votū. ¶ Dicitur boni. Votū. n. non potest esse nisi de re quā deus acceptat: malum vero vt tale non acceptat, nec ordinat hominem ad deum. ¶ Dicit ꝓmissio qđ ponitur loco generis: ad excludendum nudū propositum etiam quacunq; deliberatione fulcitū. Nullum enim tale votum est: aut obligatorium: nisi accedat ꝓmissio, seu animus actu vel habitu se obligandi. Non em̄ vouet omnis qui vult aliquid, & ideo propositum non est votum: sed est principium voti & quędam animi conceptio præcedēs votum. Vnde illa locutio causalis est, cum quandoq; votum dicitur propositum. Est enim sensus: est principium voti. Facit pro illo ca. Literarum. de vo. & vo. re. vbi dicitur q̄ ex sola conceptione boni explicandi quis non ligatur. Nec sufficit habere animū se obligandi, nisi cum effectu & voluntatis consensu se obliget, siue id fiat

Universidad de Deusto
Biblioteca



ore vel tātū corde. Et ideo iura quę videntur dicere q; propositum obliget cum est deliberatum, intelliguntur de proposito ꝓmissione firmato: secū dū Panor. c. Literarum. de vo. & vo. redemp. Ita habet San. Tho. & Richar. cum quis se obligare intendit: & ita de proposito cū obligatione. Alias dicendum foret q; omnes illi qui proponunt ieiunare, orare &c. mox tenerentur ad illa non posita quacunq; promissione vel obligatione. Talia ergo proposita quæ non sunt promissione valla ta quantocūq; tempore sint continuata, non obligant. Per hoc multę theoricę iuristarū possunt solui: vt loquitur Panor. vbi supra. Solum ergo propositum etiam quātocūq; tempore deliberatū aut continuatū, nō sufficit ad obligationem nisi assit promissio saltem corde facta. Sūt tamē vitanda scandala. Si dicitur. Nemo mittens manū ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno cęlorum. Lu. ix. Sed hoc facit habens bonum propositū: igitur. Respondetur, qui solum proponit nondū aliquid facit, sed facturus est. Qui aūt mittit manum ad arattrum iam aliquid facit. Q ui aūt ꝓmittit aliquid, iam incipit se exhibere ad faciēdum: licet nondū impleat qđ promittit. Sicut qui manū mittit ad aratrum nondū aratuā tamē ponit manū ad aratrum. Hęc Tho. ar. j. tj. ij. q. lxxxviij. Ad hoc dicta in ca. Literarum. de vo. & vo. re. de clerico qui noctu territus hęc protulit verba. Non diu hic morabor. proponēs in animo velle religionē intrare. vbi dicit Papa. Si non plus est in voto ꝓcessum, transgressor iudicari non poteris si nō impleas qđ dixisti. vbi glos. bene facit ad propositū cum non affuit animus obligādi. Sic pōt ecclesia statuere q; bona animi cōceptio alicuius equipolleat voto in religionis ingressu pro certo tempore. de regulis. cap. Cōsulti. cū quis stetit vltra tempus nouitiatus: aut professorum vices & officia adimpleuit: vt infra. ¶ Dicitur consequenter facta deo, secundū illud Esa. xix. Vota vouebunt deo & soluēt. Votum enim soli deo fit: promissio vero homini fieri potest. Per votū siquidem qs sese totū deuouet & obligat alteri. Nulli vero alio a deo potest homo se totum obligare, & ideo soli deo pōt fieri votum, cui competit potestas super totum hominē. Licet enim homo habeat dominium in corpus alterius: cui⁹ vtitur opera: nō tamē in animā. Matth. x. Nolite timere eos qui occidūt corpus, animā aūt occidere non possunt. Verum quia sancti sunt intercessores nostri apud deum, & suis suffragijs nobis succurrunt, ac nostram ꝓmouent salutem, ideo sicut oratio fit ad sanctos, ita & votum ad eos fit: finaliter tamē cum relatione ad deum. Sic promissio quæ fit sanctis aut ꝑlatis non fit homini, sed deo principaliter & finaliter: licet fiat in man⁹ hominis. Cadit itaq; sub voto materialiter promissio facta sanctis vel prælatis, inquātū. s. homo vouet deo se id impleturum qđ sanctis vel prelatis promittit: sicut promissio quæ fit seruo, non est in eius potestate vt remittatur, quia non ei sed domino fit licet per eū, & ideo eius solius est remittere. ¶ Corollarie sequit. Vouere est act⁹ virtutis latrię. Ad latriā em̄ pertinet siue religionē imperare promissionem illam, & ita est actus virtutis latrię imperatiue & ordinatiue. & quid est illa promissio nisi ordinatio eius qđ promittitur in eum cui promittitur? ¶ Dicitur ꝓpter finem bonum. Cum em̄ votum est actus latriæ & religionis, non potest fieri propter finem malū. Cuius enim finis malus & ipsum quoq; malum. Et secundū Gers. in floribus, Omnis actus cuius finis intentus est pc̄m̄ mortale, mortalis est, siue intendatur actu siue habitu. ideo non pōt esse nisi de aliquo ad dei cultum pertinente. Cum aūt malum diuino cultui repugnat: igitur &c. Itaq; votū cuius finis est peccatum mortale: vt votum de ieiunando illi sancto vt concutiatur ille pauper: vt quis ditetur in rapina pauperum &c. nō est votū. Hic grauiter peccat qui vouet se aliquid facturū qđ est de se bonum: propter finem malum. Nec tenet huiusmodi votum: qa Deo auctore secundum Augu. lib. lxxxiij. q. nemo fit deterior. Deterior autem efficeretur homo ꝓ obligationē voti cuius finis intentus est præcepto contrarius. Cū itaq; bonum opus relatum in finem malum finaliter sit denominatiue malum: igitur &c. Item intēdere principaliter finem malū in opere suo de genere bono, est contra naturam obligationis fiēdę deo &c. Et ideo sicut promissio facta de materia mala nulla est, nec potest dici votum etiam si fieret propter finem bonum: ita nec promissio facta de materia bona valet si fit propter finem malū secūdū Richar. ¶ Nec est simile de cōtractu matrimoniali qui sępe fit ꝓpter finem malum: puta libidinē: & tm̄ libidinem tenet. Rō dissimilitudinis potior videtur esse natura actus. Et licet intendat libidinem: tamen ipsam non habet ex contractu pręcise: sed per vxorem qua abutitur tanq̄ re bona. ¶ Sed quid de fine indifferētis? Aliqd potest dici indifferens in proposito dupliciter. Primo in ordine ad acquisitionem vitæ ęternę, eo q; quandoq; conducit ad hoc, quandoq; non conducit: item nec de se impedit, nec etiā ꝓmouet ad hoc, & illa indifferētia colligitur ex parte rei votę. i. materię super quā cadit votum. & ita votum pōt eē de indifferenti: vt cum quis vouet propter bonū temporale, qđ habere non est vtilius ad vitā q̄ carere eo. Cū tamen veniret casus q; vergeret in malum, nō esset obligatorium: vt in voto Iepte. Talia sunt corporis sanitas, pulchritudo, liberatio a morte violenta: a periculis corporis: ab anxietate



sui ipsius & suorum: ad euadendū de hostili manu persequentium: a clade & peste: ad habendum res temporales & diuitias, sine quibus nihilominus vita potest sustentari. Verum vt videtur, temporalia aliqua sunt simpliciter necessaria ad vitæ sustentationem: vt bona corporis valitudo, & illa non dicuntur res indifferentes. sic vouēs tenetur seruare vota illa: licet in tribulatione sunt emissa. Sic Israel seruauit votum quo se astrinxit tēpore bellorum. Numeri. xxj. Et propheta ait: Reddam tibi vota mea quę distinxerunt labia mea: & locutum est os meum in tribulatione mea. ar. xvij. q. iiij. ca. Sunt qui opes. Et Numeri. xxj. dicitur. At Israel voto se obligans domino ait. Si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius Exauditutq; dom⁹ preces Israel. Sic vouere solent puerperę, & alij in tribulatione cōstituti. Item tēpore pestis ad euadendum mortē vouēt quidā religionis ingressum. Nec obstat. xvij. q. tj. ca. Cō saldus. vbi dicitur q; quidam presbyter promisit fieri monachus pressus infirmitate. non tamē tradidit se in manus abbatis, & resignauit beneficiū suum aduocato: postea sanitati reddit⁹ tecusauit intrare. iudicat papa q; posset recipere suū beneficium & quiete vouere. Et ratio est. Forte non fuit compos rationis: & ita sine rationis vsu ac delibe ratiōe præuia fecit p̄cipitē resignationē: sed nō in manus ordinarij secundū formā iuris. Cum ergo non resignauit legitime: prout debuit: ideo renunciatio inualida fuit. Non tamen dicitur q; non teneatur religionem intrare: & quia non cōstat quo modo promiserit, relinquitur conscientię suę. Cū enim adhuc esset nouitius non perdidit beneficiū Ad hoc. xvii. q. j. ꝓ totū. Alio modo aliquid dicitur indifferens ex parte vouentis, seu in ordine ad voluntatem vouentis. Sic enim vouentis voluntas dicitur se habere indifferēter ad aliquid, ipsum. s. nec volendo nec nolendo. Sic nullus pōt vouere propter finem indifferentē nec de iure nec de facto. Impossibile est enim q; aliquis intendat se obligare ad aliquid ꝓpter consequi rem aliquā ad cuius adeptionem vel non adeptionē volūtas se habeat indifferenter. Q ui enim facit votum vt aliquid cōsequi possit, principalius vult illam rē q̄ votum ex cōmuni topica, cum non voueret rē non adepturus: sed propter adeptionem principaliter. Videtur ergo implicare vouere aliquid ꝓpter consecutionem rei alicuius, ad cuius consecutionem vel eius oppositum voluntas vouētis se habeat indifferenter secūdū Richar. ¶ Si dicit: votū omne votum deo fit. Q đ autem fit propter finem tēporalē deus non acceptat, cum nō referatur in finem debitum, & temporale non potest eē finis rei spiritualis cum sit minus nobile. Itē vota quæ fiunt de re temporali possunt habere malum exitum & abusum &c. sic de fine indifferenti. Respondetur suppositā multiplici acceptiōe nominis acceptare: de quo supra in primo. dis. xvij. Acceptat. n. deus aliquid quandoq; ad premium vitę ęternę: & sic nunq̄ acceptat actum quēcunq; factum propter finem temporalem principaliter. Alio modo acceptat aliquid ad obligationem nō ad prę̄miationem. Item quandoq; ad pœnę debitę solutionem: sed non ad facientis gratuitam acceptationem, nisi tēporalē. acceptat em̄ bona de genere ad p̄mium tēporale huius vitæ. Et illo secundo modo acceptat votum propter finem tēporalem indifferentem referibilem actu vel habitu in deum. Placet em̄ sibi obligatio illa: vt in finē vltimū actu referatur, cum est habitu referibilis: quia non de se mala & prohibita. Cū ergo vouet quis propter temporale habendum, temporale non est præcise finis voti sui: nisi ex abusu vouentis & per accidēs. Et sic etiam ex accidēte possunt habere euentum malum: sed hoc accidit voto propter abusum vouētis, nō ratione voti. sed finis est honor & cultus dei ad consequendū per hoc meritorie tēporale volitum & vtile & quando q; necessarium. Prę̄terea sic vouentes propter tēporale habent quandoq; in animo illam conditionem, si cōsecuti fuerint ipsum. Numeri. xxj. & de Iacob Gen̄. xxviij. Si dominus fuerit mecum & custodierit me in via qua ambulo, & dederit mihi panē ad vescendū, & vestimentum ad induendū reuersusq; fuero &c. erit mihi dominus in deū &c. vbi voluit se obligare deo ad cultum specialem p altaris constructionem, & decimationem rerū sua rum secūdū San. Tho. & Nico. de Lyra: & ita votum fuit de bono supererogationis: puta de speciali cultu dei per altaris constructionem in loco illo. Sic ergo nō præcise obligant se ad hoc: sed cōditionaliter si hoc temporale consequantur, & ita temporale est finis voti: non tamen ex hoc finis ille malus est: licet vouens imperfecte ipsum intēdat: non referendo principaliter in honorem dei. Hinc dicit Duran. Indifferens sic manens non ordinat nos in deum. Q uandoq; obligant se nō cōditionaliter sed absolute: etiam non posita collatione rei temporalis: & sic nō vouent tm̄ propter temporale: sed propter facere deo cultum aliquē, quem principaliter intendunt ad consequēdū tēporale, qđ mouet hominē ad illum cultū. Prima obligatio conditionalis est, & non tenet nō extāte conditione. Et ita claret ex hoc q; votum pōt fieri propter rem temporalem: & deus remunerat bonum de genere temporaliter. Itē indifferētem sed nō propter finem malum deo nunq̄ acceptū nec de re prorsus inutili ad salutem. qđ enim non conducit saluti vouentis etiam per quācūq; circū

Universidad de Deusto
Biblioteca



stantiam,nec est ad honorē dei,non pōt esse materia voti:vt non comedere de capite piscis ob decollationē Ioānis. Vñ vt refert Angelus, secūdū Abb.& Ray. nō est obligatorium. Secūdū eum vero esset sumenda dispensatio,vel cōfessoris declaratio:saltem propter reuerentiam. Et Sā. Tho. ij.ij. vbi supra dicit. Vota de rebus vanis & inutilibus q̄ sunt deridenda, q̄ seruanda. Sed negaret aliquis huiusmodi vota esse inania & inutilia: presertim cum non habent annexam superstitiosam curiositatem,aut intentionem prauam, & cū non generant scādalum pro loco & tempore &c. Quis enim sunt indifferētta, cum tamē sunt materia voti, non manent indifferentia secundū Duran.sed fiunt p deo. Ex hoc patet q̄ votum mulierū de non pectinando,seu lauando caput die illa vel illa, potius sunt reliquię ægyptiorum q̄ votum. Videntur em̄ esse obseruationes diei & temporum,& species idololatrię secundū San. Tho. ¶ Dicitur ex deliberatione firmata. Cū em̄ votū dicitur quasi volitum seu volūtarium factum,sicut ad consummationem peccati mortalis requiritur volūtas & animi deliberatio,tēporis vel ętatis:ita ad rationem voti. Est aūt hic inuenire duplex velle.s.velle plenum cum deliberatiōe, & semiplenum ex surreptione. Et secundū hoc cōtingit inuenire duplex votum. Vnum qđ habet perfectam rationē voti : quia firmatum est deliberatione perfecta. Aliud qđ est votum improprie dictum:quia procedit ex surreptione & inconsideratione,aut imperfecta scientia,& quasi sine deliberatione:& ex consequenti non obligat necessario sed ex quadam congruitate, secūdū Richar.& tali voto cōtrauenire etiam auctoritate propria non est peccatum. Secundū quā distinctionem multa possunt concordari doctorum dicta, & dubia resolui de votis quę fiunt sine p̄meditatione subito ex metu vel angustia aut tribulatione magna,& non ex deliberatione. Et ita posset dici ad ca. Cōsaldus. x vij.q.ij.vt supra allegatū est. Q đ ex hoc perpēdi potest. Si diceretur eis: Vis ne simpliciter sic obligari data temporis copia ad deliberandū? Respondent q̄ non. Et hmōi ponit Angelus signum pœnitudinē mox consequentē ad voti talismodi meticulosi emissionē. Sic fiunt sepe vota ex infirmitate,surreptione,ignorātia rationis,aut ętatis defectu: aut inconsideratione cum nō p̄spicitur finis,& an homo vouens sit sui iuris vel nō ad reddendū votum deo &c. Sic videtur pariformiter dicendum,cum quis vouet quipptam calore iracundię:ita tamen q̄ votum illud non procedat ex voluntatis ipetio,& rationis rectę vsu:sed potius antecedat & p̄cedat rationis vsum,& volūtatis imperiū. Notat hic Palu. q̄ deliberatio nō requirit magnā morā tēporis: nec oportet q̄ fiat q̄ si per syllogismū practicū ostendentem singulatim omnia ad integritatem voti necessaria, puta materiam voti,formā obligationis,causam mouentē ad vouendū infirmitatem vel pericula,finē vt ab his liberetur:ita vt omnia illa cadant vnum post alterum sub deliberatione morosa. Differūt enim velle liberum,& velle deliberatiuū,qđ est de cōclusione syllogizata p syllogismū practicum, qđ non videtur necessarium ad meritum vel demeritum:sed sufficere videt velle liberum. Accipitur tamen quandoq; pro eodē. Quanta deliberatio sufficit ad obligādū se diabolo per peccatum, tanta sufficit(vt videtur) ad obligandum se deo per votū,siue sit deliberatio temporis siue ætatis nisi ecclesia aliud statuat. Sufficit ergo breuis deliberatio ad obligationem voti,& velle liberū, quę ipsum votum saltē natura prędedit. ¶ Dicit consequenter, ab eo qui sui iuris est. Non em̄ pōt votum fieri de alieno secundū Aug. ad Armētariū. & de eo qđ nō est in vouētis potestate constitutū. Hinc a doct. colliguntur plura hominū genera: q̄ quia sunt aliorū potestati subiecta nō possunt vouere, de q̄bus suo loco.& ita patet primū voti.s. descriptio. ¶ Nūc sequitur secundū.s.voti partitio. Pro quo notandū q̄ votū secundū q̄ accipit̄ large,vel proprie, diuersimode potest partiri. Vnde votorum aliud est necessitatis ratione finis cōsequendi:vt de necessariis ad salutem. Aliud supererogationis. Inter quę secūdū Palu. talis est differētia, q̄ in votis necessitatis alter alterū, licet ignoranter, potest obligare. Exemplū:in baptismo pattinus puerum quem leuat dicitur quasi obligare ad fidem catholicam tenendā cū spondet pro eo, secundū Magistrum dist. vj. Quarti. Sed nō videtur illa esse obligatio proprie dicta: sed potius quædam protestatio de suscipere velle illud,sine quo stante ordinatione diuina non est homini salus.& hoc maxime in paruulo non potēte pro se respondere. Est enim sensus verborum: Credo.i. fidei sacramentum sumere propono,vel recipere volo. Vnde baptizatus puer dicitur credere quia sacramentum fidei suscepit:& quia in adulta ętate constitutus diaboli pompis renunciabit,& sanam fidem tenebit:cuius tunc sacramentū suscipit. Q̄z ergo ad illa sit obligat⁹ recognoscit cum baptismū suscipit:quia non constringit se ad noua precepta secundū Altissiod. li.iij. tract. xxij.q.j. Dicta vero patrū maxime sonant de baptismo adultorū & catechuminorū pro statu ecclię primitiuę. Itaq; votum baptizati est recognitio quædam qua se recognoscit obligatum ad illa seruanda si vult saluari.& respectu patrini sic loquentis, largo vocabulo dicitur votum. Q̄z aūt patrinus sic respondere debeat,est ex ritu ecclesię. de cōse. di.iiij.& non de necessitate sacramenti. Posset em̄



homo hominē baptizare habita intētione recta sine huiusmodi fidei sponsione necessitatis tēpore Vnde Rabanus de institu.cle.li.j.cap.xxvj. Manifestum est enim q̄ paruuli sicut ex alijs ea quæ illis remittuntur in baptismo peccata contraxerūt, sic & p alios ad salutē credunt.i. ad fidei sacramētum perducunt̄. Non em̄ possunt seipsos regenerare. Et dicitur tale votū, votum cōmune. Aliud est votum singularis & proprię obligatiōis. Et licet votum cōmune obligans oīes distinguatur in votum necessitatis primę, qđ emittit̄ in baptismo,& in votum necessitatis secūdę qđ emittitur in pœnitētia, cū homo plāgit pręterita : tamen in pœnitētię sacramēto nō est recipiendū sacramentū, hoc est iuramētū a pœnitēte, nisi in casibus iure expressis: vt cū quis absoluit̄ ab iniectione manus in clericū. de sentētia excōicat. Ex tenore. in qua alter iurat nō velle pcutere amplius: vel secūdum alios q̄ velit parere mandatis ecclesię. Item vsurarius iurat velle facere restitutionē, non autē q̄ velit a peccato abstinere. Sufficit em̄ habere p positum firmū emēdationis vitę, nec requirit̄ votum vel iuramētū de abstinendo a peccato. Nec etiam cum baptizant̄ adulti gaudētes vsu ratiōis dicuntur proprie vouere: sed id qđ a Christo institutum est recipere se dicūt per se aut patrinum,& verbo p̄clamāt. Vnde non sunt proprie voti trās gressores: nec incurrūt periurium, cū in peccata labuntur: alias semp cōmitterēt peccatū duplex. Itē dicunt aliq etiā votum necessitatis esse cū qs sua auctoritate & sponte obligat se ad illud ad quod prius p̄cepto diuino tenetur. Hinc secūdum Duran. sic sponte vouētes id ad qđ prius tenent̄ præcepto, peccant duplici peccato cū transgrediūtur votum: vt cum aliquis ꝓpria & singulari obligatione vouet non velle amplius fornicari ꝓpter habere remediū cōtra recidiuā. Et certe videtur q̄ illius transgressio mutet speciē, cū sic emittit̄ p modū specialis & liberę obligationis vltra obligationē priorē. Sic nō vouet adultus fidē cū baptizat̄ saltē nō oportet:sed ritū ecclesię tenet.& se velle fidei sacramentū suscipere patenter insinuat. secundū illud apl̄i. Corde credit̄ ad iustitiam, ore aūt cōfessio fit ad salutē. Roma.x. Aliud votū est supererogationis & volūtatis:in quo alter alterū sine eius cōsensu obligare nō pōt. Vnde quātūcūq; mater voueat p paruulo ifirmo q̄ sacris initiabitur, q̄ hoc vel hoc faciet:nisi ad hoc cōsentiat in ætate p fecta constitut⁹: nō obligat filius ex voto alieno. Ad hoc multa. xx.q.j.&.ij. quę sunt limitāda si fi
E lius consentit,& factum parētis ratum habet &c. ¶ Secunda diuisio voti. Votorum aliud publicū aliud priuatum. Nec est ista diuisio eadem cum illa, votorum aliud simplex, aliud solenne: quia tā publicum q̄ priuatum potest esse simplex vel solenne. Publicum dicitur qđ in publico fit & cora testibus. Occultum qđ fit sine p̄sentia aliorum, & coram deo solum. Dicitur etiam quandoq; publicum: quia fit publice & cum aliquo ritu solēni. Sic in voto peregrinationis quandoq; adhibetur benedictio peræ & baculi. Item quandoq; datur crux contra infideles. Et tale dicitur votum simplex: quia non solenne. Omne enim votum non solenne simplex est, etiam si publice fiat: quia accidit voto q̄ est solenne immo potest fieri solo corde: secus de solenni, qđ non fit nisi solenniter. Ponuntur autem cōmuniter duo modi solennizationis voti, scilicet per susceptionem sacri ordinis,& per professionem tacitam vel expressam approbatę religionis: nec sunt plures modi quātum ad post contractum matrimonium dirimendum. de vo.& vo.re.cap. vnico lib. vj. Sed nunquid papa posset hodie votum aliquod solennizare, nec per ordinis susceptionem: nec per approbatę religionis professionem:& citra noue religionis sactitię institutionem? Vt si diceret. Volumus q̄ persone collegij illius voto solenni promittant in manu⁹ superioris perpetuam stabilitatem, continentiam,& obedientiam. An votum illud sit vere solēne. Dicēdum ita, q̄ contractum matrimonium habeat dirimere,& impedire contrahendum. Videat qui voluerit: clarum est, & facti contingentia certum papam sic solēnizasse certarum personarum votum. Est autem differētia inter illos duos modos solēnizationis, per sacri ordinis susceptionem: & ꝓfessionem. Nam professio indebita obligat voto simplici: vt si aliquis profiteretur in religione, cū id facere nō pōt: vt puta est seruus: nō est sui iuris &c. is tenet̄ ad continentiā, q̄a spōte ad hoc se obligauit deo: qđ ecclesia ꝓhibere nō potuit. Q ui aūt ordinat̄ indebite: puta a nō ep̄o: is nō tenet̄ cōtinere nec tōne voti, nec statuti. Nō voti: qa nullū votū psonale fecit: nec statuti: qa nō habet characterē ipressum, eo q̄ nō est ordinatus. Sec⁹ si ordinaret̄ ab ep̄o vel ordinatore nō habēte executionē. Tūc. n. vere ordinat⁹ eēt: licet careret executione ordinis: vt supra dist. 25. Nō ergo p se tenet̄ ad cōtinētiā cū nō ꝓmisit aliq̄d: nec p eccl̄ie statutū: q̄a cessante principali, cessat accessoriū. Et huius pōt dari ratio. Nā in voto solēni est cōsiderare materiā & formā. hoc est votū ipm̄ p materia, & eius solēnizationē p̄cise p forma. In solēnizatiōe p ꝓfessionē materia voti est a deo iure diuino & naturali: q̄a pōt libere sese deuouere deo, citra cuius cūq; ꝓhibitionē. Solennizatio vero est ab eccl̄ia: hoc est eccl̄iastica istitutiōe. In ordine sacro cōtrario mō ē: quia sic essentia voti est ab eccl̄ia: q̄ statuit q̄ ordinādi debēt vouere, vel saltē eē ad cōtinētā vi statuti obligati, siue id velint siue non: siue intendant siue non: siue contrarium protesten-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tur siue non: nihilominus ordinati vi statuti eccle siastici ad cõtinẽtiã sunt obstricti. Solẽnitas vero est a deo. hęc Palu. q. ij. ¶ Hinc colligi põt secũda differẽtia: quia in susceptione sacri ordinis est vo tum pręsumptũ p̃sumptione iuris, & de iure: con trã quã nõ admittit probatio. velint ergo vel no lint vi statuti ad continentiã sunt ligati qui sacris initiãtur, maxime volẽtes: non ex culpa propria sed ex rationabili causa: quę mouit ecclesiã ad sic indicendũ continẽtiam clericis. In professione ve ro est votum duplex: verum & expressum: si est professio vera & expressa: aut pręsumptum & ta citum: si est tacita professio aut pręsumpta. Exem plum primi: cum nouitius in p̃sentia conuẽt⁹ aut capituli expresse promittit obediẽtiam vel cõuer sionem morũ secundũ regulã approbatã. Vnde qui in seculo constitutus emittit votum trũ sub stantialium religionis, nõ vouet solẽniter. Et req ritur secundũ Palu. q̃ expressa professio si debet valere fiat pręsentibus duabus partibus conuen tus & maiore parte consentiente. Exemplum se cundi: cum pubes habitum religionis cõmunem nouitijs & professis fert continuo per anni decur sum, cẽsetur illam religionem assumpsisse, nisi fo ret tanta indistinctio habitus q̃ etiam secularib⁹ congrueret habitus ille cõmunis nouitijs & p̃fes sis: aut alij cum eis vitã cõmunẽ ducẽtes simili pe nitus habitu induant: sicut forte põt esse apud ca nonicos seculares. Sec⁹ de illo qui ante annos dis cretionis habitũ assumpsit, nisi in pubertate con stitutus iam spõte p annũ in monasterio habitũ il lũ deferat. de regulis lib. vj. cap. j. vbi reqrit distin ctio regularis & secularis, nouitij & professi. Et se cundũ aliquos etiã reqrit dies ad annũ. Forte p̃ pter annũ bisextilẽ: vt habeatur vniformis p̃fes sio singulorũ in anno cõi & bisextili. Verũ secun dũ Palu. non requrit dies cũ anno ad hoc q̃ ille exire non possit: sed respectu alteri⁹ qui eũ extra here põt: requiritur annus cũ die. xx. q. ij. ca. Puel la. Vnde impuberẽ intrantẽ religionem põt pater vel tutor extrahere infra annũ & diẽ, vbi supra. nõ tñ auctoritate ppria vel violente: sed auctoritate illius q iã in monachũ habet potestatẽ. Alio mõ fit p̃fessio tacita infra p̃bationis annũ p susceptio nẽ habit⁹ p̃fessor: si ętatis aptę sciens & voluntа rius triduo sic p̃seuerat. li. vj. de reg. ca. Cõstitutio nẽ. Ex quo infert Palu. q̃ in professione tacita p lapsum anni, vt in primo modo patuit, nõ reqri tur dies nisi in anno bisextili: quia tũc non est vl tra hunc & p̃sentẽ annũ, in quo probãdus est: sed vltra alios. Attamen qui expresse p̃fitẽt etiã secu lari habitu nõ mutato, manet obligat⁹ pręcise illi religioni quã p̃fessus est exp̃sse. Qui tacite infra p̃bationis annum per susceptionẽ habitus distin ct professorũ, non obligat determinate illi religio ni cuius habitum susceptit: sed in genere: quia ges sit se vt religiosum: vnde non posset contrahere. de reg. ca. Significatum est. de conuer. cõiu. c. Ad apostolicã. Ex his habetur q̃ votum simplex est qđ caret dictis solẽnitatibus, siue fiat in occulto si ue in publico: & solẽne est qđ habet solẽnitates p̃ dictas. ¶ Tertia diuisio voti. Votorũ aliud abso lutum, aliud conditionatum. Votum absolutũ si ue purum est qđ fit sine adiectione cuiuscunq; cõ ditionis extrinsecę. Nam secundum prædicta in dist. xxx. q. ij. conditio generalis & intrinseca quę includitur in omni voto & iuramento, si exprimi tur non facit actum conditionatum: alias cum in omni voto includit illa generalis & intrinseca cõdi tio si deo placet: aut nisi deus oppositũ reuelet: & sic de alijs: omne votũ Christifidelium esset cõdi tionatum, & nullum absolutũ & purum. Intelligit ergo de conditione extrinseca. Conditionatũ, qđ fit cũ apposita extrinseca cõditione. Sic vouit Ia cob Geñ. xxvtij. & Iepte. Iudicũ. ix. de immola tione filię suę. vt supra.

¶ Quantum ad articulum tertium principalem, videndum est de voti obligatione: & primum de voto absoluto. ¶ Propositio prima. Oñe votum absolutum & licitum qđ potest im pleri de iure vel de facto. obligat vouẽtem ad ser uandum deo promissum, sub pœna peccati mor talis, nisi interueniat auctoritas dispensatiua aut commutatiua superioris. In Psal. enim dicit. Vo uete & reddite domino deo vestro. vbi Hugo Po stil. & Aug. Vouere est voluntatis: sed reddere ne cessitatis. Hinc de vo. & vo. red. dicitur ca. Licet. Licet vniuersis liberum arbitrium sit in vouẽdo: vsqueadeo tamen solutio est necessaria post vo tum: vt sine proprię salutis dispendio alicui nõ li ceat resilire. Itẽ Eccles. iiij. Quodcũq; vouisti red de. Item, Si quid vouisti deo, ne moreris reddere. Displicet enim deo stulta & infidelis nõ impleta & indiscreta promissio. Et Prouerb. xx. Ruina est homini deuotare sanctos: & post vota retractare. Et Numeri. xxx. ac Deutero. xxiij. & alibi multa similia habentur. Item. xxxtij. q. v. Quod deo. & xxxij. q. vtij. Non solum. Ratione sic potest ostẽ di. Oñis promissio licita & possibilis de iure aut de facto, quæ fit cum intentione se obligandi, & præuia deliberatione, si acceptatur ab eo cui fit, obligat promittentem ex præcepto legis naturæ, & non solum de iure diuino. Sed votum de quo conclusio prima, est huiusmodi, & omnem talem promissionem deus recipit: immo fieri iubet aut consulit. igitur. Si enim contractus bonę fidei, & humanus inter homines factus ligat iustitia me diãte: ergo multo magis votum rite deo factum. ¶ Dicitur primũ votũ absolutum. Nam de con-



ditionato infra. Dicitur licitũ: displicet enim deo stulta & infidelis promissio. Eccles. iiij. Et Isido. in quit. In turpi voto muta decretũ: qđ incaute voui sti ne facias. xxij. q. iij. fere p totũ. Debet eñ vo tũ sicut & iuramẽtũ habere tres comites, veritatẽ, iustitiã, & iudiciũ. Dicitur, qđ possibile est impleri de iure vel de facto. Impossibiliũ eñ non est obli gatio. Exemplum: depauperatus ex accidẽte ali quo non põt dare pecunias, quas se vouit daturũ Sic si vxor aut filiusfamilias aliq̃d licite vouerũt qđ postea irritatũ a cõiuge vel parẽte explere nõ possunt. xxxij. q. ij. Mulier. Potest eñ maritus re uocare qđ prius cõsensit mulieri, licet male faciat. Hoc tamen considerandũ est: q̃ si quis ex toto & p oĩa factus est impotens ad soluendũ promissum nõ tenetur amplius. Anathema eñ dixerim deũ aliquod impossibile pcepisse: inqt Hieronymus. Et qñ nõ habeẽ spes q̃ possibilitas redeat p natu ram, iã ex toto liberaẽ. Qñ autẽ est spes, excusaẽ ad tempus: sed nõ liberaẽ ex toto. Vnde si veniat ad pinguiorẽ fortunam: teneẽ p possibilitate vel partis vel totius prout promisit. Difficultas eñ pręstationis nõ tollit obligationẽ: sed impossibilitas. Ita consimiliter de corrupta q̃ vouit cõtinentiã & virginitatẽ. Amissa virginitate teneẽ ad cõtinẽtiã cũ lamẽto & dolore fornicationis & virginitatis amissæ: nec debet cõtrahere: nec potest sine pcõ cõtrahere, nisi posita deobligatione a debiti reddi tione: aut nisi velit ante cõsummationẽ religionẽ intrare: ad qđ etiã indirecte teneẽ rõne voti cõtinẽ tię: vt possit ipsum pro posse implere: cũ cõiunx primũ petit debitũ: quia sic & non aliter põt voto satisfacere p posse: vt supra dist. xxvij. & xxxij. q. j. Cõsummato eñ matrimonio iã non põt mo nachari. ideo ad hoc teneẽ ante consummationẽ, & ita facit ęqualẽs in diuina acceptatione: licet nõ simpliciter: qa depditã virginitatẽ recuperare nõ põt: vt eã deo iuxta p̃missa reddat. Et hoc totũ sane intelligaẽ. De hoc sic inqt Sã. Tho. Illud qđ votũ fiendũ impediret si p̃sens esset, etiã voto fa cto obligationẽ aufert. Notanter dicit impediret. ppter cap. Q đ sup his. de vo. & vo. red. vbi dicit q̃ supueniẽte impedimẽto debet fieri cõmutatio voti. hoc eñ intelligit de impedimẽto difficultate dũtaxat, & nõ de impediẽte totaliter secundũ Pa nor. ca. j. vbi supra. Vnde cũ de impossibili nõ po test esse votũ: vt dictũ est: si aliq̃d fiat impossibile post voti emissionẽ qđ pri⁹ erat possibile, obliga tio voti quãtũ ad id tollit. Et si ex culpa sua incur rit impossibilitatẽ: oportet fieri cõpẽsationẽ lamẽ to pœnitẽtię. Secus si non ex culpa sua, sed ex ali quo accidente incurrit impossibilitatẽ. ¶ Posset dubitari de eo qui vouit intrare religionẽ vel mo nasterium: An cum monasterium recusat eũ acci pere, vel religio reprobaẽ, teneẽ aliã vel aliud in trare. Impossibile est enim vouenti religionem in trare nisi colligatur. Hic vt cõmuniter distinguũt doct. S. Tho. & Richar. licet Palu. ex parte ab eis dissentire videaẽ. q. iiij. dis. p̃sentis. Aut talis deter minauit obligatorie suã intentionẽ ad vnam relig ionẽ vel monasterium vnũ pręcise: puta hũc lo cum certum, & religionẽ certã: & tũc secũdũ mul tos doct. liberatus est illa vel illo refutante aut per eunte. Intelligitur eñ cõditio, si volunt eũ recipe re: & cõditione non extante non obligatur: quia non plus obligatur ratione voti q̃ prout se obli gare voluit ex præuia animi deliberatione. Iam enim factum est sibi impossibile ipo facto & sine sua culpa, & ad nullã aliam se obligare voluit. Si aũt absolute voluit mundũ relinquere, & religio nem intrare, & hoc volendo elegit locum illũ, vel religionem istam: ex quo obligatio voti ex pro pria voluntate & intẽtione causatur: teneẽ se mo nasterijs & religiõibus pręsentare donec inueniat qui se colligat secundũ suam possibilitatẽ. nisi sit talis: de qua si cogitasset, nullatenus ad eã se obli gasset. Obligatio eñ non fuit certę specici sed ge neris. Sicut qui p̃mittit dare equũ licet non intẽ dat emere alienũ: sed dare suum: si omnes sui per eant: nihilominus tenetur dare alium. Sic de eo q̃ vult absolute monachari: licet non cogitauerit de illa, adhuc tenetur intrare in genere religionẽ. Po test autem quilibet facile suam determinationem agnoscere, an pręcise alicuius specialis complacẽ tię elegit religionem istam vel locum istum q̃ ta lis: aut quia vult mũdũ deserere & fugere, vult id ipsum in loco illo aut religione illa opere adimple re, Ista secũda est absoluta: prima vero restricta & specificata. Qz si dubitat de intẽtione quã habue rit: an ad religionẽ absolute: an determinate & re stricte: eligat vtã tutiorem, ne se committat discri mini: hoc est ingrediatur religionem secundũ Sã. Tho. dist. p̃senti. q. iij. Innocẽti⁹ vult: si nõ inueni at religionẽ q̃ eũ colligat, stabit sub obediẽtia ep̃i. Angelus tenet cõtrariũ: dicẽs hoc non esse de ne cessitate: qa potest nubere & stare in seculo. Palu. vult q̃ si quis vouit certã religionẽ: quia cum re ligione non stat vita seculi: per consequens impli cite vouit dimittere seculum. Vnde si illa religio non vult eum colligere, aut quia prohibiti sunt quẽq̃ ad professionem recipere: aut alias: quia ra tione voti teneẽ implicite seculũ dimittere: tenetur ad aliã religionẽ se recipere. Hæc ille. Et ideo dicit in conclusione, qđ possibile est impleri de iure vel de facto & licite. Hoc. n. qs potest qđ rite. Itaq; se cundũ p̃dicta vota illicita ad pcũm inducẽtia si ue fuerint illicita post voti emissionem, siue cum emittuntur, non sunt seruanda: sed mutãdum est decretum in turpi voto. Et sicut iuramentum vergens in deteriorẽ exitũ non est seruandum: ita

Universidad de Deusto
Biblioteca



nec votū. ¶ Hinc aliq ponunt illius conclusionis plures exceptiones & fallentias. Prima, ꝓpter impotentiā implendi. Secūda, propter auctoritatem dispēsantis. Tertia, ꝓpter defectum appositę cōditionis, vel ꝓpter defectum causę principalis ob quā fit votū: vt si mulier vouet ieiunare illo die ꝓpter sanitatē filij consequēdā, qui statim moritur. Quarta: qñ id nunc factū est illicitū qđ prius erat licitū ante votū: puta prius fecit votū cōtinētię, & nunc post debiti redditionē voto non pōt satisfacere. Quinta: qñ irritat ab eo qui pōt ipm irritare.

G ¶ Cōtra istam conclusionē. Ois Christi actio nostra est instructio. sed dñs citra oēm ꝓceptiuam obligationē suasit religionē dicēs Matth. xix. Si vis perfectus esse, vade & vende oīa q̄ habes &c. & veni sequere me. igitur nō videt q̄ votum religionis sit obligatoriū, & ita cōtra conclusionē. Et j. Corint. vij. De virginibus ꝓceptū domini nō habeo, consilium aūt do. Itē votū vergēs in detrimētū salutis & diminutionē immo ipedimētū perfectiōis, nō ē obligatoriū ex cōi dicto: sed tale est votū religiosorū. Impediunt em̄ p hoc a multis opibus pietatis: a visitatione & cōsolatione infirmorū, ab eruditione populi &c. Cū tñ pietas ad oīa valeat scđm apl'm. Præterea ait Prosper. Sic ieiunare debem⁹ & abstinere: vt per hoc nō necessitati subdamus. sed vouētes talia facīt sibi per hoc necessitatē, & ita vt videt minus merent. Hilarē em̄ datorē diligit deus. Itē virtus est circa difficilia: sed difficilius est recte viuere in seculo, q̄ in religione. igitur. Vltimo cōis. vtilitas ꝓferēda est bono priuato. Sed p votū religionis plurimū deroga vtilitati reipublicę, vt pōt facile in multis deduci. ergo &c. ¶ Ad primū cōcedit assumptū. Cū subiūgit &c. conceditur q̄ dñs nō imposuit p̄ceptiuā obligationē vouēdi religionē: sed illud reliq̄t libertati hoīm. Sic & Paulus de virginitate cōsiliū dedit. Sed post votū ab hoie libere factū & nō ex p̄cepto, tenere virginitatē est necessitatis & p̄cepti ex priuata & spōtanea hois obligatione q̄ ligat post factū lege naturali. ¶ Ad secūdū cōcedit assūptū ad cōem intellectū: & negat minor: qa p religionē & votū eiusdē removet̄ ꝓhibēs perfectionis cōsecutionē. Pro cuius intellectu considerādū. Q ñ p votū principaliter & directe excluditur aliqđ bonū qđ p se posset cē materia voti: votum nullū est, & nō obligat: licet posset seruari cū salute. Sed qñ votū pricipaliter includit aliqđ bonū qđ pōt esse materia voti: licet illud bonū excludat ex consequēti meliora bona: ligat. Sicut si qs vouet intrare laxtorē religionē p̄cise & determinate: licet quodāmodo p̄eludat viā ad arctiorem: qa tñ religio promissa est sufficiēs materia voti, respectu boni seculi. Est em̄ de meliori bono cōparatiue ad suū cōtrariū: licet nō respectu religionis maioris. ita in ꝓposito. ¶ Si dicis vt habet̄ in ser. iij. de aduētu dñi, bti Bernar. Tenemur fratribus inter quos viuimus iure fraternitatis, & hūane societatis: vt sim⁹ eis auxilio & cōsilio: sed hoc i religione fieri nō pōt: vbi nec minimū agere licet absq̄ obediētia, nec verbū loqui sine licentia: Respōdet beat⁹ Bernar. Nō deerit certe qđ facias: tātūmodo fraterna charitas nō desit. Nec melius arbitror esse consiliū: q̄ si exemplo tuo doceas fratrē quę oportet, & q̄ nō oportet fieri, puocās eum ad meliora: & cōsulēs ei nō verbo neq̄ lingua: sed opere & veritate. Auxiliū vero maximū est orare pro eo, & eius culpas redarguere, nec dissimulare: nullūq̄ offēdiculū ponere: & tollere de regno dei oīa scandala & occasionē scādalorū. ¶ Ad tertiū. Necessitas voti non excludit liberā voluntatē neq̄ rationē meriti. Cū aūt Prosper ait, Sic ieiunare debemus &c. ꝓ necessitatē intelligit volūtatis exclusionē, hoc est nolūtatē. Et scđm prædicta dist. xxxiij. opus factum ex voto laudabilius est q̄ si fiat sine voto. sic ex laudabiliore virtute ꝓcedit: puta ex latria, & nō solum ex abstinētia, q̄ ordinat circa tēporalia. Latria vero in deū ordinat. Dictū ergo Prosperi intelligit de necessitate coactionis q̄ volūtatē excludit. Vñ subiūgit. Iam nō deuoti sed inuiti rē agimus. Necessitas aūt in voto nō excludit volūtatē liberā. Et licet nōnunq̄ nō placeat ieiuntum his q̄ ieiunāt ex voto: placet tñ eis voti ꝓpletio: rōne cui⁹ qñq̄ plus merēt: q̄ ille cui placet ieiuniū, cæteris paribꝰ. Magis em̄ laudatū est delectari in actu latrię q̄ abstinentię. ¶ Ad quartū, cōcedit q̄ difficultas ex arduitate qualitatis opis facit ad meritū virtutis: sed negat de difficultate ex impedimētis & periculis imminētibus vel spōte assumptis. Stultū em̄ est non cauere nec proiscere pericula impedimētorū. ¶ Ad qntū dicēdū: q̄ illa fuit ratio Vigilantij: vt scribit beatus Hieronymus contra eundem. sed inanis fuit timor Vigilātij propter multitudinem coniugatorum comparatiue ad non coniugatos. Timuit enim ne mundus deficeret. sicut cum quis timet haurire aquas ne flumen deficiat. sed stultus fuit ille timor: magnus enim est numerus coniugatorum & coniugio adhęrere volētium comparatiue ad nō coniugatos &c. Tenentur ergo qui voto religionis sunt ligati, ad eius expletionem: quia volentes fecerūt sibi præcepti: qđ prius fuit consilij sua libera voluntate. ¶ Secundū Sanctum Tho. iij. Quodlibet. q. xij. hęreticum est dicere q̄ quis ligatus voto aut iuramento ad intrandum religionem posit sine peccato in seculo remanere &c. Secundo potest instari contra conclusionem. Illud non est obligatorium, ad cui⁹ cōtrariū quis potest se voto vel iuramento astringere. sed sic est de voto religionis. igitur. Maior nota vt videtur. Minor pro



batur: quia aliquis potest sine peccato se vel aliū astringere voto vel iuramēto q̄ non intrabit religionem. Probatur. qđ licitum est fieri, vel qđ licet alicui facere, licet & vouere: sed licet alicui non intrare religionem: ergo & vouere idipsum, & hoc sine peccato. Dicendū negādo minorē. Ad ꝓbationē dicendū q̄ in actibus humanis nō est aliquid simpliciter iudicandū licitū vel illicitū ꝓpter id qđ accidere potest in aliquo casu particulari: sed propter id qđ accidere solet vt in plurib⁹. Exemplū. contingit in aliquo casu, & a certis personis fieri choreā aut ludū aliquem sine peccato saltem mortali. ex hoc talia non sunt iudicanda simpliciter licita. Sicut & in naturalibus cōsideratur qđ vt in pluribus contingit. Sic in proposito tametsi in aliquo casu particulari quis posset vouere vel iurare aut alium ad iurandū vel vouēdū astringere q̄ non intrabit religionē: puta si ligatus est matrimonio: & nititur religionē intrare cōtra vel ꝓter vxoris consensum legitimū, & in cōsimilibus casib⁹. Simpliciter aūt loquendo graue est pcm̄ inducere aliquē ad vouēdū q̄ nō itrabit religionē: aut p se ipm vouere. Est enim sibi facere præceptū negatiuū obligans ad semper & pro semp: & hoc est manifeste contēnere consilium: cuius contemptus graue peccatū est. Est etiā in nullo casu velle viuere instinctu spiritus sancti, cui resistere peccatum est. Actuū. vij. cum dixit Stephan⁹. Vos semper resistitis spiritui sancto. Cū subiūgit: qđ licet alicui facere vel omittere licet & vouere: Dicendum negando. Potest enim aliquis quādoq̄ nō exercere actū virtutis cum est præcepti aut cōsilij affirmatiui obligātis pro loco & tēpore & nō ad semper: sed vouere velle non facere vel vouere velle idipsum omittere, est simpliciter ad semp, & pro semp abdicare a se facultatē id faciēdi: & facere sibi ipsi p̄ceptū negatiuū id non faciēdi pro omni loco & tēpore, & positis quibuscunq̄ circūstātijs: & ita simpliciter p̄stare impedimentū actui virtutis. Talia ergo vota sunt illicita, & secūdum San. Tho. non obseruanda. i. nō obligatoria. iij. Quodlibet. q. xiiij. quia cōtrariantur charitati dei & ꝓximi. item perfectioni vitę & consilijs Christi nō cōtenēdis. Idē vult qđlibet. xij. q. xxij. respōdendo ad dubium, An aliquis potest vouere vel iurare q̄ doctrinā vel experimētū aliqđ receptum ab alio sub iuramēto nō cōicādi velit nulli cōmunicare. Hic em̄ aliter dicendū est simpliciter loquēdo, & in casu certo. Simpliciter loquendo votum nullū est, nec est obligatoriū. Caret enim iudicio discretionis & iustitia: & iuramētū cōtrariū illi qđ est de gñe bonorū, est simpliciter illicitū & iniustū & nō seruādū. hoc est sumēdo ipm vt obligat seruti p̄ceptū negatiuū, est simpliciter nullū. Pōt. n. in casu seruari: puta si adest alius medicus volens & potens protunc illi ęgro succurrere, & eius curā habere. Et sic intelligitur dictum eiusdē cū inquit hmōi iuramēta simpliciter loquēdo eē iniusta: cū scilicet prorsus & in oīm casu abdicāt ab hoie potestatē id faciēdi qđ est diuini cōsilij. Hoc. n. est resistere instinctui spūs scī, & velle contēnere diuinū cōsilium, & sese quodāmō obfirmare vniuersaliter & generaliter, & in oīm casu cōtra gratiam spiritus sancti. Posset & aliter dici secundū eundē Quodlibet. v. ar. xxvij. In voto est duo cōsidera re quantū nunc sufficit. s. materiā voti & obligationē ipsam. Hic in proposito votū est de re licita cū quis iurat aliqđ se non facturum qđ licet sibi omittere. Obligatio vero est illicita. Vnde in casu possunt seruari: sed nō cogunt in vniuersali, & p omni tēpore & loco. Nec pōt homo sic vniuersaliter loquēdo abdicare a se facultatē id faciēdi vel omittēdi. Sic em̄ obligatio caret veritate, iustitia, & iudicio, & vergere pōt p casu & loco in deteriorē exitū, & esse contraria charitati dei & proximi. Si dicitur: possunt seruari talia vota sine detrimēto salutis, igitur: Cōcedit q̄ in certo casu possunt seruari: sed nō gñaliter, & iudicū in actib⁹ humanis sumit ex his q̄ vt in plurimū accidūt. ¶ Ad cōmune dictū: votū qđ sine detrimēto salutis seruari pōt est obligatoriū: Cōcedit. si est trib⁹ comitibus (vt dictū est) fulcitū. Itē intelligit qñ votū habet materiā ꝓriā & debitā q̄ pōt esse materia voti & obligationis licitę: de quo. xxxij. q. viij. ca. Nō solū. vbi dicit. Q đ cuiq̄ anteq̄ vouisset licebat, cū se id nunq̄ facturū vouerit non licebit: si tñ id voluerit qđ vouēdū est: vt est ꝓpetua virginitas vel status vidualis defuncto cōiuge. ¶ Secūda cōclusio de voti cōditionati obligatione. Votū cōditionatū ꝓpter causam vel finem aliquē principaliter aut fines plures ex æquo p̄cise factū, cōditiōe nō extāte siue sit expressa, siue tacite subintellecta, nō est obligatoriū, nisi cōditionis nō extātia ex vouētis ꝓcesserit culpa. Vel sic. Votū factū sub cōditione de re bona, & ꝓpter finē bonū quē vult q̄spām p votū qđ deo deuouit: siue cōditio sit bona siue mala: siue vouēs velit cōditionē illā absolute implere siue nō, est obligatoriū extante conditione. Exēplū: voueo ingressum religionis si habuero coitū cū Berta: aut si amplius malū hoc fecero. & sufficit volitio cōditionata ad ingressum religiōis seu ad obligationē q̄ tenet̄ ingredi. licet absolute nō velit monachari: vult tñ ex voto conditionato. Ista cōclusio videt̄ eē de mēte oīm doct. & colligi pōt a cōtrario sensu ex textu statim allegato. xxxij. q. viij. ca. Nō solū. vbi dicit. Nulla cōditiōe rūpēda sunt, q̄ sine vlla cōditione vouerunt. Probat̄ cōclusio. Tātūdē valet votū, & intātū extēditur, inquantū intētio & volūtas propria vouentis vult se coram deo obligare: qui intuetur cor cum

Universidad de Deusto
Biblioteca



votū emittit. Q ui ergo ex intentione in suo voto intendit aliquem finem licitum veluti causam sine qua non, cuius amore vel desiderio ꝑcisse vult se ad aliquid obligare, causa non extāte non obligatur. Exemplum. vult ire ad sanctū Iacobū si hāc habebit vxorem. Si parens a morte vel infirmitate tunc imminēte liberatur. Conditione non extāte: vtputa mulier nubit alteri: parēs moritur priusq̄ vadat, non tenetur ire ad Sanctū Iacobum nisi alio modo se ad hoc astrinxerit. Et secundum Richar. qui vouet propter aliquod tēporale consequendū vel cōseruandū, implicat in mēte hāc cōditionē: si id bonū cōsecutus fuero. & ideo si non cōsequitur nō tenet respectu dei de voto. Q d puto verū qñ ille fuit finis principalis sui voti cōditionati. Si eñ se vellet esse obstrictū (etiā nō cōsecuto illo fine) ad voti impletionē vel ex alia causa ęq̄ principaliter, tā nō vouet principaliꝝ ꝓpter illū finē: licet finis ille sit veluti causa impulsiua & inductiua ad sic vouendū conditionaliter. Hinc secundū Angelum, si causa impulsiua vel inductiua cessat: nihilominus obligatur quis ratione voti cōditionati: quia adhuc manet causa finalis: puta honor dei. & ideo aliꝫ causę videnť impulsiuę, & ipsis cessantibus remanet obligatio. Hæc ille.

¶ Dictū est notāter, aut fines plures ex æquo. sic enim quolibet posito manet votū. Exēplum. aliquis vult ire peregre ad locū aliquem, tum qa credit se ibi inuēturum vxorē suā, tum propter peccata sua ex ęquo precisse. Si vxor dicitur mortua priusq̄ vadat: adhuc tenet ex causa alia ęque volita. ¶ Dictū est Nisi conditionis nō extantia &c. quia secundū Richar. ar. v. q. iij. votum sub conditione factum quæ conditio non impletur propter culpam vouētis, est obligatorium. qd ꝓbat auctoritate & ratione. Ratione sic. quia quātū ad cōfirmationē ꝓmissionis factę sub conditione, æquivalent illa duo. s. q̄ ille cui facta est promissio cōditionē adimpleat quā promittēs apposuit. & q̄ illa conditio remittať a promittente. quia siue impleatur conditio, siue a promittente remittať, aut tollať, tenet promissio. Sed si ꝓmittēs scienter & ex deliberatiōe impedit: & est in culpa: nec ille cui fecit promissionē, cōditionē adimpleat, quā promittens apponit: idem est per æquivalentiam ac si eam remitteret: cum eā velit non impleri, & conetur vt non impleatur. Ergo sicut tenet ꝓmissio dum cōditio impletur: ita tenet dum per culpam remittentis stat q̄ nō impletur. Auctoritate probatur per ca. Sicut ex literis. de ſponſ. Ex quo patet: Si quis deo vouet speciale obsequium si a peccato quo tentatur preseruauerit eum, si talis incidat in illud peccatum, nihilominus tenetur implere votum, dum ille non fecit aut facit qd in se est, vt ab illo peccato preseruaret: sicuti facere teneba-

tur si non emisisset votum: quia iam stat per eum qui conditionem apposuit in voto suo, quo minus impleatur. Fraudulēter enim impedit, nisi faciēdo quod in se est vt præseruetur a malo. Et sic quodāmodo tentat deum: immo in fraudem voti omittit facere quę facienda erant alias: vt sic votum non teneat. Alias fraus & dolus sibi patrocinarentur. Dicunt aliqui. si sic vouens labit in peccatum, non ex fraude vel deliberatione: sed præcise victus tentatione humana, cum tamen fecit qd in se fuit: aut qd facere intendit cum vouit: nō obligatur voto: quia non habuit intentionem se obligandi, nisi inquantum non reciduaret ex fragilitate vel tentatione pręcise. Sed quomodo stabit dictum, Non permittet vos deus tēptari supra q̄ potestis: sed faciet cum tentatione prouentum j. Corinth. x. si facientem quod in se est deus sinit cadere in peccatum? Non enim videtur ille volēs peccare sed quasi necessario. Præterea quomodo stat cōmune dictū: Faciēti qd in se est, deus non derelinquit in necessarijs ad salutē? Et ideo is peccatus culpā stat ne conditio quā apposuit in suo voto impleatur, non liberatur ab obligatione voti: quia fraus & dolus nulli patrocinantur. Considerandum etiam q̄ conditio turpis in voto apposita non habetur pro non adiecta: sed ea impleta votum qd turpe non est debet impleri. Sic cōditio impossibilis non habetur ꝓ impleta, sed vitiat secundū Palu. Conditiones quæ includūtur generaliter in omni voto, ac iuramēto, habentur in. iij. collectorio dist. xxxix. ¶ Tertia conclusio respicit tempus impletionis voti. An votū obliget ad statim soluendum: maxime dum vouens non obligat se ad certum diem & tempus determinatum. Quia votum proprie dictum de faciēdo aut non faciendo aliquid habere videtur rationem præcepti tum affirmatiui, tum negatiui, tum participantis cum vtroq̄: ideo de eius obligatione & adimpletione quo ad tempus dicendum videtur sicuti de præcepto tali vel tali. Probať quo ad primam partem ex eius definitione superius posita. Pars secūda sequitur ex prima. Sicut ergo pręceptum negatiuum obligat semper & pro semper: ita & votū negatiū pure factū: vt votū continentię, aut abstinentię, quibus vouetur abdicatio venereę, aut corporeę voluptatis. & ideo statim emisso voto obligatur quis ad continentiam & nunq̄ licet oppositum nisi vouens sese determinasset modo certo & ad tempus certū. Et ideo sicut profiteri fidem ore obligat semper, sed non ad semper, cum sit affirmatiuum præceptum: attamen cum ex omissione libera sequitur vere vel interpretatiue aut natū est ꝓbabiliter seq̄ dispēdiū fidei vel salutis detrimētum corā tyrānis aut fidei iimicis obligat semp, & ad semp, vt hō fidē



quātenet corde, ore confiteatur, & extollat palam secundū Gerſ. in de protestatione circa materiam fidei: Ita in proposito cū homo aliquid vouet pure & absolute sine determinatione ad tempus vel diem, qd nō ita explere potest tā morituꝝ sicut corpore sanus, qdq̄ ideo fit vt se totum deo dedicet, & eius voluntati tempore multo studere possit, & vitam emendare: & hoc ex natura voti illius vtputa religionis aut peregrinationis: si imminēret periculū probabile infirmitatis letalis, tenetur semper & ad semper vt votū ꝓ sua possibilitate demandet executioni. Alias videtur habere interpretatiue voluntatē contrariam non implendi qd vouit: & censendus videtur voti transgressor: est q̄ ꝓsumptio q̄ agat in fraudē voti. vnde q̄ cito cōmode potest tenetur implere secūdū iudicū boni viri dispositus primū ad hoc necessarijs. Ideo dicit Palu. Votum si fit pure, statim obligat: nec ꝓpter debitum vel aliud differri debet. Potest dari simile: Aliquis turauit contrahere cum Berta, non prefigendo diem, non sufficit q̄ ante mortem cōtrahat. Sic eñ cessaret finis contractus illius: puta matrimonialis vita &c. Sic de ingressu religionis qui vouetur secundū cōmunē nominis acceptionem pro vitę emendatione: & non potest in morte implere. Sed cum homo vouet aliquid se daturū pro deo: siue quippiā facturū nō determinādo diē, qd statim dari aut fieri potest: tale votum affirmatiuum obligat statim: ita q̄ mox tenet post votum: sed nō ad statim: nec vt videtur q̄ primū cōmode potest, nisi alter cui vouit hoc ab eo iuste requireret. Vnde secus esse videtur de ꝑcepto affirmatiuo, qd solum respicit aliquid dandū aut faciendū, qd ita fieri potest statim ante mortem vel in morte, sicut in vita. Hoc eñ fieri vel facere ante mortem sat est. Nec tenetur homo q̄ cito potest nisi imminente periculo, vel si est tempus ad hoc statutum. Sic ante prefinitionē temporis de suscipiendo baptismū vel pœnitentiam satis fuit hoctu ex cōstitutione diuina, & semel in vita. Et nūc non tenet hō statim post peccatū pœnitētię sacramentū in actu suscipere cęteris paribus: sed ad cōtritionē tenetur statim post peccatū: ad quā sufficit habere pœnitētiā in voto. Aliter ergo dicēdū est de votis q̄ possunt quasi vnico facto impleri ex natura facti, & quę requirunt multum tēporis ex natura voti pro eius fructifera & debita adimpletione, & pro nāciscēdo eius fine. Vnde talia vident qñq̄ participare cum ꝑcepto affirmatiuo & negatiuo simul, cū imminet periculū, & impossibilitas vel difficultas impletiōis ex culpa & negligentia vouētis. Hinc dolosi & fraudulenter voti impletionem suspēdētes videnť habere tacite cōtrariā voluntatē, & interpretatiue nolle prius voli-

tum. Cum ergo manū miserit ad aratrū, & respiciunt, non sunt apti regno dei. Lu. ix. hoc est culpabiliter agūt. ¶ Nec vt videť valet hic ꝓ euasione dicere: vt Scot. loquitur in. iij. dist. xxxix. de iuramento promissorio: q̄ tunc primū incurrit periturium quando habet voluntatem non implendi qd iurauit. Nam talis nolens remouere prohibēs ab ingressu, iam habet interpretatiue volūtatem contrariā. Q ui eñ vult antecedens, vult & consequens scitum esse tale. Q ui ergo vult differre in tēpus magnum ex deliberatione sine causa, & impediri nunc per illud, nunc per aliud, committit se discrimini ob incertitudinē vitę, & vult cōsequēs puta ingressus impedimētū scitum esse tale: igit &c. Hinc secundum San. Tho. dist. pręsenti. artij. q. j. cū timet rationabiliter perpetuū impedimētum, tenetur vlteriꝰ nō differre. Et loquitur de eo qui fecit votum religionis sine temporis prefinitione. Sed quid si incidit mortalem discrasiam corporis ex qua moritur? Nunquid est voti trāsgressor, & tenetur ad compensationem deo illius quod vouit? Videtur dicendum. Si propositum implendi votum non fuit in eo mutatū per volūtatem cōtrariam formaliter vel interpretatiue: nō est voti transgressor. Puta non distulit culpabiliter in seniū, nec alias fraudem cōmisit: remouitq̄ phibens & impediens pro suo posse: quia nō stetit per eum: nec est factus impotens ex sua culpa vt pono: hinc non tenetur ad aliquā cōpensationem. Si autē in fraudē voti egit voluntatē cōtrariam formaliter vel interpretatiue habēdo, & periculū qd prouidere potuit & debuit non prouidit, tenetur ad cōpēsationē. ¶ Corollariū. Aliqua vota participant cū præcepto affirmatiuo & negatiuo simul, & obligāt statim & ad statim cessante legitimo impedimento. Sed quid de voto qd quis facit ad alterius arbitriū & requisitionē? Respōdetur. Si qs vouet ingressum religiōis vel aliud qd ad alteriꝰ req̄sitionē & arbitriū: & sic obligatus eē voluit: is tenet ad etꝰ arbitriū & req̄sitionē, & non pōt vlteriꝰ differre etiā ꝓpter debita soluēda, secūdū S. Tho. & Palu. Cedit. n. bonis etsi non credatori: tñ religiōi vel monasterio qd vult intrare: vt illa pro se satisfaciat. q̄ etiā ad hoc tenet secundū Palu. Vñ nō debet manere in seculo: vt lucret scribēdo vel operādo quatinꝰ debita soluere possit. Nec in religione tenet sic opari sicut nec in seculo si cessisset bonis secūdum cūdē. Si aūt ꝓmisisset opari manibꝰ, sicut ꝓpter hoc nō ipediret suscipere crucē, sed sufficeret vel cedere bonis vel tradere interesse: sic i ꝓposito nō obstāte talis modi ꝓmissione de velle laborare in seculo, posset religionē intrare, & si bona sufficiūt itereſſe soluere, aut bonis cedere. Alias inanis ē actio creditoris quā excludit copia debitoris. Si. n. hoc licet post cōtractū

sed non consummatū matrimoniū (si pro qa) ergo magis post cēm aliā obligationē. Immo secū dum prefatum doct. videtur q nec ad interesse tenetur. Sicut iura ad nihil restituendum obligāt coniugē qui post matrimonium ratum intrat religionem alio inscio & inuito, qui tamē per hoc sæpe in multis damnificat. Hæc ille. q. iij. ar. ij. Videt S. Tho. oppositū tenere. ij. tj. q. vlt. ar. vj. & allegatur infra de votorum cōmutatione. Cui cōsonat Gers. in responsione ad quęstionem, An grauatꝰ debitis possit religionem intrare. ¶ Ex illis sequitur corollarie: q de obligatione voti negatiui qđ respicit non facere, dicendū est sicut de præcepto negatiuo, quo ad circunstātiam temporis. Sic de voto participāte cum vtroq. Sed de affirmatiui voti obligatione dicēdū: quia obligatio ex ꝓpria voluntate & intentione causatur: ideo si vouēs cū vouet vult & intendit se obligare ad statim soluēdum, vel in diem certū, tenetur ad statim, aut die illa non ante, & ita tenetur statim & ad statim: aut ad certum diem. Sic si sub cōditione certa se obligauit: quia non vouit simpliciter: sed sub cōditione: ideo extante conditione obligatur. Si pure & absolute vouit non designando diē, potest distinguere vt supra: q morā nō faciat cessante legitimo impedimēto: vt dicit lex Deutero. xxiij. & Eccles v. Si quid vouisti ne moreris reddere. s. vltra tempus in voto prefixum. vel consilij est q statim fiat. Qui em̄ cito dat bis dat. Tenetur tamē remouere prohibens, & q̄ statim cōmode potest: ita q
L nō agat in fraudem voti. ¶ Sed quid de illo qui culpabiliter neglexit votū adimplere: vtputa voluit velle hoc, vel id facere, & nūc moritur. An hæres tenetur ad eius implētionē? Notādum. Votorum aliud reale: aliud personale. Personale, qđ cōcernit præcise personam propriam non alienam. Reale, qđ cōcernit res siue exteriorem substātiā. ¶ Isto breuiter posito est cōclusio quarta respōsiua ad dubiolū illud. Nō potest alter alterum obligare prēter eius consensum voto personali. secꝰ quo ad res tēporales, & voto reali. Prima pars patet ex notabili. iij. Quia homo non habet in alterius animā dominiū. hoc enim soli deo conuenit. Obligatio autem non fit sine consensu, dum qs alias ad id non tenetur. Secunda pars probat: qa quo ad temporalium dispēsationē, in quo alicui cōpetit ius & interesse, potest alīū obligare. ¶ Corollarium primū. Hæres non tenetur implere oia vota sibi imponenda ab eo cui succedit, nisi simpliciter ad hoc assentiat & sese obliget sua sponte & ea de causa præcise: vt hereditatē leuare possit, & non alias. Sic em̄ non habita hereditate non tenetur implere vota. ¶ Corollariū secundū. In voto personali tm̄: qđ obligat precise personam heredis: non ligatur hęres nisi sponte assentiat. Exē plum: vt ieiunare, continere, abstinere, peregrinari. Et non distinguitur hic sicut quidam faciūt de voto peregrinationis & abstinentię. Item votum Crucis, ire vltra mare, & similia, quæ ꝓcisse respiciunt personam propriam, hęres non tenetur adimplere, nisi ad hoc sponte se obligat sua voluntate siue sit filius siue extraneus. cap. Licet. de vo. & vo. red. Dictum est in voto qđ est tm̄ personale & non reale. Personale enim votum respicit personam suam non alienam. Vnde si dominus vouit mittere certas personas indeterminatas vltra mare: tenetur hęres mittere: quia tale votum non est proprie personale: sed partim reale: Sicut secundum ius ciuile tenetur implere pollicitationem factam reipublicę a prędecessore. ¶ Corollariū tertium. In voto qđ est tm̄ reale, hęres tenetur. vt si dominus vouit fundare monasterium: dare tm̄ pro deo: mittere oblationem vel belligeros vltra mare: hęres tenetur sicut in alijs debitis. ¶ Corollarium quartum. Si est simul reale & personale, & vtrūq; expressum, tenetur ad reale. vt si pater defunctꝰ vouit ire ad S. Petrum, & ibi offerre equū suum: hęres tenetur equū offerre qđ est reale, & nō tenetur ire siue per se, siue per alium, qđ est personale. Similiter si vouisset fundare monasteriū qđ est reale, & intrare qđ est psonale, hęres tenetur ad primum, non ad secundū. ¶ Corollariū quintū. Si votū est personale, & personale est expressum principaliter, reale vero tacitum & accessorium: vt vouere ire ad sanctum Petrum est principale: habere expensas viæ est accessorium: hęres nō tenetur ire, nec expensas mittere vię: sublato enim principali submouetur accessorium. Cum igitur non tenetur ad principale, puta ire: nec tenetur ad accessorium, qđ est expensas habere. Sic si vouisset principaliter intrare religionem, in hoc nō potest alium ligare, ex cōsequenti nec ad bonorum suorum traditionem. Sic si defunctus vouisset crucem, qđ est psonale & principale vt pono, nō pōt secundū ꝓdicta hęredē nisi volētē, & sese ad hoc obligātē ligare: nec tenet hęres expensas mittere: nisi pater hoc specialr ordinasset. ¶ An aūt q vouit & non pōt pficere p se, teneat pficere per alium: Dicendū. Si quis aliquid vouet p deuotione, non obligatur vouens superueniente impedimento omnino impeditiuo: vt supra. Secus si est impedimentum difficultans solum: sic debet cōmutari ea. Q đ suphis. de vo. Intelligit em̄ in voto cōditio, cum primū cōmode potuero. Item intelligit id dictū: qñ tēpore emissionis voti nō fuit impedimētū ꝑpetuū & certū in vouēte. Sic em̄ ne votū videatur deluforiū, tenet p alīū qđ per se nō pōt. Secꝰ si tēpore emissionis voti nō fuit certus de impedimēto ꝑpetuo: qa tūc intelligit q̄ primū potero. Itē intelligitur q nō tenet p alīū, nisi



fuisset in mora culpabili. Sic enim debet cōmutari, vel per alium fieri. Alias ex superuenēte impedimento tollitur obligatio voti ex deuotione. ¶ Dictū est notanter de voto ex deuotione, vt cum quis ex deuotione vouisset peregrinationē ad terram sanctam. Nā si fuerit emissum p subsidio terrę sanctę, impedimentum etiam perpetuū non tollit obligationem voti. Sic enim pro suo posse tenetur etiam per alium facere subsidium cōtra infideles. Ex illis sumi potest quādo filius tenetur ad obligationē voti paterni. ¶ Sed ponatur: hęres aut filius recusat explere votum paternum: an possit ad hoc cōpelli & qualiter. Respōdetur stante limitatione premissa, q sic. De modo qualiter, dicēdū q modus habetur cap. Licet de vo. & vo. re. Nam posset ad hoc cōpelli priuatione hęreditatis: non autem per coactionem personalem aut excōmunicationē, nisi se ad hoc cōstrinxisset vt quidā volūt. Alij volūt: q ex quo sponte participat hęreditatem, potest per censuras compelli ad exequēdum votum paternum. & sic loquitur cap. prefatum. Nam participando hęreditatem facit quasi contractum & obligationem de exequēdo votum eiusdem in his in quibus tenetur. ¶ Corollarium. vj. Si quis simpliciter & absolute & in omni casu voluit se obligare ad implēdum votum defuncti, tenetur implere promissionem. Sed si promisit vt hęres: hoc est spe percipiendi hęreditatē, & non alias, & postea mutat consilium, & non vult esse hęres, nō tenetur ad voti implētionē vt cōmuniter volunt do
M cto. ¶ Circa ꝑdicta quęreret aliquis. An quis totiens dicatur voti transgressor quotiēs non obseruat tm̄: & totiens quotiēs peccet mortaliter. Responsio ad dubium istud partim habita est dist. xvj. q. iij. huius collect. Palu. distin. xv. q. iiij. arti. v. duas ponit opi. quas & alij post eum referunt. Vnde secundū eum sic distinguēdum esset secundum vnam opi. Si quis facit votum negatiuū (Exemplū. Nō velle bibere vinum) Vel votum illud est pro perpetuo, aut ad certum diem, vel dies certos. Si primū, hoc est si est votū pro perpetuo & negatiuum, obligat pro semp: ita q nunq̄ licet facere oppositū, cæteris paribus. Nō enim potest votum esse contra charitatem. Hinc secundum prędicta excipitur, si contra dei prędptum, cuius finis est charitas, quomodocūq; militaret, vtputa in casu extremę necessitatis, aut talis infirmitatis secundum iudicium medicoꝝ. Nec oportet illam cōditionem intrinsece & semper subintellectam expresse poni. Nam lex diuina, & lex naturalis casum illum sufficienter excipiunt. Dat Palu. simile de consecutione indulgētiarū totiens quotiens quis aliquid boni fecerit dū indulgentię sunt sic in genere datę & nō limitatę. Quandocūq; ergo & quotienscūq; contrauenitur talismodi voto negatiuo illimitato ad tēpus vel diem aut horam quōcūq;, violatur votum. Nec potest dici q illo vel illo die obligatio sit finita, aut in diem alium translata implēda tēpore alio si hodie non seruatur: quia totum tempus ęqualiter est in obligatione ex intentione vouentis & voti negatiui qualitate. Et sic non liberatur ab obligatiōe illius diei. Quacūq; ergo hora votum nō seruatur, culpa incurrit. Nullo em̄ tempore licet contrauenire voto, sicuti nec præcepto negatiuo. ¶ Si secundū: hoc est, si votum de non bibendo vinum aut non manducando carnes, est limitatum ad certum diem & pro certa causa, vtputa quia Christus potaꝰ fuit aceto non vult quis feria sexta bibere vinum: aut pro honore beatę Marię virginis in sabbato contine te: aut aliquo die determinato non vesci carnibꝰ: tunc quis sic vouendo se obligat ad certum diē, vel certos dies, & sic non peccat voti trāsgressio ne nisi prima vice, nisi accedat contēptus, & talis q si non esset transgressus votum adhuc nollet ipsum seruare. Sic enim contēptus est causa peccati. Et licet proprie non transgrediatur votum, est tamen ęquale peccatum. Sicut cū quis cognoscendo suam, vellet eam tractare si nō esset sua, sed quia mulier, hic non cōmittit proprie adulterium, sed ęqualiter peccat secundum mentis prę parationem cum adultero. Ita in proposito cum adesset talis contēptus secm̄ mētis ꝑparationē. Qui ergo vouit nō bibere certo die vinū, vouit nō bibere qualibet hora dicti illiꝰ, supposito q in priori hora nō biberit. Quia em̄ votū eius secūdum iuris interpretationem intelligitur, ex quo vna hora vinum bibit, obligatus est ad non bibendum alio die, & extunc secūdū illam opini. illo die non est plus ligatus. Dat exemplū de cōsecutione indulgētiarum temporalium quę datę sunt ad certos dies & sub illo tenore: Si quis hodie non cōsequitur cras consequi possit. Vbi veniens pluries in die, dōtaxat semel consequitur indulgentias. Sic in proposito. Ita videtur sentire doct. ille vt supra. ¶ Dicta illa habēt dubiū & obscuritatē non paruam. Stante em̄ prima parte de voto negatiuo facto pro perpetuo, vt nūq̄ velle bibere vinum, q quis totiēs peccet quotiens vinum bibit, ex eo quia obligatio est in omne tempus & obligat pro semper: non videt ratio diuersitatis cur non pariformiter quis peccet totiens quotiens bibit vinum in feria sexta, & in qualibet feria sexta, gratia exēpli, stante voto quo quis vouit pro perpetuo in omni feria sexta abstinere a vino aut lacticinijs pro honore dei. Sicut enim in priori est obligatio pro semp & in oīne tempus vniuersaliter: ita & hic ad oēs

Universidad de Deusto
Biblioteca



horas dierum illorum & ad omnes illos dies. puta a. Et sicut i priori casu obligatio nõ est finita illo die: nec potest esse translata in alium diem: cũ omne tempus & oñes dies sint in obligatione: Ita & hic obligatio illius diei non videtur esse finita in hac hora vel hoc die. Nec potest esse translata in aliam: cum omnes illius diei horę & momẽta: & omnes illi dies sint pariter in obligatione. Et votum eius est carere vino, & tali die, puta sexta feria. Vnde semper stat obligatio ad illum diem, & quãlibet eius horam, vt videtur. Secus forte cum vouit die vno confuse tantum abstinere a vino. Sic enim potest obligatio transferri in diem alium. vt cum quis hodie stante (gratia exempli) bibitiõe vini explere non potest quod vouit se facturum, faciat die alio. Nunc enim factum est sibi impossibile per non obseruantiam voti: vt hoc die non biberit vinum prout vouit se facturum: ergo obligatio translata est in diem alium. Pro quo faciunt verba sua de non ieiunãte: quod vtiq; etiam videtur esse votum negatiuum, secũdum ipsum: licet distin. præsenti dicat esse affirmatiuum. Dicit enim sic. Si quis non seruauit ieiunium, & videt nunc fore impossibile q; ieiunet perfecte, vult ergo alio die perfecte ieiunare: & ne cogatur alio die integro ieiunare, & cũ hoc hodierno die partiali, vult hodie post ieiunij fractionem cibum sumere aut cœnare: non frangit ieiunium. i. votũ de ieiunãdo. Insuper oportet q; hoc dictum intelligatur de ieiunio cadente sub voto libero alicuius diei confuse tantum aut indeterminate, & quod potest in alium diem transferre. Ad quod faciunt dicta sequentia cum inquit statim infra. Quia ieiunare est abstinere ab omni comestione non vna: post q̃ ex culpa sua, quia bis comedit, ieiunare nõ potest hoc die, manet obligatus ad ieiunandum die alio, nisi propter infirmitatem etiã ex sua culpa prouenientem illo die ieiunare nõ posset. Sic enim cõualescens nõ tenetur alio die ieiunare. Concludit. Quia ergo non erat obligatus nisi ad ieiunãdum vno die, cum ex illa hora qua fecit sibi impossibile ieiunium illius diei, translata sit obligatio in alium diem, extunc non frangitur ieiuniũ quod non est: quia licet præceptum manet integrum & obligatio, nõ tamen quo ad illum diem quia tam translata est. Nec ex præcepto erat obligatus ad ieiunandum nisi vno die. Hęc ille. Clare loquitur doct. ille cum quis constrictus est ad ieiunandum die aliquo seu vno & non omni tali die, puta feria sexta, & ex causa tali. Et hanc mẽtem sentire videtur in fine quæstiõis allegatę. Et idem dicit eẽ de voto perenni, & vbi quis expressit certum & determinatum diẽ pro perpetuo, & ex causa perpetua. Secus cum quis non expressit certum diem, sed confuse tantum vult aliquo die carere vino. talis obligatio potest transferri: & secundum eum transferr in diem alium quo nõ est ad simile obligatus. Ratio primi est: qa si qs vouit omni feria sexta, aut omni die consimili carere vino aut abstinere a carnibus pro perpetuo, hic obligatio cadit in omnem diem talem ex voto suo: ergo non poterit fieri trãslatio, aut finiri obligatio in diem alium cum nullus talium dierum sit liber ab obligatione, sicut supra dictũ est de voto perenni secundum eum. Item causa voti cessat quo ad alium diem qui non est sic dedicatus passioni Christi aut compassioni virginis gloriosę. Ideo non videtur esse differentia de voto perenni (vt ipse loquitur) & de voto perenni certi diei vel certorum dierum ex causa tali. Tametsi ponat differentiã de voto simplici castitatis quod comitatur matrimoniũ, & de voto p perpetuo cõtinẽdi in sabbatinis diebus p honore virginis Marię. De primo dicit. Consummatio matrimonij frangit votum, non autem postea debitũ reddẽdo. Ad hoc enim tenetur: & nemo peccat legis auctoritate. Sed petẽdo, totiẽs quotiens peccat: quia nõ potest dici ex quo perdidit virginitatem reddendo, q; trãslata sit obligatio ad alium diem quo integre seruetur: quia omni tempore ęqualiter tenebatur. Nullo itaq; tempore licet debitum petere. De secundo dicit. Si sabbato vna vice peteret, & sic voti obseruãtiã pro hoc die sibi impossibilem faceret, ex hoc ipo ad continendũ illo die obligatus nõ esset. Sub qua specie si iterum peteret debitum, votum minime frangeret. ¶ Huius diuersitatis ratio nõ apparet cum illud votum est perpetuũ de continendo in sabbato & pro causa certa quę alio die nõ habet ita congruenter locum: nec est talis dies alius liber ab obligatione talismodi in quẽ possit talis obligatio vt integre seruetur transferri. Ideo nõ videtur illa opinio magnam habere firmitatem. Præterea. necesse est dictum suum interpretari de voto singulari & secreto, ex cuius nõ obseruantia nullum oritur scandalum, si post primã bibitionem aut comestionem, bibit aut comedit paratus suo voto satisfacere in die alio. Nam secus esset de ieiunio in cõmuni omnibus indicto Tunc enim non liceret sic comedere extra horã debitam intentione alio tempore ieiunãdi in scãdalum pusillorum. Idẽ ergo videtur esse de voto negatiuo perenni pro omni tempore: & perpetuo quo ad omnes tales dies propter talem causam, ita q; quis totiens peccat quotiens non obseruat volens & ex deliberatione votum, ęteris paribꝫ, qui nullo tempore vel die tali est liber ab obligatiõe. Secus cum quis vouet velle aliquo die vel diebus in genere & confuse tantum ab illo abstinere vel abisto. Sic enim non peccat totiens quotiens nõ abstinet: secluso contẽptu, vt dictum est. Nõ enim ad plures dies, sed ad vnũ se cõstrinxit suo voto. ¶ Est ergo alia opinio plus tuta, & illa de voto temporali. (de perpetuo enim satis claret ex dictis.) Aut vouens non expressit certum diem, sed vouit in hebdomada velle abstinere ab illo vel illo, puta a vino, a coitu, a carnibus &c. duobus aut tribus diebus. Et tũc transfertur obligatio ad alium diem cum nõ obseruatur hoc die. Nec frangitur per primã transgressionem, saltem non apparet cæteris paribus: qa nõ accessit pręcisa ac determinata obligatio diei huius. Aut expressit obligatorie certum diem & ob causam certam, vtputa a coitu, pro honore beatę virginis in sabbato: a vino propter acetũ Christi in feria sexta. Et tunc per primam transgressionem non transfertur obligatio ad alitũ diẽ in quo non est inuenire similem causam: sed tenetur pro residuo diei post primam transgressionem abstinere faciendo quod potest, si nõ vult totiens quotiens esse transgressor coram deo. Illud videt esse tutius, etiã secundũ Gerson in flo. & securius. §. de gula. Insuper valde refert loqui de ieiunio voti particularis, & cõmunis pręcepti. ¶ Nec cogunt similia p eum inducta de indulgẽtiarum consecutione, totiens quotiens, vel p aliquo tempore. De hoc enim claret, ex dictis intẽtione & constitutione. Sicut de ieiunij quadragesimalis quo ad omnes dies obligatione. ¶ Videtur deniq; q; voti negatiui etiã priuati culpabilis transgressio possit in aliud commutari a sacerdote eius peccata audiente. Sicut dicit de horis canonicis neglectis, q; non est necesse iterari neglectum: quia forte non consonaret diei, sed potest ęquiualẽs imponi pro negligẽtia cõmissa. ¶ Ex illo patet ad dubiũ motũ: An quotiens quis frãgit votum totiens peccet, loquendo de voto negatiuo. Sumatur simile de sanctificatiõe sabbati quod partim est affirmatiuũ, partim negatiuum ne fiant opera seruilia: quę vtiq; nulla parte diei licent durante tempore sabbati, secũdum oẽs docto. Et totiens quis transgreditur, quotiens facit opera seruilia, aut cõmittit peccatũ in die sabbati. saltem ex aggeratur pẽccatum. Hic tamẽ nihil affero: sed occasionem latius cogitandi tribuere volui. ¶ De voto affirmatiuo patet ex voluentis & se obligare volentis determinatiõe & intentiõe. ¶ Ex illo potest sumi (vt videt) fundamentũ cap. Explicari. de obser. ieiuniorũ. vbi habetur: q; illi qui nec voto, nec regulari obseruantia cohibiti sunt a comestione carnis in feria sexta, possunt in die natalis dñi, si in feriã sextã venerit carnibus vti. Qui autẽ in genere vouerunt carnis abstinentiam & sine conditione absolute



ad hoc tenẽtur. Non sic de vsu vini, cum celebrare volens vouit certi diei abstinẽtiam a vino. Potest enim in ablutiõe vino vti ex pręcepto & statuto ecclesiæ, cuius auctoritas est excepta in suo voto. ¶ An autẽ hoc dictum ita possit extendi ad alias ferias, sicut ad feriam sextam, dubium est apud aliquos. Hinc Ioan. Neapolitañ. quẽ refert Antonin⁹, mouet quęstionem. An vouẽs ieiunare in festo sancti alicuius, si festũ cadit in diẽ dominicã teneatur tũc ieiunare. Et premissa quadripertita distinctione ait. Vel talis vouit propter castigare corpus suum, & sic ieiunium debet teneri in sabbato secũdũ cõmunem morẽ ecclesiæ vniuersalis. Sic si vult satisfacere p peccatis suis per tale ieiunium. Vel secundo vult ieiunare ieiunio exultationis. i. vt magis aptus sit ad diuina. Et tunc secũdum eum debet ieiunium seruari in die dominica. Non enim est votum illud illicitum: ergo obligatoriũ. Hinc Hieron. ad Lucinium. Vtinam omni tempore ieiunare possem⁹. dist. lxxvj. cap. Vnam. Videtur dictũ docto. debere intelligi: debet. i. licite potest seruari in die dominico semoto scandalo: & cum non obest consuetudo populi in contrarium. Nam dies dominicus non est deputatus abstinentię, proper gaudiũ resurrectionis. Hinc si sacerdos imponit alicui ieiunium in dñica, non est ieiunium illud necessitatis, sed deuotionis, & secundum Hug. nõ tenetur ipsum tunc implere. de obseruantia ieiu. cap. finali. Secus de abstinentia carnis: quę q̃q; permittitur in dñica certis festiuitatibus ecclesię maioribus. ¶ Ad cap. Si quis tanq̃. dist. xxx. & cap. Si quis presbyter. ibidem. vbi videtur pro liberi ieiunium in dominica die. Dicendũ q; intelligũtur si fiat in contemptũ diei dominicę: vel ex aliqua superstitione. Secus si fiat ex deuotione: aut forte propter reuerentiã sacræ cõmunionis crastino percipiendę. De alijs membris nõ est magna vis. Ideo aliqui hoc votũ de feria sexta, restringunt, & non extẽdunt. ¶ Nunc de votis cõmunibus & cõmunitatum: An vigore talium votorum, aut etiam iuramentorũ quibus nõnũq̃ vouent seruare regulam hanc vel illam, aut iurant seruare statuta multa edita & edenda, peccẽt totiens quotiens mortaliter cum ea nõ obseruãt. Aliud enim est vouere voto personali quod qs sibimet instituit: aliud emittere votum ab alio ordinatum vt sunt vota religionum. Primũ intẽtio vouentis, secundũ intentio instituentis, quantum est de ratiõe institutiõis voti illius, interpretatur. Constat autem q; in lege diuina & vete. & no. testa. multę sunt traditiones, quarũ aliquę nominant pręcepta aut mandata stricto noie. Aliq̃ iustificationes, & quandoq; lex diuina. Alię monitiones bonę. Alię cõsilia. Alię pfectio siue con

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſummata iuſtitia. Quarum omnium non eſt par tranſgreſſio. Clarum eſt hoc de lege veteri Deutero. vij. & viij. Et adduntur maledictiones plurimæ in eos qui legem tranſgrediuntur. capit. xxvij. Item Hieremię. xj. Itē Deutero. xxvj. habetur queadmodum ipſi omni anno profitebantur totam legem. Item Neemię. x. Deniq; Exod. xxiiij. Et Ioſue vltimo ſeipſum populus obligauit ad faciendum omnia quę locutus erat dominus. Attamen quis ſanę mentis diceret eos in omni tranſgreſſione voti trāſgreſſores, & peccaſſe mortaliter? Sic ſuo modo in noua lege. ¶ Vnde eſt hęc concluſio quinta poſt Gerſonē in lect. vj. de vita ſpirituali animę. Non omnis profitēs legē euangelicā, & ad ſui obſeruationem ſe obligans, peccat vi taliſmōi catholicę ꝓfeſſiōis ab omnib⁹ chriſticolis fieri ſolitę mortaliter in omni non obſeruantia cuiuſcūq; contenti in eadem lege. Patet. Multa enim continētur in ea & diuerſa quę vtiq; non obligant ad mortale. Hinc dicunt aliqui: baptizatos profitentes Chriſtianam religionem nō ſe aſtringere niſi ad ea quę ſunt præcepti proprie dicti: reliqua vero ſeruabūt, prout ſunt, talia ſcilicet monitiōes pias, cōſilia ſalubria vt talia. Sic & cōſummatā iuſtitiā. Sic intelligendum fuit (ait Cācella. vbi ſupra) apud antiquos Iudęos, dum ſub voto & profeſſione ac anathematizatione iurabāt expreſſe & publice ſe oīa obſeruaturos quę lex mandabat. hoc eſt quæ legiſlator deus, & qualiter mandate volebat. Quis eīm tunc vel modo poſſet abſq; manifeſta temeritate iurare aut vouere q; nunq̄ peccaret venialiter, q; a nullo conſilio euangelico velit recedere vnq̄, q; velit perfecte perfectam iuſtitiā in omnibus ſequi? Non minor eſſet temeritas omnia accipere pro præceptis ꝓprie dictis, quę lex euāgelica continet, & quę profeſſi ſumus in baptiſmate. Sic enim omnis ebrietas, omne mēdacium, & verbū ocioſum, omnis vana gloriatio, ſeculi cura, omnis ſenſuum incuſtodia, carnis titillatio & his ſimilia fieri nō poſſent ſine pręuaricatione voti & profeſſionis generalis. ¶ Sexta propoſitio. In nulla religione quātumcūq; voto firmata cadit obligatio vi voti talis: vt a patribus & eccleſia inſtitutum eſt, ſub peccati mortalis pœna ad omnia & ſingula in regula cōtenta. Ita habet Palu. queſt. iij. Et Gerſon, vbi ſupra poſt beatū Bernardū. in de prędicam. & diſ. qui id ipſum longe latęq; deducit. Item Panor. de conſti. cap. Nam cō cupiſcentiam. Et Archidia. xxvij. q. j. ca. j. Item San. Thomas ſecūda ſecūdę. queſt. clxxxvj. ar. ix. Et. j. Quolibet. art. xx. Oppoſitum eīm dicere, eſſet religionis ſtatum ponere in laqueum peccati mortalis. quod vix aut nunq̄ quiſpiam religioſorum poſſet declinare. Vnde ſecundū eum

aliqua in regula cadunt directe ſub voto & præcepto. Sunt & in ea monitiones, conſilia, ordinationes, & ſtatuta quędam quę non habent vim p̄ceptiuam, nec eorum tranſgreſſio eſt citra corēptū regulę aut prælati mortalis, vt deducit. Et Palu. Quibus alludit Gerſon in regulis moralibus. capi. De ſuperbia. dicens. Stultum & iniurioſum pro ſuperioribus eſt credere omnes inſtitutiones factitias aut factas, quales videmus fieri reſpectu ſubditorum, obligare ad mortale peccatum. Sed ſunt multæ accipiendæ vt cōminationes, multę vt monitiones, multę vt conſilia, multę vt quędā decentię & honeſtates, & facientes ad finem conſequendum, multę vt temporalem hanc vitam regulantes, & ad pœnā temporalem, ſi tranſgrediantur, obligant. hęc ille. ¶ Dictum fuit Vi talis voti, vt a patrib⁹ ab eccleſia inſtitutum eſt. Poteſt enim quis propria voluntate ſe vlterius obligare. Hinc patres ad tollendum conſciētiarum laqueos ſtatuerunt taliſmodi profeſſiōis formam, in qua religioſus profitēdo nō vouet regulam, ſed regularem vitam: quę in tribus ſubſtantialibus votis conſiſtit. Et in quibuſdam cautius profitentur, nō quidem regulā, ſed viuere ſecūdum regulam, hoc eſt tēdere ad hoc q; mores ſuos informent ſecundum regulam ſicut exemplar. In quibuſdā adhuc cautius profitentur: quia nō obediētiā, ſed obediētiā ſecundū regulam. Vnde ex voto obligant ſeruare ea quę ponuntur in regula tanq̄ præcepta, & quę prelat⁹ ſecundū tenorem regulę ſibi præcipere voluerit. Cętera vero quę habentur in regula, ſed non ſub præcepto, nō cadunt directe ſub voto. Vnde ea p̄ termittens nō peccat mortaliter cęteris paribus. Hoc dictū Palu. ſic interpretatur, præmiſſo q; nō equiparātur vouere obediētiā ſecundum regulā & vouere cōuerſionem morum ſecundū regulā. Nam qui vouet prelato obedientiam ſecundum regulam, nihil promittit pure, ſed ſub conditiōe tacita, ſi ille præcipiat. vnde ad nullū p̄ceptū regulę videtur obligatus quouſq; a prelato illud præcipiatur. Is vero qui promittit cōuerſionem morum ſecundum regulam, ſtatim eſt obligatus ad regulam nullo præcipiente, niſi forte ipſamet regula habeat oppoſitum. hęc ille. Hic nihil aſſero: quia profeſſionis monaſticę tenorē & ſubſtantiam ignoro. In regula ſancti Benedicti profitentur patres (vt Thomas loquitur) non regulā: ſed conuerſionem morum ſecundum regulam. Cōtra quod facit quiſpiam ſecūdum eundem, ſi ea quę ſunt præcepti in regula tranſgrediat, vel etiā contēnat regulam, recuſans ſecundum eam diri gere actus ſuos omnino. Non tamē omnia quæ in regula continentur ſunt præcepta, ſed ſunt ibi monitiōes, conſilia, ſtatuta, quę tamē ſtatuta nō



habent vim præcepti. Hunc profeſſionis modū beatus Bernar. in de præcep. & diſ. omnibus fere monachis ſui temporis dicit eſſe cōmunē. Quis enim neſciat plures eſſe conſtitutiōes in qualibet religione, immo & politia quacūq;, quę magis ſunt ad decentiā & honeſtatem quādam, aut etiā adminicula quędam inducentia ad perfectionē, aut remouentia impediens, q̄ ad neceſſitatem? Cuius ponunt exemplum poſtil. Hugo, & poſt eum Nico. de Lyra. Matthę. xv. non lotis manibus manducare. Siquidē a tempore Moyſi conſtituti erāt pro bono regimine populi. lxx. ſenes maturi moribus & graues, quibus præerat Moyſes, & qui eo abſente quę erāt neceſſaria dicta abāt Numeri. xj. & dicebātur iudices ordinarij: qa per impoſitionē manus inſtituebātur. Hi reſidebant in Hieruſalē, & ad eos fiebat deuolutio dubiorū, & eorū determinatio habebatur pro lege firma. Deutero. xxviij. Iſti ſtatuebant aliqua quę erant pro ſalute populi & ei⁹ regimine ſalubri: inter q̄ aliqua cadebāt ſub præcepto neceſſitatis, aliqua ſub monitione tanq̄ cuiuſdam decentię & honeſtatis. De talibus erat hoc ſtatutum: q; comeſturi ad tabulam prius lauarent manus ſuas &c. De hoc genere ſunt ſecundū beatum Bernar. vbi ſupra, cum riſus interdicitur, vel ſilētium indicitur poſt completorium, aut alias. Et ita de vniuerſis quę per ſe vel ꝓpter ſe, nec mala, nec bona ſunt, nec a deo prohibita, aut propria cuiuſcūq; profeſſione fixa non ſunt. Si eīm contra mandatum non veniunt, nō ſunt peccata. Accedēte mandato ſi nō obſeruant, in peccatum reputātur. Iuſſa enim ſine culpa nō negligūtur. Attamē nō reputantur in crimen niſi contemnātur. Nomine culpę aut peccati intelligitur legis vel mandati tranſgreſſio, vt videtur: quę meretur pœnam & diſciplinam religionis. Nomine criminis peccatū proprie dictum contrariū legi dei propter cōtemptū tranſgreſſionis. Ita videtur terminos accipere in prefato libello. Ponit exemplum priorum, cum fiunt per ſurreptionē aut obliuionem, nō autem per contēptum. Negligentię quidem culpabilis eſt languor inertiæ. Contēptus vero, ſuperbię tumor. Ex illo ſumit (ſi dicta beati Bernar. ſatis intelligo) q; neglectus factitiorum vt ipſe loquit, & fixorum, hoc eſt a patribus factarum inſtitutionum, culpabilis eſt: & grauior in fixis, quorū diſpenſatio patribus credita eſt, tolerabilior in mobilibus mandatis. ſed tamē non eſt criminalis, niſi aſſit contēptus regulę vel cōſtitutionum illarum. Mādatum vero proprie dictum ſiue ſit a deo, ſiue ab homine, non tamē contra deū, pati reuerentia habendū eſt, cum homo eſt vicarius dei. Et infra ait. Quicqd vice dei præcipit homo quod tamē non ſit certum diſplicere deo, haud

ſectus omnino accipiendum eſt q̄ ſi præcipiat deus. Quid enim intereſt, an per ſe aut ſuos miniſtros ſuum beneplacitū innoteſcat? Alludit Sā. Thom̄. ſecunda ſecundę. queſt. clxxxvj. arti. ix. dicens, in ordine Prędicatorum trāſgreſſionem illam nullā inducere culpam ex ſuo genere, nec venialem, nec mortalem, ſed ad pœnam taxatā, niſi aſſit cōtēptus, libido, aut negligentia. ¶ Sed diceres. Quis ergo profeſſus tenetur in omnib⁹ & per omnia quę certum non eſt deo fore cōtraria, ſuo prelato præcipienti obedire? Ad quid ergo vouet obediētiam ſecundum regulā? ¶ Præterea. contrarium huius ſecundū prædicta videtur verum. Nam religioſus & ſecularis eandem habēt diuinā legem & obligationem. Nec poteſt religioſus dici obligatus eſſe ad plura q̄ ſecularis, niſi quatenus ſeipſum ad hoc ſponte obliguit voto aut promiſſione. ¶ Votū deniq; ſuum non eſt indeterminatum, ſed limitatum, ſecūdū regulam certā: nec vult ſe indeterminate ſubiſcere ſuo prelato ad quęcūq;, ſed ſecundum regulā vt ſupra. Hinc beatus Bernar. vt ſupra. Nil me prelatus prohibeat horū quę promiſi. Nec plus exigat q̄ promiſi. Vota mea nec augeat ſine mea voluntate, nec minuat ſine certa neceſſitate. Ponant ergo prelati metam obedientię ſubiectorū, & votis labiorum ipſorum, non ſuorum deſideriorum, monentes eos, nō cogentes ad celſiora, condeſcēdentes eis cum neceſſe fuerit ad remiſſiora, non cadentes cū eis. hæc ille. Et Gerſon in regulis. Subditi tenētur obedire ſuperioribus in his ſolum reſpectu quorū ſunt ſuperiores, & dū metas dominationis non excedunt. Ad hoc dicitur cum beato Thom̄. quod. ſ. x. art. x. cuius aliqua dicta recitabo, ne peccatis frena laxare videar. ¶ Primum dictū. Profeſſus non tenetur obedire prelato in his quę certum eſt eſſe contra deū vel contra regulam, vel quantum ad ea in quib⁹ prelatis diſpenſatio nō cōmittitur. Et in hoc oēs cōmuniter concordant docto. & Gerſon cū beato Bernar. Nec in his quæ ſunt arctiora q̄ regula. ſed ſi hoc facit, perfectam exercet obedientiam. Hoc enim eſt perfectæ obedientię, humiliter ſe ſuperiorum mandatis ſubiſcere. Neſcit enim legem, terminis nō arctatur, ſecūdum beatum Bernardū, & Bñdictum in regula. ¶ Ex quo colligitur duplicem eſſe obedientiam, ſcilicet neceſſitatis & obligatiōis, quæ dūtaxat ſe extēdit ad ea quę ſunt voti aut præcepti proprie dicti, vtputa quę directe præcipiuntur in regula aliqua, vel a ſuperiore pro loco & tēpore, & ex cauſa rationabili cum id ſuadet euidens vtilitas, aut requirit neceſſitas manifeſta reipublicę. Sic ait Gerſon in regulis. Nemo abſq; culpa ſua aut cō ſenſu ſuo libero pōt de per ſe obligari ad ea, quę

Universidad de Deusto
Biblioteca



alias essent sibi licita vel cōsilia. Potest tamē hoc per accidens fieri pro manifesta vtilitate reipubli cę cuius est pars, vel ex eius culpa saltem quo ad forum externus. hęc ille. ¶ Alia est obediētia charitatis, vt loquitur beatus Bernar. & similiter beatus Petrus. j. Pe. j. cum inquit. Castificantes corda vestra in obediētia charitatis. Et potest etiam dici perfectionis exercendę vel acquirendę. Exēplum primi, cum alicui impossibilia iniungūtur, vt ait beatus Bernar. quę quis confidens de diuino presidio conatur humiliter ex charitate adimplere. Vel secundo: cum aliquis superior precipit aliquid ad quod regula hortatur, non tamē preceptiue in ea continetur, nec est vrgēs necessitas sic mandandi. Vel cum est tale quid quod nō potest ad regulam reduci. Secūdū Thom̄. & beatū Bernar. videtur esse verior opinio q̄ in talismodi indifferētibus, nō sit de necessitate salutis obedire, sed de perfectione. & hoc ideo: quia obediētia non extendit se vltra potestatem vel ius prælationis, quę secūdum regulam limitatur. Hinc p fitetur quis secundum regulam hanc vel illam. ¶ Dicūtur vero ad regulā pertinere, secundum beatū Thom̄. nō solum ea quę sunt expressa in regula, sed etiam illa quę quocūq; modo ad regulam reducūtur: vtputa quę pertinēt ad obsequiū fraternę societatis, & ad punitionē culparū. Ad quę duo fere omnia indifferentia possunt reduci. Et secundum hoc poterunt cōcordari opiniones: An sit de necessitate obediētię, vel dūtaxat de perfectione obedire in indifferētibus, vel etiā in his quę sunt infra arctitudinē regulę, aut equalia regulę. Nam licet opiniones differāt voce, sed non re ipsa, vt patet intuenti. Et ex hoc formari posset secundum dictū. ¶ Preterea. videtur dicēdum prelatū nō habere plus iuris in precipiendo aut mādando, q̄ regula habeat in statuendo. Cū autē frater vouet religionem illam vel istam: vouet obedientiā secundū regulam istam. Idest habet regulam tanq̄ exemplar, secundum quod in actibus suis vult prelato precipienti aut dirigenti obtemperare. Si enim votum obedientię non determinaretur ad aliquos actus secūdum regulam istam, esset religionum confusio: quia omnes ad idem obligarentur. Non potest ergo prelatus id quod regula non precipit vere vel interpretatiue (sed solū cōsulit, monet, hortatur, seu vt iusti tiam perfectam ostendit) precipere & mandare, nisi in casu manifestę necessitatis, aut euidētis vtilitatis. Hinc ait Sā. Thom̄. Quodli. x. Per votū obedientię supponitur religiosus prelato quantum ad generalem vitæ suę dispositionem: licet non quātum ad omnes actus particulares. Secularis vero subijcitur prelato dūtaxat quātum ad aliquos actus speciales, non autem quantum ad generalem vitæ suæ dispositionem. Ideo oportet sępe verbum mandare aut precipere, large sumere, vt nō distinguitur cōtra monere vel exhortari. Ita etiam sumit beatus Bernar. nomen præceptum vt includit cōsilium & monita. Ait em̄. Partienda est vobis in duo vniuersa hęc obseruatio regularis. In precepta videlicet & remedia. Preceptis instituitur vita cōtra peccatum, remedijs restituitur post peccatum innocentia. Sic ergo vtraq; illa complectitur nostra professio, vt professus quisq; cū in aliquo forte regularū mādatorum deliquerit, si ad remedium ęque regulare confugerit, etsi conuincitur transgressor mandati, nō tamē pacti. i. voti. Ecce nomine precepti intelligit consilium & monitionem &c. ¶ Tertiū dictum. Ideo monachi vouent secundum regulam, vt qui presunt, prefixam sibi ex regula sumant mensuram, vt secundum hoc sciāt sua imperia moderari circa id solum quod rectum esse constiterit. Nec quodlibet rectum, sed hoc tantū quod regulator instituit, aut certe qđ sit secundū id quod instituit. Eapropter inquit beatus Bernard. Si professo secundū illam regulam. N. abbas meus forte aliud imponere tentauerit quod non sit secundum regulam, aut etiam quod non sit secundū illa statuta, quę nāmihi quęso in hoc imminet necessitas obsequendi? Solum quippe id a me posse exigi arbitror quod promisi. Existimo in his includi omnia quę ad regulam iuste possunt reduci, vtputa quę respiciunt manifestā vtilitatē, aut necessitatē reipublicę cuius est pars, tum ad precauendum scandala, tum pro vberiore & quietiore obseruantia contentorum in regula &c. pro loco & tempore, secundū mentē San. Thom̄. ¶ Et si replicatur secundū Hostien. de maio. & obediētia in Sum. & habet. xvij. quæst. ij. Abbates. Monachi abbatibus omni deuotiōe & obediētia subiaceant. ergo tenētur eis in omnibus obedire. Respondetur: hoc est perfectę obedientię q̄, in omnibus se subijciant voluntati superioris, sed non necessitatis. Et hanc perfectam obedientiam patres tradiderunt non præceptiue sed consultiue. Ostensuri siquidem perfectionis viam vel acquirendę, vel exercendę, perfectiori modo eam ostendere voluerunt, ideo in omnib⁹ esse obediendum dixerunt, in monitis, consilijs, & preceptis, suo modo. ¶ Si instat. Omnis trāsgressio voti saltem proprie dicti est peccatū mortale. Ioānes vel alius qui secūdum regulam vouit obedientiam, vouit omnia in regula contenta velle seruare. Nullam enim fecit exceptionem in sua professione. ergo vt videt in omniū & singulorum contentorum in regula non obseruantia peccat mortaliter, qđ repugnat dictis, vtputa in risu, cachinno, indebita morū cōpositione, &c.



Quid em̄ alias adderet eis professio in claustro super votū secularium? Essent em̄ melioris conditiōis quo ad votum claustrales q̄ seculares. Si enim secularium aliquis vouet aliquā peregrinationem ad locum determinatum: aut abstinentiam a carnib⁹ vel vino ad diem determinatum, puta feria quarta aut sexta: aut simile quid spondet se facturum, quod est indifferēs: si vltro trāsgreditur vel nō obseruat, voti transgressor dicetur. Cur nō similiter religiosus in omni eo quod vouit & in singulis habetur voti reus cū non obseruat ea? Dicendum secundū Cācell. Parisien. Gerson in lect. vj. de vita spirituali. & in flo. titu. de superbia. Iurans vel vouēs in aliqua cōmunitate vel religione adimplere omnia quę pro regimine talis cōmunitatis vel religiōis ordinata sūt, aut erunt, nō per hoc censendus est esse obligat⁹ sub pœna peccati mortalis ad obseruantiam illorum, ad quę diuina lex nō vult taliter obligare: quia nec humana lex taliter obligare intēdebat, si recte (vt supponit) intendebat. hęc ille. Et ideo sicut aliqua est obediēta de necessitate, sic aliqua de perfectione. Et sicut sumēdo nomē preceptū large, vt omnis transgressio & omne peccatū dicatur esse contra preceptum, oportet ponere latitudinem quadruplicem, aut multiplicem in preceptis, sic pariformiter dicere oportet de votis q̄ & in eis est dare latitudinem. sic & in obedientia. ¶ Corollarium. Omne votū quomodocūq; absolute factū habet suas interpretationes seu epikeias: vt sapiens epiekes dictabit. Sicut em̄ finis precepti charitas est secundū apostolum: ita etiā cuiuscūq; voti. Hinc dixit quidam regularē institutionem tandiu saluam manere, q̄diu charitatis lex & regula in his quę fiunt custodit. Sic multa in regulis non concessa, sed prohibita, cū sunt indifferētia, in casu necessitatis & charitatis conceduntur. Cuius simile ponit beatus Bernar. vbi supra. Ait em̄. Licet in diuersis monasterijs diuersis obseruantijs deo seruiatur, q̄diu tamen quisq; sui loci bono[illegible]sus seruat, haud dubium quin secundum regulam viuat: qm̄quidem boni vsus a regula nō discordant. Et sequit. Quisquis itaq; tenet qđ teneri inuenerit bonū vbi ꝓfitetur, ꝓfecto viuit sicut ꝓmittit: quia nō aliud ꝓculdubio quisq; promittit, q̄ quod habere eorum pia videtur vita cum quibus deinceps viuere disponit & eligit. Hæc ille. Posset dari exemplum in lege Christiana quā omnes profitemur nec tamē singuli eam tenēt boni Christiani in omnibus, tametsi singuli secūdum eam viuere dicantur Christiani. Non enim obseruant consilia euangelica: quia nō tenentur ad hoc ex lege diuina: licet ligent semper secundum animi præparationem. Ita in religione pariformiter dicendum. si non singuli ad vnguē (vt dicitur) seruāt, & forte aliqua de ritu sui monasterij omittunt: attamē a regulari professione non discedunt, secundum beatum Bernard. donec sobrie & iuste & pie pro suorū moribus viuere nō desistūt. Alludit Augu. de laudibus charitatis cum dicit. Ille tenet qđ patet, & quod latet in diuinis sermonibus, q̄ charitatem tenet in moribus. Ecce qualem huius sancti patris interpretationem. Ecce quēadmodum magistra charitas aut charitatis comes necessitas aut consuetudo per superiores scita & tolerata, aut nonnunq̄ imposita, excusat absoluitq; a voti transgressione, regulam ad vnguē non seruantes. Hęc dixerim: quia displicet deo ifidelis, si nō impleatur, & stulta, si discretione careat, ꝓmissio. Cum hoc stat dictum beati Gregorij. Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere (idest formidare) vbi culpa nō est, exemplo beati Iob qui dixit. Verebar omnes actus meos. ¶ Per hoc ad maiorem. Non em̄ aliter interpretādum est votum q̄ lex euangelica, vtputa vouet omnia seruare in regula contenta, eo modo vt in regula traditur & obseruari proponūtur, precepta vt p̄cepta, cōsilia vt consilia, exhortationes & doctrinas vt tales &c. Et ita votū professorū quatinus eius obligatio vi statuti precise & regularis ꝓfessionis cadit ad culpam mortalem, non cadit nisi super ea q̄ sunt substātialia regulæ, aut expresse precepti-ue posita, vel pro loco & tempore, necessitatis & vtilitatis vrgente causa præcipienda, aut etiā disciplina transgressoribus statuta. Hęc enim non est pars minima regulę. Hinc beatus Bernar. vbi supra. Illū sane dico securū, qui etsi interdū obedientię limitē preterit, consilium non respuit pœnitentię. Pars siquidem regulę, est regularis correctio, & in ea reperitur, non solū bonę vitæ instructio. Hinc regularū conditores transgressoribus disciplinas vel constituerunt vel constitui voluerunt. Et per hoc innuunt, nullam humanā cōstitutionem suam, vi constitutionis precise, ad culpam quamcūq;, siue venialem, siue mortalē, sed tantum ad ordinis disciplinam cōstitutam obligare. Quod propter scrupulosos & simplices in certis religionibus expressa patrum protestatio ne est statutum, & refert Sā. Tho. de ordine Prædicatorum, secūda secūdę. quęst. clxxxvj. art. ix. Possunt tamē ex cōtēptu aut libidine praua, seu negligētia culpabili culpam cōmittere. Talismodi declaratio in multis aliis reperitur constitutionibus. Et in statutis nostri florentissimi gymnasij Tubingen. expresse habetur q̄ statuta nō seruans non incurrit per hoc periurium, nisi statutū violatum hoc contineat, sed incurrit pœnam expressam vel arbitrariam, tametsi omnes immatriculati iurent obedire Rectori, statuta & statuēda

Universidad de Deusto
Biblioteca



seruare &c. Q; si aliqui simplices hoc ignorāt, si humiles sunt, nō adhęrēt pertinaciter suo sensui sed parati sunt in talibus iudicio melius sentientium stare & obtemperare: hoc est velle ita seruare regulam prout legis conditor eam seruari voluit & instituit. Q; si aliquis scrupulosus vult videri & esse pfectus obseruator regulæ, & aliter eā seruandam sese q̄ mens fuerit instituentium velut singularis ferus edocuerit: is nō regulam huius vel illius sancti patris, sed suum sentire &c. legem sibi statuit: quia non ad eorum intentionē regulā seruat. ¶ Ad minorē, negat minor, q; votum cadat super omnia illa quę in regula cōtinētur, proprie loquendo & directe. Cadit enim super sola precepta proprie dicta, vt supra. Et ait Gerson in lec. Plane quicquid aliud verba sonant, interpretatio talis habenda est tum per rectā rationem, tum per superiorum discretionē, tum per legem charitatis & diuinam, quę maior est &c. Nisi enim sic interpretētur & moderentur vota & iuramenta cōmunitatum, vniuersitatum, collegiorū &c. nescio quis tute euadere poterit mille peccatorū laqueos, cum sępenumero in talibus vouet, aut ꝓmittit vel iurat homo, quæ ab hominū memoria nunq̄ sunt impleta, aut forte lecta &c. ¶ Cū queritur, quid addat professio claustraliū ad vota secularium: aut etiam ad Christi seruitutem: Respondetur secundum Gerson lect. vi. de vita animę. Primum, hoc addit ad Christi seruitutem, q; sic iurans aut vouens, potest licite inuitus ad pœnam cogi, si transgreditur votū, nō sic secularis. Sic i hac nostra vniuersitate Tubingen. potest iurans ad multa recte compelli & cogi, non de per se sub pœna peccati mortalis, sed sub pœnis per vniuersitatem dictatis aut dictandis vel infligendis vsq; ad priuationem & exclusionem ab vniuersitate inclusiue. Immo ad pœnas periurij, si periurium incurrit. q̄ q̄ ille apud deum nullius periurij reus habetur. Et si hoc fit sine sua culpa criminali, sed nō sine causa. ¶ Pręterea secūdo propter illam regularem professionem, si monita regulę, & pro quibus sola ordinis disciplina statuta, aut superiorum arbitrio derelicta est, contempserint, vtputa si passim & absq; pretensione cuiuslibet non culpabilis ignorātię, vel fragilitatis, vel impotentię, pro sola libidine transgrediūtur effrenes & indomiti ad omnia sicut seculares, cōpetit ipsi prelato in eos correctio condigna ex regula vel consuetudine, quę nō sic competeret ei si sponte sese non subiecissent illi regulę. Tenētur quoq; ad illas pœnas regulę dū ad hoc requiruntur, vel dum eis propter delictū aut cōtumaciam iniungūtur, aut ad similes, put delictum exigit & lęsio reipublicę. Pręter regulā vero & consuetudinem hoc nō liceret illi prelato. Consuetudo enim in talibus legem facit. Sic ait Gerson. Occidētalibus sacerdotibus non fuissent interdicta matrimonia, si non cōsensissent. ¶ Item tertio, religiosus non sibi soli sed & cęteris habet viuere, vtputa benefactoribus viuis & defunctis. Item consortibus suis cum quib⁹ degit. Reliquum ergo est vt studeat regularius viuere sub iugo Christi, vtputa q; societatem non lędat, scandalum nō prębeat &c. ergo merito ad hoc modo speciali venit obligādus. Insuper potest ad aliqua astringi pro bono totius religionis cuius se fecit partem, quę si solus esset, libera mē te respuere posset. Sic & Princeps secularis potest subditos etiam inuitos ad aliqua constringere pro manifesta cōmunitatis necessitate. Tenet quoq; subditus in casu velle aliquod dānum pati pro salute totius cōmunitatis cui⁹ est pars &c. ¶ Ad illud quod annectitur de similitudine voti particularis, negetur: quia habet magnam dissimilitudinem ad votum cōmunitatum. Q̄n vota cōmunitatum interpretanda sunt magis ad intentionem cōmunem quę illic habetur a sapientibus & haberi debet, q̄ secūdum intentionē priuatam vouentis. Vouens autem particulariter in re ꝓpria, sicut est auctor voti sui, ita & interpres & moderator ex intentiōe ꝓpria. vt supra. q̄uis si intentio particulariter vouentis, palam sit erronea & stulta, peccet vouēdo, nec liget ad voti impletionem. Et q; auctoritas superioris semp excipitur, habet generalis vsus ecclesiæ. Alioquin nunq̄ presumeret vota subditorum sic mutare, dispensare, & relaxare. Hæc Gerson. Est autem hęc interpretatio iuramētorum & votorum quibus iurāt membra vniuersitatum, collegiorum, capitulorum. &c. seruare inuiolabiliter omnia statuta, iura, priuilegia, ordinationes, libertates, consuetudines, nec ipsis quomodolibet contrauenire palam vel occulte, directe vel indirecte: Itē cū professus quis obediētiam suo prelato in omnibus licitis & honestis: & deinde leguntur factiones quarum nō est numerus, & forte quarum obseruantia fugit memoriam hominū: q; vouens & iurans seruabit ea, sicut a legislatoribus ordinata sunt, aut ordinari & statui debuerunt, vtputa precepta proprie dicta vt precepta, monitiones vt tales, consilia vt consilia. Et q; obediet superioribus in omnibus ad quę ipsorum auctoritas & iurisdictio se extēdit. In his denięq; quę ad suū officium pertinent: & quę pro vtilitate politię cui pręest sibi pręceperint secundū ist̄itutiones & cōsuetudines laudabiles eius dē politiæ. Et nisi valeat legitima excusatione vel exceptione se tuerī. vt quia forte plus alijs gratis oneratur, aut q; ab alijs vrgentioribus impeditur. Q; si non poterit docere sufficienter de huiusmodi impedimento



legitimo, ille quidem nō iniuste punietur per Rectorem ciuiliter de inobediētia. Deus autem qui intuetur cor liberabit eum.

¶ Circa nunc dicta occurrunt dubia. Primum. Si verum est dictum beati Bernardi, quid de non curantibus regulam? Gratia exempli: Aliquis videt quia splendide viuunt fratres loci illius, & habent omnia corporis necessaria ad libitum, cogitat & proponit ibi velle profiteri pro saluando corpus suum. Dehinc monasterium reformatur, & compellitur illic degentes ad obseruantiam monasticam. Ipse vero recusat eam accipere: ideo exit monasterium: quia non vult nouam obseruantiam sibi inexpertam recipere. An possit iuste compelli ad monasticam illius regulę vel ordinis quā professus est obseruantiam? Velan possit licite exire et alibi in religione stare vbi est vita laxa consimilis priori: aut ad seculum reuerti? Dubium habet plures partes. ¶ Ad hoc respondet Hostien. in sum. in de voto & voti redemptio. Ex quo per casum talis fecit legitimam professionem, non potest dimittere religionem & ad seculum reuerti. An autem cogatur manere in illo loco nunc reformato: distinguit. Si enim ingrediens fuit iurisperitus, compellitur ibi manere: quia præsumitur q; sciuerit tenorem regulæ antiquitus institutæ. Aut non fuit iurisperitus. Aut ergo regula fuit ipsi lecta ante professionem & ostensa, & sic non potest allegare ignorantiam, sed tenetur ad eius obseruantiam, nisi tempore professionis excepisset contra eam, & in animo suo noluisset se aliter obligare, q̄ ad id quod habuit communis vsus illius monasterij, & consuetudo vetusta, salua alias lege diuina. Tunc enim in hoc casu posset secundum illum doct. ire ad laxiorem religionem, sed nō ad seculum reuerti. Si nihil excepit, tenetur simpliciter ad regulam. Felix enim est necessitas quę ad meliora compellit. ¶ Respōsio Panor. de regula. capit. Super eo. & de statu monachorum. capit. Cum ad monasterium. videtur rationabilior, & dictis beati Bernardi & Gerson plus consona: supposito q; votum professentis dici possit priuatum votum: eo q; fit a persona priuata: q̄uis etiam dicatur votum communitatis, secūdum prędicta. Siquidem votum priuatum suam habet firmitatem & extensionem, secundum intentionem vouentis, ex quid nominis voti. Et ideo si quis habuit animum se obligandi duntaxat ad obseruantiam regulæ tunc vigentem: non puto (inquit Panormitan⁹) q; ille apud deum sit obligatus nisi ad substantialia regulæ, quæ tria sunt, vt in capit. Cum ad monasterium. de statu monachorum. Reliqua sunt accidentalia, & ordinata ad finem illorum. vt in capitulo. Ioannes. de regulari. Vnde si per tantum tempus de cuius initio non est memoria, ali qua accidentalia regulæ non fuerunt in illo monasterio seruata: satis potuit ingrediens cogitare: q; non sine causa illa omittantur, vel fiant, cum possint abesse vel adesse illi regulæ stantibus substantialibus. Vnde saltem anteq̄ regula reformetur per superiorem, illi qui fuerunt ingressi tempore remissionis vitæ non videntur peccare salua lege diuina, ex quo (vt supponitur) ipsi non fuerunt actores & inceptores: nec apparet ex qua causa hoc fuerit introductum. Potest ergo præsumi de causa legitima. Præterea (vt videtur) consuetudo illius politiæ excusat. Item patrum tolerantia. Sunt enim positiua humana. Ad hoc Bernardus. Quod pia eorum vita &c. Notanter dicit vita pia. Nec videtur talem posse eo nolente ad arctiora constringi: quæ nunc per consuetudinem abolita sunt: neq; compelli ad manendum ibi stantibus dictis. Si autem vult ibi manere, tenetur scandalum vitare. Hic nihil affero: nec regulam aliquam ex planare vel interpretari volo: remitto ad ius. Exiui de paradiso. in Clementina. de verborum significatione &c. Facit pro dictis capit. Ante triennium. distinctione trigesimaprima. vbi Cardinalis Alexander sic distinguit. Aut a principio nunq̄ fuit talis austeritas in regula: & sic loquitur capitulū allegatum: quia ex quo eam non inuenit tempore professionis suę, non debet ad eam constringi nolens. Aut quādoq; fuit talis austeritas: sed relaxata est postea, per tantum tempus cuius initij non est memoria: & sic potest rite præsumi de priuilegio impetrato in contrarium, & q; antecessores non fuerint salutis immemores: nec potest tunc nolens cogi ad rigorem maiorem q̄ inuenit tempore professionis. Possunt enim accidentalia regulæ tolli statuto, priuilegio, aut consuetudine. Aut non est tantum tempus cuius initij nō sit memoria in contrarium, & sic posset cogi ad regulæ austeritatem debitam, quam sciuit aut scire debuit & potuit. Hæc ille in sententia &c. ¶ Secundum dubium de pœnis annexis regulæ cadentibus sub voto: An pœnatum solutione, aut perpessione quis compenset delictum, aut omnino satisfaciat. An denięq; quilibet transgressor tenetur in foro conscientiæ pari vel luere pœnas transgressoribus inflictas. ¶ Ad primum respondet Gerson

Universidad de Deusto
Biblioteca



in regulis. Si in ꝓceptis pœnalibus pœna sit addita per modum disiunctionis ad constitutionem ꝓceptiuam: sufficit pœnam pati vel dare dum actus amittitur vel legi cõtrauenitur. Nã tenor ꝓcepti hoc modo sic sonat. Quilibet faciet hoc vel subibit hanc pœnam aut etiam arbitrariam secundum iudicium ꝓlati pro qualitate delicti, Si vero sit imposita pœna absolute non sub disiunctiõe veluti accessoria & inductiua ad obseruationẽ ꝓcepti, aut regulę, per pœnę solutionem vel expletionem non excusatur quis ꝓcise a statuti aut regulę transgressione, sed bene sit quandoq; in foro exteriori compensatio vnius ad reliquum. Et hoc videtur verum, quando constitutio est ꝓceptiua & obligatoria ad aliquam culpam. Si autem ex prouidẽtia statuentis non est obligatoria ad culpam aliquam quantũ est ex vi constitutionis ꝓcise: sed dũtaxat ad pœnam hanc, vel arbitrarie infligendam sicut nonnunq; prudenter & laudabiliter fit a legislatoribus, non fit proprie compensatio: quia non tenetur quis in foro conscientię ad illam pœnam, nisi sibi infligatur & imponatur a superiore. tunc etenim tenetur pœnam acceptare nisi habeat iustam defensionem. Hinc ait Palu. distinctione vigesimaseptima, quęstiõe prima. Pœnę iuris ante condemnationem factam in iudicio, non debentur in foro conscientię. Tenentur ergo transgressores ad pœnam dum ad hoc requiruntur: vel cum eis fuste imponitur a superiore, secundum tenorem regulæ vel consuetudinem religionis illius &c. ¶Tertium dubium de incaute, & in omni quodammodo euentu mali alicuius vouentibus sine deliberatione ꝓuia, quę quandoq; seruata in certo casu sunt alicui abbreuiatio vitæ vel causa mortis: An talia sint inuiolabiliter seruanda. Dicendum. quandoq; aliquis nec actu, nec habitu intendit per verba sua iurare, aut per votum sese obligare: si ex consuetudine aut habitu qualicunq; ad omnem euentum insperatum, seu ex quadam surreptione vouet aliquid sine deliberatione ꝓuia, non tenetur ad impletionem. Immo non est votum ex definitione voti. Hinc non est reus periurij, nec apud deum, nec apud homines, si sufficienter & certe constiterit de defectu deliberationis ꝓuię. Potest tamen de incauto modo vouendi propter scandalum culpari. Item de temeritate eiusdem, cum sine omni causa & præter rationem vouet &c. Nam forte hoc habet præcise ex consuetudine, sine intentione sese obligandi. Quod colligi potest ex pœnitentia statim subsequente: dũ inquirit, an ne voluerit sic & sic esse obligat⁹. &c. ¶Ad secundam partem dubioli: valet dictum Gerson in flo. de gula. cum inquit. Votum Carthusiensium de non esu carnium, votum insuper aliorum religiosorum de multis obseruationibus duris, alias licitis: votum deniq; particularium personarum de certis cibis non edendis in ęternum, vt de capite, in certis casibus necessitatis extremæ imminentis probabiliter si vota hæc tenerenter, debent immutari. Et ratio potest esse: quia sicut non licet occidere alium, ita nec seipsum. Et sicut ait Ambrosius de alio pascendo, Pasce fame morientem, si non pauisti, occidisti: Ita & de seipso plus verum est. Pasce te fame moriturum &c. ex regula & ordine charitatis. Attamen scandalum pusillorum vitandum est per sufficientem eruditionem cur hoc fiat &c. Pusillus dicitur secundum beatum Bernardum de præcep. & dis. qui bonę voluntatis, sed paruę scientię existens, zelum quidem dei habet, sed non secundum scientiam. Et de similibus similiter iudicandum est. ¶Sequitur de voti efficacia & vtilitate: pro quo sit hęc propositio prima, in ordine ad ꝓcedentes septima. ¶Votum simplex continentię ab aliquo emissum impedit sponsalia post eius emissionem de futuro fienda: similiter & matrimonium ex post contrahendum. Sed non rescindit, nec dirimit matrimonium, quod est post votum contractum. capit. Rursus. capit. Veniens. qui clerici vel vou. Et libro sexto. de voto & voti redemptio. De hoc supra distinctione vigesimaseptima. ¶Secunda cõclusio. Dũtaxat votum solenne quod est solennizatum per approbatę religionis tacitam vel expressam professionem, & non per solius sacri ordinis ecclesiastici susceptionem, dirimit matrimonium ratum, non consummatum. per textũ, libro sexto. de voto & voti redemp. vbi dicitur. Declarandum duximus illud solum debere dici votum solenne quantum post contractum matrimonium dirimendum, quod solẽnizatum fuerit per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem tacitam vel expressam, factam alicui de religionibus per sedem apostolicam approbatis. Verum ex hoc textu non habet distinctio nunc tacta, sed ex extrauagante Ioannis vigesimisecundi, cuius initium Antiqua. De quo supra, distinctione trigesimasecũda. articulo primo. Dicitur approbatis. Nam secũdum glossam, si profitetur religionem non approbatam, & postea contrahit: tenet matrimonium, etiam si tunc cum professus fuit credidit eam fore approbatam. Sic subdiaconus comperiens suum ordinatorem non fuisse episcopum: si contrahit, tenet matrimonium. Palude videtur hic esse rigidior dicens.



cum profitetur expresse religionem putatiue solum approbatã, profitetur tacite aliquam religionẽ approbatã, nec põt i seculo manere. Sed quõ hoc posset ex textu priori colligi? Vtiq; nõ est solenne votũ ex priori dispositiõe iuris. Et si est votũ simplex, non dirimit. ¶Quæritur post dicta in distinctione. xxiiij. an hic peccat qui contrahit matrimonium cum absolute vouit non velle cõtrahere vel non velle vxorari, nihil penitus cogitando de copula carnali quã tamen postea sustinet. Itẽ quomodo differunt non vxorati & non velle cõtrahere, & pro quo suponũt illa noia, nõ vxorari, non velle contrahere. ¶Dicendum ꝙ votum quo quis vouet non vxorari, non dicit dũtaxat & nude non velle contrahere, sed dicit non velle vti copula coniugali: aut supponit pro vtroq; simul. Votum enim est supererogationis. Ergo votum virginalis castitatis est cum abdicatione copulę coniugalis se eunuchare seu castrare pro Christo, secundũ illud Matthei. xix. Sunt eunuchi qui de vtero matris sic nati sunt. Et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominib⁹. Et sunt eunuchi qui seipsos castrauerũt propter regnum cœlorum. vtiq; per concupiscentiæ repressionem. Et sic potest intelligi Gerson cum dicit Votum clericorum ferri super non nubere. Et Scotus: cum dicit Votũ esse ad oppositum eius ad quod est contractus matrimonij. Non dicit Scotus: Ad oppositum eius quod est contractus matrimonij: sed Ad quod est contractus matrimonij. Contractus matrimonij est si petitur ad copulam coniugalem: & votum continentiæ est ad oppositum illius. Præterea. nisi sic, quomodo posset dici virginem Mariam seruasse consiliũ & votũ continentię? quę vtiq; fuit cõiũx Ioseph & ei matrimonialiter iũcta, sed nõ in copula coniugali subiecta. Mansit enim in cõiugio virgo purissima & perpetua. Item Augustinus sermone trigesimoseptimo, ad fratres de eremo, inquit. Coniugium sacerdotibus prohibetur. intelligens per coniugium & copulam coniugalem & nubere. Nisi sic, non videtur magnæ laudis non contrahere præcise. Et ideo non licet petere debitum citra; dispensationem ei qui vouit castitatem. Hic enim vouit, & constrinxit se voto ad id quod est oppositũ illi ad quod est contractus matrimonij: quod nõ videtur esse aliud nisi non vti copula coniugali. Item non posset alias saluari dictum aliquorum doctorum dicentium, ꝙ is qui turauit aliquam ducere: debet non obstante castitatis voto cum ea cõtrahere nude sine consensu in copulam coniugalem quandoq; habendam cum ea. Hoc enim esset contrarium suo voto, si cum consensu experiendi carnalem copulã contraheret. Non autem agit contra votum contrahẽdo ꝓcise cum proposito monachãdi. Hinc Scotus ait. Peccat mortaliter qui contrahit post votum priuatum cum intentione cõsummandi matrimonium. Et ideo non potest licite contrahere, nisi cum intentione non consummãdi & per cõsequens religionem intrandi. Illud Palude dicit esse verius: Tenetur enim votum inquantũ potest seruare, ideo cum primum matrimonium cõsummat peccat: quia iam subiicit se iugo maiori: ꝓpter quod nõ potest alteri corpus suum denegare in actu coniugali: licet possit cum cordis amaritudine debitum reddere, & tunc potius dicitur pati q̃ agere. Non autem licet petere. Et hoc videtur esse probabilius q̃ oppositum. ¶Tertia conclusio. votum simplex castitatis ideo matrimonium contrahendũ impedire dicitur: quia contractus animo ipsum matrimonium cõsummandi per copulam coniugalem factus, nõ potest excusari a peccato, cum sit mentalis voti violatio. Patet cõclusio ex dictis. ¶Quarta conclusio: Votum solennizatum sacri ordinis aut religiõis susceptione, non magis ex natura sua videtur matrimonium iam cõtractum, q̃ simplex votum dirimere, sed hoc est ex constitutione ecclesię. Ita habet Gerson in regulis moralibus. ¶Quinta conclusio. Sacerdos aut monachus rite professus, utentes copula carnali ꝓter & extra matrimonium, non sunt ex hoc dicendi proprie voti transgressores: q̃is sint diuinę legis transgressores. Patet, respiciendo super quo feratur votum eorundem. Fertur enim super non nubere tantum, secundum Gerson: & non vti coniugio, secũdum Augustinum, vt supra. Idem supra dist. xxiiij. ¶Sexta conclusio. Licet votum simplex non minus obliget quo ad deum q̃ votum solenne quantum est de se & ratione voti ꝓcise: secus tamen est per accidens & coram ecclesia: cum voti solennis transgressio est regulariter plus scandalosa. Patet conclusio. Et dictum est regulariter quia solenne votum, etsi quandoq; fit in priuato & coram paucis: habet tamen aliquid annexum, ratione cuius natum est in publicum deduci: siue solennizetur professione monastica, siue ordinis sacri perceptione. Ita habet Hostiensis de voto & vo. redemptio. & Gofredus ibidem. ¶Circa hanc partem addendum venit de eius vtilitate, & in ordine ad actus alios comparatione. ¶De eius vtilitate claret ex testimonio scripturæ dicentis. Vouete & reddite &c. Est enim diuini consilij vouere, sed ꝓcepti quod votum est adimplere. Et licet ad votum nonnunq; plurima sequantur mala & pericula,

non tamen est de sui natura periculosum, siue ex natura facti. Nec ex natura voti hoc malum sequitur: vel natum est sequi: sed ex culpa non facientis quod deuotum est: quia deficit a proposito bono libere. Et si dicitur: melius est non vouere: q̄ promissa non soluere: Tamen melius est vouere q̄ non vouere: melius inquam per comparationem ad suum contrarium, quod est non vouere. ¶An actus procedens ex voto sit perfectior, melior, & magis meritorius q̄ sine voto: Dubium illud multipliciter posset intelligi. Supponitur in primis post dicta distinctio. xxxiij. quæstio. tertia. Nullus actus est meritorius nisi sit ex charitate, aut gratia gratum faciente elicitus. Secundo: sicut nullum opus est meritoriū sine charitate, aut gratia gratum faciente: ita nulla virtus est vera virtus: nec placet deo: nisi procedat ex latria, vel religione seu pietate. Tertio: votum non mutat genus aut substantiam operis, sed trahit actum ad virtutem altiorem, non quidem in eodem sed in alio genere. Quarto: Opus aliquod potest esse alicuius virtutis elicitiue, & religionis seu latriæ imperatiue. Quinto, votum seu vouere est actus latriæ seu religionis, religio vero est virtus specialis habens imperium super actus aliarum virtutum moralium: quatinus referātur ad deum & in diuinum cultum. In deum, sicut in finē vltimum. Et licet religio habet aliquos actus p̄prios quos elicit imediate: puta sacrificare, adorare, & similia: attamen imperat omnium aliarum virtutum actus: ordinans eos ad dei reuerentiam & cultum. Sic actus religionis imperatiue est abstinentia a carnibus, ieiunium, maceratio, peregrinatio. Cum ergo ex voto procedunt actus illi, sunt diuersarum virtutum: vnius elicitiue, alterius imperatiue. Imperatiue religionis, elicitiue temperantię. Constat autem ex scriptura, primæ Corinthi. decimotertio. q̄ summa ac perfectissima virtus est charitas: sine qua nulla alia potest dici vera aut p̄fecta virt⁹. Quanto ergo actus aliquis ex maiori voluntatis conatu seu charitatis & gratiæ inclinatione procedit, tanto est perfectior & plus meritorius. Consequenter: Virtutes morales secūdum q̄ magis accedunt ad deum & ordinant in finem vltimū, & ad diuinum dirigunt cultum, dicūtur nobiliores. Et cum religio sit huiusmodi: igitur actus p̄cedens ex voto & charitate, est actus nobilissimarum virtutum. Stat tamen sępenumero hominem qui non est voto ligatus ad consiliorum obseruationem, habere intensiorem affectum & animi pronitatem ad obseruantiam eorundem pro loco & tempore cum necessitas postulat ea obseruatum iri, eo qui est voto ligatus. Verum cæteris paribus actus ex voto elicitus vel imperatus, circunstantiam habet bonam & laudatam: qua caret actus non ex voto procedens. & ita est actus nobilioris virtutis, non in eodem sed in alio genere. ¶Vnde beatus Thomas secunda secundæ quæstio. lxxxvlij. articulo sexto, tres ponit rationes quare magis laudabile est & meritorium aliquid facere ex voto q̄ sine voto. ¶Prima: quia fit ex superiore virtute. ¶Secunda: quia plus datur: puta arbor cum fructu. Deus aūt primum acceptat operantem: & propter ipsum, opus. Exēplum de Abel, ad quem primum respexit. ¶Tertia: quia ex maiori firmitate & volūtatis perpetuitate. Et dato q̄ aliquis pœniteat de voti emissione, stante voluntate faciendi quod vouit quia vouit, & non alias: non enim vult votum frangere: adhuc est plus meritorum accedente voto. Iam enim huic merito superadditum est meritum iustitię quo vult soluere quod promisit. Secundo: quia licet propter sui imperfectionem & charitatis defectum habeat tristitiam quia vouit, & quandam nolumtatē: tamen in soluendo quod vouit & in venerando votum quod vult non infringere, habet voluntatem. ¶Nec potest dici q̄ per hoc demereat quo vellet se nō vouisse. Si em̄ a principio nō tenebatur vouere: sic nec (vt videtur) ex post facto tenetur velle vouisse: licet tenetur quod votum est soluere. Et esto q̄ peccatum sit illi cū dolet de benefacto & forte instinctu diuino: nō tamen propter hoc impeditur quin volendo facere quod vouit mereatur. Sunt enim distincti actus. Et licet sit hic necessitas quod votum est faciendi, non tamen coactionis quę causat in uoluntarium contrarie & tristitiam, secundū philosophum. v. Metaphysicę, sed est necessitas spōtaneę firmitatis. ¶Vnde duplex potest dari necessitas, scilicet coactionis. Et de illa loquit Apostolus ad Philemonem. Ne velut ex necessitate sit bonum tuum sed voluntarium. Alia spontaneę firmitatis: quę secundum Richardum dicitur necessitas salutis & cōditionata, qualis est necessitas diuinorum præceptorum, quæ vtiq; est magis meritoria q̄ consiliorum obseruatio: accipiendo consilia p̄cise ratione horum quæ adduntur ad præcepta. Secus cum consilia includūt præcepta. Vnde promissio voluntaria, voluntatem non necessitat coactiue, sed firmat in bono proposito, saltem nata est de sui natura denotionem augere & gaudium. Secus de imperfectione vouentis, & propter sui malignitatem qua quandoq; recedit ab his ad quæ tenetur. Vnde Augustinus ad Armentarium & Pau-



linam. Non te vouisse pœniteat, gaude iam tibi non sic licere quod cum tuo detrimento licuisset. Felix necessitas quæ ad meliora compellit. Cum ergo manet voluntas implendi quod votum est: licet quis doleat de facto: quia tamen hoc est per accidens, nihilominus procedit actus ille ex virtute religionis & latriæ, quæ est melior virtus q̄ abstinentia: cuius est ieiunare. Pœnitudo vero est ex culpa vouētis: & ideo nō ex natura voti. ¶Ex his patet responsio ad aliud dubium, an expediat vouere, an denicq; iuuenes sint inducendi ad vota diuersa, vtputa religionis, & similia. Si in genere quæritur an expediat vouere, plana est responsio, cum vouere sit consilij diuini & actus latrię, secundum prædicta: per quā etiā actus inferiorum virtutum p̄ficiuntur. Sed quomodo non omne bonum, est bonum isti & illi: Vnum enim bonum est in se, sed non febricitanti: Ita & vouere secundum se bonum est: & de natura facti, non tamen cuilibet. Vnde secundum Richardū distinctione præsenti, vouere ea quę sunt proportionata probabiliter spirituali infirmitati & ita statui & conditioni personæ, expedit: quia homo per hoc magis firmatur in bono, & excluditur pro magna parte libertas male agendi, aut maius bonum omittendi. Quę libertas, vt supra, secundum Augustinum fugienda est. Non est inquit gratulabunda libertas, qua fit vt non debeatur quod cū lucro redditur. ¶Diceret quis. Non expedit homini, vt se priuet bono quod ei deus donauit: sed hoc est libertas &c. ergo. Negetur maior. Immo libertas data homini sæpe obest ei, eo male volente. Et talis non est proprie dicenda libertas: sed necessitas in contrarium ratione voti talismodi libertatem aufert. ¶Præterea posse in malum diminuit libertatem & affert peccatum inducendo seruitutem, quę non est liberorum libertate gratię. Ioan. viij. Hinc liberiores sunt beati in bono confirmati q̄ viatores potentes peccare. Similitudinem magnam habet necessitas voti quæ confirmat in bono, cum cōfirmatiōe beatorum. ¶Vouere autem ea quæ sunt probabiliter infirmitati spirituali hominis improportionata, non expedit: quoniam talia vota carent discretione. Displicet autem deo stulta promissio. Et huiusmodi sæpe nata sunt homini afferre periculum plurimum: plus ex indiscretiōe vouētis q̄ ex ipso facto. Quando enim ex facto ipso periculum nascitur, non expedit homini vouere. Secus cum ex culpa & defectu vouentis. Per hoc enim homo se magis videtur illaqueare: q̄ agere salutem, aut securitatem de salute sua. Cuius ratio sumitur ab Augustino, vbi supra, cum inquit. Non talis eris si non feceris quod vouisti qualis mansisses si nihil tale vouisses. Minor em̄ tunc esses non peior. Nunc autem tanto (quod absit) fies miserior si fidem deo fregeris, quanto beatior si persolueris. Vbi ergo est probabilis timor de transgressione voti ex infirmitate: quid aliud est vouere q̄ probabili salutis periculo se exponere: qui posset sine voto licet in minori gradu saluari? ¶Infirmitas autē illa vnde probabilis timor transgressionis venari potest, ex multis attendi valet, secundum Gerson de mystica theologia practice & alibi. Ex complexione. Est nanq; philosophicum dictum, Animas insequi corpora. Quod licet sic accipiendum sit: vt nō necessitatis vel coactionis sit hęc sequela, sed inclinationis: iuuat tamen mitis modis ad operationes has vel illas, conformitatis inclinatio naturalis. Sicut ex aduerso dissona tantum obest, quantum vix libertas animi, vix disciplinatio, vix conatus assuefactionis sufficit euincere. Nam vulgo dicitur. Quod natura negat, nemo facliter audet. Similiter ex consuetudine quę altera natura dicitur. Sic ex statu, ętate, loco, tempore, conuersatione, officio, & similibus conditionibus multis. Experientię notum est illud philosophi & post eum Tullij. Nō omnia possumus omnes. Facile nanq; delectatur quilibet eo in opere: ad quod plurimū symbola concurrunt: ideſt status complexionis consuetudinis &c. Et sicut delectatio seruat operantem in opere: ita vehemens tristitia nauseam affert, & ab opere cessare compellit. Ideo non est suadendum his qui sunt astricti multis corporalibus laboribus vouere ieiunia multa. Nec iuuenculis in seculo manere volentibus, abdicationem matrimonij &c. Voluit non præceptiue sed non prohibitiue hoc Apostolus primę ad Timotheum quinto. cum inquit. Volo iuuenes nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti. &c. Arguit enim ibi viduas, quæ post votum continentiæ fidem irritam fecerunt cum proposito experiendi cōiugalem commixtionem. Et quoniam melius est nubere: ideſt suam habere pro remedio fornicationis extinguendo, q̄ vri concupiscentia & ab ea superari ab extranea (quia minus malum est habere suam ad remedium fornicationis q̄ fornicari) ideo in hoc casu magis voluit eas non vouere continentiam propter fornicationis periculum: sed matrimonio fungi. Ad idem facit parabola Christi Lucæ decimoquarto. de volente ædificare turrim, & non prius computante expensas necessarias pro operis consummatione. ¶Hinc (vt videtur)

Universidad de Deusto
Biblioteca



incautum est & periculo proximum disponere in seculo vota perpetua & absoluta emittere, aut plurificare: quæcūq; sint illa. Sed opus est secundum Gerson in de sollicitudine ecclesiarum attendere non solum quid liceat: aut deceat: sed & quid expediat nedum ad præsens sed & futurum. Prudentis enim est exitus rerum metiri. Euenire enim solet nonnunq̄, sicut in agentibus iter magnum, q̄ labor primum videtur paruus & tolerabilis, & temporis successu importabilis, vt nec digito tangere possit. Item occurrunt euētus & casus plurimi inopinati & inseperati: quorū si tunc habita fuisset prēuisio, aut prēscietia quę cunq;, nullatenus se ad hoc constringere voluisset. Hinc scrupuli, conscientiarum laquei, & forte indiscretio in cōmutando, ligando, aut quod votum est cū magno discrimine corporis & animæ seruando. Ideo consulit Gerson in tractatu contra recidiuā. Facere vota momentanea & temporalia, & ea ipsa stante opportunitate innouare. Discretione opus est, nec diffidendum est de adiutorio diuino. Dans enim formam, dat & cōscientiā formę: & maior cura deo est de homine q̄ de bobus &c. ¶Hic cōsiderare oportet q̄ quę dā sunt improportionata in statu certo, quo mutato amplius nō videntur improportionata. Sicut castitas quę inter seculares naufragatur, in religione quasi in portu tuto collocatur: quantum est ex parte religiosi status &c. Et de hoc dicit Richardus. Quilibet reputare debet votū religionis proportionatum esse suę infirmitati spirituali, nisi per certam experientiam sibi de opposito constaret. Nā propter custodiam quę magis adhibetur religiosis q̄ secularibus, & bona exempla ac verba quę frequenter audiunt & vident, & propter maiores consolationes spirituales quas ex diuina benignitate ob fauorem religionis & ex sancta societate recipiunt: & propter remotionem occasionum & impedimentorum bonorū sicut sunt cibus, potus, ocium, obiecta titillātia, & similium, obseruatio quorundam bonorum proportionata est existenti in religione, quę eidē proportionata nō esset in seculo remanenti. hæc ille. ¶Per hæc aperta est via ad dubium. An expediat inducere maxime iuuenes ad religionē. Respondet Richar. articu. vj. quæstio. iij. q̄ sic, si assunt debitę conditiones ex parte inducendi iuuenis, ex parte modi inductiōis, seu inducendi, & ex parte obligatiōis. Hinc ait domin⁹. Qui potest capere capiat. ¶Primum volēs iuuenem inducere videat q̄ maturam habeat ętatem doli capacem: quæ ad minus debet esse. xiiij. annorum, si professio debet valere. de regulari. capi. Significatum est. in glo. & tex. Tametsi libro sexto. de temporibus ordinā. cap. Nullus. iunuatur, q̄ aliquis minor septennio potest religionem intrare, nisi aliqua religio speciale habeat priuilegiū. Posset tamen aliquis professionē immaturo tempore factam, postea per nouum cōsensum ratificare & approbare maiorennis. ¶Itē requiritur secundo ex parte inductionis, seu modi inducendi, q̄ asperitas religionis eis diligenter explicetur & vere: sine fuco falsitatis, aut simulationis, semota importunitate. Cum enim rigor celatur & fucus falsitatis exhibetur: oritur deceptio: quę ratione ignorantię diminuit de ratione voluntarij. Item comminatio aut persuasio opportuna quę fit rerum temporalium promissione, causant in iuuene surreptionem. Obligatio vero monastica libere fieri debet, prēuia sufficienti deliberatione. Item cum quis se inuenit deceptum fore, & ita minus voluntarium, sępe resilit a proposito mutando voluntatem, & fiunt nouissima hominis illius peiora priorib⁹. ¶Item tertio ex parte obligationis tria sunt obseruanda, vt fiat prēuia deliberatione, & propositi stabilitatis diligenti examinatione, & cum prouida discretione, vt scilicet volens ingredi non se statim obliget voto aut iuramento, sed primum experiatur vires suas, an possit onus religiōis sufferre. Sumat ergo probationis annum vt probet & probetur, ita q̄ si non placuerit ibi manere, libere possit exire absq; hoc q̄ cogatur aliam religionem intrare: quoniam obligationes factę sine deliberatione prēuia, & absq; voluntate libera, tristes habere solent exitus. Hęc in sentētia Richar. ¶Olim circa religionis ingressum multę fuerunt hominum sententię pariter & errores, vt videntur innuere dicta beati Thomę i diuersis locis Quodlibeticis. Sancti Bonauenturę in apologia pauperum. Richardi distinctione prędicti. Gerson & aliorum. ¶Senserunt quidam q̄ ligati voto aut iuramento ad intrandum religionem, non tenentur intrare. Christus enim hoc non pręcepit: sed consuluit. Hoc dictum Sanctus Thomas reducit ad hęresim. quæstio. xij. tertij Quodlibet. ¶Item q̄ status religionis excludit ab homine liberam voluntatem & prohibet a multis bonis quæ extra religionem positus facere posset. Quod sapit hęresim Vigilantij, tenentis melius esse manere in seculo & studere operibus pietatis q̄ religionem intrare. Hic articulus continetur inter errores Vigilātij: vt claret ex dicto Hieronymi impugnantis eundem, & damnatur libro de ecclesiasticis dogmatibus. ¶Item senserunt aliqui q̄ iuuenes non sint inducendi ad religionis ingressum, vel simpliciter sine voto aut iuramento, aut cum illis. Quidam



em attendentes hominum instabilitatem & relapsum a proposito bono, suaserūt vt suum propositum voto aut iuramento firmarent. Et sic cū ad frugem vitæ melioris eos suo iuramento aut voto inducere poterāt: iudicabant hanc esse felicem necessitatem quæ ad meliora compellit. Dixerunt enim. A proposito simplici quis facile labitur, non sic a voto aut iuramento. Et de hoc sonat dictum Richardi supra allegatum. ¶Alij e regione induxerunt iuuenes & persuaserunt citra votum aut iuramentum, deferendo ętati vel sexui, aut quia non dubitabant de eorū constantia. Hinc vt refert Sanct. Thom̄. quæst. xj. tertij Quodlibet, Innocētius quartus in literis datis ad quosdam religiosos, incipientibus. Nō solum in fauorem, sic dicit. Vobis de fratrum nostrorum consilio in virtute sanctę obedientię sub pœna excōmunicationis auctoritate prēsentium districtius inhibemus, ne ante annum probationis: qui est maxime in subsidium fragilitatis humanę regulariter institutus, quēq̄ ad professionem vestri ordinis, seu ad renunciationem seculi faciendā recipere prēsumatis. hęc ille. Subiungit San. Thom̄. Qz autem ad probationem non recipiantur iuuenes: vel q̄ voto aut iuramēto non obligentur ad intrandum sine prēiudicio probationis temporis, nunq̄ inuenitur prohibitum. ¶Vidētur illi pro se habere: quia non sunt facienda bona vt inde eueniant mala. sed ex illo ingressu innumera sępe sequūtur mala: quia apostorant: illegitimas nuptias faciunt: & fiunt gehēnę filij dupliciter. ¶Item dicit scriptura. Nolite omni spiritui credere, sed probate spirit⁹ si ex deo sunt. Item actuum. v. Si ex hominibus est consilium hoc, & opus dissoluetur. Si ex deo, nō poteritis dissoluere. ergo videtur q̄ contra deū faciant qui eos ad hoc inducunt. Item sicut ad fidem nemo compellitur, ita nec illi voto aut iuramento debent ad religionem compelli. ¶Verum illa non cogunt. Non primum. Si enim ly vt sumitur causaliter, verum est. Peccaret enim qui ad hoc induceret, vt postea turpiter viueret causaliter. Si vero consecutiue, sic non est verū. Alias enim oportet ab omnibus bonis abstinere. Vix enim sunt aliqua bona ex quibus mali nō recipiant scandalum. exemplum de Christo. Sic qui considerat ventum non seminat: & qui obseruat nubes, nunq̄ metit. Ecclesiast. xj. Tūc autem aliquod bonum est omittendum propter consequens malum, quando id futurum malū, est magis malum q̄ sit illud prēcedēs bonum, & vt frequentius natum contingere, q̄ non euenire: seu q̄ natum sit id bonum euenire. Sic dominus prę scius malitię Iudę non omisit. xij. eligere in apostolos: nec apostoli septem diacones, vno futuro hęretico. ergo licet pauci aberrent a religione, cum tamen multi permanent: ergo &c. Præterea. actus humani iudicandi sunt ex frequenter & communiter accidentibus. ¶Consequenter negādum q̄ fiant filij gehēnę ex voto, aut natura voti religiōis, sed ex sua malitia. ¶Ad aliud dicēdum, q̄ sapit hęresim Manichęorum: qui hoc dictum ad duo erronea reducunt. Primum quidem ad hoc, q̄ omnia corpora corruptibilia non sunt a deo: sed a principe malorum. Ponūt em̄ Manichęi duo principia, vt manifestū est in Augustino libris plurimis. Si enim a deo essent, nō dissoluerentur. Secundo ad hoc q̄ charitas semel habita nunq̄ amittatur, sic q̄ si quis peccauit gratiam nō habuit. Si enim (inquiunt) gratiā habuisset, fuisset opus id dei: & nunq̄ dissoluendum. Ita in proposito arguere nituntur horū sequaces. Verum illa verba nō innuunt q̄ illa quæ sunt a deo maneāt in perpetuum sine corruptione, sed ostendunt infallibilitatē prouidentię diuinę. Vnde signanter dicit consilium & non opus dei esse (ad extra scilicet) indissolubile. Itaq; secūdum diuinam prouidentiam, seu prēuidentiam aut prēscientiam datur quibusdam gratia secundum prēsentem iustitiam sine dono perseuerantię: quibusdam vero datur gratia, & cum hoc donum perseuerantię, secundum Augustinū in de bono perseuerātię. ¶Item volebāt quidam e regione non esse deliberandum nec consilium petendum de religionis ingressu: quoniam etsi religio factitia de qua hic sermo, vt Ansel. loquitur sit secundum se bona & cuilibet desiderabilis, nō tamen a quolibet assumenda. Constat autem facti euidentia q̄ non est passim omnibus persuadendus religionis ingressus, multas ob causas. De quibus Augu. in de opere monachorū. Immo potius dissuadendus, iusta & recta intentione pro loco & tempore ad tempus vel pro perpetuo. Hinc ait Gerson in decātichordo iuxta finem Tomi primi. Alia ratio est in iam obligatis, & in liberis ab obligatione. Noui inquit duos celebres in theologia doctores: hi conferentes cū patribus duarum religionum mihi similiter notissimis, si religionem introirēt, Posse tis inquiūt onera religiōis cōformiter ad cęteros fratres exequi. Quibus se nō posse cū iam fracti essent ętate respondentibus: sed posse studendo, docendo, meditando compensationem facere: Subintulerunt. Etsi cottidie cum Paulo raperet vos deus in tertium cęlum, nisi compleueritis institutа religionis, nobis quorum magna pars animalis est, non nisi scādalum & vobis ludibrium futurum esse noueritis. Tempus intrandi religionem, tempus manendi. Hæc ille. Ad quid enim ius disponit de tēpore ꝓbatiōis, & ne infra ipm

Universidad de Deusto
Biblioteca



valeat professio,aut ad professionem quis assumatur:de reg.& transl.ad religio.lib.vj.Quod tē pus pro fragilitate humanę conditionis institutum est,nedum in fauorem religionis recipiētis, sed etiam personę profiteri cupientis. Ideo tutū est habere cōsilium nō omniū de populo,sed virorum deum timentium,expertorum & discretionis limā tenentium. Sapientis em̄ est omnia agere cum consilio. Et qui agunt cūcta consilio, reguntur sapientia.Prouer.xiij.

V ¶Circa articulum quintum viden dum est de voti irritatione,cōmutatione,& dispē satione. De irritatione votorum est considerandum,secūdum prędicta,q; refert votum esse de se irritum & nullum,& ipsum fore irritandū. Vnde est cōclusio prima generalis.¶Votum quod nō est de se irritum,sed potest de se irritari,tenet: & est obligatorium donec fuerit ab eo cui⁹ interest irritatum.Post irritationem vero legitimam, nec tenet, nec est obligatorium contra voluntatem legitime irritantis ipsum.Hæc conclusio videtur manifesta:quia semper intelligitur auctoritas superioris excepta. & videtur simile, sicut in electione. Vnus pōt ipsam irritare:quo facto nō tenet.Si autem consentit,nec contradicit, tenet. ¶Secunda conclusio,secundū Palu.Differunt irritatio & dispensatio,eo q; irritatio potest fieri ad libitum & beneplacitum superioris irritantis, etiam sine causa. Dispensatio vero quęcunq; & cuiuscūq;,vt distinguitur contra irritationem,requirit auctoritatem in dispensante.In eo vero cū quo dispensandū est,causam necessitatis vel vtilitatis, eiusdem vel reipublicę &c.Quo ad primum,vir potest irritare votum coniugis ad libitum, propter voti inefficaciam,& abbas monachi sui cęteris paribus.Nec in hoc vlli facit iniuriam cum suo vtitur iure,nec peccat. De quo supra dist.xxxij.Nec alter peccat votum omittendo:quia caret potestate se obligādi alteri in eo in quo non est sui iuris,sed alterius. In dispensatione vero inefficacia voti non est causa dispēsationis,sed auctoritas & necessitas.¶Tertia conclusio.Qui non est sanę mētis,nec sui iuris, nec habet liberi arb.vsum, vouere nō pōt in eo quo est alteri subiectus aut iure prohibitus.Probatur ex definitione voti.Non enim potest habere deliberationem vel cōsilium. Ad hoc cap. Sicut tenor. de regulis. ¶Ex illo inferri potest octo esse hominum genera quę vouere non possunt passim & indifferēter in omnibus.¶Primo episcopus, qui habet alas ligatas & alij supiores vouere non possunt votum talismodi quo dissoluatur vinculum inter eos & suas ecclesias sine licentia Papę.de renun.Nisi cum pridem.Vnde secundum primam cōclusionem,si vouit religionis ingressum, tenet ad votum,secundum Palude,quantum in se est,& quantum potest,vt scilicet petat licentiam a Papa:qua nō obtenta,sed voto iam irritato per superiorem,excusatur:quia non stat per eum.Obtenta autem licentia tenetur implere votum,ex cōclusione prima. Pari lege non potest vouere quidpiam quo ecclesię suę notabiliter prędicetur,vtputa notabilem & magnam peregrinationē,quā si vouet,ex quo debet tenere votum vt potest,& quantum in se est,debet soluere expensas vię quas habiturus fuisset eundo & redeundo.Item laborem vigilijs & orationibus compensare,secundum Angelum,vt sic votum valeat in sui prædicium.cap.Magnę.de voto. Cætera vero in quibus ligatus non est, sed sui iuris,vouere potest cæteris paribus: vt abstinentiā & similia,in exemplum aliorū & pro carnis edomatione. ¶Secundo clericus secularis habens sub episcopo beneficia petentia personalem residentiam vnum vel plura, nō potest sine licentia episcopi notabilem peregrinationem facere.ca. Magnę.de voto.ca.Nisi cum pridem.De cōse.distin.v.Non oportet.Potest tamē facere votum religionis sine licentia episcopi.xix. quæst. ij.cap.Duę.Sic & inferiores episcopis idem possunt,vt prępositi,archidiacones &c.beneficio tā habito nō debent priuari nisi tacitam vel expressam fecerint professionem. De regu.lib. vj.cap. Beneficium.¶De accipiendo crucem videntur secundum Richardum,clerici seculares licentiati generaliter cum possunt prodesse.ca.Ex multa.de voto. Alij volunt q; hoc dūtaxat liceat eis tempore generalis passagij. Soluēt tamen expēsas & rediment labores & huiusmodi votū:quia sunt inhabiles ad pugnandum. Demptis certis casibus in cap. Ex multa. de vo.& vo.red.§.De clericis.In alijs libere possūt vouere.¶Tertio religiosus.Is enim vt quibusdam placet,si emittit votum tenetur implere pro posse donec irritatū fuerit a superiore.In his etenim in quibus sui iuris est libere potest vouere. Alij tenent contrariū q; simpliciter non possunt quicq̄ vouere religiosi.Illa dicta docto.vt videtur,possunt facile concordari:& sic media via & probabilior dari. Est enim notum,hominem rationis vsu gaudētem qui est sui iuris in toto vel in parte,aut in aliquo tantum & nō prohibitus,posse vouere in eo quo sui iuris est,nec ꝓhibit⁹, vel ꝓpter ętatis defectū ineptus, vt in voto ꝓfessionis ad qđ requiritur ętas determinata. Monachus licet propter professionem subiectus sit prælato quo ad generalē vitę suę dispositionē:non tn̄ quo ad omnes act⁹ particulares:dū non agitur de ꝓiudicio auctoritatis prędicti secūdū San.Tho.x.Quodlibet.Et ita



etiā ex forma ꝓfessionis qua ꝓfiteř cōuersionem morū secundū hanc regulā,vel obediētiā secūdū hanc determinatā regulā, est in aliquo sui iuris sine prędicio prędicti:ita q; in omnibus,& per oia vult saluā esse cum effectu superioris auctoritatē in cum secundū dispositionē regulę. Potest ergo aliquid vouere sine eius prędicio: paratus ei in omnibus,in quibus ipsi subiectus est, vt tenetur obtēperare,cessante scandalo pusillorum,in quorum viuit cōmunitate,& secluſa occasione vagādi:vt legere Pater noster, Psalterium, vel cōsimile.Potest em̄ secundū Inno. plus mereri & bene, & causam suę salutis agere. Ita habet Panor.cap. Scripturę.de vo.& glos.cū tex.xx.q.ij. cap.Monacho.& sequenti.§.Verum hoc intelligendū est. Et sic cap.Monacho.vbi dicit.Monacho non licet vouere sine cōsensu prælati sui: si aūt vouerit frangendū erit.intelligitur secundū Panor.de vo to religioni nō cōsono.Nā si prius vouisset legere psalterium,vel quid simile,nō puto hoc tolli ꝑ ingressum religionis.Hęc ille. Et ita limitat etiam ipse ca.Scripturę.cum dicit. Reus fracti voti nō habetur qui tēporale obsequium in perpetuā nosc̄itur religionis obseruātiā cōmutare. Dicit glos. Per ingressum religionis soluitur votū religioni non consonū:hoc est incompatibile. Sic em̄ post ingressum potest vouere sicuti prius emissum ad implere,salua superioritate prędicti in cassando,irritando,aut prohibendo hmōi votū pro loco & tēpore cū id religionis stat⁹ petit, aut nō consonat religioni,vel propter ꝓsonę vouētis debilitationē aut euagandi occasionē,aut pusillorum scandalū &c. Potest enim prędictus votum monachi in seculo emissum irritare, scđm Hostien.de vo. Nā vir potest votum vxoris irritare,quę minus est subiecta q̄ monachus. Et sic nullum generatur prędicto prædicium,nec vouēs reddit se onerosum: nec monachus sic habet velle proprium:sed velle prędicti est velle suum,& quicquid facit,facit de cōsensu interpretatiuo prælati,cui non vult contraire. & auctoritas sui prędicti semper est excepta. Secūdum hoc multa dicta doct. & textus patrū facile possunt concordari.¶Et si dicitur q; in votū religionis omnia cōmutātur vota prius emissa: & q; per ingressum religionis soluitur votum religioni non consonum: Ad primū statim dicetur de votorum cōmutatione.¶Ad secundū dicēdum q; potest habere duplicem sensum. Primus.per professionē impedit & irritatur votum aliud professioni contrarium,quo resumitur voluntas ꝓpria, singularitas scādalosa,nociua personę,aut reipublicę cōmunitatis. Alius.nullū votū aliud est consonum,aut cōpatibile professionis voto,siue ante in seculo sit emissum, siue post professionem. Primus conceditur,secundus negatur.Hinc dicit Richar.ar.iiij.q.iij. Si abbas dat licentiam vouendi suo monacho, potest concessionem irritare re integra:& si sic vouet, votum suum est irritū. Si autem ad priorē concessionem vouit ante eius irritationem,tenet votū quousq; cum eo fuerit dispensatum.Ergo aliud votum potest esse cōsonū & compatibile voto professiōis, salua superioris obedientia,cum potest sine interitu salutis corporis vel animę seruari:sicut de iuramēto dicitur.de iureiuran.ca.quarto. ¶Per hoc respōderi pōt ad Richar.dicentē monachum non esse sui iuris: & ideo non posse vouere.Hoc enim dictum vniuersaliter nō procedit. Sed nō potest esse sui iuris cōtra ꝑlati voluntatē & prohibitionē, seu impedibiliter, vt patet. Potest ergo monachus vouere, dū per hoc non generatur prędicium prælato suo, nec cæteri pusilli scandalizantur,respublica nō lędit:nec vouentis vires indiscrete exterminātur: nec vagandi materia sumitur, & ita de similibus. ¶An autē monachus possit facere votum crucis, nō videtur esse clarum. Clarū videtur q; non possunt sine licentia prędicti,& maxime propter solam peregrinationē. Sic enim daretur eis materia & occasio euagādi. De defensiōe terrę sanctę maiores viderit qđ liceat deceat & expediat.¶Quare abbates vouere non possunt qđ rendit in prædicium suorum officiorum sine licentia superiorum.xviij.q.ij.Abbates.In alijs possunt vouere. Et vt videtur ex cap.Postulastis.de vo.prælatus regulariter potest emittere votū crucis ꝑ succursu & subsidio terrę sanctę etiā sine licentia superioris. Secūdū Panor.hoc restringitur dum fit passagium generale ex dispositione Romani pontificis & non alias. Et sic qdam etiam intelligunt de episcopo ca.Magnę.eo.ti. Et licet sępe stricto iure huiusmodi vota maiorū non obligāt:attamen in cautelā aliorū,ne alij scandalizent:fiunt huiusmodi votorum cōmutationes in prędicitū eorū dē.de voto.ca.ij. Laici em̄ videntes maiores sua vota non seruare,credunt & se non obligatos eē. Qđ em̄ fit a prælatis, facile trahitur a subditis in exemplum.Videndum ergo est quid liceat secundum equitatem:quid deceat secūdū honestatem: quid expediat secundum vtilitatem.Nec videtur esse simile de prędicto religioso,& monacho subiecto in hoc casu. Et sic potest dari casus quo nō eodem vinculo astringitur abbas suo superiori: sicut monachus abbati.xvj.q.j.cap. De prędicti. ¶Quinto seruus non potest facere votum reale aut personale,per qđ generatur prædicium dominicę potestati.Non ergo potest vouere religionem nisi domino annuente.q; si vouit, domino prędicare non potest. eo autem annuente tenetur voto satisfacere. Qz si non potest voto satisfacere, doleat, & pœniteat, paratus ad seruandū

Universidad de Deusto
Biblioteca



votum secūdum animi pronitatem nacta opportunitate. Potest tamen secundum Durand. facere votum cōditionatum si vacauerit sibi, hoc vel illud legendi &c. Sic de monacho. de hoc supra xxxvj. dist. ¶ Sexto: vir & vxor. De voto cōiugū patuit dist. xxxij. & dist. xxvij. q. ij. De quibus dicit Palu. q; alter alterius potest votū intantū & nō plus irritare, inquātū est iuris. ¶ Septimo impubes. Circa qd videndū est de irritatione parētū respectu voti filiifamilias, aut filiefamilias adhuc impuberis. Est aūt pubertas in masculo in principio anni. xv. In fœmina, in principio. xiij. Vsq; ad hoc tempus, puta annum. xiiij. in masculo, & xij. in fœmina, manent impuberes secundum ius scriptum. Et sic secundū notata doct. Hostiē. in sum. de vo. & vo. red. & Panor. c. Significatū. de regulari. non possunt votū religionis qd fit p̄ professionē emittere validum & nō irritandum. Et si ingressi sunt monasteriū de consensu parentū, vel oblatione eorundē, non possunt exire ante annū pubertatis. Videt tn esse decentię & honestatis plus q̄ necessitatis q; tanto tempore ibi slēt oblati a parentibus. Decet enim puerum sequi monita parentū, sicut dicunt canonistę. Monachū facit aut paterna oblatio, aut propria deuotio. Propria & personalis deuotio facit monachū directe: sed paterna oblatio nō nisi occasionaliter, & volēte filio obligari: quia decet filium sequi monita parentū. Si aūt impubes spōte ingredit sine oblatione parentū, potest exire ante annum & tempus p̄fessionis. ¶ Corollarium. Votum professionis ante annos pubertatis emissum, non est obligatoriū. ca. Ad nostrā. & ca. Significatum. de regularib⁹. & ibi doct. Et li. vj. de regula. sic habetur ca. j. Is q monasterium ante. xiiij. annū vt monachus efficiatur ingredit, nisi eo cōpleto professionem faciat in sequenti, vel habitū religionis suscipiat, q dari profitentibus consueuit, seu professionē a se pri⁹ factam, ratam expresse habeat, liber potest infra ipsum sequentē annū ad seculum exire. Hæc ibi. Requiritur ergo ad professionem: q; xiiij. annus sit cōpletus. dicitur em Nisi eo cōpleto. Et p hoc corrigitur opinio Hug. qui tenuit doli capacē posse profiteri: vt sicut malitia supplet ætatem in matrimonio carnali: ita & in p̄fessione spirituali. Hic vbi est dura & rigida congregatio monachalis, p̄ hibentur colligi ante annum. xviij. ca. Quia in insulis. de regula. Ratio hui⁹: quia ius disponit p̄ut congruit multitudini, & de frequenter accidentibus. Pueri vero nondū experiri possunt quid sit castitatis perpetua cōtinētia, cū adhuc sunt impuberes: & in professione agitur de maiore præiudicio pariter & obligatione q̄ in matrimonio. Hinc San. Tho. ij. ij. q. lxxxviij. ar. ix. dicit. Si puer aut puella ante pubertatis annos nōdū habet rationis vsum non potest se voto astringere, nec simplici nec solēni, cū deficit deliberatio. Si vero ante pubertatis annos attingit rationis vsum: potest quidem quātum in se est se obligare: sed votum eius potest irritari per parentes, quorū curæ aut tutorū loco parentū manet adhuc subiectus. ¶ S. Tho. X
ij. ij. q. lxxxviij. art. ix. arguēdo in cōtrarium dicit. Q̄d nō est rite factū nūq̄ est validū etiā si a nullo irritet. Sed votū puellæ emissum ante annos pubertatis validum est sub cōditione, si a parentib⁹ non reuocetur infra annū. xx. q. ij. ca. Puella. igit licite & rite possunt se pueri obligare ad intrandū religionē etiam ante pubertatis tempus, maxime cum non carent vsu rationis: sed sunt doli capaces. Verum cum vt frequenter carent adhuc rationis vsu, & sunt naturaliter curæ parētum subiecti aut tutorum loco parentum: ideo eorum vota ex duplici causa robur non habent. Contingit tamē propter naturę dispositionē quæ iegib⁹ humanis nō subiacet, in aliqb⁹ licet paucis rationis vsum accelerari, qui ob hoc dicunt doli capaces. Nō tamen propter hoc in aliquo eximuntur a cura parentū, qui subiacent legi humanę respicienti ad id qd frequētius accidit. Cum ergo adhuc carent ratione, non possunt se voto obligare. Si autē ratione gaudent adhuc impuberes, possunt quātū in ipsis est se obligare: sed cum adhuc subsunt curę paternę, potest parens votum eorum reuocare & irritare. Sed quātūcūq; sit doli capax ante ānos pubertatis non potest obligari voto solenni religionis propter ecclesiæ statutū, qd respicit id qd in pluribus accidit. Post annos pubertatis iā possunt se obligare vt libet voto solenni aut simplici. Hęc ille in effectu. ¶ Si quęritur an prędicti existentes in impedimentis recitatis teneantur ea vota implere sublato impedimento, cum. s. filiusfamilias factus est sui iuris: Angelus in ver. Votū. ij. §. xiij. distinguit. Aut votum fuit perpetuum: aut fuit temporale. Si perpetuum, aut tunc fuit irritatum per eum qui potuit irritare: & sic amplius non tenetur nisi ad id ad qd potuit se obligare. Et iste proprie est casus in cap. Quidā. & cap. Placet. de conuer. coniuga. Nam ille reuocatus q professus fuit in religione sine licentia coniugis, non tenetur illa mortua ad religionem reuerti: sed solū viuere caste: quia ad hoc solū se obligare potuit cedēdo suo iuri. Potuit enim vouere nō exigere: sed non potuit promittere debitum nō reddere: vel simpliciter in religione stare. & ideo illud seruare tenetur propter suam spontaneam obligationem: non autem illud qd tunc fuit legitime irritatum. Aut votum perpetuum nō fuit irritatum per eum cui⁹ intererat: & qui potuit: & sic soluta potestate patria vel vinculo quo impediebatur, tenetur illud implere. Et ille est casus. ca. Con-



suluit. de conuer. cōiu. vbi vir ingressus religionē vxore non repetente ipsum in vita: ea mortua cogitur stare in religione. Si vero votum non fuit p̄petuum sed temporale: sic non tenetur, nisi intentio fuisset ad obligandum se ad tempus illud faciendi, in quo se potuit obligare. Similiter tenetur si cum fecit votum intēdebat se obligare: saltem post solutam patriam potestatē. Vel si remoto impedimento ratificauit per nouum consensum: vt in cap. ij. in tex. & glos. de voto. Si vero de nullo istorum cogitauit cum vouit: sed solum de voto implendo tempore patrię potestatis: sic si fuit irritatum non tenetur. Hęc ille. Hoc videtur esse tuti⁹ q̄ dicere q; talia vota sint de facto nulla & irrita. Sunt enim irritanda & possunt irritari, interim possunt & debēt in foro cōscientię pro posse seruari. Videt deniq; idem esse de professionis voto facto ante maturam ætatem, quo ad obligatoriā rationem voti præcise, secluſa quæ ab ecclesia est solennizatione, q; teneat vsq; ad irritationē in foro conscientiæ. Ecclesia vero ad cauēdum maius malum, reliquit eū iudicio dei. ¶ Nec obstat qd dicitur lib. vj. ca. j. de regulari. q; potest libere exire ad seculum: quia non tenetur monachari ex aliquo statuto ecclesiæ, & votum eius non est solenne: immo potest irritari per parētem aut tutorem, quo facto nullum est. Secus si non fuerit irritatū ab eo cui⁹ interest. Sic enim ratio obligatoria voti manet cum fuit doli capax. solennizatio vero nulla est. Præterea in seculo positus potest caste viuere: ad quod se potuit (vt videtur) obligare si ne alterius contradictione. Secus de obediētia & proprietatis abdicatione. Petat ergo cōmutationē vel dispensationē, hoc tutius est. ¶ An superiores irritantes votum subditorum & impuberū peccent irritādo, & prohibendo eos a voti obseruātia: Videtur q; non: quia in hoc vtunt iure suo a deo eis concesso: nisi ad hoc eis dederint consensum & fauorem. tunc em peccāt secūdū Rich. & Angelū, p̄hibēdo a pri⁹ cōcesso. Et secūdū Rich. vt supra, si ad priorē cōcessionē abbatis, monach⁹ vouit: tenet votū, quousq; cū eo fuerit dispēsatū. Verū abbas nō pōt cū eo dispēsare: sed superior eo. ¶ Sed diceret aliquis: Sicut in coniugio vxor tenet obedire marito, cū retractat ei⁹ qd pri⁹ annuit votū, & nō peccat: Ita in proposito, cū monachus sit magis subditus prelato q̄ cōiūx viro. Vnde sicut eo annuente tenet votū: ita eo retractā te non tenet: licet peccet retractādo sine oīni causa. non enim debet hmōi leuitas in votorum non obseruantia exhiberi, ne ceteri sumāt materiā delicti & peccati. Ad hoc Aug. in li. iiij. quęstionū super Numeri. Ex quo sumi pōt argumētū, q; parētis est discernere: & sibi p̄lati respectu sui monachi ex his quæ frequenter accidūt, & secūdū hoc an- Y
nuere vel retractare. Et licet superiores sæpe peccēt irritando irrationabiliter & scandalose: tamen inferiores excusantur humiliter prout tenentur obtēperādo. Sic de vxore respectu mariti. ¶ Octauo filiusfamilias vouere non potest aliquid qd præiudicet regimini & familię domesticę: qa est in potestate paterna. Quicquid ergo præiudicat patrię potestati, quo ad regimē domus & familię, vouere non potest citra irritationē paternā. Sic de pertinentibus ad illa, & vnde pater scandalizaret secundū Hostien. In hoc enim non est sui iuris: sed obligatus patrię potestati. Licet itaq; posset quo ad actus pertinentes ad dispositionē suę personę post annos pubertatis votum facere secundum Duran. & ita religionē intrare, non tamen lōgam peregrinationem: dempta cruce. Si habet peculium castrense vel quasi: potest votum facere de illo: quia in hoc est sui iuris secundū Tho. Hostiē. Richar. Angelū. ¶ De voti redēptione & cōmutatione nunc videndū. Circa qd notādum q; redemptio & commutatio differunt sicut emptio & permutatio. Possunt em vota eleemosynis redimi, vel in aliud commutari, interueniente auctoritate superioris, & iusta causa redimendi vel commutādi. Exempli gratia: A. vouit peregre proficisci ad Romā. subsistēte causa ob quam illuc ire non potest: cōmutatur in aliā peregrinationē quā ferre pōt vnā vel plures. Item A. nō potest voto crucis satisfacere, iniungitur ei q; faciat hoc vel illud, tenendo vnum satellitē vel plures tāto tempore, & tantūdē pro expensis vię mittendo cōtra infideles &c. vt in ca. Magnę. de voto. Debet aūt hmōi redemptio esse ęqualis & iusti precij: vt volens habere redemptionē tantūdē eroget quātum erat daturus vel factur⁹ in ęquualēti. Nec est contra rationē ei⁹ si cōmutat in melius aut ęquale bonum: vel si qñq; redimit. Non enim p̄missum infringit qui id in melius cōmutat. cap. Peruenit. de iureiurā. Itē votum est actus religionis & pietatis immo & charitatis. qd ergo pro charitate inceptū est, nō debet militare cōtra charitatē: & nemo obligatur ad impossibile. Iniqua aūt forēt vota secūdū Bernar. in de p̄cep. & dis. si statuta p̄ sola charitate, contra charitatē militarēt. Militarēt aūt cōtra charitatē, si nō liceret ea p̄ loco & tēpore, vel commutare in meli⁹, vel redimere p̄ salute illi⁹ hois cui hoc est meli⁹ bonū, in qd fit cōmutatio. Sed hoc nō licet auctoritate propria vouētis: cū nemo bonus iudex in p̄pria causa euadat: sed superioris. ¶ Si quæritur: cū redditio voti est de iure diuino, vnde habet homo auctoritatem redimendi, aut commutandi votum? Respondetur, auctoritate diuina hoc concedente. Hoc enim licuit in legeveteri, in qua præceptum non minus obligat q̄ hodie liget votum, in qua primogenita quædā man-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ti,non sic gētiles.& ideo fidelis permittebaꝫ habitare cū infideli de gentib⁹ nō de Iudeis. Nūc temporis pari passu obstinati euadunt vtriq; & ideo nō permittiꝫ fidelis manere cū infideli: & sunt fideles respectu infidelium illegitimati per ecclesiā. ¶ Corollarie sequit. Inter infideles potest eē verū & legitimū matrimonium:quia nec lege naturę,nec diuina,nec cōstitutiōe ecclesię,quæ nō iudicat de his quæ foris sunt.j.Corinth.v.prohibētur matrimonio copulari: sed eorum matrimonium nō est ratū: quia possunt separari altero conuerso ad fidē: vt infra. Et hoc dum alias sunt personę habiles secundū legem naturę & diuinam. Prohibitio eñ ecclesię in certis gradibus infideles nō cogit. De prohibitione Iudeorum Leui.xviij.habet, quę gētes simiC liter nō constringit. Videtur autē apud gētes nemo excluſus a matrimonio nisi pater & mater, respectu filiorū &c.lege diuina & naturę. Verum a principio humani generis deo dispēsante, & post diluuium,vt humanū genus multiplicaretur,frater sororem suam cepit in vxorem,& cōsobrinā,scdm Aug.xv.de ciui.dei.ca.xvj.Hoc enim exegit tunc necessitas:sed tēporum successu aliud in lege no.& ve.statutum est: & factum est nefas quod olim licuit diuina concessione. ¶ Tertia conclusio. Etsi olim ante legē scriptā licebat generaliter fideli cū infideli cōtrahere:vt multis placet: tempore vero legis scriptę nō licuit filijs Israel cū Chananeis,sed nec alijs gentibus,nisi transirent ad ritus eorūdem,cōnubia facere: Attamen tempore gratiæ baptizatus nō potest non baptizatam q̄is catechuminā ducere:vt placet aliquor⁹ opinioni,partim diuino iure,partim ecclesię prohibitione. Prima pars patet.Nam Ioseph cōtraxit cum Aegyptia.Gene.xlj.Moyses cū infideli.Exo.ij.Et cū Aethiopissa.Nume.xij. Contrarium tenēt quidam dicētes,q; ille mulieres nō fuerunt de Chananeis: aut q; hoc fecerint dispēsatione. Diuersi diuersa dicunt de vxore Moysi quæ fuerit.Vnde nec Abraham permisit filiū suum Isaac, ibi vxorē ducere. Gene.xxiiij. Nec Isaac Iacob. Genesis xxviij.Iacob cōsensit de Dina, dādo circūciso vel circūcidenti.Geñ.xxxiiij.Hinc Esau peccauit cōtrahēdo cū Chananeis, & reputatum fuit suum cōiugiū a patre & matre secundū Palude, quasi fornicatio.Hoc autē habuerunt per reuelationē & inspirationē,sicut de circūcisione & pluralitate vxorum. Secūda pars. Nō eñ licuit eis contrahere cū Chananeis. Deute.vij. Erant eñ ad mortem condēnati. Deute.xxj.& filij Israel illuc missi:vt diuinā facerent iustitiam. Prēterea Iudæi multū erant proni ad idololatriam, ideo Esdras primi Esdræ.x. tale matrimonium separauit.Secus de alijs gētibus,prius tamen assumpto ritu Iudeorū fidelium,rasis vnguib⁹ & capillis & huiusmodi. Deute.xxj. ne haberent occasionē idololatrādi.Ista rasio capillorū & vnguium &c.signum erat dimittę gētilitatis & assumpti iudaismi.Defendat qui potest Salomonem ducentē plures alienigenas,quę alliciebant aīm eius ad idololatriā.iij.Reg.xj.Videat insuper lector si bene dicat Durādus & Palud.& consone ad textū Deute.vij.&.ix.cum inquit q; nō licebat Iudeis cōtrahere cum Chananeis ob eorum puersitatem & obstinationē, nisi relicto ritu suo transirent ad ritum eorū . Cum alijs autē licebat.Q d enim dicitur Nisi trāsirēt ad ritum eorum,verum esse videtur de gētib⁹ alijs a Chananeis,non de Chananeis: qui erāt propter demerita occidēdi a filijs Israel. Deute.xxj.Si occidēdi, quō matrimonio copulādi? Tertia pars cōclusionis videtur esse ex parte dubia.Nam dicit, scdm Palud. q; partim diuino, & partim iure humano baptizat⁹ non potest nō baptizatum licet catechuminū ducere.Vbi hoc sit de iure diuino nescio.Potest eñ infidelis infidelem ducere,nisi obsit prohibitio in aliquo gradu ex lege naturæ vel diuina. Et disparitas cultus est ex iure positiuo ecclesię. Nisi dicatur q; de iure diuino sit q; soli baptizati baptismo fluminis sint capaces aliorū sacramētorū. Hoc quidē verum est: quicūq; scit se nō baptizatū, debet primo de iure diuino p originalis peccati remissione baptismum suscipere:si habere potest ad hoc necessaria,& sine baptismo fluminis stante lege nullus saluatur post eius institutionem & promulgationē &c.Ioā.iij.Et ita qui eo dimisso & contēpto anhelat ad aliud sacramentū peccat, & ponit obijcem gratiæ.Hinc nō potest cū fructu quodcūq; sacramētum sumere.Nec Papa dicit illum de quo supra.ca.Veniens.non fuisse ordinatū:quia non baptizatus : sed tutiorē elegit partem,cum ordini & ordinē habētibus in ecclesia dei multa cōueniāt opera reipublicę ad salutē necessaria . Et sic quia de iure diuino oēs saluādi tenētur ad baptismi fluminis pceptionē &c. ecclesia statuit q; nullus vtatur quocūq; no.le.sacramento:nisi prius incorporatus ecclesię per baptismū saltē nūero & charactere baptismali.Est ergo diuini iuris q; baptism⁹ fluminis nō contēnat: sed primū si haberi potest sumatur.Ex quo cōsequenter ecclesia iudicans de his quæ frequenter accidunt, statuit defectum baptismi seu cultus disparitatē esse impedimētum &c. Hinc Richar.q.j.arti.j.dicit defectum baptismi esse causam illegitimatiōis,& nō infidelitatē.Et Durād.dicit q; matrimonium inter hęreticum & fidelem tenet,non autē cū infideli,



propter cōmunionē sacramenti baptismatis in vno:& nō sic respectu infidelis, Et.c.Caue.xxviij q.j.dicit nō sufficere q; sit christianus.i.catechumin⁹. ¶ Quarta cōclusio. Ecclesia licite & rationabiliter statuit,phibendo,ne fidelis baptizat⁹ contrahat cū non baptizato. Probaꝫ.Hoc eñ cedit in fauorē fidei,& per hoc pōt consequi finis institutiōis cōiugij,& pia educatio prolis. Tol lunt quoq; pericula fidei & occasiones ruinæ & scādalorū ex cohibitione fidelis cū infideli nō baptizato . Hęreticus baptizatus pōt cōtrahere & sacramēta ecclesię de facto recipere. Si allegaꝫ eandē fuisse causam illegitimationis olim in ecclesia primitiua sicut nūc:sed olim Paulus suasit vt frater fidelis nō dimittat infidelē,igiꝫ: Respondeꝫ.Paulus suasit & cōsuluit pro statu ecclesię:vt tūc cōgruebat,cū magna erat spes de lucrādo infidelem,& ecclesia erat ex multis augenda posita paucitate fideliū. Nec tūc fideles succensi magno charitatis ardore facile seduci poterant. Nec ita imminebat eis periculū tunc sicut nūc, mundo posito in maligno cū charitas tepuit. Et non est absonū dicere ecclesiā pronunc posse aliquid statuere contrariū facto aut consilio apostolico pro tēpore illo nō indebito,mutatis hominū moribus:vt claret de multis obseruantijs ecclesię & sumptione eucharistię a ieiunis, & non sub vtraq; specie a laicis. Sufficit deniq; ecclesiæ:vt sese fundet sup ratione probabili, & nō omnino necessaria. Vnctio eñ docet eam de oñib⁹. ¶ Quinta cōclusio. Tametsi olim ex cōE filio apostolico licuit conuerso fideli manere cū infideli cōiuge pro eius cōuersione in casu certo,hodie tamen nō licet nisi sufficiēter monit⁹, vt cōuertatur , q̄tocyus cōuerti & baptizari voluerit. Prima pars habeꝫ.j.Corinth.vij. & de diuor.c.Quāto. Secunda habeꝫ. xxviij.q.j.c. Iudei.vbi annectitur ratio,ne dū fidelis salutē quę erit infidelis,infidelitatis pditionē inueniat. Et intelligiꝫ cōclusio de cōtrahētibus in infidelitate. Q; si promittit morū conuersionē, nō debet cōuersus eū subito repellere,si promittit cū effectu : nec fraudē facere si hoc promittit,priusq; eliciat actū contrariū fidei.Nec potest in hoc casu alter alteri fornicationē spiritualem imputare,cū eodē laborauerit morbo, ante singulor⁹ cōuersionē. ¶ Sexta cōclusio. Si infidelis vult cohabitare cōuerso fideli sine diuini nois blasphemia aut scādalo pcti mortalis,pōt fidelis si vult infidelem quo ad thorū & domū dimittere,& ei debitū negare.Non tñ pōt fidelis ad secūda vota trāsire viuēte infideli, nisi infidelis discedat aut non velit ei modo debito & sine scādalo cōmanere.xxviij.q.ij.c. Si infidelis.§.Hic distiguē dū. Manet eñ vinculū cōiugale, cū nō fit iniuria creatori aut matrimonij institutori. Iniuria fit cū discedit infidelis. Deberet eñ esse indissolubile ex diuina institutiōe. Cū igiꝫ discedit infidelis,fidelis cōuersus nō teneꝫ eū sequi: sed pōt alibi cōtrahere viuēte infideli. Q; si vterq; conuertiꝫ,& i ecclesia cōtrahit:& dehinc pro tēpore alter a fide relabiꝫ,& ideo fidei christianæ christianū cōiugē dimittit,derelictus discedētē nō comitabiꝫ,non tñ alibi cōtrahere poterit viuente cōiuge in ecclesia susceptо,licet relapso. Fuit eñ matrimoniū ratū i ecclesia:quia sunt baptizati:vbi supra.xxviij.q.ij. ¶ Septima cōclusio Noneo ipso q; alter infideliū conuertiꝫ ad fidē, alio in infidelitate relicto, soluiꝫ inter eos matrimonij vinculū. Patet ex dictis. Sed crimē infidelis nolentis debito modo cōmanere,absoluit cōuersum ab illa seruitute qua prius ligatus erat vxori,q; nō potuit alibi cōtrahere ea viuēte. Si eñ blasphemia cōuertiꝫ re integra priusq; fidelis statū mutet,restituiꝫ ei vir cōuersus.Nec pōt cōuersus aliā ducere,itaq; ex discessu seu infidelitate cōiugis daꝫ ei fas si vult alibi cōtrahendi. Nō aūt restituiꝫ vir cōuersus quasi resarciaꝫ matrimoniū:sed quia ecclesia illū cōuersum illegitimat respectu cuiuscūq; alteri⁹, viuente prima nūc cōuersa,si adhuc liber ē,& statū nō mutauit.

¶ Quātum ad articulum tertiū est dubiū primū. Cū maius est vinculū viri ad cōiugē q̄ serui ad dominum : & seruus conuersus nō absoluiꝫ a vinculo seruitutis.j.Corinth.vij. prima ad Tim.vj.igitur etiā vt videt vir fidelis nō liberaꝫ a debito cōiugali respectu infidelis cōiugis:sed teneꝫ ei cohabitare & debitū reddere,maxime cū vult pacifice secū manere i suo ritu. Dicendū.nō est simile. Nā mortuus alicui vitę si vult liberaꝫ ab obligationibus eiusdē vitę,sicut religiosus mortuus mūdo nō est obligatus ad seruandū vota prius in mūdo emissa: licet possit si velit ea seruare sine p̄iudicio superioris:vt supra.dist.p̄cedē. Cū aūt infidelis baptizaꝫ consepeliꝫ Christo in mortē:& ita prorsus moriꝫ infidelitati.Et si quis diceret:baptizatus moriꝫ culpę & pœnę ,p pctis debite:sed nō obligatiōi:q̄ nec est culpa nec pœna pctis debita:vt bigamię,irregularitati &c. Ita est in ,ppositо in obligatiōe redditiōis debiti.Respondeꝫ,nō est simile.& ratio est,quia cōuersus mortu⁹ est infidelitati,ideo nō teneꝫ reddere debitū in infidelitate cōtractū.Nā cohabitatio cū infideli & redditio debiti cōiugalis plurimū nata sunt fidelē reducere ad infidelitatē cōiugis. Exēplū de Salomone habente plures:q̄ alliciebant animū ei⁹ ad idololatriā.iij.Reg.xj. Seruitus vero nō sic p̄iudicat saluti hoīs & christianę libertati,sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca



cultus disparitas. Ideo licet possit ceteris paribꝰ debitū reddere & manere cū vxore nō discedēte, non tñ teneꝫ ꝓpter periculū imminēs ex cōcessione diuina. j. Corin. vij. Iā enī liberatꝰ est a seruitute infidelitatis. Hinc cultus disparitas siue ignorata, siue scita, ē impedimētū impediēs & dirimēs, nō sic error seruitutis: vt supra. distin. xxxvj. Et si vxor allegat ꝑiudiciū sibi fieri cū vir nō reddit debitum, imputet suæ infidelitati & culpę qua cōuerti recusat, licet ad hoc nō compellaꝫ simplr. secus si vult saluari. ¶ Secūdū dubiū. Ponaꝫ casus: infideles contrahūt in infidelitate, & cōuersi veniunt ad ecclesiā & reperiꝫ ꝙ ī tertio aut quarto gradu cōsanguinitatis cōtraxerint ab eccl'ia ꝓhibitis: An soluaꝫ eoꝝ matrimoniū. Rñdeꝫ ꝙ nō, quia cōtrahēdo nō subfuerūt eccl'ię mādato, & illę ꝓhibitiōes sunt positiuę hūanę. Secꝰ si eēnt dinę: vt si pr cū filia, aut filiꝰ cū matre cōtraxisset. hoc enī non licuit vnq̄.

## Distin. XL.

Vnc supest de cognatiōe aliquid videre &c. Egit magr̄ de matrimonij impedimento quo psona reddit illegitima respectu alteriꝰ ꝓpter distātiā ad ipsā i religiōis cultu: Nūc de ipedimēto ꝓpter nimiā ꝓpinquitatē ad aliam: q̄ duplex est. s. carnalis, & illa duplex: & spūalis cognatiōis. Dicti. p̄seti agit de cognatiōe carnali q̄ dr̄ cōsanguinitas. Stat sū mariū istiꝰ dist. ī cōclusiōibꝰ istis. ¶ Pria. Cognati vel affines i septio gradu vel ifra copulari nō debēt. Hęc cōclusio ꝓcedit scdm antiquū ius, nō scdm nouū. ¶ Scda. series cōsāguinitatis scdm diuersos diuersis cōputaꝫ gradibꝰ. ¶ Tertia. alia ratiōe mouenꝫ q sex gradibꝰ oia ꝓpinqtatū noia cōtinēt, sicuti sex repiunt̄ ętates mūdi, qbꝰ gñatio & status hois finiꝫ: Alia q septē: vt ita post septē gradꝰ spōsus spōsę iūgaꝫ, sicut postꝫ hāc vitā quæ septē agit diebus, ecclesia Christo iūgetur. Declarationem profusiorem textus docet.

A

## Questio Vnica.

Irca hāc distinctionē quadragesimā q̄riꝫ: Vtrū cōsanguinitas sit matrimoniꝫ impedimētū naturali iure vl' eccl'ię positiua ordinatiōe Art. iij. solito ponēt mōte.

¶ Quātum ad articulū primū, q & termios declarabit q̄stiōis, & cęteras subiūget regulas ad cognoscēdū distātiā cōputationis seu gradꝰ cōsanguinitatis: Notādū prīo. Cōsanguinitas dr̄ quasi sāguinis vnitas: qa de cō. sanguie descēdit v l' descēdūt psonę cōsāguinitate iūctę. Nec refert quo ad ꝓhibitionē cōiugij an descēdāt ꝓ coitū fornicariū vl' vxoriū. Et pōt sic notificari. Est viculū psonarū ab eodē stipite descēdētiū carnali ꝓpagatiōe cōtractū. Sco. dicit. Est viculū psonarū ab eadē psona carnali ꝓpagatione descēdētiū. Aliꝫ sic notificāt. ē attinētia siue ꝓximitas psonarū ex eo, quenies ꝙ vna descēdit ab altera, vl' ābę ab vna tertia. redeūt ī idē. ¶ Dr̄ viculū quia ꝓpinqui magis se diligūt q̄ extranei tā affectiue q̄ effectiue. Et qa aialia bruta scdm S. Tho. nō sic iūgūt ad amicitiæ vnitatē ꝓpter ꝓpagationē multorū ex vno parēte ꝓximo, sicut fit i hoibꝰ: ergo talismodi vinculū cōsanguinitatis nō inter bruta, sed hoies q sunt aialia ciuilia reperiꝫ. ideo etiā dictū fuit psonarum, nō suppositorū. Personalitas enī solū reperiꝫ i supposito rationali, vt supra i tertio. Dicit ab eodē stipite. Addit Palu. ꝓpinquo. Alias oēs hoies essent cōsanguinei, cū ex vno hoie totū genꝰ humanū ꝓcesserit. Noiaꝫ stipes psona a qua aliquę ducūt seu duxerunt originē. Sicut Adā fuit stipes Caim & Abel & filiorū q ab eis ꝓcesserunt. Itē Abraham, Isaac & Ismahel. Isaac, Esau, & Iacob &c. Et ideo Hostien. adiūgit Vel ascēdētiū. quia sursum versus fit cōputatio: vt loquit ī sūma. Dicit carnali propagatiōe siue vxoria, siue fornicaria. Vñ inter angelos a deo creatos nō est cōsanguinitas. Dicit aūt cōsanguinitas a cōitate sanguinis & nō carnis, scdm. S. Tho. & Palu. quia illud qd ꝓxime cōuertit ī semē, est sāguis: & sanguis est magis materia ꝓpinqua seminis vt ꝓbaꝫ in. xv. de aialibus. Vñ sperma scdm medicos est sanguis purissimus: & multū coiens sanguinē ꝙ semine emittit. & ideo vinculū seu ꝓpinquitas ī carnali cōicatiōe fundata, secūdū actū gñatiōis qua natura ꝓpagat, cōuenientius dicit cōsanguinitas q̄ carnalitas. Et si aliqñ aliquis cōsanguineꝰ dicit cē alteriꝰ caro, hoc ideo est: quia sanguis qui i semē viri aut mēstruū cōuertit, ē potētia caro & os scd̄z. S. Tho. Per hoc etiā q, dictū ē carnali ꝓpagatiōe, excludit Euā a cōsanguinitate A dę: quia formata ē ab eo miraculose. Nō aūt excludit Christꝰ a cognatione cōsanguineorū beatę virginis, quia fuit carnalis ꝓpagatio ex pte matris, si ita fas est loqui cū Palu. licet nō ex pte pris. Istud aūt viculū cōsanguinitatis sicut & ois amicitia fundat̄ i triplici cōicatione. s. naturæ, curæ, & disciplinę. Naturę, quia oēs consanguinei ab eodē stipite eis cōi



descendunt per propagationem carnalem quam natura docet: qui stipes est eis communis parēs. Exemplum. Filij fratris & sororis habent vnum stipitem: patrem, scilicet eorundem. Curæ, quia cura parentū ꝓcedit ad filios: immo ad filios filiorū inter se cōsanguineos, & quotquot videre possunt. Disciplinę, qa ꝑles sub parētum tutela stare debet pariter & subiectione. ¶ Secūdo notandū Ex quo cōsanguinitas distinguiꝫ & numeratur ꝑ gradus & lineas: ideo opus est scire qd linea consanguinitatis: & vnde dicaꝫ. Est aūt linea consanguinitatis collectio psonarū cōsanguinitate iūctarū diuersos gradus cōtinēs, & numeros distinguēs. Vel secundū S. Tho. est collectio psonarū cōsanguinitate iunctarū ab eodē stipite descendētiū, diuersos gradus cōtinēs. Scdm Sco. Duran. & Palu. est ordinata collectio psonarū consanguinitate iūctarū. Reliquū. n. puta ab eodē stipi. desicludit in ly consanguinitate iūctarū. Et hoc cōtingit fieri tripliciter secūdū triplicē habitudinē quā habēt ad se cōsanguinei. Alia enī est principij ad principiatū, seu propagantis ad ꝓpagatū. Et hęc est patris ad filiū nepotē ꝓnepotē: & infra. Et secūdum hanc accipiꝫ linea descendētiū: eo ꝙ est a ꝓpagāte psona ad ꝓpagatas, q̄ nō est alia a linea ascēdētiū: sed aliter accepta secundū aliū & aliū modum cōputādi: qa secundū vnā fit acceptio ab inferiori ascēdēdo secundū aliam a superiori descēdendo. Alia est principiati ad principiū: vt filij ad patrem auū, ꝓauū, & supra. & secūdū hāc habitudinē colligiꝫ recta linea ascēdētiū. Incipiꝫ enī a ꝓpagato ad ꝓpagātē ascendēdo. Alia est habitudo eorū quo tū vnꝰ nō ꝓpagaꝫ ab altero: sed oēs sunt ab vno principio: sicut sororū aut fratrū, q descēdunt ab vno parēte, patre & mr̄e, & nepotū q sunt ex duobus fratribꝰ vel sororibꝰ: & sic deinceps. Et secūdū hāc habitudinem colligiꝫ linea trāsuersalis vel trāsuersaliū. Quę cōsequēter diuidiꝫ in eā quę est collateralis ascēdētiū, in qua sunt auūculus, mater tera. patruꝰ, amita &c. Et in eā q̄ est descendētiū in qua sunt frater, soror, nepos, neptis ex filio vel filia. ¶ Ex illo colligi pōt lineā cōsanguinitatis esse in gñe duplicē. s. rectā & collateralē siue trāsuersalē. ¶ Recta linea qua vna persona recte & directe trahit sanguinē ab alia mediate vel imediate: vt filius a patre imediate, vel nepos a pr̄e mediate. Et illa vel est descendētiū: vt numerādo a Phares. i. circulo non noiato, vsq; ad abnepotē: vel vsq; ad abauū: vt est ascēdētiū. Dicit enī linea descēdēs, q̄ est a ꝓpagāte ad ꝓpagatū. Ascendēs ecōtra a propagato ad illas de quibus descēdit. ¶ Linea vero collateralis siue transuersalis est in qua vna persona nō sic sanguinē trahit ab alia: sed vna stat alteri ad latꝰ, vt fratres vel sorores, ipsius Phares in arbore, & ab eis descēdētes. Et talis est duplex, sci

B

licet ęqualis & inęqualis. Aequalis est vbi duę personæ collaterales in sua linea æqualiter distant in gradu a communi stipite eorum, vt duo fratres & eorum filij. Item Phares & propatrui faciunt lineam æqualem. Inæqualis est vbi personæ collaterales in linea inæqualiter distant in gradu a communi eorum stipite: vt Phares & filij fratris eius: Nominando Phares cōmunem stipitem seu cellam vacuam in arbore consanguinitatis. Vel sic: quando ab altera personarum alteri comparandarum, pauctores sunt cellulę ad communem stipitem exclusiue: hoc est, quando non sunt eiusdem numeri præcise ad communem stipitem exclusiue. Vel est determinata propinquitas personæ ad personam secundum consanguinitatem.

C

¶ Tertio notādum. Gradus est habitudo determinatę distantiæ personę a persona in consanguinitatis linea. Vel est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnitiōis vel cognitionis distantia duę personę inter se differunt. Et dicuntur illi gradus ad similitudinem graduum scalarium vel locorum procliuium, quibus ascenditur vel descenditur ab vno ad reliquum. Et secundum Sco. proprie inuenitur in linea ascendēte & descendente. Improprie in linea transuersali. Item personę distātes ęqualiter a cōmun stipite dicunt̄ facere gradum & esse in gradu. Quę vero inęqualiter se habēt ad communem stipitem eo tamen excluso, dicuntur facere distātiam: vt iuristę loquunt̄. ¶ Pro cuius intellectu placuit cōsanguinitatis arborem hic describere. Primo fiat linea recta: in cuius medio ponatur circulus siue cella nō depicta noie proprio: supra quem vacantem circulum quatuor circuli ponēdi sunt. In primo scribeꝫ Pater mater. In primo hoc est viciniori apud vacātem, quem si placet nominabimꝰ Phares. & ponet rubeus punctꝰ supra: & vnus niger infra. In secundo circulo ascēdendo ponet Auus auia. & ponentur duo puncta rubea supra: & totidē nigra infra. In tertio, Proauus proauia cū. iij. punctis rubeis supra, & totidē nigris ifra. In quarto Abauus abauia, cū. iiij. rubeis punctis supra & totidē nigris infra positis. Sic similiter descendendo a circulo vacante, ponentur quatuor circuli. In primo filius filia cum. j. rubeo puncto supra: &. j. nigro infra. In secūdo nepos neptis, cum duobus rubeis punctis supra & totidē nigris infra. In tertio pronepos proneptis, cum. iij. rubeis supra, & totidem nigris punctis infra. In quarto Abnepos abneptis cum. iiij. rubeis supra, & totidem nigris infra. Si placet referantur omnia nomina ad Phares in genitiuo: vt pater & mater Pharis filiꝰ filia Pharis: & sic consequenter de oībus aliis. Pū cta rubei coloris graduū scdm ius canonū. Nigra scdm ius ciuile cōputationē & numerū indicāt &

Universidad de Deusto
Biblioteca



rep̃sentāt. Rō huiꝰ apud Iuristas habeť: qa canones ſecūdū ſanguinē in mr̃imonialibꝫ iudicāt, Legiſte ſecūdū ſucceſſionē, q̄ fit p mortē. Sic ergo pūctorū nūerus diſtātiā graduū indicat, habito reſpectu ad cellā vacantē. Et claret ex pūctis qꝫ in linea aſcēdētiū & deſcēdentiū cōcordāt quo ad gradus diſtātiā vel ꝓpinqtatē, ius canonicū & ciuile. Circulus vacās ideo nō habet nomē, qa aliꝫ circuli habēt nomē ab ipſo: demptis his q̄ exprimunť in gtō caſu. Et pſona quā rep̃ſentat, tā diciť pater reſpectu deſcēdētiū: qnqꝫ filiꝰ reſpectu aſcēdētiū. interdū frater reſpectu collateraliū. Nō ergo pōt habere nomē pſonale ꝑpriū: vtputa pater aut filius: ſed ſtat vacua: vt ſit quaſi ſedes vacua patens vnicuiqꝫ ſiue ſit vir ſiue mulier: quatinus q̄cunqꝫ voluerit cōputare cōſanguinitatē, inueniat ſedem in qua ſe collocare poſſit. debet itaqꝫ nō ſolū vni: ſed multis patere & ſeruire. Et placuit eā hic ſecūdū Palu. noiare Phares, vel Socrates ſi placet, aut alio noie Theologico. Et ſic habeť linea recta aſcēdentiū, & deſcēdētiū. ¶ Iſta linea recta formata p̄cedēdū eſt ad collaterales habentes a dextris noia matriū, a ſiniſtris mulierū. Aſcēde itaqꝫ ad cellulā ſuprapoſitā circulo vacanti, in qua ponit Pater mater: & ꝓtrahe lineā trāſuerſalē a dextris habētē .iiij. circulos. In prio ſcribať frater cū .j. rubeo ſupra, & .ij. nigris ifra. In ſecūdo fratris filiꝰ filia, cū ij. rubeis ſupra, & .uij. nigris infra. In tertio, fratris nepos, neptis: cū .iij. rubeis ſupra, & .iiij. nigris infra. In quarto, fratris ꝓnepos ꝓneptis cū .iiij. rubeis ſupra, & qnqꝫ nigris infra ſcriptis punctis. ¶ E regione ad latꝰ ſiniſtrū, in prio circulo pone Soror. In ſecūdo, Sororis filiꝰ filia. In tertio, Sororis nepos neptis. In quarto, Sororis ꝓnepos ꝓneptis: cū totidē pūctationibꝫ rubeis & nigris: vt nūc factū eſt i trāſuerſali directe oppoſita. ¶ Deinc aſcēde ad circulū ſuprapoſitū circulo Pater Mater dicto, q̄ eſt Auus auia. Et i dextris fac circulos quatuor. In primo ſcribe Patruus Amita. .ij. rubea ſupra, & .iij. nigra ifra. In ſcdo ſcribe Frater patruelis & amitin, ſoror patruelis & amitina cū .ij. rubeis ſupra, & .iiij. nigris infra. In tertio ſcribe, Horū filiꝰ filia, cū .iij. rubeis ſupra, & .v. nigris ifra. In q̄rto ſcribe, Horū nepos & neptis: cū .iiij. rubeis ſupra, & .vj. nigris pūctis infra. ¶ E regione directe ad latꝰ aliud vadēs fac q̄tuor circulos. In prio ſcribe Auūculꝰ matertera. In ſcdo, Cōſobrinus cōſobrina. In tertio, Horū filius filia. In quarto, Horū nepos neptis. Annectanť pūcta eodem modo ſicut nūc patuit e regione in latere dextro. ¶ Cōſequēter aſcende ad cellā Proauus ꝑula, & fac lineā cū quatuor circulis in dextris. In primo, ſcribe Patruꝰ magnꝰ Amita magna: cū .iij. rubeis ſupra, & .iiij. nigris infra. In ſcdo ſcribe Propior ſobrinꝰ Sobrina: & fac. iij. pūcta rubea ſupra, & .v. nigra ifra. In tertio ſcribe Horū filiꝰ & filia: fac iij. rubea ſupra, & .vj. nigra infra. In quarto ſcribe, Horum nepos & neptis. fac. iiij. rubea ſupra, & .vij. nigra pūcta infra. ¶ Procede ſiť ad latus ſiniſtrū, cū totidē circulis & pūctationibꝫ ſiť ibus: vt nūc dictū eſt. In primo, Auūculus magnꝰ Mater tertera magna. In ſecūdo, Propior ſobrinus Propior ſobrina. In tertio, Horum filiꝰ filia. In quarto Horū nepos neptis. Pūcta ſcribe quo ad rubeum & nigrū: vt e regiōe in dextris factū eſt. ¶ Demū aſcēde ad cellā Abauus Abauia. Deſcende p dextrū latus cū circulis quatuor. In primo ſcribe ꝓpatruꝰ ꝓamita: fac ſupra q̄tuor pūcta rubea & qn q̄ nigra infra. In ſecūdo ſcribe Horū filiꝰ filia. fac iiij. rubea ſupra, & ſex nigra ifra. In tertio ſcribe, Horꝫ nepos neptis. fac. iiij. rubea ſupra, & ſeptē nigra ifra. In quarto ſcribe, Horū ꝓnepos ꝓneptis. fac. iiij. rubea ſupra, & octo pūcta nigra ifra. ¶ E regione in ſiniſtro latere fac totidē circulos & pūctatiōes cōſiles, quo ad rubeū & nigrū. In primo ſcribe proauunculus & promatertera. In ſecūdo, Horum filiꝰ filia. In tertio, horū nepos neptis. In quarto, horꝫ ꝓnepos ꝓneptis. Et ſic habenť tranſuerſales & collaterales: & ex cōſequēti totiꝰ arboris deſcriptio. Quā ſi placet ad oculū depingere iſto quo dictū eſt ꝓcedat ordine. ¶ Eſt tñ cōſiderandū qꝫ Phares q ponit in circulo vacāte vt ſtipes cōis: nō habet hic totā ſuā cōſanguinitatē in arbore. Scitū em̄ eſt quēlibet hoiem naturaliter ꝑpagatū habere duos parētes patrē & matrē, Quatuor Auos, Octo Proauos, Sedecim Abauos. Et ſic ſemp aſcendēdo multiplicanť. Vñ ipoſſibile fuiſſet tot pſonas ſcribi in arbore iſta: ſicut i arbore Porphyriana, q̄ cōplete haberi pōt. de quo alibi. ¶ Inſup imaginādū eſt ſecundū Ioan. Andreę, ac ſi in qualibet duplici cellula habeanť quatuor pſonę: vt ſi dicamꝰ ꝓpatruus & vxor eiꝰ: proamita & maritꝰ eiꝰ. Duplicatio em̄ poſita ē vt nomina demōſtraret in vtroqꝫ ſexu: nō vt eas conuinges denotaret. Hęc ille. ¶ Quinto ponendę ſunt regulę ad inueniendū diſtātiā graduū vtroqꝫ Iure. Et primū p linea recta aſcēdētiū & deſcēdētiū ſit hęc generalis regula ſecūdū vtrūqꝫ Ius. Quot ſunt pſonę de quibꝫ q̄riť cōputatis intermediꝭ (ſi ſaltē ſunt intermediæ pſonę) & extremis vna dēpta tot ſunt gradus inter eos iure canonico & ciuili. Si ergo placet alicui ſcire quātū diſtet abauus a Phares q ponit in cella vacua: ſecundū imaginationē vtroqꝫ cōputato & intermediꝭ, quinqꝫ ſunt pſonę. Deme vnā, & ſunt quatuor gradus. Si autē nulla eſt pſona media inter eas pſonas de qb q̄ritur: ſunt in primo gradu. Ratio patet ex deſcriptione gradus, quę eſt habitudo determinatę diſtantię pſonę a pſona. & ideo gradus nō pōt eſſe eiuſdē ad ſeip̃m: ſed p̄ſupponit pſonā, cui ſecun



da addita faciat gradū. ¶ Corollariū. Phares & pater ſunt i prio gradu. Phares & auus ſuꝰ in ſcdo. Phares & ꝓauꝰ in tertio. Phares & abauꝰ in quarto gradu. Phares abauꝰ & eiuſdem Phares abnepos in octauo. & ſic deinceps. In iſta cōputatione ſemp demiť vna pſona. Oportet em̄ vnā pſonā eſſe veluti principiū: quę nō cōſtituit gradū: ſed eſt principiū gradus: ſicut & iturꝰ nō facit gradū dū ſtat in termino: ſed dū vltra ꝓgrediť trāſitū faciendo. Itē tot ſunt gradus quot ſunt ꝓpagatiōes, cū gradus ſit habitudo vel ꝓpinqtas iter pſonā & pſonā. Sūt aūt perſonæ vna plures q̄ ꝓpagatiōes. Prętupponiť em̄ collectioni totę aliqua non ꝓpagata. & ꝓcedit hęc regula ſecūdū Ius canonicū & ciuile. ¶ Secunda regula reſpicit lineam tranſuerſalē in qua numerať ſecundū magis & minus remotū ſecūdū ius canonicū, cū tertia, & eſt eorū q̄ ſic ſe habēt q alter nō propagať ab altero: ſed deſcēdūt ambę pſonę de qbꝫ q̄riť, a cōi ſtipite. ¶ Videndū ergo primo: an pſonę de qbꝫ quæriť æqualiter diſtēt a cōi ſtipite: aut inęqualiter vt vult Durā. & Palu. Si primū, eſt hęc regula. Perſonę ęqualiter diſtātes a cōi ſtipite, toto gradu diſtāt inter ſe quoto quęlibet ab illo. Cōiter ſic ponit regula ſecūdū ius canonicū. Trāſuerſaliū ſiue collateraliū in linea ęquali quoto gradu qs diſtat a cōi ſtipite, toto gradu diſtāt inter ſe vel ſibi attinēt. Exēplū Pone cū facis abauū ſtipitē iter Phares & ꝓnepotē ꝓpatrui. Hi em̄ ſunt in linea inæquali: & qlibet eorū diſtat a ſtipite q̄rto gradu ex regula ꝑtia: ergo iter ſe diſtāt quarto gradu: & hoc ſecūdū ius canonicū. Nā ſecundū leges vt infra diceť, quoto gradu quis eorꝫ diſtat a cōi ſtipite, toto duplicato diſtāt iter ſe vl ſibi attinēt ſecūdū ius ciuile. Diuerſitas videť ex hoc oriri: qa ſecūdū leges pſona qlibet facit gradū, & duę pſonę duos gradus. nō ſic ſecūdū Ius canonicū. Sic duę pſonę faciūt gradū vnū. Exēplū. Frater & ſoror Phares ſunt in prio gradu. ¶ Si aūt pſonę ięq̄liter diſtāt, ponit Palu. hāc regulā tertiā. In trāſuerſalibꝫ inęqualiter diſtātibꝫ a cōi ſtipite quoto gradu remotior diſtat a ſtipite, toto diſtāt inter ſe. Alii ſic ponūt eādē regulā, & redit in idē. Collateraliū in linea inęquali quoto gradu remotior diſtat a cōi ſtipite, toto diſtāt inter ſe. Exēplū, pone faciēdo abauū ſtipitē Phares & filiꝭ ꝓpatrui in linea inæquali. Cōputa dehinc a remotiore. ſ. a Phares, & inueniet diſtare a cōi ſtipita abauo. ſ. in quarto gradu ex pria regula. ergo ſiť a filio ꝓpatrui diſtat gradu quarto: & hoc ſecūdū canones. Secꝰ ſecūdū leges: qa ſic in linea inęquali quot ſunt pſonę, dēpto ſtipite tot ſunt gradus. Exēplū. Si q̄riť quātū diſtat Phares a propatruo, numerabiť a Phares incluſiue vſq; ad ꝓpatruū incluſiue, & demiť ſtipes, & habenť qnqꝫ pſonę: diſtāt ergo ſecundū leges quinto gradu Phares & ꝓpatruꝰ. Itē Phares & filiꝰ ꝓpatrui in ſexto Phares & nepos ꝓpatrui in ſeptimo &c. Ratio regulę ſecundū ius canonicū eſt. Nā pſonę in linea trāſuerſali nō habēt inter ſe ꝓpinqtatē, niſi ratiōe ſtipitis cōis, quē habēt cōem. Et ideo nō poſſunt ſibi ꝓpinquiꝰ cōiūgi, q̄ remotiori earū cōiūgat ſtipiti, ſecūdū Sco. De differētia & ratione diuerſitatis inter canones & leges, hic nō eſt curę. Breuius ſic poſſet poni regula. In trāſuerſalibꝫ ſiue ęqualiter ſiue inęqualiter diſtātibꝫ a cōmuni ſtipite, quoto remotior diſtat a ſtipite, toto diſtant inter ſe: ſi ſaltē eſt aliqs remotior. Si nullus eſt remotior toto diſtāt inter ſe quoto ſingulus eorū a cōi ſtipite ſecūdū regulā primā, & canones. ¶ Cōſiderandū eſt qꝫ noia incipiētia in caſu noiatiuo recipiūt ſuā denoiationē reſpectiue a cella vacua: vt abauꝰ ipſius Phares vel Sortis &c. Proauꝰ Phares: Auus Phares &c. Ea vero q̄ incipiūt in gtō caſu, recipiunt ſuā denoiationē relatiuā a circulo proximiore in eadē linea ſuppoſito in noiatiuo incipiente: vt deſcendēdo a fratre ſegt fratris filiꝰ, fratris nepos fratris ꝓnepos: itē ꝓpatruus: deinde horū filius, id eſt filius vel filia ꝓpatrui, aut ꝓamitę Phares. Dehinc eorundē. ſ. ꝓpatrui & proamitę nepos neptis. Cōſequēter ꝓnepos eorundē & ꝓneptis. Et ita cōſequēter de aliꝭ cōiſt dicendū venit: ſaltuo qꝫ Phares ſit cōis ſtipes oim. Hoc aūt ideo fit: qa nō habentur nomina ſpecialia cōſanguinitatis talis vel talis: ſaltem incomplexa: ideo opus eſt accipere quædam complexa. ¶ Vltima regula, quæ eſt Scoti. Efficacior eſt gradus in linea aſcendente & deſcēdēte, q̄ in trāſuerſali. Cuiꝰ eſt ratio naturalis hęc. Quia plus cōiūgiť ꝑles parēti, q̄ ꝑles ꝑli & ideo magis eſt cōtra legē naturę cōiūctio maris & fœminæ in primo gradu exiſtentium in linea recta q̄ trānſuerſali. ratione cuius gradus dicitur efficacior ad dirimendum vel impedtendum matrimonium. Et taliſmodi coniunctio ſemper fuit contra matrimonium, & magis filij cum matre, q̄ filiæ cum patre. Valde enim abominabile eſt filiū habere matrem in vxorem: & plus irreuerentię exhibeť parēti cū filius habet matrē, q̄ cum pater habet filiā. Siquidē vxor ſubiecta eſſe debet viro ſecundū legē diuinā: & filiꝰ lege diuina debet ſubeſſe matri & parēti. Apoſtolus. n. iqt. Caput mulieris vir. Ideo deus inſtituēdo matrimoniū excluſit patrē & matrē dicēs. Relinquet homo patrē & matrē &c. Geñ. ij. Ideo ſecūdū Ariſt. viij. de animalibus equus poſtq̄ velatus cognouit matrem ſuā: poſtea hoc videns ſeſe præcipitauit. Et alibi legitur vt refert Scotus de Elephāte: qui ingenſatus eſt vt matrem ſuam cognoſceret: poſtq̄ hoc cōperit, ingeniatorem occidit. ideo oīno videtur eſſe contra legem naturæ taliſmodi coniunctio, maxime matris cum filio. ¶ Corollarie ſeqt. Q̄

Universidad de Deusto
Biblioteca



uis Phares nō posset contrahere cū aliq̄ psona de cōsanguinitatis arbore: vt nūc formata est: tñ si li neę collaterales vlteri⁹ ptēderenť ī descēsu, possēt cū aliq̄ cōtrahere. Prima ps patet ex regula tertia. Scda pt⁹: qa si pnepos ppatrui Phares gñaret filiā: posset hodie Pharescū illa cōtrahere: licet eēnt cōsanguinei in qnto gradu hodie nō phibito.


E ¶Quantum ad articulum secundū est cōclusio prima. Aliq̄ cōsanguinitas mrimonium ipedit in oīi gradu, & p qualibet legē tā naturę q̄ iuris diuini, ac etiā positiua eccl'ię. Probať cōclusio: primū p lege naturę. Geñ. ij. quia cōsanguinitas secūdū lineā rectā ascēdētiū & descēdētium simpl'r ipedit: vt multis placet: & ptēdit in perpetuū. Ita q̄ si Eua & Adā hodie viuerēt, non possent habere in posteris suis cui nuberēt. Et secūdū Palu. Enoch rediēs tēporib⁹ Antichristi nō poterit ducere vxorē: qa oēs ab eo descēdim⁹ sicut a Noe. Ex quo gñatio Cain oīno perist diluuio. Rōhui⁹ est post multa Aug. dicta. xv. de ciui. dei cap. xvj. Quia secundum dictamen rationis naturalis maior reuerentia debetur parētibus etiam remotis q̄ non parentibus etiam propinquis, sed q̄libet psona in linea recta ascēdētiū & descēdētiū se habet vt parēs ad plē: vel vt ples ad parētem: vna siq̄dē ab alia ppagať mediate vel imediate, & linea hmōi est dūtaxat psonarū quarū vna descēdit ab alia. Si ergo coniūgerenť mrimonialiter cōiūgerenť pr̄ & filia, mater & fil⁹ mediate vel imediate. Ex cōsequēti periret supioritas parentū ad filios & filias, & trāsiret in cōiugalē societatem. Hinc dicūt qdā: secundū legē naturę ples nō phibeť cōtrahere nisi cū stipite. Hoc eñ est cōtrarium oīi rōnis dictamini, q̄ filia sit vxor patri, aut maxime fil⁹ marit⁹ matri. Peccauerūt itaq; filię Loth & cōtra legē naturę, cū patri inebriato se supposuerūt. Geñ. xix. cōmiseruntq; incestū. Itē & bruta hoc horrent: vt patuit. Sic intelligiť Geñ. ij. Relinquet hō patrē & matrē. s. quātū ad carnalē copulā & cōiugalē. Nō aūt intelligiť solū de patre propinquo: sed etiā remoto in linea recta, in qua est ppetua phibitio. Et forte post multiplicationē hūani gñis si hō pstitisset in inocētia, fuisset facta a deo phibitio in alijs gradib⁹ vlterioribus: qđ primū fieri nō potuit, cū nō erāt alię fœminę q̄ sorores: sicut & postea ī lege Mosaica. Leui. xviij. factæ sūt diuersę phibitiones graduū etiā in linea trāsuersali, & sūt. xij. s. Mater, nouerca, soror, neptis, mater tera, vxor patrui, nurus, vxor fratris nō p̄mortui sine liber⁹, priuigna, filia priuigni vel priuignę, soror vxoris: q̄ ī lege naturę pmittebať, vt supra in Lia & Rachel sororibus iunctis cōiuglo Iacob. ¶Scda cōclusio. Hoīes nō baptizati, eccl'ię nec incorporati nec subiecti, possunt mrimonū contrahere ceteris patib⁹ ifra gradū christianis ab eccl'ia phibitū. Patet ex dis. pcedē. Si eñ sunt Iudei, sūt phibiti in prio & scdo gradu, & possunt cōtrahere tertio & quarto. Leui. 18. vbi p legē datā solū fit phibitio in prio & scdo gradu. Si gētiles habētes legē naturę, possunt in secūdo gradu cōtrahere: sed nō in primo in linea recta. Sicut Abrahā duxit in vxorē Sarā, q̄ fuit soror sua ex pte patris, seu filia fratris sui Arā. Geñ. 20. Erat. n. filia fratris sui Arā: & p cōsequēs poterat dici filia Thare fratris Abrahę: qa filij filiorū dicūť etiā filij auorū. Et cū Abrahā & Arā nō erāt ex eadē matre: sed eodē patre, q̄ plures duxit vxores: & ex cōsequēti Sara attinebat Abrahę ex pte p̄is nō matris: ideo dr̄ vbi supra. Vere soror mea est filia patris mei, non filia matris meę. Sicut Loth dicť fuit frater Abrahæ Geñ. xiij. cū esset nepos ex fratre Arā. Cū. n. conuertunť & veniūt ad eccl'iam, salua sunt & firma eorū matrimonia. j. Corinth. vij. si alias legitime cōtraxerūt nō cōtra legē diuinā vel naturę, q̄ phibitio oēs hoies cōcernit. ¶Tertia cōclusio. Prohi F bitio cōiugalis copulę est p eccl'iam restricta rationabiliter iure canonico vsq; ad quartū consanguinitatis gradū. Nō obstāte quacunq; priori cōstitutione patrū olim edita in cōtrariū. Probať de consang. & affini. ca. Nō debet. Rō pōt esse: quia finis secūdarij⁹ mrimonij est cōfœderatio hoīm & multiplicatio amicitię: dū homo se habet ad cōsanguineos vxoris aliquo mō sicut ad suos: sed inter illos q attinēt sibi in quatuor gradib⁹ cōsanguinitatis est sufficiēs amicitia naturalis, q̄ q̄nq; augeť p cohabitionē &c. Hic si cōtrahere possent, nulla noua amicitia surgeret: ergo rōnabiliter phibeť taliū cōiūctio. Et ratio hui⁹ illegitimationis ponitur pax & amicitia ī ecclesia dei seruāda, generāda, & fouēda, q̄ hodie nō videť manere nisi vsq; ad q̄rtū gradū inclusiue cū refrixit charitas multoꝝ, & dehinc amor tepescit. Sic inqt Rich. Consanguinitas dicitť deficere p tāto: qa p nimiā elōgationē a stipite naturalis amicitia fere totaliter euanescit, quā mrimoniale viculū aliquo mō reuocat fugiētē. nō igit̄ opus fuit talismodi phibitionē vltra p tēdere. Dictū ē notāter iure canonico: qa ad ius ciuile, & ita ad laicos nō ptinet disponere circa mrimoniū, cū sit sacramētū eccl'ię. ¶Quarta cōcl'o. Aliqua cōsanguinitas matrimoniū ipedit lege naturę, aliqua diuina phibitione, aliqua statuto ecclesię. Nūq̄ eñ licuit filio ducere matrē, nec patri ducere filiā. Geñ. ij. Hoc eñ est cōtra dictamen recte rōnis: vt supra in regula vltima. De secundo Leui. 18. De tertio. de cōsang. & affi. ca. Nō debet. Satis patet hęc conclusio ex prima.

¶Quantum ad articulum tertiū est G dubium primū cōtra primā & tertiā cōclusionē:



Quō facta est rōnabiliter eccl'iæ phibitio quo ad certos cōsanguinitatis gradus, cū in nullo contrariať bonis matrimonij. Item solet dici: Amicitia cōfirmat domū, ergo maxime cōfert ad coniugiū Sed cōsanguinei specialiori amicitia afficiunť ad se inuicem q̄ ad alios: quia vinciunť amicitia naturali. ergo maxime apti sunt ad cōiugium: & ita nō videnť rationabiliter prohibiti in certis gradibus. ¶Ad primū dicēdū cū Rich. Q̄ matrimoniū cōsanguineorū etsi nō cōtrariať ex toto oīibus bonis matrimonij: cōtrariať tñ plurimū honestati cōiugali, consone ad legē diuinā veterem. ¶Ad secūdū. alia est amicitia cōsanguineorum: alia coniugū. Illa quæ est in linea recta consanguineorū, est cuiusdā reuerētię inferiorū ad supiores siue ppagatorū ad ppagātes, & ecōtra cuiusdā reginminis, p̄sidētię, curę, & disciplinę ppagātū ad ppagatos. Nō sic amicitia cōiugū: qa est sine tali p̄sidentia & reuerētia: immo cū quadā irreuerentia: ita vt syncerius diligēs cōsanguineam, magis odiat in ea hmōi irreuerentiam carnalē & denudationē non solū quo ad se: sed & respectu aliorum Et ideo licet amicitia disponat ad coniugiū: tñ alterius rōnis ab ea quę est inter cōsanguineos. Præterea licet sīlitudo ppinquitatis valeat ad coniunctionem quādā: nō tñ ad oēm modū cōiunctionis. Meli⁹. n. cōiungiť secūdū Duran. materia formę q̄ forma formę vel materia materię. Sic consanguinitatis amicitia plus deseruit cōiūctioni naturalis amicitię: nō aūt matrimonialis societatis: sed ad hanc valet amicitia extraneorū. Immo affert quēdā horrorē naturalē homini habere suam cōsanguineā vxorē in linea recta ascēdētiū & descēdētiū. Alia ratio potest esse: qa ratio naturalis dictat ordinē gñationis naturalis nō debere retrocedere: sed pgredi in anteriora: retrocederet aūt saltē aliquo mō si aliqs cōiungereť suo stipiti copula cōiugali. Itē maiorē reuerentiā debet hō homini a quo essendi sumpsit initium, q̄uis mediate, q̄ coiunx cōiugi: secūdū Aug. de ciui. dei li. xv. c. xvj. cū inquit. Expti aūt sumus in cōnubijs cōsobrinarū etiā nostris tēporibus: ppter gradū ppinquitatis fraterno gradui pximum, q̄ raro p mores fiebat, qđ fieri p leges licebat: qa id nec diuina phibuit, & nōdū prohibuerat lex humana. Verūtamē factū etiā licitū ppter vicinitatē horrebat illicite. & infra. Nescio quō ineść humanę verecūdię qdā naturale atq; laudabile: vt cui debet causa ppinquitatis reuerēdū honorē (seu verecūdū: vt aliq̄ libri habēt) ab ea cōtineat q̄uis generatricē tñ libidinē: de qua erubescere videmus & ipsam pudicitiam coniugalē. ¶Secundū dubiū. An in lege diuina euāgelica reperiať aliqua explicita prohibitio facta a Christo sup illā quę est de lege naturæ: & in primo gradu rectę lineę ascenden. & descēden. de non contrahēdo cū cōsanguinea certi gradus collateralū. Aut le. vet. phibitiuę confirmatio noua. Ad primū & secundū rñdet Scot. negatiue. Nec obest quod dicitur Matt. xiij. de Herodiade vxore fratris sui. De qua Christ⁹. Nō licet tibi eā habere. viuente enim eius marito non licuit Herodi eā ducere. ¶Tertiū dubiū: de potestate dispēsandi ad cōtrahēdū in gradib⁹ cōsanguinitatis. Dicūt quidā papā dispensare posse in lege quam edidit ipse, nō in lege naturæ nec diuina pprie dicta. Cū aūt ecclesia vsq; ad quartū cōsanguinitatis gradū restrinxit copulā coniugalem nō deus: ideo papa pōt dispēsare in quarto, tertio, & secundo collateralū qualiter. ca. Nō debet. de consang. & affi. Verū dicit Greg. vt refert Duran. Experimēto didicimus talē sobolē nō posse succrescere: sed frequēter primogeniti moriuntur. Experiētia docuit in cōtractu multis cognitō nostro æuo & tēpore nō lōge p̄terito, id eē verū. Nā mors nedū plē: sed & parentes vtrosq; deuorauit & momordit. Nec est sufficiēs causa dispensationis patrimonij augmētatio: sed pax vel cōcordia: sublatio intestini belli & siū. Q̄ aūt Thamar dixit fratri suo Amōij. Reg. xiij. Pete me a patre meo: & dabit me tibi: nō habeť q̄ Dauid potuerit dispēsare q̄ frater haberet sororē: sed forte Dauid fuit nutrici⁹ eius nō naturalis pater. Veri⁹ videť q̄ Thamar hoc dicendo errauerit: & male dixerit. Nec fuit tūc moris q̄ frater haberet sororē suā: cū sunt in prio gradu secūdū cano. Ideo ex hoc non pōt colligi q̄ frater posset habere sororem, qđ tñ olim ślāte paucitate hoīm pmissum fuit. Sed post hoc nō licuit fratri ducere sororē in vxorē. Hinc dicūt aliq̄ papā hodie nō posse de potētia ordinatā dispēsare in prio gradu consanguinitatis collateralis. De absoluta forte dubiū est: licet nō legať factū. secus de secūdo. Si aūt in lege euāgelica habeť de hoc phibitio clara, nescio. Q̄ si dicta Sco. pcedunt vt supra in dubio secūdo: facile patet tñsio quo ad auctoritatē dispēsandi qđ possit vel nō possit papa in oīibus gradib⁹ collateralū, saltē de facto. secus de iure, ne turbeť eccl'ia. ¶Notat Palu. ex quo patru⁹ .i. patris frater est quasi alter pater: & sil'r fratres aui, abaui, proaui sunt quasi alter auus, abauus, p auus: ideo oēs tales sunt paterna reuerētia honorādi: qa oēs sunt loco patrū: q̄ repugnat societati maritali. Vñ qa ppter hāc rōnē nuptię phibenť in infinitū in linea recta ascēdētiū & descēdētiū: inde est q̄ inter inferiorē & supiorē quēcūq;, cui vt patri naturaliter honor deferēdus est ab eo: puta, qa frater aui aut patris, aut abaui &c. & sic in infinitū nō pōt cōtrahi. Pręterea si phibitio Mosaica fuit iudicialis dūtaxat, nō ligat hodie sine noua eccl'ię approbatione & cōstitutione. Posset quoq; ex cōsequēti papa in omnibus illis dispensare.

Non tangunt dextros, qui stant a parte sinistra.




Iure Canonico.

Quot sunt p̄sonę minus vna in ascēdētiū & descēdētiū linea recta, tot sunt gradus. Persona adiecta personæ per carnis propagationē addit gradum in linea ascendētiū & descēdentiū. In trāsuersalibus quomodocunq; descendentibus a cōmuni stipite quoto distat remotior, toto inter se. Si saltem habetur remotior. Si nullus est remotior, toto distāt inter se, quoto quilibet eorū a communi stipite, faciendo computationem secundum regulam primam.



¶ Circa terminorum & nominum in arbore positorum explanationem, notandum.
Auus est pater patris vel matris.
Auia mater patris vel matris.
Amita soror patris.
Amita magna, soror aui.
Amitinus, filius amitę.
Auunculus frater matris.
Auunculus magnus, frater auiæ.
Proauunculus frater proauię.
Abauunculus frater proauię.
Abauus Abauia, satis patent ex linea ascendētiū correspondenter ad Auus Auia.
Cōsobrini dicūt duarū sororū filij, q̄si cōsororini.
Fratres patrueles dicunt duorum fratrum filij.
Matertera matris soror.
Promatertera proauię soror.
Matertera magna, auię soror.
Nepos est filius filij vel filię: & sumitur q̄nq; p filio fratris, & dicitur nepos ex fratre.
Neptis est filia filij vel filię.
Pronepos filius nepotis.
Proneptis filia neptis.
Patruus frater patris.
Patruus magnus, frater aui.
Patrueles filij duorum fratrum dicuntur, seu geniti a patribus germanis.
Patrueles sorores, duorum fratrum filię sunt.
Sobrini & sobrinę dicūtur qui vel quę ex patruelibus fratribus, vel sororibus, cōsobrinis, vel amitis processerunt.
Sobrinus propior, est patrui magni filius.
Sobrina ꝑpior est amitę magnę filia.
Sobrinus nascitur ex sorore.

## Distinctio. XLI.

Vnc de affinitate vidēdū est, de qua Greg. &c. Supius Magister egit de impedimēto consanguinitatis: Nūc de impedimento affinitatis dist. p̄senti, quę est. xlj. Et stat huius dist. summarium in tribus conclusionibus. ¶ Prima. qa vir & vxor eius facti sunt vna caro, omnes consanguinei vxoris viro iūcti sunt affinitate, & oēs consanguinei viri vxori iuncti sunt cōsimili vinculo attinentię. ¶ Secunda cōclusio. Toto gradu affinitatis coniungitur viro consanguineus vxoris, quoto cōsanguinitatis gradu idem iūctus est vxori. ¶ Tertia cōclusio. Vsq; ad septimū affinitatis gradū, antiqua iura vetāt mātrimonia. Declarationē earundē conclusionū textus habet.

## Quæstio Vnica.

A Trū affinitas etiā large & extēsiue dicta, quę est publicę honestatis iustitia, matrimonium impediat & dirimat.

Pro articulo primo notandū. Affinitas a Sco. sic describit. Est vinculū quoddā p̄sonę ad personā, ex copula carnali, cū p̄sona alteri consanguinea contractum. Et dicitur affinitas, quasi duorū ad vnū finē vnitas, eo q; duę & diuersę cognationes p nuptias secūdū leges, & p coitū secū dū canones copulant, & alter ad alteri⁹ cognationis finem accedit. Consequenter affinis dicit: qa accedit ad fines consanguinitatis, & cognationis alteri⁹ vel aliorū ꝑpter copulā cū aliquo de illa familia & cognatione habitā. Oportet em̄ p̄sonam quę est causa affinitatis, esse cōsanguinea alteri illoꝝ: de quoꝝ affinitate q̄rit. ¶ Secūdū Tho. Durand. Rich. Palu. sic definit. Est attinētia vel ꝓximitas p̄sonarū ex carnali cōmixtione ꝓuenies, carēs omni parētela. Quia em̄ p̄sona quę alteri carnaliter copulat, vel copulata est: est alicui consanguineę: ideo illa cui carnaliter copulatur fit affinis illi q̄ est cōsanguinea: & ecōtra. Hinc consanguinitas dicit causa affinitatis: nō tamen ꝓxima: sed carnalis cōmixtio, ad cōsanguineā. ¶ Dicit in notificatione est vinculum siue attinētia, siue ꝓpinqtas: qđ ponitur pro genere: cętera sequētia p differētijs. Dicit cōsequēter ex copula carnali & nō coniugali, & dicūt aliq ex cōmixtione carnali ꝓuenies. qa sine illa non cōtrahitur affinitas ꝓprie dicta. ¶ Hic tamen est diuersitas inter doct. Durandus & Palu. volūt dimissis aliis opinionibus q; affinitas causatur per copulam carnalem quomodocunq; exercitam licite vel illicite secundum naturam & contra naturā, dū tamen ex ea seminatur: & sic q; nata est sequi ꝑles: & q; semē viri in vase debito recipit. Et ideo cōtra naturā nō dicit nisi modū insolitū & impudicū vel feralem: attamen in vas debitū. xxxv. q. iij. Nec eā. & de eo qui cog. cōsang. vxo. sue. cap. Discretionem. & cap. Tuę fraternitatis. Vnde quantūcunq; vir inuadat vel frangat clausura pudoris: si semen non immittitur a viro i vas debitū, nō cōtrahit affinitas. Nec obstat ca. Iuuenis. de spōs. qa illud est rōne certi ꝑpter spōsalia, q̄ post septennium ille approbauit: vel qa affectu maritali tētauit qđ forte nō potuit. Et ita fuit

Universidad de Deusto
Biblioteca



ibi publicæ honestatis iustitia, propter quã factũ fuit diuortium. Attentatio enim quæ fit affectu maritali, maxime cum illa quæ non est alias inhabilis, seu ad contractum illegitima, causat affinitatem ratione dubij: hoc est publicę honestatis iustitiam. Vnde si constaret de copula carnali, nõ esset credendum nisi in foro conscientię q̃ ibi non fuerit receptio, & ex consequenti affinitas. Attamen in foro conscientię sibi datur fides. Q̃z si cõstat in foro conscientiæ, ibi nec fuisse seminis receptionem, nec intentionem affectu maritali factã, nullum est ibi contractum affinitatis vinculum in foro conscientiæ. Sed sacerdos ex his quæ nouit in confessione, non posset pronũciare in foro exteriori, seu procedere ad pronũciãdum matrimonium tenere, cum tam probata eẽt carnalis copula: licet non seminis receptio, quã non oportet p̃bare: quia non est bene probabile. Hęc ille: & Duran. ¶ Ex illo sequitur. Si vir intrat claustra pudoris, sed non emittit semen: aut si emittit semen & eam polluit extraordinarie: sed non immittit semen in vas debitum, non contrahitur affinitas: dato etiam q̃ mulier emittat. Si vero claustrũ nõ intrat, sed tamen immittit semen in claustrũ, contrahitur affinitas, cum inde fieri posset generatio. Exemplum de frigido seu impotẽte. Item in balneis cum matrix est attractiua. Item in incubis & succubis. Si vir intrat claustrum & seminat ibidẽ, non autem mulier: quia non oportet mulierem seminare ad concipiendum, contrahitur affinitas. Verum in hoc statur iuris decisioni & non docto. præcise. Cum autem docto. dicunt q̃ requiritur ad affinitatem seminum cõmixtio, intelligitur. i. seminis virilis in mulierem, & in vas debitum receptio: secundũ Palu. ad quod nata est cęteris paribus sequi seminum cõmixtio. i. seminis & menstrui. Non enim oportet mulierẽ seminare ad concipiendum. Exemplum de beata Virgine. talis. n. non fuisset mater & virgo. Et per consequẽs hoc non requiritur ad affinitatem contrahendã. Similiter ecõuerso (vt dictũ est) sine copula carnali põt fieri seminis receptio: q̃d dũ fit causatur affinitas. sicut aliqui dicũt esse futurum de Antichristo, q̃ nascetur semine transfuso per incubũ dęmonem & succubũ. Tali em̃ actu fit vna caro in p̃le vna. Ita videtur tenere Angelus in sum. & ad hoc allegat plures doct. Et Richar. q. ſ. ar. j. Ex quo colligitur quid veniat in p̃posito noĩe carnalis copulę vel cõmixtionis: oĩs. ſ. illa copula qua vir & mulier dicunt effici vna caro in p̃le gignenda si cætera essent paria. In hoc etiam q̃ dicitur carnali copula, & non additur viri cum vxore, innuitur q̃ affinitas non solum contrahitur per coitum coniugalem: sed & fornicarium. xxxv. q. iij. Extraordinaria. Et de eo qui cog. con. cap. Discretionem. & ca.



Tuę fraternitatis. Est autem extraordinaria pollutio, per quã semen non venit in vas debitũ: vt supra dist. xxxiiij. Secundũ Palu. per hoc etiam q̃ dicitur carnali copula: differt affinitas a cognatione spirituali, ac legali, & a publicę honestatis iustitia. de qua infra. ¶ Dicitur in definitione Sco. cum persona alteri cõsanguinea. quia vinculum affinitatis non causatur inter coeũtes, seu inter virum & mulierem carnaliter copulatos: Sic em̃ cognoscendo aliquã fornicarie, non posset eã postea habere vxorẽ: sed causat inter virũ & cõsanguineos vxoris aut concubinę: inter vxorẽ & cõsanguineos viri. Siquidem vir & mulier coeundo causant affinitatem: ergo inter eos non est affinitas. Nec cõtrahitur inter consanguineos viri, & consanguineos vxoris: quia duo fratres possunt ducere duas sorores. Item pater & filius matrem & filiam: vt in ca. Super his. de consangui. & affi. ¶ Dicitur consequenter carens omni parẽtela. ſ. per se, & inquantũ huiusmodi: hoc est omni attinentia. Pręsupponit tũ cõsanguinitatẽ affinitatis causam. Per accidẽs vero potest aliter esse. Potest enim per accidens licite & illicite permisceri cõsanguinitas consanguinitati: affinitas cõsanguinitati, & consanguinitas affinitati. Exemplum in incestu Loth cũ duabus filiabus suis: vnde pdierunt Moab, & Ammõ filij Loth, quorũ Loth fuit pater. Geñ. xix. Et sic hi duo filij fuere cũ Loth patre suo in primo gradu. Sed respiciendo matrem fuerunt nepotes Loth ex duabus filiabus suis: & ipse Loth Auus eorum: & ratione copulę cum filiabus inter Loth & illos filios iunctos cõsanguinitate matribus suis fuit affinitas contracta. Item in incestu Caroli Magni cũ sorore, ex qua genuit Rolandũ filiũ & nepotẽ, affinitas cõsanguinitati accessit. Ipse. n. fuit & auũculus & pater Rolandi. Pater, qa genuit eũ. Auunculus, qa frater matris ei⁹: vt dicit. Itẽ in incestu Iudę cũ Thamar, q̃ fuit nur⁹ sua: qa vxor primogeniti sui, quã Iudas cognouit. Geñ. xxxviij. sedentẽ in biuio itineris, affinitati iuncta fuit consanguinitas. Itẽ in patre & filio q̃ duxerũt duas psonas. ſ. matrẽ & filiam in vxores, hoc adiecto q̃ mater ex dispẽsatiõe fuerit iuncta patri, cũ esset cũ eo in tertio gradu consanguinitatis: ex qua genuit filiũ & filiã: puta a. & b. Hic oĩa tria sũt pmixta. Primo cõsanguinitas cõsanguinitati: qa a. & b. hoc est eorũdẽ filius & filia sunt primi in primo gradu descẽdẽtiũ, cũ sunt ab eo imediate geniti, & eius proles. Inquãtũ vero sunt filij matris, quę vt patuit est cõsanguinea patris in tertio gradu: sunt in quarto gradu trãsuersali inferiori cũ patre. Semper em̃ filius est in vlteriori gradu q̃ pater illi cui coniungitur per patrem: nisi cum fratre proprio. Secundo affinitas affinitati, quantum ad personas contrahentes.



Nã inquãtũ est vxor patris mei est nouerca mea & ego priuignus eius, inquantum filius mariti. Item ipsa est socrus mea inquãtum mater vxoris meę: & ego gener suus inquantum maritus filię. Similiter pater meus est vitricus vxoris meę inquantum est maritus matris eius, & ipsa priuigna eius, inquantum filia vxoris patris mei. Itẽ pater meus est socer vxoris meę: quia pater mariti eius: & ipsa est nurus patris mei: quia vxor filij sui. Tertio est ibi consanguinitas permixta affinitati: quia filius inde natus puta a. ex coniũctione consanguineorum in tertio gradu, est frater vxoris filij: quia sunt ex eadem matre, & est eius frater vterinus, vt manifestum est. Et est leuir eius, puta vxoris filij: quia frater mariti: quia ex eodem patre. Et filia inde genita est soror primę filię vterina, & primi filij patruelis. Item prima filia est glos eius. t. vxor fratris, & primus filius postea natus est frater & fororius. Ita habet Palu. q. j. arti. j. quę statim patent posito ad oculum exemplo.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | Pater | | | Mater | |
| a | | b | cõiuges a | | b |
| | Filius | | | Filia | |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | Pater | coniuges | | Mater | |
| a | | b | | a | b |
| | Filius | coniuges | | Filia | |

C ¶ Secũdo notandum. Affinitas sumitur dupliciter, scilicet large & p̃prie. Proprie nũc descripta est. Large, & sic nominatur ab aliquibus publicę honestatis iustitia, definitur sic. Est propinquitas personarum ex sponsalibus siue de præsenti aut futuro veris vel pręsumptis prouenięs, robur cõtrahens ab institutione ecclesię p̃pter eius honestatem. ¶ Dicit in definitiõe p̃pinquitas p̃ genere, per quod cõuenit cum affinitate & cõsanguinitate. Alia ponuntur pro differentijs. Nam per hoc q̃ publicę hone. iustitia prouenit ex spõsalibus, differt ab affinitate, quę ex carnali copula prouenit, & spirituali cognatione: quæ prouenit ex his q̃ fiunt circa sacramentorũ collationẽ: & cognatiõe legali quę est per adoptionẽ. ¶ Cũ subiungitur, Robur trahens ab institutiõe ecclesię: differt a consanguinitate quę est per carnalẽ propagationem: & extendit se ad omnes cõsanguineos: ita q̃ sponsus hac propinquitate dicit propinquus omnibus consanguineis suę sponsę. Sic de sponsa respectu consanguineorũ spõsi eodem modo dicendum. ¶ Itẽ dicitur personarũ & nõ suppositorũ, vt supra de cõsanguinitate. ¶ Dicitur notanter ex sponsalibus siue de præsenti aut futuro, veris vel pręsumptis. Nam ex consensu vero vel pręsumpto, omniũ huiusmodi sponsalium de præsenti, aut futuro causatur publicę honestatis iustitia ex statuto ecclesię. Inductum est hoc vinculum ab ecclesia propter honestatem. Honestatis ratio est: quia sponsalia legitime contracta quantum est ex eis ordinãtur sufficienter ad matrimonium. ¶ Cũ autem dicitur lib. vj. de sponsa. q̃ sponsalia quę nulla sunt propter defectum consensus, nõ causant publicę honestatis iustitiam, intelligendum est de defectu consensus veri aut pręsumpti, vtputa vbi nec fuit in veritate cõsensus, nec pręsumi põt de cõsensu, seu vbi nõ est ętas apta. ſ. ante septẽniũ, vtputa in pueris, in furiosis, vbi simpliciter est defectus rationis. Secus in conditionaliter consentientibus siue cõditionatis spõsalibus. ¶ Corollarium. Sponsalia quę de iure non tenent, sed solum de facto, propter impedimentum consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut quauis alia ratione, dũmodo non sunt nulla propter defectũ cõsensus veri vel p̃sumpti, inducũt publicę honestat. iust. sed non affinitatem p̃prie dictam. de spõsa. Ad audientiam. in tex. & glos. & lib. vj. de spõsa. ¶ Corollarium secundũ. Spõsalia quę de iure nõ tenent propter defectũ vsus rationis & consensus, nullam affinitatẽ inducũt, nec aliquid simile affinitati, quod nominatur publicę honestatis iustitia. Hic enim nec est, nec apparet, sed nec pręsumi potest consensus quicũq; Et secundum hoc oportet iura iuribus cõcordare. Cum autem iuuenis de quo dicit de sponsa. cap. Iuuenis. postea prohibitus fuit ducere consobrinam eius cum qua factum intentauit in iuuentute: est quia affectu maritali eam intentauit, & sic fuit ibi consensus pręsumptus qui sufficit ad pub. hone. iustitiam. lib. vj. de spon. ¶ Tertio D notãdũ. In affinitate reperiunt genera & grad⁹. Antiquitus fuerũt tria genera affinitatis. xxxv. quęst. iij. Contradicimus. Quorũ primũ habuit septẽ gradus: quib⁹ oĩbus matrimonium ęquali modo prohibebatur, sicut in gradibus consanguinitatis. Secundũ genus habuit quatuor gradus. Tertium duos gradus. ¶ Ad cognoscẽdũ genus affinitatis talis datur regula. Persona addita personę facit gen⁹ affinitatis. Vel sic. Persona addita personę per carnis copulam mutat genus, sed nõ gradũ. Hinc est versus. Mutat nupta genus, sed generata gradum. Isto modo si frater meus cognoscat mulierẽ, illa est mihi affinis primo genere affinitatis. Et si illam mulierem alius cognoscat, is est mihi in secundo genere affinitatis. Et si ille cognoscat aliam mulierem, tunc illa est mihi in tertio genere. Verum de illo hodie nõ est curandum: quia affinitas non pręstat impedimẽtũ nisi in primo genere, & in illo vsq; ad quartum gradũ. ¶ Circa quod considerandũ: ex quo gradus in propinquitate attinentię non possunt

accipi nisi secundum ascensum & descensum ꝑ pagationis, quę stare non potest sine consanguinitate: hinc est ꝙ affinitas non habet specialem computationem graduū, sed computantur gradus affinitatis secūdum gradus consanguinitatis. ¶ Si ergo cōsanguine⁹ tuus cognoscat mulierem: si placet scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa: vide quoto gradu iunctus est tibi consanguineus tuus, secundum regulas in distin. prędicti. Et quoto est tibi consanguineus, toto mulier est tibi affinis. Et semp in primo genere. Exemplū. sunt duo fratres, puta Ioannes & Cōradus: Ioannes accipit mulierem seu vxorem siue legitime, siue fornicarie, puta Bertam, & cognoscit eā. Berta attinet Cōrado in primo affinitatis gradu: quia Ioannes & Conradus sunt in primo consanguinitatis gradu. Et filio eius in secūdo. Nepoti eius Cōradi in tertio. Pro nepoti eiusdem Cōradi in quarto affinitatis gradu. Et ideo vsq; ad hunc gradum inclusiue, prohibetur Berta contrahere cum Conrado & cum his qui propagatione naturali ab eodem descendunt. Et ratio potest esse: quia Berta & Ioan. per cōmixtionem facti sunt vna caro quodāmodo. Ideo in quocūq; gradu consanguinitatis prohibetur Ioan. matrimonium contrahere cum muliere aliqua: eodem etiam cōsanguinitatis gradu prohibetur Berta cōtrahere cū masculo. Et ideo sicut Ioan. existēs in primo cōsanguinitatis gradu cum sorore sua prohibetur contrahere cū ea: sic Berta vxor Ioannis in primo affinitatis gradu existens cum Cōrado fratre Ioānis, prohibetur contrahere cum eo. Et sicut dictū est de Berta respectu Conradi, & eorum qui a Conrado descenderunt naturali propagatione: sic de Ioanne respectu sororis Bertę, & descendentium ab ea. Nam postea q̄ Ioānes habuit Bertam, sicut Berta est in primo gradu consanguinitatis cum sorore sua: sic Ioānes est cū eadē sorore Bertę in primo affinitatis gradu. Et cū filia sororis Bertæ in secūdo. Et cum nepti in tertio. Cum pronepti in quarto. &c. ¶ Ex hoc colligit̄ regula talis & vnica de gradibus affinitatis. Quoto consanguinitatis gradu aliquis attinet viro, toto gradu affinitatis attinet vxori & ecōuerso, secundū Durāū. Vel sic. Quoto cōsanguinitatis gradu aliquis distat ab aliquo, toto gradu affinitatis distat ab eodē ista quę est ab illo carnaliter cognita. ¶ Quarto notādum ꝙ arbor affinitatis potest sic describi. Primo trahatur linea recta, in qua sunt quatuor circuli. Et in primo superiore scribatur, Primus gradus. In secundo descēdendo, Secundus gradus. In tertio, Tertius. In quarto, Quart⁹. Deinde ad latus dextrum nunc factę lineę, etiam fiat recta linea cum quatuor circulis. In quorum primo & superiore scribat Frater. In secūdo descendēdo, Fris fili⁹. In tertio, fratris nepos. In quarto, fratris ꝓnepos. Ad dorsum nunc factę lineę, iterū fiant quatuor circuli in linea recta. In quorū superiore & primo scribat, Vxor fratris olim relicta. In secūdo descēdendo, Vxor filij fratris. In tertio Vxor neptis fratris, In quarto vxor ꝓneptis fratris. Ad dorsum nunc factę lineę ponetur vn⁹ circulus, in quo scribet. Olim relictus relictę fratris. Seu relictus relictę fratris. Et ita habetur pars dextera arboris. Deinde in latere sinistro fiat cōsimili modo linea recta: habens circulos quatuor. & sicut nunc exēplificatū est de fratre: ita fiat cōsimiliter de sorore. In primo circulo ponat soror. In secūdo, sororis filia. In tertio, sororis neptis. In quarto, sororis ꝓneptis. Deinde alia cōsimilis fiat linea. In cui⁹ primo circulo ponatur, Vir sororis olim relictus. In secūdo, vir filię sororis. In tertio, vir neptis sororis. In quarto, vir ꝓneptis sororis. Demū fiat linea vni⁹ circuli in qua depictū sit. Olim relicta relicti sororis. Vel sic. Relicta relicti sororis. ¶ Si dicis: quare in medio ponitur linea graduūm inter fratrem & sororem, & dicitur primus gradus, nō tamē exprimitur, an affinitatis vel cōsanguinitatis? Respondetur: ad denotandū ꝙ affinitas oritur ex cōsanguinitate, & ꝙ ex vtroq; sexu virili & fœmineo contrahitur affinitas. Omittitur vero ly affinitatis, ad denotādū ꝙ isti gradus possunt referri & ad consanguinitatē & ad affinitatē. ¶ Et scribit̄ in latere dextro in circulo vltio vxor fratris olim relicta: qđ (scilicet olim relicta) nō scribitur in aliis circulis inferiorib⁹ eiusdē lineę, ꝓpter cellulā quę ad dorsum ponit̄ propter respectū ad secūdum genus affinitatis. Nam si frater habet vxorē: ista vxor est affinis sorori istius fratris in primo gradu, & primo gñe. Et si frater ille moriat̄, & vxor eius relicta contrahat cū alio viro, ille vir attinet prędictę sorori in primo gradu affinitatis, sed in secundo gñe. Si tunc moriatur vxor illa, vir relictus & superstes dicit̄ relictæ fratris relictus, seu relictus relictę fratris: qui ponitur in circulo vnico. Et ita illę duę cellulę ponūtur ad decorē & ad demonstrandū genera affinitatis. ¶ Et pōt quęri: An ille vir relictus possit contrahere cum prędicta sorore. Olim non potuit, qñ affinitas protendebatur vsq; ad tertium genus inclusiue, sed hodie potest. Erat enim olim sibi in secundo genere, & in primo gradu. Hodie non attenditur secundum genus affinitatis, sed primum solū. Idē dicēdum est de cellula Vir sororis olim relictus. & circulo vnico, Relicta relicti sororis.

¶ Quantum ad articulum secundū P
est conclusio prima: suppositio, vt supra, ꝙ se-



cundum & tertium genus affinitatis, hodie matrimonium non impediūt: sed sunt reuocata per concilium generale. In eo gradu quo consanguinitas matrimonium impedit, impedit etiā & dirimit affinitas prędictę propter ecclesię statutū. Probatur. xxxv. quæst. v. capi. Porro. Nam vir & vxor sunt vna caro: ergo qui attinet vni per consanguinitatem, attinet & alteri propter cōsanguinitatem causantem affinitatem, & ita attinet ipsi per affinitatē. Ergo sicut attinētia cōsanguinitatis impedit matrimoniū: ita & attinentia per affinitatem. Ad idē de consanguini. & affinitate in multis capi. ¶ Dicitur notanter affinitas prędecedens: sequēs de sequēte contractū, propter peccatū incestus quod cōmittitur. de quo supra. distin. xxxiiij. ¶ Secūda conclusio. Sicuti in linea recta ascendentiū & descendētium est perpetuū cōsanguinitatis impedimentū, & in linea trāsuersalium, vsq; ad quartum gradum: ita & in linea recta perpetuum, in trāsuersalium vero vsq; ad quartum gradum, ex ecclesię institutione prędstat affinitas prędecedens matrimonij impedimētum. Probatur. xxxv. quęstio. iij. in multis cap. Supponit̄ in illa cōclusione, secundū Palu. ꝙ sicut cōsanguinitas protēditur in infinitū in linea recta ascendentium & descendentium, ita & affinitas. ¶ Tertia conclusio est de publicæ honestatis iustitia. Ex sponsalibus puris & certis, etiam si cōsanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quauis ratione sint nulla, dūmodo tamē non sint nulla ex defectu consensus, veri vel prę sumpti, oritur efficax ad impediendū & dirimendum sequentia sponsalia vel matrimonia non autem ad prędecedentia dissoluendum, impedimētum, Iustitię publicę honestas dictum. lib. vj. de spon. & matri. ¶ Dicitur notanter Ex sponsalibus: quia ex cōsensu spōsaliū, oritur illa propinquitas siue de prędsenti siue de futuro. ¶ Dicitur puris: quia cōditionata sponsalia nō inducūt publicę honestatis iustitiā nisi cōditio illa habeatur pro non adiecta. Vnde vt supra, dicit̄ in. vj. Qui sponsalia cū aliqua muliere sub cōditione cōtraxerit, si postmodū ante conditionis euentū cum alia prioris consanguinea cōtraxit per verba de prędsenti, debet manere cū secunda. Cū ex spōsalibus cōditionalibus ante conditionem extātem (dicit glo. nisi iteruenerit copula carnis. Tūc em̄ receditur a conditione) sicut ex consensum non habētibus & incertis, nulla publicę honestatis iustitia oritur. Et intelligit̄ de conditione honesta, nō de tali quę habet̄ pro nō adiecta. Illa em̄ inducit publicę honestatis iustitiā, ac si nō esset adiecta. Oportet etiā cōditionē esse expressam si debet causare iustitiā, non sufficit eā ꝛcludi. Sic em̄ expressa nocēt, quę nō expressa nō nocent. Cum em̄ est impedimentū ecclesię, apud quā idē est nō esse & nō apparere, ergo. ¶ Dicit̄ certis. Nā in incertam personam nō fertur cōsensus, nec oritur istud impedimētū: vt si quis ꝓmisit ducere vnā ex filiabus illis. ¶ Dicit̄, dūmodo non sint nulla ex defectu cōsensus. Satis est ꝙ teneāt ratione cōsensus: non obstantibus impedimentis aliis de iure. Vnde ex sponsalibus cōtractis per sacerdotem aut monachū accedente cōsensu oritur hoc impedimentū, sic ꝙ nullus de cōsanguinitate sacerdotis posset illam habere vxorem. Hic nō est defectus cōsensus naturalis, sed nullitas contractus ex statuto ecclesiæ illegitimantis sacerdotē aut monachū. Per hoc etiam excluduntur sponsalia cōtracta ante septēniū. Nā si parentes cōtrahunt pro filio aut filia minorēne, quę nō dat consensum, nō oritur iustitia ex hmōi cōtractu: quia spōsalia sunt nulla ex defectu cōsensus. Et dicit Panor. ca. Iuuenis. de spon. Ex quo hic requirit certa ętas respectu discretionis, illa prędsenti non pōt: vt patet in ętate ad cōficiēdū testamētū. ideo oportet ꝙ contrahentes cōpleuerint septēnium: seu illi pro quibus fit cōtractus (ex cōsequēti malitia hic nō supplet ętatē) vt oriat̄ iustitia publicę honestatis. Et ideo si maior contrahat cū minore septēnio, ꝓxima tñ septēnio, nō oritur illa propinquitas, secūdū Panor. Qz si maior minorem cognouit vel saltē attentauit, aut dubiū est quid egerit, habetur ex æquitate ꝙ sit ibi iustitia: licet nullo iure probari possit. Hęc Panor. ¶ Dicit̄ vs ꝙ ad quartum consanguinitatis gradū. Nā post contractū sponsalium, vt supra, nullus consanguineus sponsi potest illā cum qua cōtraxit spōsalia, vsq; ad quartum gradum cōsanguinitatis ducere ꝛclusiue. ¶ Dicit̄, sicut in affinitate. cui assimilatur. Hinc ab aliquibus noiatur affinitas improprie dicta. ¶ Corollariū. sicut propter carnis cōmixtionem oritur affinitas inter sponsum & cōsanguineos sponsę vsq; ad quartum gradum & econtra: ita in proposito ꝓpter cōtractū sponsalium oritur publicę honestatis iustitia inter spōsum & consanguineos sponsę, vsq; ad quartum gradum, & ecōtra. ¶ Dicitur, ad impediendū & dirimendū sequentia sponsalia vel matrimonia. xxvij. q. ij. Quidā desponsauit vxorē & dotauit eā: & coire cū ea nō potuit: quā clāculo frater ei⁹ corrupit & grauidā reddidit. Decretū est vt q̄is nupta esse nō potuit legitimo viro, despōsatā tamē fratri frater habere non possit: sed mœchus & mœcha fornicationis quidē vindictam sustineant: licita vero coniugia eis non negentur. Itē de sponsa. in multis capit. Dicit Panor. in capit. Sponsam. eodē titu. ꝙ dispositio illius cap. procedit, tam de prędsenti, q̄ de futuro. Si enim non licet ducere sponsam consanguinei verbo de fu

Universidad de Deusto
Biblioteca



turo, multo minus de pręsenti. Maioris enim honestatis est abstinere ab illa de pręsenti ꝓpter maius vinculum, q̃ de futuro, cui solum facta est ꝓmissio nuptiarum. Q̃ si superuenit carnalis copula, oritur affinitas aliud vinculum. Hinc sequitur ꝙ quãdoq; est affinitas sine publicę honestatis iustitia. Puta cum habetur copula sine contractu sponsalium. Quandoq; simul habẽtur, cum contractum sponsalium sequitur copula. Quãdoq; est publicæ honestatis iustitia sine affinitate. Vnde omnes consanguinei mariti, sunt affines vxoris, & econtra. de consangui. & affinita. cap. Quod super his. Et nomẽ cõsanguineus hic absoluitur a connotatione sexus. Et durãt hęc vincula publicę honestatis iustitię etiam post mortẽ alterutrius. cap. Fraternitatis. ¶ Si quęritur: An illud impedimentum protenditur vsq; in infinitum, vt concernat omnes consanguineos: Respõdetur ꝙ non, sed restrictum est sicut vinculum consanguinitatis & affinitatis qđ maius est, vsq; ad quartum gradum prohibitionis matrimonij ca. Non debet. Si enim intelligeretur generaliter, non posset inter homines esse matrimoniũ: cum omnes homines ex eodem descenderint sanguine. Est ergo restrictio vsq; ad quartum gradum prohibitionis matrimonij. ¶ Dicitur nõ autem ad precedentia dissoluendum. Nam si quis pure & legitime cõtraxit sponsalia cũ muliere, & postmodum cum secunda prioris consanguinea idẽ fecit, talis tenetur manere cũ prima vigore priorum sponsalium, quibus per publicę honestatis iustitiam ex secundis nuptijs subsecutam minime derogatur. lib. vj. de spon. & matri.

G ¶ Quantum ad articulum tertium est primum dubiũ generale cõtra prędicta. Quãdo aliquis cognoscit cõsanguineam vxoris suæ non dirimitur ex hoc matrimonium cum vxore sua secundum prędicta: ergo vel non cõtrahitur semper affinitas inter virum & omnes cõsanguineos vxoris quã cognouit: vel affinitas nõ semper impedit matrimonium. Vtraq; pars istius cõsequentis est contra prędicta: ergo vt videtur nõ sunt vera. Antecedẽs habetur de eo qui cogno. cõsangui. vxo. suę. Cõsequẽtia patet: quia postq̃ talis cognouit consanguineã vxoris suæ, vel per talem incestum efficitur affinis vxoris suæ: vel non. Si sic: ergo affinitas non dirimit nec impedit matrimonium: quia propter incestũ vxor cum non habet culpam non debet priuari marito cum quo prius legitime contraxit. Ad hoc. Qui dormierit. xxvij. quæstio. ij. Vbi solum prohibetur redditio debiti vxori postq̃ eius cognouit sororem. Item de eo qui cogno. consangui. cap. Fraternitati tuę. & cap. Discretioni. Sinon, tunc per cõmixtionem carnalem vir nõ efficitur affinis cuilibet cõsanguineę mulieris quã cognouit: quia ponitur casus ꝙ cognouerit duas sorores, quarum vnam habet vxorem. Præterea, in lege vete. fuit pręceptum Deutero. xxv. ꝙ frater superstes suscitaret semen defuncto fratri ex vxore ipsi⁹ relicta: ergo ex copula carnali primi viri non fuit contracta affinitas inter vxorem & consanguineos mariti. Item cessante causa cessat effectus, sed per carnalem copulã vir est causa affinitatis suorum cõsanguineorum respectu mulieris, & mulier est causa affinitatis suorũ consanguineorum respectu viri: ergo mortuo viro cessabit in muliere, & ecõtrario. Et per cõsequens viro mortuo, mulier potest nubere viri consanguineo absq; affinitatis impedimẽto. Et ecõtrario mortua muliere, vir relictus põt ducere cõsanguineam mulieris. ¶ Dicendũ ꝙ illa omnia non concludunt contra prædicta. Et fit hic sermo de copula carnali quæ pręcedit matrimonij contractum. sic enim impedit contrahẽdum & dirimit cõtractum. Si vero copula sequitur, procedit instantia, & de hoc in capit. Allegato. Qui dormierit cũ duab⁹ sororibus, & vna ex illis antea vxor fuerat, nec vnam ex ipsis habeat, nec ipsi adultero vnq̃ in cõiugio copulentur. Exponit tex. ibidem. Idest nec ipsi vxori proprię sibi licet debitum reddere. quod exponit glos. Idest, non licet ei debitum exigere. Reddere em̃ potest exactus. secus si non fuerit exactus. Sequens enim affinitas vinculum contugale non soluit prius rite contractum: sed impedit personam quæ suo incestu affinitatem contraxit, a iure petendi ꝓpter illud crimẽ, & ꝙ post mortẽ vxoris stet sine coniugio, vt supra. Vnde de eo qui cogno. consangui. cap. Discretionem. ita dicitur. Affinitas quę post contractum legitime matrimonium iter virum & vxorem inique contrahitur: et non debet officere qui huiusmodi iniquitatis particeps nõ existit: cũ suo iure non debeat sine sua culpa priuari. Ad idem cap. Tuę fraternitatis. Ex illis colligitur. Affinitas superueniens nõ dissoluit matrimonium inter virum & vxorẽ, sed priuat culpabilem iure exigendi: & mortua vxore contrahẽdi alibi. Per hoc tamẽ non releuatur ab omni onere reddendi debitum innocenti, ac ministrãdi necessaria. Sed nõ potest exigere nisi obtenta dispensatiõe. Sicut enim ecclesia potest cum eo dispensare vt de nouo cõtrahat: ita etiã vt post cõtractum debitum exigat causa subsistente, puta iuuentutis. Et licet vxor admittat nocentẽ ꝙ exactus sibi debitum reddat: nõ potest eum per hoc deobligare: aut sicut in adulterio sibi per omnia recõciliare ꝙ licite possit petere. sicut i adulterio cum vxor reddit debitũ adultero, remittit



ipsi culpam. Hic em̃ pœna illa est sibi inflicta propter atrocitatẽ criminis ne vnq̃ petat: ergo vxor remittere non potest. Potest ergo cum dei timore incestuosus innocenti debitum reddere petit⁹, sed non exigere. Et innocens nõ priuatur suo iure sine culpa sua. ¶ Ad secundum negetur consequentia. Ad probationẽ, q̃uis de lege cõmuni affinitas impedit fratrem ne vxori fratris sui copulet, potest tamẽ cõditor legis i lege dispẽsare. Verus legis cõditor Deus est, & ideo sicut dedit legem Moysi, ita potuit in lege sua prout voluit dispensare. ¶ Ad tertiũ respondet Thomas Argẽti. Maior non est vera nisi de causa quę nõ solum est causa in fieri, sed etiam in conseruari. Sic non est in proposito. Q̃uis em̃ persona qua mediante contrahitur affinitas sit causa in fieri, non tamen in conseruari, vt supra: & ideo mortua illa persona adhuc manet affinitas inter suos cõsanguineos & cõsanguineas & personã quã cognouit carnaliter. ¶ Secundum dubium. Vtrum ex
H copula illicita cum affine contrahat publicę honesta. iustitia. Exemplum: vir cognoscit sororẽ vxoris suę. Respondet Panor. in ca. Tuę fraternitatis. de eo qui cogno. consangui. ꝙ non, sed oritur affinitas, vt cap. Discretionem. Sed publica honestas ex cõtractu matrimonij vel sponsaliorum oritur. Attamen licet non oriatur publicę honesta. iustitia: tamen honestum est, idest honestas postulat, vt vxor non contungat se viro qui
I suam turpiter cognouit sororem. ¶ Tertium dubium. An impedimentũ affinitatis sit de iure diuino positiuo, aut ecclesię statuto. Respõdet Richar. Affinitas impedit matrimonium in aliquo gradu de iure diuino. Ius em̃ ꝓhibet Leui. xviij. filium non contrahere cum vxore patris. Nepotem cum vxore patrui. Patrem cum vxore filij. Petrus de Palu. videtur idem velle cum quærit an Papa possit dispensare super affinitatis impedimento. Et respondet ꝙ nec in primo gradu consanguinitatis nec affinitatis: cũ sit contra ius naturale & diuinum: quia vxoribus patris exhibemus honorem sicut propriis parẽtibus. Et ꝙ in linea transuersali in primo gradu consanguinitatis & affinitatis Papa nõ potest dispẽsare, cũ sit de iure diuino & contra naturam. Vnde etiam ante diluuium multiplicato humano genere creduntur abstinuisse ab vxoribus fratrum, nisi ad suscitãdum semen fratri defuncto. Deutero. xxv. quod fuit ex dispensatione tempore legis scriptę. Nec in secundo gradu transuersalis superioris vt cum amita & matertera: quia lege diuina prohibitum. In secundo gradu transuersalis inferioris potest dispensare, vt cum filia fratris: quia non fuit in scriptura prohibitum. Et si obijcitur de Thamar, vt supra. secundi Regum decimotertio. ꝙ Dauid qui disponebat sacerdotium cum ea dispensauerit vt copularetur Amon, vt supra distinctione præcedẽti, fratri suo: Dici potest ꝙ non fuit frater eius: aut ꝙ ipsa errauit. ¶ Dicendum videtur, salua saniori sententia, vt distinct. præcedenti de gradibus consanguinitatis. Affinitas est impedimentum matrimonij dũtaxat ex ecclesiæ statuto affines ad matrimonium in certis gradibus illegitimãte, & hoc in eo gradu in quo & consanguinitas: quia gradus affinitatis sumuntur secundum gradus consanguinitatis. Hinc & tot sunt gradus affinitatis quot cõsanguinitatis. ¶ Consimiliter dicendum venit de affinitate extense dicta, quę nominatur publicę honestatis iustitia. ¶ Q̃ autẽ desit re diuino esse dicitur: quia i scriptura habetur: est improprie dictum, vt videtur. Habetur quidem in lege diuina non morali, sed iudiciali, ideo hodie non ligat nisi per nouam constitutionem ecclesię: quę potest dici de iure diuino alludẽter vel exemplare: quia & ecclesiæ constitutio exemplata est in lege Mosaica, & alludit eidem. Hodie vero iudicialia, vt talia, non ligant nisi per nouam constitutionem. Et quia non habetur in lege euã gelica aliqua noua prohibitio a Christo facta, respiciens obligatorie affinitatis gradus, nec cõfirmatio explicita prohibitiuę constitutionis Mosaicæ a Christo in lege noua euangelica: ideo non videtur quomodo sit obligatorie & proprie de lege diuina, per cõsequens nec Papę potestate quo ad dispensatiõis beneficiũ sublata. ¶ Dicitur ergo ꝓhibitio esse de lege diuina eo modo loquẽdi quo aliquid est in ecclesia ꝓhibitũ noua cõstitutione, qđ olim etiã fuit ꝓhibitũ in lege veteri. Et dato ꝙ fuerit tunc morale, videtur dicendum. Moralia quę hodie obligant in le. no. non obligant virtute constitutionis diuinę factę in lege veteri: & ex forma legis illis veteris, nisi sint de lege naturæ. Tunc enim ex forma legislationis data fuerunt soli populo Israelitico. Ligare autem dicuntur & nos: quia aliqua sunt de lege naturæ & innouata in lege euãgelica. Aliqua ex noua ecclesiæ quæ spiritu sancto regitur, institutione. Sic in proposito de affinitatis gradibus. Nam ius canonicum prohibitionem fecit citra quartum gradum. cap. Non debet. de cõsanguini. & affinita. reuocatis quibusdam gradibus qui olim erant prohibitionis. Nec ille modus dicendi ꝙ aliquid dicatur esse de lege diuina, quod nunc institutum est ab ecclesia consone & alludentur ad id quod olim fuit de lege diuina, licet hodie noo sit) est absonus: cum ecclesia sumpsit occasionem faciendi nouam constitutionem ex his quæ olim erant pręcepti diuini. Aut etiam ꝙ aliqua lex dicatur diuina: quia auctoritas eden-

Universidad de Deusto
Biblioteca




di venit diuinitus a deo. Sed est vsitatus in eccle sia, etsi non nomine, tamen re ipsa. Sæpe dici mus q̄ legere horas canonicas sit de lege diui na: quia dicitur in Psalm. Septies in die laudem dixi tibi. Item media nocte surgebam ad confi tendum nomini tuo. &c. Item ieiunium quadra gesimale frequenter ab Ambro. Augusti. Ma ximo &c. dicitur esse de lege diuina, cum sit de lege positiua ecclesiæ, sed institutum est sumpta occasione ex ieiunio Christi & aliorum &c. Ita posset dici ad Richardum & Paludem. Affini tas in primo & secundo gradu est de iure diui no olim ligante in lege veteri. & modo ex con stitutione obligatorie ecclesiæ: quæ occasionem sumpsit a lege vete. Q̄ autem dicit esse contra legem naturæ, concedi potest ad intellectū supra tactum, large seu improprie. Sed cū dicitur Mat thei. xiiij. Non licet tibi habere vxorē fratris tui. additur viuentis, & redarguit Christus pluralita tem vxorum. Hoc enim est contrarium legi diui ne scriptę q̄ quis habeat vxorem fratris sui vi K uentis. ¶ Quartum dubium. Cōmuniter dicitur Consanguinei succedūt in rebus defuncti. Sed vxor est res viri: ergo eo defuncto deberent suc cedere consanguinei vt habeant eam vxorem: & ita affinitas non impedit quin frater fratris vxo rem habere possit, quod est contra conclusionē secundam. ¶ Præterea. bonę fidei possessor præ scribit in re non sua: ita q̄ ex lapsu temporis res erit sua quę prius non fuit sua, vt supra distinct. xv. quæst. xiiij. Sed possibile est aliquē habuisse vxorem multis annis bona fide: de qua nunc di citur: q̄ ante cōtractum suus consanguineus eā etiam habuerit: ergo per præscriptionem tam lici te habebit eam. ¶ Ad primum, conceditur intel ligendo de bonis quæ vere sunt eius possessio. Vxor vero quę cum viro in matrimonialibus ad pacta iudicatur, & fit cum eo vna caro, non est p prie possessio viri, sed ita habet virum sicut vir eam: & ita possidet virum: sicut vir eam. Dictum autem intelligitur de re quę possidetur & nō pos sidet e regione. ¶ Ad secundum pariformiter di cendum, vt supra distin. xv. quæstio. xiiij. Hinc propter malam fidem vnius, puta nocentis con iugis: tota possessio est malę fidei. Item ex lege diuina prohibente non potest in re illa fieri præ scriptio. Mulier enim semper fuit malę fidei &c.
L ¶ Quintum dubium. An bene sequatur, Ego & tu sumus affines: ergo & filius qui a me propa gatur est tibi affinis. Dicendum q̄ non sequitur: quia quando parentes sunt affines, filius interdū mutat attinentiam seu genus attinentię. Si enim ego & tu sumus affines quia ego cōtraxi cū con sanguinea tua: si ego ex tua cōsanguinea habeo filiū, filius ille mutat attinentiam: quia est tibi cō sanguineus: & non affinis: ego vero sum tibi af finis, sed filius meus est tibi consanguineus: qa fortassis nepos tuus. sic ergo mutat attinētiam. Sed si ego qui sum maritus consanguineę tuæ, procreauero filium ex alia muliere, ille nec est tibi affinis nec consanguineus. Si vero tu consan guineus vxoris meæ filium procreas: filius ille non mutat genus attinentię, sed est mihi affinis: quia tu pater eius es mihi affinis. Sed si tu & vxor mea estis in linea æquali vel inęquali con sanguinitatis, & tu es remotior scilicet in tertio, & vxor mea in secundo, tunc filius tuus mutat gradum affinitatis: quia tu es affinis meus in ter tio gradu, & filius tuus in quarto. Sed si vxor mea est remotior, scilicet in tertio gradu, & tu in secundo, tunc filius tuus non mutat gradum. Ita loquuntur Doctores iuris in arbore affinita tis. Sic colligi potest ex illo dicto: q̄ filius quan doq̄ mutat genus attinentię. Interdum nihil at tinet tibi. Interdū mutat gradū. Interdū nec ge nus, nec gradum mutat. ¶ Sextum dubium. An bene sequar: Ego & tu sumus affines: & ego non possum habere filiam tuam: ergo nec tu me am. Respondetur q̄ non: quia si consangui nea tua esset vxor mea: tu bene posses contrahe re cum filia mea genita ex alia muliere: quia in nullo attinet tibi. Nec enim consanguinitate, nec affinitate iuncta. Sed ego non possum contrahe re cum filia tua nisi forsan illa excederet quar tum gradum. Constat enim ex dictis, q̄ affini tas non contrahitur inter consanguineos viri & consanguineos mulieris, sed inter virum & con sanguineos mulieris, & econtra. ¶ Septimum M dubium. Sit casus. Aliquis vxore sua mortua vult contrahere cum consanguinea vxoris non obstante affinitate in tertio gradu. An in dispen satione oporteat facere mentionem specificam de affinitate & publica iustitia, vbi simul coinci dunt: aut sufficit facere mentionem de affinita te solum. Coincidunt autem simul in proposito cum contraxit cum vxore defuncta, & eam co gnouit. Respondet Panormitanus. capit. Non debet. de consanguinitate & affinitate. præmissa vna regula. Quando duo sic se habent q̄ vnum venit consecutiue ad reliquum, vno immutato seu sublato, etiam censetur immutatum seu su blatum id quod consequitur ad aliud. Sic in p posito si publica honestas necessario comprehē deretur sub affinitate, satis est de affinitate feci sse mentionem. & sic procedit glos. in capit. alle gato. Vt si impetro dispensationem vt liceat mihi ducere vxorem consanguinei mei de functi non obstante affinitate in tertio gra du: ex quo recitando factum dixi q̄ fue rat vxor consanguinei mei, consequenter licet



tacite, publicę honestatis iustitiam. Si enim fuit ipsi vxor: ergo ex contractu sponsalium interue nit publicę honestatis iustitia. Et sic per cōsequē tiam videtur sublatum impedimentum publicę honestatis: cum datur dispensatio, vt supra. Nō enim potuit esse vxor cognita sine iustitia publi ca & affinitate. Si vero non comprehenderetur ex narratione & serie verborum, vtputa, impe travi dispensationem, vt liceat mihi ducere Mar garitam mulierem, non obstante q̄ est mihi af finis tertio gradu: non valet dispensatio si vl tra affinitatem erat publicę honestatis iustitia: ex quo de ea non fuit facta mentio expresse vel ta cite. Affinitas em̄ potest contrahi fornicario coi tu sine matrimonij contractu prętio. Et sic pro cedit glo. super arbore affinitatis.

Arbor Affinitatis.



Universidad de Deusto
Biblioteca



## Distin. XLII.

DE parentalium graduũ famosa quęstione &c. In hac dist. xlij. & vltia trac. de matrimonio magist. agit de impedimento cognationis spũalis & legalis, & secundis nuptijs. Et stat sententia eiusdem in trib⁹ cõclusionibus. ¶ Prima. Spũalis germanitas siue ꝓpinquitas est inter cõpatrem & cõmatrem: & inter eos quorũ vnus alterũ de fonte leuauit, vel in catechizatiõe, aut cõfirmatiõe tenuit, & inter filios eiusdem hominis carnales & spũales. ¶ Seda cõclusio. Nulli licet cum cõmatre sua, aut filia spũali quã de sacro fonte leuauit: vel i catechizatione, aut cõfirmatiõe tenuit, aut sacro baptismate tinxit, matrimoniũ cõtrahere. Si vero post matrimoniũ legitimũ siue ꝓprium siue viri filiũ dũtaxat mulier de fonte susceperit: vel in cõfirmatione tenuerit, nõ debet ob hoc a viro suo diuortiari. ¶ Tertia conclusio. Filij spũales & adoptiui naturalibus nõ possunt matrimonio copulari. Nec licet alicui duas cõmatres vnã post alteram, nisi certo mõ habere. Nec ꝓhibentur vir & vxor sua simul suscipe puerũ de fonte. Nec sunt secũdę, aut tertię, aut quartę nuptię prohibitę.

### Quæstio Vnica.

A PRima quęstio de impedimẽto spũalis cognatiõis & legalis: Vtrũ cognatio spũalis & legalis matrimoniũ impediãt cõtrahẽdũ, & dirimant post cõtractum.

¶ Notãdum primo. Cognatio spũalis mtimoniũ ipedies & dirimẽs est vinculũ seu ꝓximitas psonarũ ꝓueniẽs ex eo q̃ aliqs aliquẽ baptizauit vel cõfirmauit, aut suscepit de baptismo, vl cõfirmatõe. Et orit hoc vinculũ dũtaxat ex duob⁹ sacrorũ cõficatiõe scilicet baptismi & cõfirmationis. cap. vlti. de cogna. spũali. lib. vj. Cuius ratio põt esse, quia hęc cognatio spũalis imitat carnalem seu naturalem cognationẽ quantũ põt. Sicut enim per carnalẽ homo recipit esse naturæ: ita per regenerationẽ & regenerati cõfirmationẽ accipit esse gr̃ię. Et sicut per carnalẽ ꝓpagatus cõtrahit attinẽtiam cũ progãte patre & matre a quib⁹ naturaliter ꝓpagatur: ita p spũalem regnationẽ qua ꝓcedit ad vitã gr̃ię & actionis meritorię, cõtrahit quoddã vinculum cũ regenerante vel cõfirmante: tanq̃ cum patre aut matre spũali, dei personã repręsentante & ei⁹ ministeriũ exequẽte, & cũ leuãtibus aut susciptentibus ipm in ꝓceptione sacrorũ illorũ. qui secundũ Richar. supplẽt vicẽ matris spũalis, ecclesię scilicet. Hoc aũt nõ fit in alijs sacramentis. Verũ hęc non est ratio cogens. Nisi em̃ robur traheret ab ecclesię institutione, in promptu esset replica de sacro pœnitẽtię, q̃ est secũda tabula post naufragiũ. ¶ Solet aũt sic notificari. Est ꝓpinq̃tas personarũ ꝓueniẽs ex datiõe sacri baptismi vel cõfirmationis: vel ex baptizati, aut cõfirmati susceptione. Addit Palu. Vel vnione ad dantem seu susciptientẽ, robur trahens ex ecclesię institutione. ¶ Dicit primũ ꝓpinquitas personarũ, vt supra de affinitate. Dicitur ꝓueniẽs ex sacri baptismatis, aut confirmationis. Ista em̃ duo sunt quasi natiuitas spũalis in vtero, & ex vtero. Iam em̃ regeneratũ p baptismũ ecclesię, ecclesia fortificat & robore donat cõfirmationis sacro, vt baptizat⁹ nomẽ dei intrepidus cõfiteat, corde, ore, & opere. ¶ Catechismus causat cognationẽ spiritualẽ largo vocabulo: quę impedit sed non dirimit matrimoniũ. capi. Per catechismũ. lib. vj. de cogna. spi. & cap. Cõtracto, extra eo. ti. Valde ergo refert tenere ad exorcismũ &c. & suscipere iã baptizatum. ¶ Dicit ex datione sacri, & nõ dicitur de tentione ad solẽnia pręcedẽtia sacri collationẽ. Vnde dicit cap. j. de cogna. spũali. li. vj. Nedum inter baptizatũ & eũ qui illũ suscepit de baptismo, ac inter eundẽ baptizatũ & suscipiẽtis filios & vxorẽ ante susceptionẽ carnaliter cognitã ab eodẽ: immo etiã inter susciptientẽ patrẽq̃ baptizati & matrẽ cognationẽ spũalem i baptismo cõtrahi iure constat. Et per hoc cessant multa dicta antiquorũ doct. & modernorũ eosdẽ imitantium, nõ habitis constitutionibus ecclesię in nouis iuribus. Sed ponit casus: tãgit quis linteum in quo inuoluit puer quẽ suscipit de fonte iã baptizatũ secũdũ morẽ ecclesię, sed nõ puerũ ipm. Respõdet, si puer inuolutus est linteo quẽ tãgit, sufficere tactũ immediatũ lintei & mediatũ pueri. Ad hoc est ritus totius ecclesię. ¶ Dicit consequẽter secũdũ Palu. Vel vnione ad dãtẽ aut susciptentẽ. Nã vt dicitur in glos. cap. Martinus. de cogna. spi. Cõpaternitas acquiritur vxori carnaliter cognitę per virum, & econtra. Nam cognatio spiritualis contracta per maritũ, extendit ad vxorẽ cognitam carnaliter matrimonio cõsummato, secus si non erat cognita. Si ergo alter coniugum matrimonio iam consummato suscipit filium alicuius de fonte sacro: ambo consuges tales efficiuntur compatres parẽtibus infantis. Hinc si vir leuat, fit per hoc directe cõpater, & vxor ei⁹ legitima carnaliter cognita fit cõmater per virũ suum leuãtem, & econtra: quia vt dicũt doc. iuris, maritus cõmunicat vxori quã cognouit carnaliter, actiones spũales: Non autẽ passionem. Vnde si filius mariti ex muliere alia baptizat, vxor ipsius etiam ab eo cognita non efficitur cõmater leuãtis vel baptizãtis. xxx. q. iiij. Si quis vnus. & in lib. vj. ca. j. in Glos. de cogna. spirit. quia respectu filij non cõmunicarũt sibi actiones carnales. Dictum est notãter ad vxorẽ cognitam carnaliter: quia em̃ per matrimonij cõsummationẽ facti sunt vna caro, ideo q̃d deinceps vnus agit: & alter coniugum agere dicit. Secus si compaternitas matrimonium ꝓcessit, aut copulã carnalem coniugalem. Puta si aliquis leuauit de fonte filiũ a. & b. coniugum: dehinc contrahit cum Berta: quã vel solũ despõsauit dep̃senti, aut cum ea cõmixtionẽ habuit: talis Berta vxor sua nullam habet cõpaternitatẽ cũ parentibus infantis per eius maritum olim de fonte leuati ante cõtractum: quia tunc cũ leuaret infantem, illa vxor nondũ effecta fuerat vna caro cum eo. Hinc mortuo illo qui leuauit filiũ coniugum priorum. s. a. & b. & mortua vxore ip̃sius a. poterit Berta relicta olim leuantis ante cõtractum, ducere a. maritum, & ex cõsequẽti Berta potest habere duos cõpatres, vnum post alium. ¶ Ex illo habet q̃ cognatio spũalis dupliciter trãsmittitur ad aliam psonam cæteris paribus. Vno modo per cõmixtionem carnalẽ cõiugalẽ. Sic enim transita viro in vxorem carnaliter cognitam ante leuationem. c. Martinus. de cogna. spũali. Secus de cõmixtione nõ coniugali & cõcubinaria. Cõis em̃ opinio habet q̃ cognatio spiritualis non extendatur ad coitum illicitum & fornicariũ. Ita in ca. Martinus. & Richard. & Palud. Nam vnitas carnis est causa sine qua nõ, sed non propter quã huiusmodi trãsmissionis cognationis. Sicut in bigamia quæ non causatur ex nuptijs sine copula carnis, non tamen ex copula carnali sine eis. Nec cogit dictũ. S. Thomæ in contrarium. Nec verum est hoc dictum vniuersaliter: Vbi eadem causa, ibi idẽ ius: sed intelligit̃ de potest. Põt quidẽ esse idem ius, si ita fuerit in simili institutum. Nec facit ad propositum dictum Apostoli. j. Corinth. vj. Qui adhęret meretrici &c. quia alium habet intellectum ad literam. Oportet stare determinationi ecclesiæ in hac re, & non ratiõi scholasticę. Alio modo transmittitur a patre in filios suos, & ita descendit a patre in filium, & non econtra. Hinc inter baptizatum & proles seu filium baptizantis non potest esse matrimonium. ca. Ex literis.



## Quęst. I. Fo. CLIII.

de cognatione spirituali. siue isti filij sint nati ante, siue post compaternitatem, dummodo tamen per alterum illorum deuentum est ad compaternitatem. c. Tua. eodẽ titu. Per hunc ergo actum oritur cognatio spiritualis in omnibus, & per omnia, sicut oritur ex persona leuãtis seu susciptientis de baptismo: vt in lib. vj. de cognatione spirituali, Q̃ extendat etiam ad prolem illegitimã, probat Panor. ca. vlti. de cognatione spirit. quia mulier de qua tex. fuit filia sacardotis qui baptizauerat iuuenem. nihilominus inter iuuenem & eã orta fuit spiritualis cognatio, quæ potest dici fraternitas & sororitas. Erant enim frater & soror spiritualiter. Extenditur etiam ad spurios: vt in eo. ca. quia illa fuit filia sacerdotis. Et cum dicitur Ex datione sacramenti, non includitur solẽnitas: quia nihil facit ad hoc. ¶ Secundo notandum. Cognatio spiritualis matrimonium impediens & dirimens non habet gradus: sed tres species. Et quãdoq̃ nominatur paternitas, quandoq̃ compaternitas quandoq̃ fraternitas, secũdum diuersitatem personarum. Et si placet hoc extẽdere ad cognationem spiritualem solum impedientem non dirimentem, secundum hoc reddãtur singula singulis. ¶ Prima species, paternitas maternitas, & filiatio spiritualis dicta, attenditur inter baptizantem, confirmantem, susciptentem, aut leuantem, & baptizatum, confirmatum, susceptum, seu leuatum. Sic enim dans sacramentum quo contrahitur cognatio spiritualis, vel baptizatum susciptiens, dicitur patrinus vel matrina. Susciptiens sacramentum, hoc est baptizatus, aut confirmatus, dicitur filius, filiolus vel filiola. Et cum sacramentum baptismi est verum sacramentum, & ius loquitur indistincte de baptizante & baptizato, ideo non est curę dum baptismus alias rite confertur, siue fiat in necessitate vel extra, cum vel sine solemnitate a sacerdote, vel laico: sed tamen baptizato: licet protunc hæretico. Et recte nominatur species illa paternitas spiritualis, quæ est inter regenerantem & regeneratum, confirmantem & confirmatum, leuantem & leuatum, instar generationis carnalis, in qua sunt pater & mater, & proles genita. Administrans sacramentum est pater spiritualis. Susciptiens est mater spiritualis: quia repręsentat personam ecclesiæ, & habet se etiam actiue ad sacramenti collationem. Leuatus aut susceptus dicitur proles, aut filius vel filia spiritualis. Et possunt esse simul plures susciptientes. lib. vj. cap. Quis. ideo solent connecti personæ actiue se habentes ad personam passiue se habentem, scilicet baptizans & susciptiens baptizatum. Suscipere dicit qui tenet ad

Universidad de Deusto
Biblioteca



fontem seu baptismum, seu qui leuat de fonte. Primum causat cognationem spiritualem large, quæ contrahitur per catechismū, quæ impedit solum non dirimit cōtractum &c. Secundū vero cognationem spiritualem ꝓprie dictā, de qua hic sermo, phibentē & dirimētem. ¶ Ex illo sequitur primā speciem cōtrahi inter quinq; psonas. s. baptizatum aut cōfirmatum, baptizātem aut cōfirmantē, leuantē vel suscipientē, vxorem baptizātis aut cōfirmātis, vxorē suscipientis vel tenentis: vt in Græcia, vbi sacerdotes & episcopi habēt vxores. Sic simili modo dicā de catechismo quo ad impediendum matrimoniū dūtaxat. ¶ Secundo sequit vnū & eūdē hominē posse habere duodecim parētes spūales p se, scilicet sex patrinos & sex matrinas: vt si fuerit primū baptizatus in pelui in domo necessitatis tēpore, & leuatus a cōiugatis carnaliter copulatis, & dehinc catechizatus in ecclesia, & tentus a cōiugatis, & tertio cōfirmat⁹ & susceptus a cōiugatis, vt in Grecia, vbi sunt sacerdotes coniugati. Primū habet baptizantē. Secūdū, suscipientem. Tertiū, catechizātem. Quartū, tenentem. Quintum, cōfirmātem. Sextum, tenētem. Ecce sex patrinos. Item primā habet matrinā vxorem baptizātis. Secundam, vxorē leuātis. Tertiam, vxorē catechizantis. Quartam, tenentis. Quintā, confirmātis. Sextam, tenētis. Ecce sex matrinas. Per accidēs potest habere plures. Non ex parte dantiū sacramētum: quia est vnus minister, nec ex parte vxoris: quia nō est pluralitas vxorum licita: sed ex parte tenentiū, qui si plures fuerint ad omnes extēdit paternitas spiritualis eodē modo. lib. vj. c. vult de cogna. spirit. Item ex parte catechizātium. Olim em̄ ali⁹ exorcizabat, alius catechizabat. iura solum loquuntur de catechismo. lib. vj. Per catechis. & ca. Cōtrac. ex. eo. ti. Et secundum hoc etiā intelligēda sunt priora dicta de duodecim patrinis
C & matrinis. &c. ¶ Scda species dicit cōpaternitas vel cōmaternitas, & attendit inter patrē spūalem pueri, & patrem eius carnalem, siue inter regenerātē sacramētaliter, & generātem carnaliter. Et contrahit dupliciter. s. immediate & mediate, seu directe & indirecte. Directe seu immediate inter dātem sacramētum & carnales parentes vtrosq; regenerati: inter leuātem & parentes carnales leuati. Indirecte inter vxorē cognitā regenerātis, & parētes carnales regenerati. Inter vxorem cognitā leuantis, & parentes leuati. Si em̄ dās sacramentum nō est factus vna caro cū sua si quā habet: Sic de leuāte: quia forte neuter habet vxorem, aut nondū cognitā: iam inter regenerātem, item inter leuātem seu suscipientē solum & nō inter eorūdem cōiuges cōtrahitur cōpaternitas cum parētibus carnalibus regenerati aut leuati. Et dicit compaternitas, quia & dans sacramētum, & leuans seu suscipiens regenerati fiūt cum parētibus carnalibus regenerati patres spirituales vel cōmatres: ideo dicuntur & cōpatres: quia cum parentibus carnalibus facti sunt parentes spirituales regenerati, non inter se. Sic de confirmatione suo modo. Et quandoq; trāsit hæc species cognationis ad vnum coniugum alio mediante: aliquando nō. ¶ Si enim alter cōiugum cum facti sunt vna caro suscipit filium alicuius de fonte, vel ad confirmationem, alter coniunx fit compater parentum carnalium regenerati: vt dictum est. Si autem suscipit filium alterius coniugum tm̄, siue fuerit natus ante consummationem siue post consummationem matrimonij de alia persona q̄ de coniuge, non efficitur compater nisi illius coniugis solum, cuius est filius. Hinc notat Durañ. & Palud. Si aliqui debent esse compatres, requiritur q; alter sit pater spiritualis. & alter carnalis pater. Sic de maternitate si debent esse cōmatres idem requiritur. Hinc sequitur q; inter baptizantem & confirmantem non est compaternitas cum sunt ambo patres spirituales: nec inter plures suscipientes inter se, nec inter leuātē in baptismo & suscipientem ad confirmationem: quia oportet sem per vnum esse patrem spiritualem & alium carnalem. Nec inter dantem sacramentum, & suscipientem sacramēto prędictum: nec inter patrem & matrem. Nec refert hic, an filius sit legitimus vel illegitimus. Trāsit enim a patre & matre in filios etiam illegitimos: sed non a coniuge in coniugem nisi legitimum. Ex illo colligi potest qualiter quis potest habere plures compatres & cōmatres successiue: quia nemo prohibetur cōmatrem vxoris habere, nisi sit commater sua: sed cōmatrem suam, siue sit facta commater propter se, siue propter aliud, prohibetur habere. ¶ Tertia species cognationis spiritualis dicitur fraternitas spiritualis: quæ contrahitur inter filium tuum spiritualem & filios tuos carnales, hoc est inter confirmatum & carnales filios confirmantis, leuatum aut susceptum & carnales filios leuantis aut suscipientis, regeneratum & carnales filios regenerantis. Et recte nominat fraternitas spiritualis: quia hoc modo fiunt fratres spirituales: siue sint nati ante hanc compaternitatem contractam inter suos parentes carnales & parētes spirituales regenerati, siue post. ca. Tua nos. de cogna. Non autem inter fratres baptizati, confirmati, seu leuati, & filios baptizantis seu leuantis quandocūq; susceptos. xxx. q. iij. Sine quibus. & capi. Tua nos. vbi supra. Item nec inter filium spiritualem, & alios filios D



corpora. dicit scdm opinionem Genethliacoꝝ post quadringentos quadraginta annos redire animas ad pristina corpora quomodocūq; sint dispersa. Ecce magnā ad catholicę veritatis tenorem alludentiā, quā per resurrectionis hostes deus promulgari voluit, vt perhibeant veritati quā nō acceptant testimoniū. Sic inquit Aug. in lib. contra Paga. & Ar. cōtra Virgiliū, & Nabuchodonosor stomachādo. O alienigena vnde tibi hoc dictū? Iam noua progenies cęlo demittitur alto. Vbi aperte Christo perhibes testimoniū. Vnde tibi hoc? Quis tibi annunciauit filiū dei? Quę lex? &c. Tametsi etiā intelligitur de Nabuchodonosor, vt ibi deducit August. c. xv. ex visione Danielis. iij. Et cōcludit. Ignis diuinus te illuminauit &c. Simile adduci posset de Caypha, qui dixit. Expedit vnū hominem mori &c. Ioā. xviij. Ad hoc. iiij. de Trī. c. xvij. & viij. de ciui. c. xxvj. Faciliter itaq; possunt tenere cum ecclesia, qđ orthodoxa habet fides, vt dicant cum Platone, animas sanctas redire ad corpora, nec tamen ad mala, vt Porphy. tenet. Cōsequens ergo est vt redeant ad corpora sine fine mansura & victura. Et cū Varrone q; idem corpus & eadē anima quæ fuerāt coniuncta in homine, redeant in pristinam cōiūctionem. Ostēdit etiam possibilitatē cōtra Platonicos ex eorūdem disciplinis, lib. x. c. xxix. ¶ Tertio notādum. Doc. cōmuniter ponūt resurrectionem primam & secūdā. Resurrectio prima scdm Aug. xx. de Ciui. c. vj. & sup Io. Homi. xxij. est resurrectio per fidē, quę est omniū fideliū animarū. Habēt em̄ animę vitā naturalem & vitā gratiæ: qua dum p culpā priuātur moriūtur, & habent mortem suā, manente vita naturę. in de verbis dñi Homi. vlt. Sic ait dñs Matthæi. viij. Sine mortuos sepelire mortuos suos. i. vt mortui in anima sepeliant mortuos in corpore. Est ergo ī pietas animę mors eius, & resuscitatio p gratiā gratificātē seu fidē formatā charitate, eiꝰ resurrectio & viuificatio. & dī prima resurrectio: quā q̄ non consequitur in hac vita, ad secundā resurrectionē nō perueniet, quę est gloriosa & beatifica corporis & animę. Oēs quidē resurgēt resurrectione secūda, quę est corporū: sed non oēs euadēt mortē gehennę: & tales cōparatiue ad resurrectionē primā qua carēt, dicūtur quādoq; carere resurrectione secunda, quę licet sit corporū in genere, tñ ad beatitudinis cōsecutionē p̄supponit vitam animarum. Sic ait Christus Ioan. v. quosdā transire de morte ad vitā. A morte infidelitatis & peccati ad vitā gratię, quę est resurrectio prima vię huius. Et iterum. Procedent qui benefecerūt in resurrectionē vitę, procedent in quā de monumentis in resurrectionē corporum perpetim saluandorū. Qui autē mala egerūt, in resurrectionē iudicij. hoc est damnationis, ppetua pœna mortis digni in corpore & anima p̄pter defectum resurrectionis primę. ¶ Quarto notādum. Cū dicitur Christi resurrectio causa effectiua nostrę resurrectionis: p nomen Christi resurrectio, intelligitur actiue Christus q̄ resurrexit virtute propria, quæ non est alia a virtute patris & spiritus sancti, sed cōmunis omnibus trib⁹ psonis, qui sese scdm humanitatē resuscitauit virtute diuina. Sic Christi resurrectio est Christus resuscitans mortuos, nō q; sint tres resuscitantes, sed vnus. Vnde resuscitare primo attribuitur essentię diuinę, sicut & creare. Sicut. n. dicit vnus creator cęli & terræ, nō tres creatores: ita vnus resuscitans. Attamen qa Christus sua incarnatione nobis meruit resurrectionē & glorificationem, ideo ipsi attribuitur hominū resuscitatio actiue. Alio modo Christi resurrectio sumitur passiue, & sic est Christus resuscitatus. Dicitur em̄ per cōmunicationē idiomatū resurrexisse quo ad humanitatē: sicut & cecidit scdz carnē p mortē. ¶ Ex illo seqtur q; nomine Christi resurrectio, potest venire essentia diuina: cui primo cōuenit resuscitatio mortuoꝝ, vt supra in primo dictū est. Item venit Christus in sua propria virtute resurgens, & mortuos resuscitans. hoc est, Nomē Christi resurrectio sup ponit vel pro illo vel illo, actiue aut passiue, vt est diuersus modus loquēdi de hmōi abstractis pro quo supponāt. Itē resurrectio Christi scdm aliquos est caro Christi: & est etiā Christus p cōmunicationē idiomatū. Nam & caro resurrexit ad vitā, & Christus, per cōmunicationē idiomatum. Caro em̄ Christi passa est, & anima eius trīstata, & Christus per cōmunicationē idiomatū. Et ita resurrectio Christi passiua est, tam carnis q̄ Christi. Et resurrectio carnis Christi est causa instrumētalis nostrę resurrectionis: sola essentia diuina causa principalis, sine exclusione diuinarū personarū, quia ly sola additur termino essentiali. Sic conceditur Christi humanitatē fuisse instrumētū miraculoꝝ &c. Item sumitur quādoq; nec actiue nec passiue, p vnione animę cū carne post mortē, scdm aliquos.

¶ Quantum ad articulum secūdum est cōclusio prima. Hominū resurrectio prima & secūda est possibilis ex parte potentię actiue diuinę, & passiuę seu obediētialis creaturę. Prima pars probatur. Non minus est possibile potentię infinitę diuinę partes easdē alicuius totiꝰ pręexistētes reunire, & qualitatiue disponere, q̄ ipm totū de nihilo in esse producere. Sed deus potest hominē cū non est de nouo producere, &



de nouo produxit Gen. ij. ergo & reproducere vel reunire ptes dissolutas: quia vtrūq; æque facile est apud deū, etiā si homo penitus esset ad nihilum redactus. Hinc Aug. xxij. de Ciui. dei c. xx. Absit vt sinus vllus secretūq; naturę ita recipiat aliquid subtractū sensib⁹ nostris, vt oīm creatoris aut lateat cognitionē aut effugiat potestatem. Si dicitur: ad p̄teritū nō est potentia: Verū est vt p̄teritū est, hoc est, q; id qđ est p̄teritū fuerit non p̄teritū. sed ad p̄teritū est potentia in quantū qđ præteritū est potest esse futurū, & iterum in esse poni post sui occasum potentia infinita creatoris, vel potuit nō fuisse p̄teritum. Secunda pars de potentia passiua creaturę, probatur. Quia omne illud quod absq; repugnantia & contradictionis implicatione potest fieri circa aliqua entia positiua, respectu illius talia entia dicuntur habere potentiam passiuam. Sed animam rationalem reuniri corpori post mortem est huiusmodi. ergo. Maior nota. Alias non videtur quomodo aliquid diceretur se habere passiue, & in potentia obediētiali respectu potentiæ diuinæ. Minor patet ex dictis primę partis. Ad hoc est Aug. xxij. de ciui. dei c. vij. cum inquit. Legebantur prœconia p̄cedentium prophetarū: cōcurrebant ostēta virtutum, & persuadebatur veritas noua cōsuetudini: non cōtraria rationi. Et loquit̄ de resurrectione corporum & immortalitate carnis. Videtur tamen q; huiusmodi potētia passiua nō debet dici naturalis, sed obediētialis, quia omni potentiæ passiuę naturali correspōdet aliqua potētia actiua in natura creata, per quā reducatur in actum. Sed per nullā creatam potentiā potest hmōi resurrectio fieri, vt dicetur. Dictum cōmentatoris Q2 omni passiuę potentię naturali correspōdet actiua naturalis: verū est intelligēdo de potētia passiua naturali. Secus de obediētiali. Illi enim nō correspōdet potentia actiua existens in creatura, sed solū in deo. ¶ Secūda cōclusio. Omniū hominū qui de facto nō resurrexerūt ad vitam immortalē, resurrectio est possibilis diuinę potentię: suo quoq; tēpore, vt docet fides, explebit certissime. Dictū est qui nō resurrexerūt ad vitā immortalem. Nam scdm Damasc. lib. iiij. c. vlt. Lazarus suscitatus fuit a Christo, iterū moriturus: p̄ qualicūq; ostēsione nostrę resurrectionis quādoq; futurę. Ad idem Aug. sup Ioā. Homi. xix. Q2 sit possibilis potentię diuinę, patet ex conclusione prima. Q2 sit infallibiliter futura, probatur. Omne reuelatū a deo infallibiliter venict vt reuelatū est esse futurū: resurrectio mortuoꝝ est hmōi. ergo. Maior habet ī tertio coll. & j. Corin. xv. j. ad Thessal. iiij. &c. in Symbol Apostoloꝝ, Athanasij, & Niceni cōcilij. Addi tum fuit, suo tempore. Aliqui em̄ credūtur nūc cum Christo vere surrexisse deinceps nō morituri. xxij. de Ciuita. c. iij. Et lib. xx. c. xx. & alijs Aug. plura de hoc scribit testimonia. ¶ Si icidentaliter q̄ritur quādo surrexerūt, quoꝝ monumenta fuere aperta tempore mortis Christi: Dicēdum videt, q; cum Christo resurrexerunt, vt testes resurrectionis eiꝰ: nō prius: vt sit ipse primogenitus ex mortuis. Apoc. j. Hinc p̄ anticipationem dictū est Matth. xxvij. Cum em̄ anima Christi vere descēdit ad inferos scdm Aug. ad Euodiū Epl'a. xcix. anima eius de qua legitur, Non derelinques animā meam in inferno: secum recepisse creditur animas patrū vsq; ad locum sepulcri, & cōsummata ibidē sua resurrectione, & ipsi sua resumpserunt corpora ad vitā immortalem & gloriosam, non propria, sed diuina potentia. ¶ Tertia cōclusio. Tametsi mortuorū resurrectionē ad vitā perpetuā & beatificā quādoq; esse futurā nō possit manifeste demonstrari in lumine naturali: potest tamen apparentibꝰ rationibus persuaderi. Primā partē ostēdit cōclusio sequēs, & est cū pte secūda August. lib. xix. de Ciui. c. j. cum inquit. Vt clarescat nō tātū auctoritate diuina, sed adhibita etiam ratione qualem propter infideles possumus adhibere. Ad idem. xiij. de Trini. c. ix. Secunda pars a multis sic ostenditur. Naturale hominis desiderium nō potest frustrari in tota specie & in tota natura. Hoc autē fieret si non esset aliqua beatitudo, quā naturaliter oēs homines volunt. Maior est primo cęli. & j. Metaphysicę. vbi habet q; appetitus naturalis nō est frustra. esset autē frustra si non suū cōsequeretur finē. Q2 autē oēs homines beatitudinē appetāt, est Aug. xiij. de Trin. immo Academici, qui de singulis dubitabāt: non dubitauerūt de illa. Oēs appetunt beatitudinem. c. iiij. Ad idem. x. confessi. c. xx. Si ergo oēs volūt esse beati, & beatitudo p̄supponit eē: igitur. Ex alio scdm Durān. q. j. Decet iustū remuneratorem, vt nullū bonū careat p̄mio, vtq; illa cōiungantur in p̄mio, quę fuere vnū in labore meritorio. sed deus est iustissimus præmiator & animā dedit corpori ad meritū: igitur & in p̄mio habebit eādem. hoc autē nō potest esse cū iam mortuus est homo. igitur. Beatus Gregorius. xiiij. Moraliū, nititur p̄suadere resurrectionem ex rerū cōtemplatione & specie, & q; totus mūdus nostram indicat resurrectionē & imitat in suis elemētis. Sic lux corporalis oritur & occidit. Arbusta moriūtur, & reuiuiscunt &c. Est hic notanda differētia inter resurrectionē nudā & ad vitam gloriosam &c. ¶ Quarta conclusio. Vera hominū resurrectio ad animæ corporisq;

Universidad de Deusto
Biblioteca



gloriam sempiternã. est fide credita: nec ratione naturali sufficiẽter demonstrari potest. Quã collectis angelorum ministerio pulueribus virtus diuina cõsummabit. ¶ Pro cuius itellectu supponẽdũ. Beatitudo generaliter dicit creaturę rationalis perfectionẽ, nõ curando in quo precise cõsistat. de quo infra dist. xlix. Et sic oẽs homines velle beatitudinẽ verum est in genere & confuse tm̃, saltem volũtate aptitudinali & inclinatione naturali, vt quidã loquũtur: & beatitudinẽ esse finem omniũ, quã diuersi diuersimode sibi prestituerunt pro sua voluptate & iocunditate. Specialiter & in proposito dicit claram & intuitiuam dei visionem, & amorosam fruitionem. ¶ Secũdo supponẽdũ. Appetit⁹ naturalis quã doq; est inclinatio naturalis præcise: qui nõ est actus libere elicitus: sed ipsamet res & naturalis tendẽtia rei ad id qđ ipsam perficit, & sibi summopere conducit scđm naturam. vt supra in. iij. collec. dist. xxiij. q. j. Alio modo est actus libere elicitus conformiter inclinationi naturali. & sic appetitus respectu boni diuinitus reuelati si fit scđm inclinationẽ naturalem, vtputa quia appetit beatitudinẽ quasi bonũ & cõmodũ sibi, potest dici naturalis. ¶ Istis p̃missis probat cõclusio, primo q; sit fide credita, auctoritate Augu. vt supra, & quia continetur inter fidei articulos & ita preiacens exclusiuæ habetur notum. Sed q; sit sola fide credita, quia nulla ratione demonstrari potest: cum est facti & voluntatis diuinę. Non autẽ potest ratio naturalis diuinã videre voluntatem, nisi ipsa velit videri. Hinc Esaiæ lxiiij. A seculo nõ audierunt, nec auribus percepерunt. Oculus nõ vidit deus abs te quę preparasti expectãtibus te. Et Ioan. j. Deum nemo vidit vnq̃. Sufficit itaq; auctoritas scripturę quicquid de hoc somniauerint philosophi: saltem nõ fuit eis euidens, pro quo eor̃ cõceptus supponerent. Et si quãdoq; instituerunt eos dẽ ad significandum rem incognitã, non tamẽ fuit eis euidens talem rem esse &c. Adducũtur nonnũq̃ persuasiones aliquę: sed plus tendunt ad nudã resurrectionis ostensionẽ, nec demõstrãt sufficiẽter: vt etiã Oyta fatetur. q. ij. lib. j. arguendo contra Ockã & Elephat. Sed dicit ibi esse sufficiẽtẽ certitudinẽ iuxta materiã subiectã, q; ex ductu rationis naturalis possit sciri esse aliquã fruitionem quietãtem & satiãtem voluntatẽ humanã. ¶ Q̃ aũt nõ possit demõstrari resurrectio beatifica, probatur. Aut eñ illa demõstratio sumeretur a forma specifica hominis. Item quia anima est incorruptibilis. Item nõ manebit pro petuo extra suum totum, vt Sco. deducit. q. ij. Sed esto q; prima sit nota in lumine naturali, non sic alię duę. Animę imortalitatẽ quidã philosophor̃ inuenerũt. lib. xiij. de Trini. c. ix. maximo labore, & ita senserũt: sed ex hoc nõ habetur clare immortalitas vitę æternę & beatificę in clara dei visione, quia talem esse possibilẽ sola fides docet. & non potest maior esse euidẽtia cõclusionis q̃ pręmissarum. Item q; non possit ꝑ perpetuo manere extra totum, similiter non est notũ ratione naturali. Et si sumitur ratio ex aliqua operatione vel perfectione sibi scđm illam formã cõueniente, aut ex desiderio naturali ad illam: oportet concedere q; omne medium ex desiderio naturali sumptum ineffica x est, quia ad efficaciã eius oportet primũ ostẽdere potẽtiã naturalẽ ad illud. Et si ad hoc assumitur dictum beati Aug. xij. sup Geñ. ad literã. c. penult. dicẽtis. Inest animę separatę naturalis quidã appetitus corpus administrandi, quo appetitu retardatur quodãmodo ne tota intentione pergat in illud summũ cęlum q̃diu nõ subest corpus cuius administratione appetitus ille conquiescat. At tamen ex hoc nõ habeẽ propositũ, etiã admisso qđ ex hoc colligit Franc. Ma. i Florib⁹, animã proprio conatu ferri in deũ, & q; sit in ea virtus actiua respectu obiecti beatifici. de quo supra in primo. & infra in trac. de beatitudine. Ratio est, quia facile & recte dici potest q; intelligitur de appetitu naturali animę ad informandũ corpus suũ cui petit naturaliter coniungi. Sed q; anima dicitur retardari ne tota intẽtione pergat in deum clare visum nisi vnita corpori, potest habere duplicem intellectum. Vnus est. i. nõ est perfecte beata omni beatitudine quandoq; sibi danda post resurrectionẽ. Et sic potest concedi: quia gaudebit post resurrectionẽ de resurrectione sui corporis, & eius gaudiũ extensiue augmẽtabitur cum vnita fuerit corpori. Siquidem loquendo de totali quietatione, totalitate extẽsiua requiritur q; quicquid est in natura quietabile ex debito quietetur. Et sic beatitudo hominis quo ad illã totalitatẽ extẽsiuã, nõ est sine resumptione corporis. Manet enim in anima quidã appetitus ad corpus tãq̃ ad ꝑpriũ perfectibile vel forte materię ad animã tãq̃ ad suũ perfectiuũ propriũ, scđm Sco. dist. xlix. q. iij. citra oẽm tristitiã & mentis anxietatem. Alius est. i. nõ potest ita perfecte & beatifice in deũ ferri sine corpore sicut vnita corpori, vt dicatur quodammodo impedita, & ita pati quãdam contristantem dilationẽ. Et ille nõ est verus, quia sic anima separata nõ esset vere beata ante resurrectionẽ. qđ falsum est. Posset ergo dici retardari. i. carere illa corporis beatitudine, sine tamen quacũq; cõtristatione, quia consors est diuine volũtati. Verũ id est creditum. Et posito hmõi appetitu naturali reunionis animę cũ corpore, nõ habetur



q; hoc fiat in resurrectione beatifica, de qua sermo. Esto etiã q; ex hoc ostendi posset animę & corporis perpetuitas, nõ tñ sequitur q; talis erit in dei visione & fruitione beatifica & extra statum vię. Potest ergo concedi q; totus animę appetitus nõ quietabitur nisi in resurrectione gloriosa. Preterea per illum appetitũ animę ad administrãdum corpus nõ potest inferri eius capacitas ad dei beatificã visionem, sed solum ad suã vltimatã perfectionẽ, nõ curando in quo cõsistat. Nec q; non possit haberi in hac via. Et ideo illa ratio Aug. quãdoq; min⁹ bene allegat. Si vero appetitus naturalis sumitur secũdo modo, pro actu elicito scđm inclinationẽ naturæ, oportet scđm Sco. ostendere q; ille actus sit rectus, non erroneus, & q; sit ad dei visionem, fruitionem, & tentionẽ beatificã in patria. quorum neutrum demõstrari potest. Preterea posset deus hominẽ sine morte media trãsferre ad patriam, vt in statu innocentię futurum fuisse creditur, cessante peccato. ergo resurrectio nõ potest naturaliter demõstrari. Nec necesse est hominẽ mori vt beatitudinem nãcisci possit: sed nũc stante lege diuina in pœnã peccati. ¶ De collectione pulverum angelor̃ ministerio est dictũ Christi Matth. xxiiij. Mittet angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabũt electos eius a quatuor ventis, a summo cęlor̃ vsq; ad terminos eius. Ita tenent cõiter doct. Rich. Sco. Durañ. Ockã. q. x. quarti. Pal. q. iiij. Magister dis. xlvij. Et. j. Thessa. iiij. dicitur. Descendet in iussu &c. quia primũ iubebit colligi pulueres & cineres ministerio angelor̃ ad quoscũq; deuenerint sinus. Et ita ad resurrectionẽ etiã aliquo modo cooperatur natura angelica. ¶ Q̃ resurrectio ꝑficietur virtute diuina, ꝓbatur. Et primo de corporum qualificatione & figuratione, quæ vtiq; non potest fieri per angelum: eo q; angelus nõ potest quãcũq; formã absolutã in materiam producere: sed solum habet applicare actiua passiuis, vt supra in scđo. In qualificatione vero & figuratione requirũtur multę alterationes & qualitatiuę dispositiones. ¶ Nec põt fieri per aliã causam naturalem efficientẽ. probatur, quia ad hãc requiruntur certa instrumenta, locus, materia seminalis &c. Nam scđm philosophũ. ij. Physic. illa quę generãtur per propagationẽ nõ possunt fieri ꝑ naturam nisi ex semine. Illa autẽ reparatio erit subito sine semine ex materia pulverũ &c. Preterea ab eo erit secũdaria vnio seu vnitio in resurrectione, a quo primũ facta est in animę conditione & vnione. Sed solus deus animam creat, & creando infundit, ac vnit materię in prima hominis formatione. ergo etiam in resurrectione. Esto deniq; q; anima seipsam vniat formaliter corpori, & inclinetur ad ipsum, seu ad vnionem sui cũ corpore tãq̃ perfectio ad pfectibile, non tamen vnit se effectiue corpori, sed solum formaliter. Vnire vero in ꝓposito dicit aliquo modo causam effectiuã soli deo possibilẽ in operereſurrectionis vsquequaq; miraculoso. ¶ Quinta cõclusio. Ad resurrectionẽ mortuor̃ non sufficit virtus actiua creaturę, sed requirit & sufficit omnipotentia dei cum creaturę potẽtia obedientiali. Prima pars patet ex p̃cedẽte cõclusione. Sicut enim non sufficit ad generationem hominis, ita nec ad resurrectionẽ, quæ est nõ solum ad vitã, sed immortalem incorruptibilem ac gloriosam. Nec obest dictum Pauli. j. Corin. xv. cum assimulat resurrectionẽ viuificationi grani mortui. Et Iob. xiiij. germinationi ligni p̃cisi. ad quæ sufficit virtus creaturę. Nec dictum beati Aug. in de quantitate animæ, cum attendens p̃dictas assimulationes, dicit. Si cursum naturalium rerũ attendimus, certius nobis erit resurrectionẽ esse futurã q̃ solem cras oriri. Ad primum dicitur, q; arguunt per locum a minori affirmatiue, quasi dicãt. Si virtus creata finita potest granũ viuificare, & lignũ germinare facere, multo magis virtus diuina potest mortuos suscitare. Ad Aug. dicẽdum q; intelligitur de certificatione fidei, quantum ad obiecti creditę scilicet veritatis infallibilitatẽ. Sic enim certius est resurrectionẽ esse futuram, q̃ solem cras oriri: sed non euidentius. Nam certitudo fidei oẽm certitudinem superat, vt supra in. iij. dist. xxiij. Secunda pars conclusionis ꝓbatur. Quia quicquid est possibile potentia passiua se tenente ex parte creaturę, ad hoc sufficit potentia obedientialis creaturæ. sed resurrectio mortuorum est huiusmodi. igitur. Maior & minor clarent ex dictis. Item quicquid recipitur passiue in creatura, ad hoc passiue sufficit virtus creaturę obedientialis: suppositio q; aliquid ipsius recipientis p̃cedat huiusmodi receptionem. Sed resurrectio fiet in nouissimo die circa creaturã, & aliquid ipsius, puta pulueres & anima, p̃cedunt vnionem quãdoq; futurã. igit &c. Dictũ est suppositio q; aliquid &c. propter instãtiam de creatione, ad quã nõ sufficit virtus creaturę passiua, sed requritur q; nihil eius p̃existat aut p̃supponatur. alias nõ esset creatio, vt in. ij. collec. ¶ Sexta conclusio. Ad oẽs homines & solũ tales ptinet resurrectio mortuor̃ quicunq; sunt, fuerũt, aut erũt de numero moriẽtium. Ista conclusio est fidei, cum dicimus. Carnis resurrectionem. Et Symboli Niceni. Expecto resurrectionem mortuor̃. Ad idẽ Aug. xxij. de Ciui. c. xiij. Et in Ench. c. lxxxv. & lxxxvj. Et licet non fuerit (vt videtur) clarũ tẽpore beati Aug.

omnem fœtum animatum vndecūq; sibi mors accesserit si moritur etiā in vtero, esse de numero resurgētium, quia fuit de numero morientiū & mortuorum: iam tamen non habet dubium. ¶ Septima cōclusio. Christi resurrectio gloriosa est resurrectionis nostrę effectiua causa. Probatur: quia causa effectiua resurrectionis est virtus diuina, vt supra. sed Christi resurrectio vt supra, est Christus, q est virtus diuina realiter & essentialiter. ad Heb. j. Vnde Aug. Per verbū carnem fit resurrectio mortuoꝝ. Et Glo. sup illo Psal. lxvij. Dabit voci suæ vocē virtutis. & est Cass. Efficaciam suscitandi oēs mortuos. Cōtra istam conclusionē videtur facere multa: de qbus infra dubio nono.

G ¶ Quātum ad articulū tertium est primū dubiū circa cōclusionē primā, An sit aliqua ratio specialis ex parte hominis quare magis eius resurrectio sit possibilis q̄ brutorū aut alterius rei generabilis. Q̄ sic, videtur innuere Pal. in prima ratione qua ostendit possibilitatē resurrectionis, ex hoc: quia agens manet idē, & principia essentialia hominis manēt eadē ante & post resurrectionē, ergo potest idem homo resurgere. anima enī intellectiua est p se subsistēs & materia incorruptibilis. & ideo nō est interruptio in esse substantiali. Dicēdum. rationes illę non cogunt, quia dato q̄ omnia essentialia hominis essent annihilata, possent p deum reproduci & in esse poni vt supra. & habet Ockam q. x. quarti & Sco. quia nisi sic, deus non posset idem esse creare in alio instāti posteriori qd in instanti priori. Præterea si esse simpliciter interruptum vel destructū non posset redire idem numero potentia diuina agente, apud quā potestas manet semp eadem, deus non posset resuscitare brutum, cuius contrariū legitur de tauro p Syluestrum, & de asino sancti Germani p ipm suscitato: et ita de alijs. Sed inconueniens est dicere deum hoc nō posse, cum nullā includat cōtradictionē. Non enī dubiū quin asino mortuo mortua sit etiā eius anima sensitiua: & tñ deus posset eum resuscitare ad vitā. Præterea sequitur q̄ omnia accidentia corrupta p mortem hominis quę fuerūt in eo ante resurrectionē, nō possent eadē reproduci a deo. Et si ꝓpria passio hominis esset vere accidens, nō rediret eadē in resurrectione, cū erat passio totius, vt quidā tenēt qui & habent pro impossibili q̄ idem sit subspecie, & nō habeat eādem passionem. Preterea potētie anime scdm eos qui ponūt eas esse accidētia, cū non sint accidentia solius animæ, sed totius compositi, nō possent redire eędē numero, & sic homo post resurrectionē nō haberet eā dem potentiam auditiuā vel visiuā sicut prius. Præterea nec haberet eādem quantitatem: cū sit accidens inherens rei quantę scdm eos. Et ideo stante fide de hominis resurrectione, non videt cōtradictio qn & deus posset brutū resuscitare, sed nō ad gloriā sempiternā, quia nō est capax. ¶ Cum autem dicūt non esse interruptionē in esse substātiali mortuo homine, verū est de esse substantiali ptium substantialiū materię & formę. sed negetur de esse substantiali totius. ¶ Si dicitur: Totum nil aliud est q̄ suę ptes, quæ qa manēt incorruptę, esse substātiale hominis manet incorruptū, & sic adhuc manet humanitas: Dicēdum, totū nihil aliud est q̄ suę ptes nō quō cūq; se habentes, sed vnitę. Est enī totū terminꝰ cōnotatiuus supponens ꝓ illis ptibus, cōnotando eas esse vnitas. Sicut in simili homo sedens nihil aliud est seu pro nullo supponit nisi ꝓ homine, cōnotando eum sedere. Sic & illa nomina esse substantiale ptiū & totius, supponūt quidē pro eodem, differūt tamen in connotatu. ¶ Si dicitur. Si vnio requiritur ad hoc q̄ materia & forma cōstituāt vnum: ergo vnio licet sit accidens, est de quiditate substantię: immo vltima actualitas substātię esset p accidēs, siue vnio sit relatio, siue nō. Probat. Illud est de quiditate alicuius quod est de eius essentia. Sed vnio est de essentia humanitatis, gratia exempli: quia sine ea nō est humanitas. Alias homine mortuo maneret humanitas eius separatis p mortē corpore & anima, ex cōsequēti homo. Dicendū, negādo q̄ vnio vel accidēs sit de quiditate substantię. ¶ Cū dicitur, quicquid est de essentia alicuius est de eius quiditate: Dicēdū. Dupliciter aliquid dicitur esse de essentia alterius. Vel quia est per se res illa vel pars eius essentialis, & sic verū assumitur. sic accidens nō est de essentia substātię, quia nec substantia, nec pars essentialis substantiæ. Alio modo quia requiritur necessario ad esse illius. Et sic causę in actu sunt de essentia effectus in actu. Et deus sic est de essentia oīm. Omnia enī ab eo dependēt in esse & conseruari. Sic non est verū q̄ quicquid est de essentia alicuius sit de eius quiditate. Et licet vnio requiritur ad hoc q̄ materia & forma constituant vnū seu humanitatē, non tamen ob hoc humanitas connotat vnionem. Non enim oportet terminū significare omnia quę requiruntur ad esse rei significatę p ipm. Nam ad esse hominē requirit causa prima: & albedo non potest esse sine subiecto, & eques non dicitur sine equo & homine. xix. de Ciui. c. iij. sed dicit illa duo, & tamen homo non significat causam primam, nec albedo subiectū, nec eques equū. ¶ Secundū dubiū circa conclusionē secundam. Eccl's. iij. Vnus est in-



teritus hominū & iumentorum, quę non resurgunt: igitur nec homines. Item Iob. xiiij. Homo cū dormierit non resurget. Donec atteratꝰ cęlū non euigilabit. Cęlum nūq̄ attereť, sed in ętērnum stabit. ergo. Dicēdum. Eccl's loquitur more concionatoris, induendo nūc psonam huius nunc alterius. In psona stultorum hic loquitur: posterius cū vices gerit sapientis astruit resurrectionem futuram. c. xij. Ad secundum patebit infra de mūdi purgatione & innouatione dist. xlvij. & xlviij. Atteretur enī cęlū, nō quātū ad substantiā, sed quantū ad generalem influentiam generatiuā & corruptiuā in inferiora: cessante motu cęli. Præterit enī figura huiꝰ mūdi. j. Corin. vij. Vel pōt dici q̄ loquitur de celo aereo seu elementari. ij. Pe. iij. ¶ Si adducit Matth. xxij. vbi ex dicto Moysi Exodi. iij. quem acceptarunt Saducęi in quinq; libris eius, qui omnino negant resurrectionem corporū, quia dicunt animam esse mortalem. Quo dicto legis veteris dimissis testimonijs aptioribus ex prophetis quos non acceptarunt, potest probari resurrectio corporum & animarum per hoc qđ dñs dicit. Ego sum deus Abraham, Ysaac, & Iacob. non est deus mortuorum, sed viuorum. Sed cū Christus illa loqueretur, viuebant patres tñ in anima non corpore. ergo nō erit resurrectio corporum, sed tñ animarum. Respondetur. Patres illi dicebantur tunc viuere, quia habebant vitam gratiæ & resurrectionis primę. Sicut dicuntur viuere in cælo cum sunt confirmati in gratia, & expectant resurrectionem secundā gloriæ corporis & animæ. Christus ergo subtilissime ostendit eis etiā resurrectionem corporū futurā quā aliqui negabant. Et quia negabant resurrectionem corporū, & scdm dicta Moysi necessario credebant patres viuere cum deo in anima & gratia: quia deus nō potest dici deus rei oīno non existētis nec alicuius qui ipsum nō cognoscit: ideo p hoc ostēdit & resurrectionē corporū quia anima nō potest pfecte quietari nisi resumpto corpore, vt supra. Q̄ aūt Saluator ita obscure loquitur cū eis, dimissis testimonijs clarioribus, est qa Saducęi nō acceptarūt prophetas.

H ¶ Tertium dubiū. an naturale hominis desiderium potest totaliter frustrari in beatitudinis cōsecutione. Et q̄ sic, videtur. Nam deus est natura perfectior homine: & sua naturalia manserūt integra: secus de homine multipliciter sauciato & in naturalibus vulnerato: & tamen omnino frustratur sua beatitudine naturali, ad quā est de fideiī naturale. Est autē beatitudo naturalis in actibus secdis, vt loquit. S. Tho. in q̄stionib⁹ de malo. in materia de originalis peccati pœnar. iij. de pueris nō baptizatis, qui scdm eū habent suā beatitudinē naturalē, & sunt sine tristitia & dolore, nec sciūt aliā beatitudinē possibilē ab ea quā habent & appetūt. Ista beatitudine naturali q̄ est in actu secūdo damnati omnino carent: & ita frustrātur suo naturali desiderio. Esset enī eis summo gaudio si possent quiete vti suis naturalibus ꝓ affectione cōmodi, & nūc eligerēt in inferno ꝓ sua beatitudine. ergo & homo pōt frustrari suo naturali desiderio ad beatitudinē. Dicendū. si desiderium naturale est ipsamet res appetēs sui naturalē pfectionē: sic nō pōt frustrari suo naturali desiderio remanente in sensu cōposito. Sic enī oīs res condita est, q̄ vult aliquo modo assimilari ipsi esse æterno diuino & sempiterno prout potest. ij. de aīa. Et in hoc dirigitur ab agente infallibili. Et sic nullus frustratur suo naturali desiderio respectu suę beatitudinis naturalis, quæ est ipsamet rei natura. Si vero sumitur pro actu secundo, seu pro actu elicito cōformiter inclinationi naturali, multi non habebunt expletionē desiderij naturalis: quia hoc demeruērunt ꝓ peccatum: & tamē nō est frustra illud desiderium, quia pœna ordinat culpam, & facit ad magnificētiam diuinæ iustitiæ in correctione peccati. & ita in dæmonibus & hominibus propter peccatum impeditur: demeruerunt enī ipso ptiuari. Sic non est in pueris nō regeneratis, in quibus nulla fuit actualis culpa. Multi ergo bene vsi naturalibus & angeli & homines summam habebunt desideriorum expletionē pro voto. Multis contrarium eueniet propter peccatum. Nec tamen frustratur eorum desiderium in tota specie humana. & hoc sufficit scdm Sco. distinct. xlix. q. ix. Sufficit enim q̄ aliqui de illa specie saluantur. Sed tenendo angelos omnes inter se specie differre, oportet illud sane concedere. Non tamen frustratur, quia frustra fit cuius non est causa, vel ratio, sed hic innotescit diuina magnificentia & iustitia in ordinatione culpæ per pœnam iustam, tametsi non consequantur suo demerito ad quam conditi sunt beatitudinem proprie dictam vel etiā naturalē in actu secundo, vt Thomas loquitur. I ¶ Quartum dubium est contra dicta in cōclusione quarta. Nam aliqui omnino nituntur velle demonstrare resurrectionem mortuorū multiplicibus mediis post p̄missa. Primo sic. Naturaliter ꝓbari potest hominem esse beatificabilem. sed beatitudo nō pōt esse in hac vita ærumnosa igit in vita alia q̄ est post resurrectionē. Minor ostenditur. Nam beatitudo repugnat huic vitę, eo q̄ est sempiterna. ¶ Item beatitudo est status immortalitatis & æternitatis ac omnis sufficiētię: vbi nihil deerit, sed adest plena voluntatis satiatio, vt habet Augu. lib. xiij. de Trini. Vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca



etiã ostendit beatũ esse qui habet quicquid vult & nihil mali vult. c. v. Sed illa nõ possunt habe ri in hac vita, vt clarum est. ergo necesse est da re vitam aliam beatorũ. Maior ꝓbatur. Quilibet naturaliter appetit habere qđ diligit, & carere qđ odit: sed hoc est appetere beatitudinẽ, quia beatitudo est habere qđ velis, & carere qđ nolis. Prẽterea naturaliter notũ est, totam speciẽ nõ ca rere fine suo quin illũ cõsequatur in aliqua indi uiduo. sed naturaliter notum est beatitudinẽ fi nem esse totius speciei humanę vt supra: & illa non potest haberi in hoc statu vię. ergo in alia vita. ¶ Ad illa dicendũ, supposita distinctione beatitudinis, & appetitus duplicis, vt supra in cõclusione. iiij. Negatur argumẽtũ de beatitudi ne ꝓprie dicta. Et licet homo appetat naturali ter beatitudinẽ in genere & confuse tñ: tñ non beatitudinẽ ꝓprie dictã. q̃ sola reuelatione habe tur scđm Aug. lib. xiij. de Trini. c. iiij. &. ix. Et dato q̃ homo velit beatitudinẽ ꝓprie dictã, qa tñ nõ potest sufficiẽter ꝓbari q̃ homo sit capax æternitatis, & cuiusdã vitę semp manentis: seu nobilioris cognitionis extra statũ vię: ideo ex hoc non potest ꝓbari necessitas resurrectionis. Nec ꝑ hoc q̃ ad illã est naturaliter hominis ap petitus, quia nõ potest demõstrari q̃ illa sit pos sibilis homini, seu q̃ nomẽ illud ꝑ aliquo sup ponat. Deũ em̃ esse est creditũ, vt eã format via tor, & est dubitabilis, vt supra i primo. Et Heb. xj. Oportet accedẽtem ad deũ credere, qa est &c. Ad idẽ est Aug. c. ix. vbi supra. Et Actu. xvij. de Athenien sibus, qui Paulum ꝓdicãtem resur rectionem mortuorũ, dicebãt nouorũ dæmonio rum annũciatorem: quia ꝓdicabat Iesum, & re surrectionẽ mortuorũ. Et tamen ibi erãt acutissi mi philosophi vna cũ Dionysio, q̃ rõne natu rali hoc capere non poterãt. Hinc omnia adducta ibi ꝑ Paulum sunt psuasiones fidelium, non de mõstrationes. Itaq; Act. xxvj. cum Paulus late de resurrectione disputaret, ait Festus. Insanis Paule, multę literę te ad insaniam pduxerũt &c. ¶ Si dicitur: potest ꝓbari q̃ homo naturaliter velit beatitudinẽ certam in specie, quę consistit in dei visione. Nam quęlibet potentia potest in quodlibet contentũ sub obiecto suo adæquato, Obiectũ adæquatũ intellectus. est ens in cõmu ni. ergo potẽtia potest in quodlibet sub ente cõ tentum, ꝑ consequẽs intellectus potest in cogni tionẽ dei & volũtas eo frui, immo pfectissimã. quia scđm Aug. inquietum est cor nostrum ad deum donec quiescat in eo. Respondetur negãdo assumptũ. Ad ꝓbationẽ negaꝫ. Esto em̃ q̃ ens sit obiectum adæquatũ intellectus nostri eo q̃ ens est cõmune ꝓdicabile de omnibus quæ ꝑ intellectũ capiũtur, & naturaliter attingibile: tñ esse naturaliter attingibile nõ ꝓdicatur de oĩbus cõtẽtis sub ente: nec ꝓdicatur primo & conuerti biliter de ente qđ est obiectũ adæquatum intelle ctus. Nã licet habeaꝫ cognitio entis in cõmuni qđ dicit obiectũ primũ & adæquatũ, non tñ per hoc cognoscitur in ꝑticulari & distincte quod libet cõtentũ sub eo. quia nõ quodlibet cõtentũ potest hic in via distincte cognosci & in se: q̃n q̃ eñ ꝓrequiritur cognitio sensus. Negatur etiã q̃ possit in pfectissimã. sic enim posset in infi nitam fruitionẽ & visionẽ sicut deus: illa eñ est perfectissima. sed potest in pfectissimam scđm speciẽ, & quietatur in pfectissima sibi possibili & cuius est capax. Non autẽ potest ꝓbari natura liter q̃ sit capax beatificę visionis dei & fruitio nis eã cõsequentis: quia nõ est euidens talẽ esse. Nec q̃ creatura sit eius capax. Et dato q̃ id pro bari posset, per hoc tamen non probatur quin possit eam habere in hac via seu vita ꝑsenti. Nec potest naturaliter probari q̃ homo possit habere maiorem perfectionem q̃ sit possibilis pro statu viæ. Nec q̃ maior cognitio sit possi bilis homini q̃ amor & cognitio viæ, siue sit boni summi, siue alterius nõ summi. ¶ Et si ad ducitur de desiderio naturali respectu beatitudi nis omniũ hominũ: Respondetur. Desiderium naturale scđm Sco. tripliciter accipitur. scilicet proprie, vt est sola inclinatio naturæ ad aliud, & non actus elicitus. Sic non potest ꝓbari natura le desiderium ad aliquid, nisi ꝓbetur primo pos sibilitas naturalis ad illud. Et ꝑ consequens ar guendo ecõuerso est petitio principij. Alio mo do minus ꝓprie ꝑ actu elicito concorditer ad inclinationem naturalem. sic iterum non potest probari q̃ aliquod desiderium sit naturale respe ctu alicuius isto modo, nisi ꝓbetur q̃ ad illud sit desiderium naturale primo modo & possibi litas ad illud. Tertio, desiderium naturale est qđ statim fertur actu elicito in aliquod apꝑhẽsum vt supra in. iij. de volũtate vt natura. ¶ Et si tũc arguitur q̃ illud naturaliter desideratur qđ ap prehensum statim actu elicito desideratur, ex eo quia pronitas illa non videtur esse nisi ex inclinatione naturali: Istud potest negari, quia vitiosus ꝑ habitum statim fertur in obiectum apꝑhensum, & quasi impceptibiliter. sed quia natura non est ex se & in omnibus vitiosa, & ita tim potentia fertur actu elicito in illud, sequi tur huiusmodi desideriũ seu huiusmodi actũ non esse vitiosum. Requiritur ergo hoc tertio modo, illã apꝑhensionẽ esse scđm rationẽ rectã aut nõ culpabilẽ. Oportet ergo primũ ostẽdere q̃ illud recte possit homini conuenire. Omne eñ medium ꝓcedẽs ex desiderio naturali ad ꝓbandũ resurrectionẽ beatificã est inefficax. quia



si debet esse efficax, oportet ostẽdere vel potẽtiã naturalẽ i natura ad id, vel si desideriũ est actus elicitus statim sequẽs apꝑhensionẽ talis desidera ti, oportet ostendere q̃ apꝑhensio sit recta non erronea scđ3 Sco. vt supra. Primũ est eque igno tũ cũ cõclusione q̃ concludit ex desiderio natu rali. Secũdũ vero difficilius potest ꝓbari q̃ con clusio: & est minus notũ. ¶ Ad ꝓbationẽ maio ris, quilibet naturaliter appetit &c. cõceditur de appetitu naturali, & de appetitu beatitudinis in genere, vt est rei pfectio naturalis. sed hoc mo do nõ est appetere beatitudinẽ in ꝑticulari, & in specie. ¶ Ad secundã, esto q̃ primũ stet, de quo infra, nõ tñ naturaliter notũ est hũc finẽ esse bea titudinẽ ꝓprie dictã, nec q̃ appetitus ille sit rec tus non erroneus respectu eiusdẽ: aut obiectũ possibile homini: aut non nisi in alia vita &c. ¶ Ad ꝓbationẽ minoris. Ad primũ cũ dicit Repugnat beatitudini status vię &c. Respon deo: repugnat statui beatitudinis pfectę: quę ha bet quicquid aliquis vult: & nihil male vult. Itẽ repugnat beatitudini consummatę: sed nõ qua lem potest homo habere in via, & notũ est ipsi posse competere. ¶ Ad secũdum, beatitudo est sempiterna scđm Aug. sed illa nõ est naturaliter nota, & in lumine naturali euidens. Nam signo aliquẽ ponentẽ beatitudinẽ consistere in bonis vitæ huius. Huic dictat ratio sua cum non ha bet fidem, q̃ cõditio naturę suę sit mortalis tam corporis q̃ animæ: ideo talis debet velle sicut amittere vitam, ita & beatitudinem suam. ¶ Et si dicis: Non est vita beata quę amittitur ab ha bente: Respondetur, verum est, si protunc cum est sibi possibilis & debita eo inuito tollitur ab eo, aut si non esset ab eo amata, sed quasi flocci pensa. Qz autem sit sibi pro semper conueniens non est notũ lumine naturali, & ideo non cõclu dit. Aliter põt dici negãdo assumptũ. Exẽplũ de Paulo in raptu, & Moyse videte deum, qui a multis dicuntur fuisse formaliter beati videtes deum, & tamen per tempus caruerũt ea, quia nõ habuerunt eam permanenter. Item beata vita quæ est status omniũ bonorum aggregatione perfectus &c. numq̃ stante lege amittit. ¶ Si di citur: Omnis homo vult esse immortalis, po test concedi de appetitu naturali primo modo, vt infra dicetur dist. xlix. q. j. quomodo omnia volũt assimilari deo. Si intelligitur de velle eli cito, negaꝫ, quia licet omne ens appetit esse ap petitu naturali: tñ nõ elicito. Nec sequitur, sem per appetit esse, igitur semper appetit esse sem piternũ. Sic enim posset probari bruta & omne ens esse immortale. Item q̃ hęc vita nõ sit sem piterna saltem quantum ad speciem humanam totam: nõ probatur naturaliter, immo oppositũ philosophus tenuit. ¶ Si dicitur, Homo natu raliter habet desideriũ ad semp esse, & illud desi derium est naturaliter notum: non enim fugit corrumpens nisi ex desiderio naturali: Respon detur, si ly semper determinat ly habet, concedi tur antecedẽs, quia homo semp habet desideriũ ad esse pro aliquãdo: & sic probat ratio. Si vero semp determinat ly esse, vt valeat ad semp esse. i. esse perpetuũ, sic negatur, quia cum hoc non sit naturaliter possibile, nõ est ad hoc appetitus na turalis. Vnde scđm ꝓdicta, omne medium ex naturali desiderio sumptum est inefficax. ¶ Cũ subiungitur. Omnia desiderãt esse. cõceditur vt supra de desiderio naturali. Negatur vero in lu mine naturali esse notũ q̃ nemo potest esse bea tus nisi immortalis: quia non est notũ an illa sit sibi possibilis aut debita scđm rationem rectã. ¶ Ad aliud, quẽ deserit esse deserit beatitudo. cõceditur. Si dicitur. Omnis species quę est de integritate vniuersi est ꝑpetua. humana species est huiusmodi. igitur. Dicendũ, est ꝑpetua suc cessione idiuiduorꝫ cõtinua, quã Arist. diceret perpetuã generationẽ. Nõ autem est ꝑpetua ꝑ vi tam semper continuatã alicuius, saltem non po test naturaliter ꝓbari. Item stante fide mũdus ha bet finem, vt infra dist. xlvij. ¶ Possent & alia media adduci ad ꝓbandum resurrectionẽ in lu mine naturali. Nullum violentum ꝑpetuũ. Cor ruptio hominis est violenta, ergo nõ est perpe tua: ergo necesse est hominẽ reparari, & non nisi per resurrectionẽ. Et Paulus. Nolumus spoliari sed supuestiri. ij. Corin. v. Et. j. Corin. xv. videt resurrectionẽ ꝓbare in lumine naturali. Insuper beatus Grego. vj. Moraliũ. §. vj. &. xiiij. lib. pro pe finẽ nititur ostẽdere resurrectionẽ multis exẽ plis naturalibus sumptis ex elemẽtis, arbustis, &c. ¶ Prẽterea ex dictamine iustitiæ. Nullũ bo nũ debet esse sine remuneratiõe, nec aliqđ malũ sine mulctatione. Multa vero bona & mala non rẽmunerãtur in hac vita, igitur in futura. ¶ Itẽ scđm dictamen rationis naturalis fortis politi cus debet se exponere morti ꝓ republica. Per il lam aũt sui expositionẽ, eligit mortẽ, & nõ esse. Vel ergo non esse perpetuũ: sed hoc non, quia ꝑ non esse simpliciter priuat se omni vita & vir tute & bono: cum omne bonum præsupponat esse. Sed priuatio omnis boni & virtutis non est eligenda. Vel non esse temporale aliquando reparandum, in quo virtutis & fortitudinis suę prẽmium recipit. Hæc autem reparatio fieri nõ potest nisi per resurrectionem. Primũ antecedẽs est Philosophi. iij. &. ix. Ethicorũ. ¶ Ad illa dicendum breuiter. Si argumẽtum primum ꝓ cederet, ita probaretur resurrectio brutorũ sicut hominũ, imo reparatio omniũ pereũtiũ rerũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



¶ Ad auctoritatē philosophi, Holcot. q. j. scđi negat eā: quia in inferno est violēta & perpetua actio sine corruptione. Aliter concedit q̄ corruptio quæ est violenta nō est perpetua, quia est mutatio instantanea vel successiua non semper durans, nec ideo sequitur q̄ corruptū repararet. Vel intelligitur de violento positiuo: sicut mouens graue sursum aut calefaciens aquā, illa violentatio propter contrarietatem & repassionem agentis nō est perpetua. Aut enim tandem deficeret agens, aut passum, & sic cessaret violentia. ¶ Ad Paulū dicitur q̄ ipse certificatus in fide de resurrectione futura voluit superuestiri p gloriam. Et licet horruit mortem, sicut & Christus scđm sensualitatem & inclinationem naturę appetētis esse: voluit tamē scđm rationem illuminatam fide supuestiri gloria, vt absorbeatur qđ mortale est per gloriam superueniētem. Noluit ergo expoliationem horrore naturali. Sed illud medium non est efficax vt supra. Ad aliud ponit persuasiones, & non demōstrationes. procedunt enim ex creditis vt supra. Quia ex resurrectione Christi credita nostram ostendit futuram. Item ostendunt possibilitatem & decētiam resurrectionis. Factum autem eu idenier nō probant. Item dicta Pauli & Gregorij etiam procedunt de his qui quērūt prēmiū aliud, & maius virtute, qđ sancti non consequerentur si nō esset resurrectio mortuorum. Nūc enim plus virtuti studentes maioribus ęrumnis tabescunt. Et quā tum ad hoc essent miseriores omnibus hominibus. ¶ Posset autem aliquis in lumine naturali dicere virtutem esse sufficiens prēmiū probis, & q̄ vnicuiq; sit in bono sufficiens remuneratio per actū virtutis, sicut & in malo p inordinationem animi peccatoris. Vnde August. j. Confess. Iussisti dne & ita est vt pœna sit sibi omnis inordinatus animus. Nā sicut operatio bona est perfectio agētis, eiusq; bonum, sic operatio mala impfectio. Et ideo virtus suiipsius est prēmiū, & vitiū pœna, vt late deducit Boet. lib. iiij. Pro. iij. Non ergo est naturaliter notum esse alium & generalem remuneratorem q̄ probitatem ipsam vel malitiā. ¶ Ad aliud de forti politico, licet sint opiniones an se debeat exponere morti: tamen concesso illo, dicitur q̄ talis eligendo mortem pro republica, aut cauere vitium qđ alias caueri non potest, magnum bonū sibi tribuit, scilicet virtutis actum. Quo bono se priuaret, immo vitiose viueret si actu illo prætermisso saluaret esse suum per quantūcūq; tempus. Melius est autem simpliciter bonū maximum, licet momentaneum, q̄ bonum voluntatis remissum, & q̄ vita vitiosa multi tēporis. Ideo dicitur q̄ fortis eligendo mortem, hoc est sustinendo & non refutando mortem in casu (vt infra dist. vlti. q. j. dicet), p republica, aut ad cauendum maius malum aliquod, gratia exempli idololatriam, non priuat se omni virtute, immo electio ipsa est virtuosa, licet ad ipsam sequatur priuatio virtutis. Melior tamen est priuatio virtutis q̄ positio vitij: & melius est non esse & ita nec esse virtuosum, nec vitiosum: q̄ esse vitiosum. Item diceretur q̄ non absolute eligit mortem, sed mediū virtuosum, ad quod verisimiliter sequitur mors. Sicut in Christo qui dum defenderet patris honorem, letale odiū Iudæorum suscitauit. ¶ Præterea omnia illa argumenta si probarent aliquid, non tamen aliud nisi solum animæ perpetuitatem, cuius esse est suum naturale desiderium, nec frustratur cum semper manet. Qua stante remuneratio esset sufficienter facta: licet non in corpore. Nec oportet præmiato principali agente etiam instrumentum præmiari. Corpus vero est agens instrumētale non principale. ¶ Ex illis dictis possunt inferri corollaria, quæ Sco. probat. q. ij. impugnādo aliorum dicta dicentium resurrectionem generalem hominū posse probari per rationem naturalem. ¶ Primū. Resurrectio mortuorum non potest a priori ostendi in lumine naturali. Hoc enim necessario fieret ex illis tribus propositionibus. vtputa quia anima intellectiua est forma specifica hominis. Secundo est incorruptibilis, ex quo sequitur formā specificam hominis esse incorruptibilem. Tertio, non permanebit in perpetuū extra suum totum, ex quo sequitur q̄ redibit idem numero. Prima est naturaliter nota: sed alię duę non sunt sufficienter notę. Prima inter eas duas videtur esse plus nota, scđm August. xiij. de Trini. c. ix. & ad eam plures habentur persuasiones, non sic tertia. Et per consequens nō potest ex illis sufficiēter ostēdi. ¶ Secūdū corollarium. Non potest a posteriori ostēdi sufficiēter in lumine naturali resurrectio mortuoꝝ p rationem alicuius operationis vel perfectionis congruētis homini. Nō enim potest sufficiēter ostendi q̄ est vnus remunerator generalis omniū hominū scđm leges iustitiæ distributiuę vel punitiuę, vt patuit. ¶ Tertiū corollarium. Ex desiderio naturali nō potest resurrectio mortuorū sufficienter in lumine naturali probari, quia pſupponit potentiā naturalē in natura ad illud. Et qa nō est naturaliter notū hanc pticularē beatitudinē esse finem humanæ speciei: ideo est ¶ Corollariū quartū. Ex hominis fine q̄ est beatitudo, nō pōt i lumine naturali pbari futura resurrectio. ¶ Q uītū. Nec a priori per tōnē principij intrinseci, nec a posteriori pōt resurrectio mortuoꝝ i luce naturali demōstrari.



¶ Sextū corollariū. Est ergo credita ex fidei reuelatione certissima ac infallibiliter futura. Cō grūū itaq; est vt gras habeamus oīpotēti deo, q̄ abscondit hęc a sapiētibus & prudētibus q̄ magno fuerūt pditi ingenio, & subtilissimis doctrinis eruditi, & reuelauit ea paruulis ingeniū suū i Christi obsequiū captiuātib⁹. scđm August. vbi supra, c. ix. ¶ Q uintū dubiū est cōtra dicta de puluerū collectione in conclusione quarta. Si resurrectio fiet in instāti, & puluerū collectio est pars resurrectionis: ergo etiā fiet in instanti. Q̄ resurrectio fiet in instāti, est Apli. j. Corin. xv. & Aug. xx. de Ciuita. dei. c. xx. Si ergo puluerū collectio fit in instāti, nō fiet ministerio angelico: sed solū virtute diuina. Nam mutatio instātanea, maxime localis, nō fit nisi diuina virtute. Probatur, quia mouere in instāti est virtutis infinitę, & infert infinitatē in causa. Nam mouere mobile i termino minori, est maioris virtutis: igit i instāti est virtutis infinitę. ¶ Pręterea, nō omniū corpora redigent in pulueres. quidā em̄ solū in raptu morient, si saltē nō viui immutabūtur: vt videtur quidā velle in de ecclesiasticis dogmatibus. c. vij. ¶ Itē deus se solo faciet animationē corpoꝝ: ergo & puluerū collectionē Solus enim qđ maius est potest: igitur & quod minus. ¶ Ad primū, negādo cōsequētiā. Puluerū em̄ collectio nō est ps resurrectionis, sed p̄ambulū quoddā necessario p̄cedēs eā. Sicut alteratio nō est ps gnationis, sed p̄uiū. August⁹ vero & Paulus loquuntur de resurrectione q̄ dicit corpoꝝ viuificationē: quę fiet in instāti, vel in atomo, vt loquit ad Consentiū. In atomo. i. pūcto tēporis qđ diuidi nō pōt. In ictu oculi. i. in summa celeritate. In tuba. i. signo manifestatiuo huius qđ fiendū est. Cū infert: agere in instanti, infert infinitatē i causa: negatur vt supra in. iij. coll. dist. iiij. Visio em̄ fit in instanti, quia tota simul. ¶ Ad scđū, potest negari scđm Aug. vt supra, propter illud dictū Apli. Oēs dormiem⁹ vel oēs resurgemus. j. Corin. xv. Et statutum est homini semel mori. Heb. ix. Nā omne corpus exanime, terra dicit aut puluis. scđm illud Gen. iij. Puluis es &c. Alia translatio habet, Terra es & in terrā ibis. Nomine puluis aut terra hic venit materia quęcūq; aut pars materię, quæ olim substitit formæ intellectuali, & nunc non substat etiam sub quacunq; forma reperiatur &c. Hinc cadauer nunc habens materiam olim informatam anima rationali in homine quodcū q; sit illud (non enim materia stat nude) etiā corpus exanime hominis, puluis aut terra dicitur lib. xxij. de Ciui. c. xx. ¶ Ad tertium, deus non ex indigentia, sed pro naturę humanę magnificentia vtitur angelico ministerio: & ita ex quadam dispensatione, non necessitate. Hoc autem attribuitur angelico ministerio, quia scriptura sic habet Matthei. xxiiij. Non sic reliqua, quia scriptura non habet. ¶ Sextum dubium, cōtra dictum illud q̄ resurrectio fiet tm̄ virtute diuina. Q đ fit solum diuina virtute fit in instanti, maxime vbi non est causa successionis. Resurrectio non potest fieri in instanti. igitur. Consequentia nota. Maior probatur, quia causa successionis non videtur esse alia nisi impfectio agētis & resistentia passi. Deus est agēs infinitę potentię, & omnis creatura se habet in potētia passiua obedientiali ad ipsum. Minor probatur, qa resurrectio fit simul cū figuratione & formatione corporis, cū non sit mediū inter ea. Sed figuratio & organizatio non possunt fieri in instāti. Probatur, quia tunc motus localis fieret in instanti, qđ implicat: & cōmitteretur vacuū, ac penetratio dimensionum. Probatur, quia corpus formandum ex puluerib⁹, vel erit maius q̄ sint pulueres, vel minus, vel æquale. Si primū, occupabit maiorem locum q̄ pulueres vnde formatur: & sic erunt duo corpora in eodem loco & penetratio dimēsionum. Et sic ille motus fit in instanti. Si secundum. i. si minus erit, iam aliquid de loco puluerū erit vacuū: aut ad id mouebitur pars maioris in instanti, vt contingat superficiem minoris corporis formati. Si tertium, idem sequitur. Cum enim natura facit in instanti minus ex maiore: esto q̄ hoc fieri possit, videtur posse concludi vacuum esse per tempus sine diuino miraculo. Cum autem facit per possibile vel ipossibile maius ex minore, oportet aerem cedere in instanti, & ita motus localis fit in instanti. ¶ Pterea vnio cum corpore debite qualificato & dispositio dispositione vltimata ad animę susceptionem, fit virtute naturali. Sed resurrectio est vnio animę cum corpore debite qualificato &c. & in vnione perficitur resurrectio. ergo resurrectio fit virtute naturali, & per consequēs non tm̄ diuina. Cōsequētia nota. Minor probatur, quia scđm cōmunē modū loquendi doc. in resurrectione cōpletiue tria concurrūt. s. puluerum collectio, quę fiet ministerio angelorū, vt supra dictū est, corporis figuratio & qualificatio: & vnio animę cū corpore qualificato. Et in illo tertio. s. in vnione perficitur resurrectio. Maior probat, quia anima p̄sente corpore sufficienter & vltimate dispositio seipsam vnit naturaliter. igit. A ficedēs pbat, qa vltimata dispositio materię necessitat ad forę vnionē, & nō nisi aiam: quia de⁹ necessitari nō pōt, nec aliđ necessitādū assignari pōt. ¶ Insup aia naturaliter iclinat ad vnionē sui cū corpore dispositō, & nō est impedimentū: ergo vnit se corpori

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sic cñ videtur esse in formis naturalibus,qñ productę naturaliter in materia in eodē instanti sibi vniuntur oībus alijs semotis. ergo seipsis. Anima aūt intellectiua q̄uis supnaturaliter creatur:tñ naturaliter animat corpus,& naturaliter vnit& inhęret materię,& cū ipsa cōstituit totū naturaliter:& ita a causa naturali vnit,q̄ non est alia ab ipsa. ¶Pręterea in materia est potētia naturalis passiua ad resurrectionē:ergo erit etiā aliqua potētia actiua naturalis:& p consequēs non virtus diuina,q̄ est potētia supnaturalis. Tenet cōsequētia:quia omni potētiæ passiuę naturali respōdet actiua naturalis. Alioquin illa potētia passiua esset frustra. Antecedēs ꝓbat.quia materia naturaliter inclinat ad animā,vt ad suā pfectionē. Et econuerso anima ad suā materiā,vt ad suū pfectibile. ¶Pręterea resurrectio ē naturalis:ergo a principio actiuo naturali. A ficedēs probat:quia nō est violēta cū ad eā passum cōferat viui. ¶Pręterea est ad qetē naturalē:ergo mutatio vel motus naturalis. Antecedēs patet,quia appetitus formę naturaliter quiescit in hoc pfectibili,& silr materię in hac perfectione. ¶Ad illa dicēdū. Ad primū negat argumētū. Ad ꝓbationē concedit q̄ fit in instāti, maxime quo ad vnionem. De figuratione corporis dicit: Quia virtus diuina nō limitat ad certū modū agēdi pōt figurare & qualificare corpus in instāti, vel etiā in tēpore. Sic de vnione, pōt animā vnire simul toti corpori vel vni membro prius,alteri posterius. Cōsequēter negat q̄ figuratio nō pōt fieri in instāti. Ad ꝓbationē dicit. Si motus dicit successionē,nō oportet ibi fieri motū localē: sed accipiēdo gñaliter motū localē,vt dicit loci mutationē, vtputa q̄n genitū succedit corrupto occupās maiorē vel minorē locum q̄ corruptū fit ibi loci mutatio:qa maioris vel minoris loci occupatio,licet non ab eodē corpore p̄cise.& illa pōt fieri in instāti.Nec solū sic,sed aer circūstās statim pellit si corpus formādū erit maius, & hoc virtute diuina q̄ ponit ibi corpus maius vbi fuit minus. Vel aer sequit si nūc generatur corpus minus vbi prius fuit maius. Et sic possunt duo corpora eē simul,cū maius est vbi fuit minus. Et pōt quidē cōmitti vacuū, & penetratio dimēsionū virtute diuina. Potest etiā nō cōmitti. Potest cñ deus subito figurare corpus & subito mutare locū circūstātē:puta aerem subsequentē & cedentē: vel successiue. Nihil cñ horū includit cōtradictionē. De hoc qđ dictū ē, creaturā nō posse agere in instāti: videatur supra in collect. iij.dist.iiij. ¶Ad secūdū. Si virtute naturali accipit vt distinguit cōtra supnaturalem virtutē: negat maior. Ad ꝓbationē dicit q̄ illa necessitas nō est respectu causę supnaturalis,sed tātū naturalis:quę necessitatur ad formę productionē & vnionē. ¶Notandū. naturale opponit supnaturali. Opponit libero vel volūtario: opponitur violento. ¶Ad tertiū dicēdū. Ex quo anima naturaliter inclinat ad vnionē sui cū materia tā q̄ perfecto cū pfectibili: cōcedit q̄ vnit se formaliter,sed nō effectiue. Nec ad hoc inclinatur.ab eo cñ est vnio in resurrectione effectiue,a quo fuit in prima eius ꝓductione. Sed in prima ꝓductione fuit a deo qui animā creauit & infudit materię.Nō autē seipsam infudit anima:sicut nec seipsam creauit. Et infusio est eius vnio. Et.ij. Physicorum,Forma & efficiens nō coincidūt in idem numero. Et ideo anima quæ est causa formalis totius hominis,nō erit causa efficiens vnionis qua totus homo cōstituitur. ¶Cōsequēter dicitur q̄ in productione naturalī formę nō vniūtur a se effectiue, sed a suis causis efficientibus: quibus circūscriptis non vnirentur sicut nec producerentur. Nec sequitur:anima infusa naturaliter inhęret,animat,& perficit corpus:ac cū corpore constituit totum:ergo naturaliter vnitur. Sicut non sequitur: ergo naturaliter creatur. Quia inhærere,perficere,animare tantū respicit genus causę formalis,sed vnire & vniri,includit etiam causam efficientem. Attamen nō videtur improbabile scđm Ockam.q. x.q̄ forma seipsam vniat,& anima seipsam in resurrectione reuniat:licet seipsam non producat. Nec cogit auctoritas philosophi.ij.Physicorū supra allegata,quia intelligit respectu eiusdem. Nūc autē diceretur q̄ anima est causa formalis respectu materię seu cōpositi,& efficiens respectu vnionis. Et sic admisso q̄ anima seipsam vniret,non sequit ex hoc resurrectionē esse naturalem,quia nō sufficit sola vnio,sed requiritur corporis reformatio, quæ fit a solo deo. Rationes Ockam sunt, quia non videtur quare p naturam ptes nō possunt vniri: cū videm⁹ q̄ p agens naturale duę aquę & duę partes aeris diuersę vniūtur. Quia tamen oppositum est magis consonū dictis sanctoꝝ: ideo illa opinione dimissa tenet opinionem prius tactam. ¶Ad quartū dicitur.q̄ potentia naturalis actiua quā doq; distinguitur contra supernaturalem. Et sic non est verum,q̄ omni potentiæ passiuę naturali correspondet actiua potentia in natura. Nec tamen ideo est frustra talis potentia passiua, vt supra in conclusione prima & quinta. Sufficit cñ q̄ correspōdeat potētia actiua potētię passiuę,siue in natura creata,siue in creatore. hoc est, siue naturalis siue supernaturalis. Qualitercūq̄ enim potentia passiua reducitur ad actum non erit frustra. Hinc quandoq; dicitur passiua obedientialis,& nō ꝓprie naturalis, scđm Altisiod.



Si tamen natura causatur generaliter vt conuertitur cum ente, verum est q̄ omni potentię passiuę correspondet actiua in natura. ¶Ad quintum qđ quęrit an resurrectio debeat dici naturalis: Respondetur.suppositā multiplici acceptione nominis naturale,vt supra,conceditur q̄ est naturalis vt naturale opponitur violento,vt ꝓbat argumentū,sed non est naturalis vt opponitur supnaturali vel libero,quia est ab actiuo supnaturali & libero. Cum Damasc.dicit, Q đ cōmune est omnibus in eadem specie,est naturale. lib.iij.c.xiiij.intelligitur de eo qđ est cōmune omnibus in specie a principio intrinseco vel a causa naturali. Sic nō est in ꝓposito. Nā resurrectio mortuoꝝ nō est a principio intrinseco,nec a causa naturali hominis,sed diuina. Q̄z autē dictū Damasc.sic sit intelligendū, patet,quia loquitur de duplici operatione Christi quę inest omnibus in specie humana a causa vel intrinseca vel saltē naturali. Scđm Pal.resurrectio dicitur nō naturalis quia nō est a principio actiuo naturali. Itē nō est scđm modū & ordinē naturalem. Nā ordo naturalis quo fit organizatio & figuratio corporis humani p actiua & passiua naturalia, fit mediātib⁹ determinatis instrumētis & determinatis medijs,puta mediante semine in matrice in loco determinato ad generationē quę nō erūt in resurrectione instantanea & supnaturali miraculosa. Et licet angelico ministerio fiet puluerū collectio scđm p̄dicta: attamen angeli nō possunt pulueres formare vel qualificare.solū cñ possunt actiua passiuis applicare, vt deinde naturaliter sequatur effectus aliquis. ¶Altisiod.i suo quarto ponit tres causas quare resurrectio nō dr̄ natural. Prima,qa resurrectio fit in instāti,creatura vero nō agit i instāti. de quo in.iij.dist.iiij.Nō.n.videt q̄n cū effectus pōt ꝓduci simul vt in visione,creatura possit agere in instāti. Secūda, qa creatura nō pōt eūdē effectū numero post eius nō esse reproducere. Hinc philosophus.ij.de gñatione. Quoꝝ substātia corrūpitur nō redeūt eadem numero,sed specie. qđ verū est de redeūtibus p motū & viam naturæ. sed opus resurrectionis est miraculosum,& virtute diuina in resurrectione idem numero resurget. Tertia,quia corpora in resurrectione erunt nō orbata,clara,impassibilia.&c.ad quę se nō potest extēdere creatura. ¶Considerādū tamen est q̄ animatio quę fit in instāti a deo, nō ideo p̄ci se fit in instāti,quia actioni diuinę nihil resiste re potest,sed quia nō habet ptes,& quia in eius receptione nō potest fieri successio. hoc cñ esset vel ꝓpter ptes formę iducēdę,sed nō habet partes:vel propter partes corporis sic qualificatas q̄ vna pars prius recipit formam q̄ alia,sed neutrum esse potest cum sit tota in omnibus ptibus,& in toto tota. Et dato q̄ vna pars corporis sit perfectior alia, hoc tamen nihil facit ad successionem animæ. ¶Et si q̄ritur: ex quo prędicta fiunt in instanti dempta puluerum collectione:an in eodem instanti præcise: Respondetur q̄ sic. Nam ex parte agētis dei non est defectus:& creatura stat in potentia obediētiali dei. Figuratio fit propter animationē, & scđm modum loquendi aliquorum est dispositio necessitans ad animationem. ideo statim inducitur forma: sicut posito igne aut luce statim lucet aut ardet. Nec repugnat pluribus actionib⁹ instantaneis fieri in eodem instanti. vt in proposito,organizatio,animatio fiunt in instanti præuia temporali puluerum collectione. ¶Septimum dubium,an in eodem instanti futura M sit omniū hominū resurrectio generalis. Scđm Augustinū.xx. de Ciuitate dei.c.xx. & in epistola ad Consentium, dicitur q̄ sic. Ad hoc est auctoritas Pauli.j.Corint.xv. Omnes quidem resurgemus. vel scđm Augustinum (vt Græci codices habent) Omnes dormiemus in momēto in ictu oculi. ¶Si opponitur dictum Pauli.j.ad Thessal.iiij.Mortui qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos qui viuimus &c. ergo vt videtur denotatur quædam prioritas durationis & temporis quo ad resurrectionem pręteritorum mortuorum ad eos qui viui reperientur. Dicendū:dictum Apostoli intelligitur nō de prioritate tēporis,nec illam voluit Aug. vbi supra. Nec intelligitur de prioritate dignitatis:quia Apostoli tūc adhuc vixerāt. Et dato q̄ Paulus tunc in se transfigurauerit statum ad huc viuentium,& in alijs nondū mortuis mortē naturę:non tamen possunt Apostoli dici dignitate posteriores respectu patrū veteris testamēti:quia scđm cōmunem sentētiam doc.cum Christo iudicabūt duodecim tribus Israel.Mathei.xix.Cuius intellectus infra ostēdetur. Potest ergo aliter sic ordinari textus,& consone ad eius dictū.j.Corin.xv.In momēto i ictu oculi. vt prioritas & posterioritas referat ad quietē in Christo p mortē naturalē requiescētiū, vt sit sensus:qui primi sunt in Christo mortui quo ad nos adhuc viuentes in terra, resurgēt dño adueniente. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur,qui deniq; Christo adueniente viui reperiemur,etiā moriemur,& iam mortui simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera. Notanter dicit Simul rapiemur, nō successiue viui post mortuos,tametsi post eos moriemur. Hoc vtiq; dicit de eis qui Christo veniente reperientur viui.qđ propter incertitudinem diei dñi cuius horam & diē nemo scit nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca



solus pater. Matthæi.xxiiij. Paulus de oĩbus tunc viuentibus in carne & etiam de se dixisse videtur Quasi iam instet dies dñi. Et ita oẽs si multa viui q̃ mortui rapientur in subita diuina vocatione ad iudiciũ. quę scđm Chryso. fiet angelico ministerio obuiam Christo in aera. ¶ Si q̃ritur, qualiter, & quãdo qui Christo venięte viui reperiẽtur prius morient: Respõdet Ambro. q̃ rapiẽtur obuiã Christo, mortẽ quasi sopore passi. In ipo eñ raptu mortem & resurrectionẽ habebũt. Dũ. n. anima in ipo raptu exierit a corpore remanebit corpus terra: sed tã breue spatiũ tenebit mors vt nec cogitari nec ppendi possit. Hęc ille. Cõcordat Aug. xx. de ciui. c. xx. Ad hoc Apls. In Christo oẽs viuificabũtur. j. Corin. xv. Aut eñ. Tu qđ seminas nõ viuificaꝛ nisi prius moriatur. Et item. Oẽs dormiemus: aut oẽs resurgemus. Resurrectio aũt p̃supponit mortẽ. Et sic implebiꝛ sententia diuina qua dicitur. Statutũ est homini semel mori. Hebr. ix. Moriẽtur autẽ homines nõ vt induant immortalitatẽ, sed in pœnã peccati originalis de cõi lege. Et ita p̃cedet mors breuissima saltem, scđm Aug. & Ambro. Hinc Aug. subiungit. Neq; ab illa sentẽtia qua dictũ est homini scđm aliã trãslationẽ. Gen. iij. Terra es, & in terrã ibis. arbitremur illos qui viui repient immunes esse. ibũt eñ in terrã cũ vitã animę amittũt, & exanimes fiunt qui prius animati fuerũt. Vel scđm eundẽ tãtũ valet hoc, Eris exanimis: qđ eras añ̃ esses animatus. Et item. Terra es animata qđ nõ eras, terra eris exanimis sicut eras. Ex illo sequitur q̃ omnes homines qui viui reperientur in dñi aduẽtu, primũ morietur q̃is breui tempore, & incinerabuntur de cõi lege. Et sic etiam dicitur iudicare viuos & mortuos. De Christo legitur. Non dabis sanctum tuũ videre corruptionem. Psal. xv. De virgine Maria Aug. tenet in sermone de Assumptione eiusdẽ, q̃ sit corpore & anima translata in cęlum sup choros angelorũ. ¶ Verum tametsi quẽadmodũ futura sit resurrectio mortuorũ comp̃hendere non valemus, nõ tamen inanis est fides nostra. Q đ enim infallibiliter futurum est, pro nostrę ratiunculę viribꝰ quõ futurum sit vtcũq; conijcimus, tunc potius erit vt nosse possimus, vt idem habet Sanctus Doctor, erroris Manichęorũ resurrectionẽ negantium extirpator. In de ecclesiasticis dog. c. vij. habetur q̃ non est cẽsendus hæreticus, nisi pertinax, q̃ dicit viuos q reperienẽ nõ esse morituros, sed mortalitatẽ repentina cõmutatione non morte deposituros. Sed ille liber non creditur esse Aug. Sunt ergo omnes viui vel immutandi, vel morituri, scđm eũ ibi. ¶ Sed diceret quis mortem istam subitaneam & momẽtaneã posse dici immutationem quandã modici temporis respectu aliorum mortuorum. Et sic habet beatus Ambro. vt supra: vt quasi non possit perpendi illa commutatio repentina a morte ad vitam. Præterea sicut quandoq; dicitur quis mortuus, quia statim moriturus: ita dicitur nõ mori quia non diu manebit in morte respectu aliorum. Et aliqui senes dicuntur quasi non sentire mortem, & capite truncati, quia non habent dolorem multi temporis. Alludit Augu. lib. ij. de peccatorum meritis & remiss. c. xxxj. cum inquit. Hoc quibusdam in fine largietur, vt istam mortem repentina commutatione non sentiãt, sed simul cum resurgentibus rapiantur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino viuant. Quod dictum lib. ij. retractationũ repetit. c. xxxiij. sed non retractat: quin potius diligentiori inquisitioni reseruat. Tunc enim temporis res erat minus discussa. Hinc dictum Sco. q. v. cum dicit q̃ videatur Augu. vbi supra. c. xx. lib. xx. ex animo determinare q̃ primũ resurgent mortui: primum inquam duratione temporis: deinde qui viui reperientur in aduentu Christi: Nõ quadrat. Nam Augustinus hoc non determinat, nec de ea re ibidem disputat: sed solum inquirit & disputat de eo, si omnes homines prius morientur & resurgent posthac, & viui qui reperientur quando & vbi morientur vt compleatur in eis diuina lex quæ dicit omnem hominem moriturum & resurrecturum. Hebrę. ix. &. j. ad Thessal. iiij. &. j. Corinth. xv. ¶ Octauum dubium. An omnes & singuli resurgunt determinato tẽpore ac temporis instanti, salua opinione præmissa. Et qđ est illud tempus: an mediæ noctis. Et consequẽter an instans resurrectionis sumitur comparatiue ad locum iudicij, seu ad horizõtem loci in quo fiet iudicium. & ita de media nocte. Vel ad locum sepulturæ cuiuslibet vbicunq; fuerit sepultus. Item de loco resurrectionis. Videntur omnes istę quæstiones plus habere curiositatis q̃ vtilitatis, cũ ad hoc nulla habetur authentica scriptura. Et Matthæi. xxiiij. Christus dicit De die autem illa & hora nemo scit, nec angeli cælorum, nisi solus pater. Puto & de comitantibus & accessorijs neminem scire &c. Et Actu. j. ad discipulos Christus ait. Non est vestrũ nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate & ordinatissima volũtate, qa nõ cõducit ea scire, sed ita viuãt necesse est singuli quasi semper iudicandi. ¶ Si ergo quæstio intelligitur de instanti diei naturalis, cum non omnes vbilibet constituti habent eundem horizontem, quod vni est media nox alteri est tempus aliud & hora alia in alio loco constituto:



posset dici q̃ mortui resurgunt in quacũq; hora diei naturalis, cõparando ad locum in quo resurgunt singuli. Comparãdo vero tẽpus resurrectionis & puluerũ collectionẽ ad locum iudicij vbi cõgregabũtur iudicãdi, videtur q̃ resurrectio fiet in ortu solis, & per cõsequẽs respectu illius loci qui dicit vallis Iosaphat. Iohe. iij. intelligẽda est hora, & instãs resurrectiõis. ¶ Sed ad id qđ dicitur Matth. xxv. Media nocte clamor factus est. Et. j. ad Thessa. v. Dies dñi sicut fur in nocte, ita veniet. Dicẽdum nõ intelligiẽ ad literam p̃cise: sed nullo sciente vel nullo spectãte aut sperante. ¶ Q̃ autẽ aere iã illuminato fieri dr̃ resurrectio, cũ iã aberũt tenebrę, elt ad cõfusionẽ malorum: vt tales ab omnibus videantur. Siquidẽ videbunẽ abinuicem, & ab electis. & in gloriam electorum, qui etiam videbuntur a sese & a malis. Ea ergo hora qua Christꝰ resurrexit respectiue ad illã regionẽ vallis Iosaphat fiet resurrectio mortuorũ. Ita sentire videẽ Richard. & Sco. De horę determinatione Sco. inquit. Ea in cõparatione ad illam regionẽ resuscitabũtur mortui, vel ea hora qua adiudicatus est a Pilato, vel qua expirauit in cruce. verũ nil certi de hoc habetur. ¶ Q đ aũt aliqui dicũt resurrectionẽ futuram in nocte: intelligi potest: quia erit in cõfinio noctis p̃cedentis, & diei sequentis, quę vesperam nõ habebit, hoc est in ortu solis. & redit in idem respectiue ad hemisphęriũ loci illius vbi erit iudiciũ. ¶ Posset circa idem quæri de loco resurrectionis. Vtrum quilibet resurget vbi sepultus fuit. Et quid cũ cineres & reliquię sanctorum fuerint hincinde dispersæ, & vna pars hic habetur alia alibi. Respondet Richard. sed responsio nõ cogit. Resurgent enim vbi placuerit dño. Et quid si quis diceret cum beato Aug. xx. de ciui. dei. c. xx. illam multitudinẽ corporũ in aere quodãmodo seminari, atq; ibi protinus immortaliter ac incorruptibiliter reuiuiscere? Opus deniq; est in hac materia videre quãdo ly resurrectio dicit corporũ recollectionẽ, quando animationẽ, aut puluerum qualificationẽ & organizationẽ. ¶ Nonum dubiũ est circa conclusionem septimã, quę dicit Christi resurrectionẽ nostrę resurrectionis futurę esse causam effectiuã. Cõtra hoc est Magister i textu cum dicit. Causa resurrectionis mortuorũ erit vox tubę. Secũdo, ad Roma. viij. ait Apls. Q̃ si spiritus eius qui suscitauit Christum a mortuis &c. ergo pater erit causa nostrę resurrectiõis effectiua. Hic enim suscitauit Christũ secundũ Apostolũ vbi supra, i textu. Preterea beatus Augus. sæpe attribuit corporũ resurrectionẽ dispẽsationi humanitatis quæ est vel meritum Christi vel humanitas eius, quorum nullũ est Christus. Tertio Christi resurrectio pro nullo suppo nit, ergo ppositio illa falsa. Cõsequẽtia nota. Antecedẽs ꝓbatur. Vel Christi resurrectio est Christus qui resurrexit, aut qui resurget. Nõ secũdũ. Patet auctoritate fidei. Nam cũ mortuus est semel pro hominũ redemptione deinceps nõ morietur. Roma. vj. & ita nec resurget. Nec primũ, quia Christus non fuit mortuus, igitur nec resurrexit. tenet cõsequẽtia ex notabili primo, ex quid nominis termini. Antecedẽs ꝓbatur. Nihil qđ semp vixit & viuit & viuet fuit aliquãdo mortuum, Christus est huiusmodi, ergo nõ fuit aliquãdo mortuus. tenet cõsequẽtia in Ferio. Maior ꝓbatur: quia oppositũ eius implicat Sequitur eñ ad ipsum q̃ aliquid fuerit viuũ & mortuum. Mortuum eñ priuat vita. Minor probaꝛ. Christus est nomen suppositi, quia supponit pro verbo diuino, & scđm Apl'm Christus Iesus heri & hodie ipse & in secula. Hebrę. xiij. Quia semper & ęternaliter viuens cũ patre heri. i. tẽpore p̃terito, hodie. i. præsenti, in secula. i. futuro. Et si hoc refertur ad diuinitatẽ, dixit Matth. vltimo. Vobiscũ sum vsq; ad cõsummationem seculi. Quarto, si Christus fuit aliquando mortuus, maxime in triduo, sed hoc non. Probatur. Nihil pro tempore quo est homo, est mortuum. Christus in triduo fuit homo scđm Magistrũ in. iij. distin. xxij. & Hug. lib. ij. de sacramẽtis, par. j. c. xj. igiꝭ in triduo nõ fuit mortuus. Quia in triduo Christus descendit ad inferna: in triduo Christus iacuit in sepulchro. ergo in triduo Christus fuit. ab est secundo adiacẽte ad tertium. Antecedẽs patet ex symbolo fidei. Et fuit in triduo homo: quia quod semel assumpsit, nunq̃ dimisit verbũ, secundũ Damasc. Quinto. xx. de ciuita. dei. cap. xx. scđm Augustinum incineratio p̃cedet resurrectionẽ, Christus non fuit incineratus, igitur nec resurrexit. Quomodo enim in tam breui tẽpore incinerari potuiꝭ? Sexto, omnia nobis ad salutẽ necessaria attulit nobis Christus sua benedictissima passione & morte, & in operibus Christi nihil ponẽdum est frustra. Cum igiꝭ nulla videẽ fuisse necessitas resurrectionis Christi, nõ videtur surrexisse. ¶ Ad illa dicẽdũ. Ad primũ de voce tubę. Non est vsquequaq; certũ & lucidum ex scriptura, pro quo supponit nomẽ vox tubę. Tamen accipiendo nomen scđm suã primariam significationem, vox tubę nõ est causa effectiua principalis nostrę resurrectiõis, vt patet ex dictis siue resurrectio accipitur pro recollectione puluerũ, siue pro animatiõe: sed virtus diuina. Potest tamen dici signũ euocationis mortuorũ, secundũ Aug. vbi supra, aut causa instrumẽtalis vel sine qua non fiet resurrectio, stante scriptura

Universidad de Deusto
Biblioteca



canonica. Sicut enim dñs assistit baptismi aut pœnitentię sacramento, hoc operando interius qđ in signo figuratur exterius, ita in proposito dici potest de voce tubę q̄ ei assistet virtus diuina resuscitãs mortuos. Hinc Paulus. j. Corin. xv. Canet tuba & mortui resurgent. Vbi secũdũ Glos. tuba dicitur clamor vel signũ aliquod p̄clarum & euidẽs ostensiuum q̄ fiet resurrectio mortuorũ. Et nominatur quãdoq̄ clamor. Mat. xxv. Media nocte clamor factus est. Vox filij dei. Ioan. v. Vox archangeli. j. ad Thessa. iiij. & ibidem. Iussus dei. Videt q̄ sicut dñs p̄cipiẽdo dixit Effeta quod est aperire. Marci. vij. ad surdum, ita p̄ceptiue loquetur: vel signo innotescet resurrectionẽ futuram, cunctos vbicũq̄ delituerint euocando. Richard. ponit differẽtiam inter illa tria. s. iussum, vocẽ archangeli, & tubã dei, vt per iussum dei intelligatur mandatũ diuinum quo iubebit per angelos fieri puluerum collectionem. Hoc enim p̄mittetur resurrectiõi. Deinde virtute diuina animabit puluere & resurrectionem cõsummabit deus oñipotẽs: cui omnis creatura ad nutum obedire curabit. Et id dicitur vox dei. Sicut in Genesi. Dixit & facta sunt. Dixit volũtate practica diuina. Ita hic vox filij dei dicet vt mortui resurgant: & resurgent. Tertio, vox archangeli sequet. Vox hæc ab archãgelis custodibus prouinciarũ, quibus a deo assignati fuerũt, formabit, aut formari poterit articulate & perfecte in assumpto corpore: vt supra in secundo: qua citabunt ad iudicium & ad sententiam definitiuam generalem omnes qui resurrexerunt. Ita posset fieri nominum illorum distinctio. Erit ergo vox tubę causa instrumẽtalis resurrectionis: cui assistet p̄potenter virtus diuina resurrectionis effectiua & principalis causa. ¶ Et si quæritur, quomodo mortui audient vocem filij dei vel clangorem tubę, videt dicendum aure obedientiali directi ab agẽte p̄potentissimo & infallibili, cuius vocationi nemo resistere potest. Sicut monumẽta fuere aperta & saxa scissa Christo iã mortuo. ¶ Nec valet vt videtur dictũ Richard. inquientis. Animæ intellectuali virtute apprehendunt. quia tũc manet dubium de obedientiali potentia puluerum quę primũ fiet ministerio angelorum absq̄ eorũdem discursu hinc inde ad innumera loca, & sinus abditissimos reliquiarum & puluerum. Audient ergo pulueres clangorem tubę diuinæ sicut audierunt res producende cum non essent, quæ Christo dicente mox factę sunt. Gen. j. Et Sapien. v. dicitur, q̄ pro eo pugnabit orbis terrarum. Sic audient vocẽ filij dei excitata & vocata ab eo, ita & pulueres. ¶ Ad secũdum patet ex notabili quarto, q̄ Christus qui resurrexit a morte est causa effectiua resurrectionis nostræ Ioan. x. Potestatem habeo ponẽdi animã meã, & iterum sumẽdi eam. Ego inquã suppositum verbi. Ad hoc Aug. Verbũ ex quo suscepit hominem. i. carnem & animã, nunq̄ deposuit animam: vt esset anima a verbo separata: sed caro posuit animam quando expirauit. Qua redeunte surrexit. Mors ergo ad tempus corpus & animam separauit: sed neutrum a verbo dei. Caro itaq̄ ponit animam & sumit: sed non potestate sua: sed inhabitãtis carnem deitatis. s. Hæc ille. ¶ Sed si opponitur dictũ eiusdẽ Homi. xxij. & xxiij. super Ioan. cum dicit. Animę resurgũt per substantiam dei: corpora per dispensationẽ humanã. Et infra. Resurgat anima tua ab iniquitate per id qđ deꝰ est, resurgat corpus tuum a corruptione per id qđ homo est. ergo resurrectio corporum nõ habet causam efficientẽ deũ sed Christi humanitatem, quę non est deus, nec deitati idẽtificatur. Idem Homi. xxiij. ostendit resurrectionem animarum quæ fit per fidem, fieri per substantiam patris & filij æternam & incõmutabilem: corporum vero per dispẽsationem humanitatis filij temporalem, non patri coęternam. Glos. Ioan. v. dicit. Per verbum filij dei fit animarum resurrectio. Per verbum factũ in carne filium hominis fit corporũ resurrectio. Pro roboratiõe omnium illorum est verbum Christi. Ioan. v. Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filiꝰ hominis est. Notanter dicit: quia filius hominis est. Respondetur q̄ illud dictũ est per appropriationẽ, sicut exponit Magister in tex. distin. xlviij. Quis enim Christus potẽtia suę diuinitatis, & scđm diuinitatẽ qua ęqualis est patri, viuificat animas, siue hoc intelligitur de viuificatione aut resurrectiõe prima, quę est per gratiam & fidem formatã, siue de vita p̄fecta quę est beatitudo corporis & animę, & etiã resuscitet corpora eadẽ virtute deinceps nõ moritura, attamen corporũ resuscitatio dispensationi humanitatis attribuitur, & animarum viuificatio potentiæ diuinæ: quia Christus secũdũ humanitatem meruit corporũ resurrectionẽ, & euocabit mortuos de sepulchro mãdando fieri puluerum collectionem, scđm Apl̃m. j. Corint. xv. & j. ad Thessa. iiij. Audient eñ mortui vocem filij dei citantis & euocantis mortuos potẽtia diuina, & partim humana, cñ sit caput ecclesię. Eius enim vox in humanitate assumpta audiet, & videbitur hoc suppositum scđm humanitatẽ. Ergo cñ tropo quo res dicit fieri prout innotescit, hoc attribuit humanitati. Animarum vero viuificatio potẽtię diuinę, & solũ tali debetur. Gratiã eñ & gloriam dabit dñs. Psal. Tãetsi Christus scđm humanitatẽ meruit nobis gra-





tiæ infusionẽ. Ioan. j. De plenitudine eius accepimus oẽs gratiam pro gratia. Cũ ergo Christi humanitas est instrumentũ diuinitatis in mortuorũ resuscitatione & euocatione ad iudicium & eius vox palã ab oñibus audiet in assumpta & visibili humanitate, operabit quoq̄ imperãdo imperio subauthẽtico vel cõmissario, quatinus mortui resurgãt, & angeli pulueres colligãt (Habet eñ efficax iperiũ vt caput ecclesię, respectu potestatis angelorũ & corporũ suscitãdorũ) ideo corporũ resurrectio attribuitur Christo secundũ dispẽsationẽ humanitatis, & aiarũ viuificatio deitati, cum tñ vtrũq̄ perficiet virtus diuina: sed in vno cõcurret ministerialiter hũanitas Christi, nõ sic in alio. Itaq̄ resurgũt animæ per substantiã dei resurrectione prima & secunda. Hęc enim fit inuisibiliter. Corpora vero per dispensationẽ humanitatis Christi: cuius vox audiet, euocabit mortuos, & faciet imperãdo resurrectionẽ fieri mortuorum, & puluerum collectionẽ. & hoc fiet sensibiliter. Præterea per corporũ resurrectionẽ posset intelligi solum p̄ambulũ resurrectionis, qđ est puluerũ collectio: quod vtiq̄ iubebit fieri Christus i hũanitate, & secũdũ humanitatẽ assumptã: vt caput ecclesię. Et p animarũ viuificationẽ vnio corporis cũ aia, & ita viuificatio seu aiatio, itẽ organizatio, qualificatio instãtanea, quæ sunt solius naturæ diuinæ eo modo quo fient in resurrectiõe. Et sic verum est dictũ Augu. Aię resurgũt per substãtiã dei. i. aiatio seu viuificatio fit virtute diuina. Corpora per dispẽsationẽ humanã. i. reuiuiscũt & recolligunt Christo imperãte scđm humanitatẽ fieri puluerũ collectionẽ, & corpoꝝ de sepulchris euocationẽ. Cõsimili modo beatꝰ Augu. Homi. xxj. sup Ioan. istũ textũ Pater nõ iudicat quenq̄: sed omne iudicium dedit filio. exponit. Nõ q̄ auctoritas iudicãdi nõ sit apud totã trinitatẽ: sed ideo dicit data filio: quia filiꝰ factus est hõ, nõ pater, nec spũs san. & in hũanitate assumpta i iudicio apparebit. Actu. j. Sic veniet quẽadmodũ vidistis eũ euntẽ i cęlũ. & voce magna mortuos euocabit. Ideo hoc ei attribuit: vt dicit iudicare, & mortuos suscitare: quia hoc aget manifeste, & in natura visibili, qđ pater occulte. Itaq̄ scđm tropũ quendã scripturę quo res dicit fieri cũ innotescit, sicut post resurrectionẽ Christus dixit discipulis. Matth. vlti. Data est mihi ois potestas &c. cũ innotuit hoibus & angelis post resurrectionẽ suã sibi datã oẽm potestatem quã & prius habuit: ita in proposito, quia vox Christi scđm hũanitatẽ corporũ pulueres colligi mãdabit subauthẽtice & cõmissarie, excellentia singulari: vt Sco. loquit. dist. xlviij. de iudicio. ideo corporũ resurrectio hũanitati dat. Hic ait Ioan. v. Et potestatẽ dedit ei iudiciũ facere: quia filiꝰ hois est. q.d. Sicut pr̃ habet vitã in semetipso. Glos. Ad aiarũ viuificationẽ. sic dedit filio natiuitate ęterna habere vitã in semetipso vt supra. Subiũgit scđm Aug. de corporũ resurrectiõe. Et potestatẽ dedit ei &c. Sic videt ordinãdũ. Et quia filiꝰ dei factus est filiꝰ hois, dedit ei potestatẽ & iudiciũ facere executiue pariter & corporũ resurrectionẽ in forma hũana qua videbit a cũctis bonis & malis. Et hoc videt eẽ melius q̄ textum sic ordinare: vt habet in Homil. xxxviij. Chryso. sup Ioan. Quia filius hois est nolite mirari hoc. Claret multa cõuenire Christo scđm hũanitatẽ, q̄ nec patri, nec sibimet, nec spũi san. conueniũt scđm diuinitatẽ: vt audiri, videri, tãgi &c. Faciet ergo auctoritate sibi a patre collata mandãdo cũ est caput ecclesię puluerũ collectionẽ p angelorũ ministeriũ, & ita corporũ resuscitationẽ. Aiarũ vero sanctificationẽ cũ patre operat inuisibiliter gratię collatiõe &c. De hoc infra dist. xlvij. & xlviij. ¶ Ad tertiũ, resurrectio Christi p̄ nullo supponit, negat: vt patet notabili quarto. Est eñ actiue Christus q̄ resurrexit. Ad p̄bationẽ negat. Ad discursum neget minor. quia Christus nomẽ suppositi subsistentis in duplici natura diuina & hũana qđ semp viuit, fuit in triduo mortuꝰ: quia subsistẽs i natura mortua. Fuit etiã verbũ icarnatũ in triduo viuũ p cõicationẽ idiomatũ. scđm quã cõcedit q̄ verbũ fuit mortale & imortale: quia subsistit in natura immortali diuina, & mortali hũana: & quia in triduo subsistebat in natura humana corpis mortua. ¶ Nec implicat: aliquid simul esse viuũ & mortuũ p cõicationẽ idiomatũ: vt supra i tertio. Nec mortuũ hic priuat vita vniuersaliter: sed p̄ticulariter quãtũ ad certã naturã. Si tñ ly immortale sumeret priuatiue: vt negatio inclusa priuat oẽm dispositionẽ quãtum ad naturã subiecti: vt. s. valet tantũ, Nõ habẽs naturã mortalẽ, sic nõ põt cõuenire illi cui conuenit mortale. Sic eñ inferret cõtradictionẽ. Si aũt accipit priuatiue nõ vniuersaliter: sed quãtum ad certã naturã subiecti: vt valet, Subsistẽs in natura nõ mortali, nõ ifert cõtradictionẽ. & ita in p̄posito. Priuatiue eñ oppositа possunt eidem cõuenire scđm diuersas naturas, nõ scđm eãdẽ. In prima ly natura distribuit. In scđa accipitur determinate. ¶ Ad auctoritatẽ apl̃i, cõceditꝰ q̄ hoc suppositũ pro quo supponit ly Christꝰ sẽp fuerit hodie, heri, & in secula: sed tñ nõ p̄ quolibet tpe ly Christꝰ poterat verificari de illo supposito, puta verbo diuino: quia nõ ante incarnationẽ: nec in triduo. Ad dictũ Christi dicendũ, nihil facit ad p̄positũ. ¶ Ad quartũ, cõceditur q̄ Christus fuit in triduo mortuus, quia subsi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



stens in natura humana mortua. Negaꝫ autẽ, qꝫ Christus fuit homo in triduo: quia ly hõ in triduo ibi pro nullo supponit: quia alienaꝫ. Ad pbationẽ, admissa maiore, negaꝫ minor. Ad auctoritates dicitꝫ qꝫ fuerũt illius opinionis: vt supra. dist. xxij. tertij. Ad probationẽ dicendũ: vt supra. Christus descẽdit ad infernũ, iacuit in sepulchro, cõcedit p Synecdochẽ: quia scđm aiaꝫ vnitã deitati: vel scđm corpus vnitũ deitati descẽdit: vel iacuit in sepulchro. Posset tñ de rigore cõcedi hẽc, Christus descẽdit ad inferna, ratiõe ampliationis: quia valet. Qui est vel fuit Christus. seu verbũ qđ est vel fuit Christus, descẽdit &c. Illa autẽ falsa est, Ad inferna descẽdit Christus, in sepulchro iacuit Christus: quia tẽpore quietis in sepulchro, & descẽsus ad infernũ, de hoc subiecto puta verbo non verificabatur nomẽ Christus: quia tũc verbũ nõ subsistebat i duplici natura diuina & humana: quia in triduo nõ fuit hũana natura. ¶ Ad auctoritatẽ Damasc. intelligitꝫ quantũ ad partes hũanitatis essentiales reuniendas. Vel nõ deposuit humanitatẽ manentẽ quã reliquit, scđm Sco. dist. ij. tertij. q. ij. & dist. xvj. Intelligitꝫ eñ de ptibꝰ heterogeneis principalibꝰ quę cõcurrũt ad integritatẽ hoïs: vt cor, caput, manus. secus de crinibꝰ forte abscissis, aut vnguibus sectis, aut carne defluxa &c. ¶ Ad quintũ negatur cõsequẽtia. Nec incineratio necessario pcedit resurrectionẽ. De hoc dist. xxj. tertij collec. ¶ Ad sextũ dicẽdũ. Licet per passionẽ oñia ad beatitudinẽ nobis necessaria meruerit Christus in passione, non tñ superflua, aut inanis fuit eiꝰ resurrectio: sed cõsummatio ceterorũ, & cõsũmatiõis exẽplificatio. Sapiẽtia eñ diuina nõ solũ attigit a fine vsq; ad finẽ fortiter: sed etiã disponit oia suauiter. Vñ multas resurrectiõis Christi vtilitates colligũt sancti & doct. Nam resurrectio Christi iustitiã dei cõmendat exaltãdo humiliatũ. Fidẽ nostrã instruit. Si eñ Christus nõ resurrexit, inanis est fides nostra. ij. Corin. vlt. Spem subleuat: quia caput mẽbra sequunt. Fideliũ vitã informat. Roma. vj. Vt quõ Christus resurrexit per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitę ambulemꝰ. Salutẽ nostrã cõpleuit: vt sicut suscipiẽdo mala, mala a nobis abstulit, ita suscipiẽdo bona gl'ię, gl'iam nobis conferẽdã exẽplificauit. Ad hoc Roma. iiij. Traditus est ꝓpter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostrã. Hanc eñ resurrectio maxime significat, & cõsummatã ostẽdit ita qꝫ illa noia multiplicant quantũ ad significatiõis diuersitatem, & nõ pcise ad causam. Mors eñ Christi peccatorũ sepelitionẽ, & resurrectio eius cõsummationẽ gloriæ repręsentat. Et ideo licet nõ fuerit necessaria simpliciter Christi resurrectio, quoniã p eius mortẽ redẽpti sumus, congruum tamen fuit eum resurgere. Rationes alias & plures, doctores ponunt.

## Quęstio Secunda.

A Secundo quærit. Vtrũ argumẽta quibus Christus suã resurrectionẽ mũdo patefacere voluit, fuerint vera, & non ficta, sufficientia ac fidei merito conducentia?

¶ Quãtum ad artículũ primũ, notandũ. Argumentũ sumit dupliciter. Vno modo est ratio rei dubię faciens fidẽ, hoc est certitudinẽ. Quod esse nõ potest nisi ꝓcedat ex p se notis. Sicut fit in demonstratiuis sciẽtijs, vbi ꝑmisse gignũt scientiã. Talibus argumẽtis resurrectio mortuorũ quæ est articulus fidei, nõ debuit probari: quia de creditis nõ põt haberi sciẽtia, aut euidẽtia: sed certitudo firmissima excludẽs ex parte veritatis creditę oẽm fallendi possibilitatẽ, tametsi admittat ex parte assentiẽtis dubitatiõis motũ: vt supra. dist. xxiij. q. ij. collec. tertij. &. q. j. plogi. Alio modo argumentũ est signũ sensibile, qđ inducit ad alicuiꝰ rei seu veritatis manifestationẽ aut significatiõnẽ. Et sic Christus dicit resurrectionẽ suã multis argumẽtis ostẽdisse. Actu. j. Vt quia visus & tactus fuit a discipulis: comedit corã eis: se palpandũ & vulnerũ cicatrices ꝓbuit &c. ¶ Secundo notãdũ. Aliquid dicit fictũ: vt supra in secũdo. collec. dist. viij. q. j. quia est signũ falsũ: vt dũ aliquid fit vel exhibet ad significãdum alicuiꝰ aliquid qđ non est, vel aliter se habere q̃ se habet in veritate. Et est fictio in factis sicut in verbis & dictis ad repręsentãdum aliquã veritatẽ. Ecõtrario aliquid dicitur nõ fictum, quãdo licet sit alterius nature, exhibetur tamen ad significãdum alteri quippiã qđ in veritate est, aut ita se habet vt signũ ꝓtẽdit. Sic dicit Luc. xxiiij. de Christo. Finxit se longius ire. i. ꝓtendit habitum longius abire volentis. Erant eñ discipuli mente elongati a Christo, ideo hanc elõgationem mẽtalem eis ostendit signo exteriori id ipsum significante, secũdum Grego. Hinc beatus Augustꝰ. ij. lib. quæstionũ euangelicarũ cap. vlti. Cum fictio nostra refertur ad aliquã significationem, nõ est mendacium: sed figura veritatis. Alioquin oñia figurate dicta siue a sanctis & sapientibus, siue etiam a Christo, dicerentur mẽdacia. Et ideo fictio quæ sic refertur ad significãdum aliquã veritatem, figura est & nõ mendacium. Voluit autem dñs eis significare secundũ eundem: quia hospitalitatis officio possunt homines ad dei notitiam peruenire. Ad idem



est Damasc. lib. iiij. ca. x. de factis per Christum scđm humanitatẽ post resurrectionẽ. Secũdum Hugo. Postil. Fictio vel fingere, quãdoq; notat fragilitatẽ: vt ipse cognouit figmẽtum nostrũ. Item sapientiam. Qui finxit singillatim corda ipsorũ. Eccli. xix. Est iustus qui inclinat faciẽ & fingit se nõ videre qđ ignoratum est. Itẽ iustitiã. Psal. Qui fingis dolorem in ꝓcepto. Item simulationẽ. Spiritus sanctus disciplinę effugiet fictum. Sapiẽ. j. Hinc sequit qꝫ fictio in suo significato quãdoq; nullam includit deordinationem & falsitatem: sed iustitiam & sapientiã, aut rei ignoratę eruditionem. Sic enim sapientes & prudẽtes quãdoq; ꝓtendunt aliquo signo sensibili hoc vl hoc quasi facturos: vt animũ alteriꝰ ad hoc vel illud inclinẽt & deflectãt seu lucrent.

B ¶ Quantum ad artículum secũdum est cõclusio prima. accipiendo argumentum secundo modo nõ primo modo. Christus suã resurrectionẽ argumentis pluribus ostendit, quibus fidei meritum nõ euacuauit. Prima pars ꝓbatur. Actu. j. Siquidẽ octuplici signo seu argumẽto probauit suã resurrectionem Christus: vt ex serie scripturę colligi põt. scilicet testimonio angelorũ. Hominũ viuorũ, mulierũ & virorum custodũ & discipulorũ. nedũ verbis, sed proprij sanguinis effusione. Mortuorũ qui cum Christo resurrexerunt, & apparuerunt multis in sancta ciuitate. Miraculorũ factorum per angelos Christum & discipulos. Scripturæ prophetarũ quã Christꝰ fecit, & expositio discipꝰis. Christi dei verbis & factis soli deo possibilibus in cogitationũ manifestatione, cordis inflãmatione, sensuum ad scripturas intelligendas illuminatione. Spũs sancti in die Pentecostes Apostolis missi. Signorũ, & manifestatione corporis proprij scđm singulos sensus. Quarũ probationũ quelibet fuit sufficiens in genere suo. ergo &c. Et scđm Augu. lib. iij. de consensu euangelistarum iuxta finẽ, decies eum esse visum ab hominibus post resurrectionẽ referunt euangelistę. Et Paulus. j. Corinth. xv. dicit qꝫ apparuit Cephę, & postea duodecim. Deinde plusq̃ quingẽtis fratribus. Vltimo sibi. ij. Corint. v. in principio capituli. ¶ Secunda pars probatur, quia meritũ fidei etiam stare potest sublato actu fidei sicut meritum boni operis sine opere posita bona voluntate. Luc. ij. In terra pax hominibꝰ bonæ voluntatis. Meritum enim fidei principaliter est in volũtate & nõ in actu intellectus. nam meritorie credere, est velle credere ex charitate diuinæ auctoritati, etiã si veritas reuelata nõ fuisset argumẽtis ostensa. Et talis actus voluntatis stare potest cum scientia, & euidenti assensu veritatis fidei, & ita eius meritũ, vt supra i tertio. Patet de viro docto in theologia: qui multa potest quodãmodo demonstrare, quibus firmiter assentit, non propter suas rationes demonstratiuas: sed auctoritatẽ reuelantis. Vnde licet Apostoli nõ meruerunt videtes scđm humanitatem Christũ pati, assentiendo illi propositioni, Ille homo patitur, Ille homo resurrexit, qđ fuit eis per visum notum: Meruerunt tamen aut mereri poterant, si idipsum credere voluissent actu elicito, præcipue ꝓpter auctoritatem reuelãtis dei etiam si non vidissent hominem pati. Viderũt hominem pati quẽ crediderũt esse deum, & ita Christum pati crediderũt. Est enim fides nõ apparentium formaliter vel obiectionaliter, vel tã q̃ non apparẽtium, propter solam auctoritatem reuelantis, cui quis pręcise vellet aut vult assentire etiam in propositione p se nota, si deꝰ hoc iuberet. Gers. de erroribus. circa finem. ¶ Pręterea scđm beatũ Augu. ad Paulinã de videndo deũ, qui viderunt viuẽtem Christum, quem viderunt morientem, ipsam tamen resurrectionẽ cũ fieret non viderunt, sed eam certissime crediderunt vidẽdo & tangendo virũ quem sciuerunt olim mortuũ. Et ita q̃ illa, Hic homo viuit qui pridie mortuus est in cruce, fuerit eis euidẽter nota, tamen illa fuit eis credita, Christus qui pridie &c. viuit. aut Christus resurrexit virtute propria, vel hora illa modo tali &c. ¶ Secunda cõclusio. Christus post suam resurrectionem corpus suum discipulis ad videndum & palpãdũ ꝓbuit, cum eis vere comedit & ambulauit, vulnerum cicatrices ostendit, forma qua voluit apparuit. Probatur. Ioã. xx. & vlti. Luc. vlt. & alibi. & hoc de facto. Sed de possibili probatur cõclusio. Nihil virtutis naturalis perit corpi glorioso per gloriæ sublimationem. Manet eñ corpus gloriosum eiusdẽ naturę & substantię scđm Augusti. & beatum Grego. in Homi. & Leonem Papam in ser. de resurrectione dñi. Potest ergo vti cæteris paribus sua virtute naturali cũ vult, & prout vult. Cum eñ discipuli dubitarẽt de eius resurrectione, & qđ viderãt, crederẽt esse phãtasma, inquit. Palpate & videte: quia spiritꝰ ossa & carnem nõ habent sicut me videtis habere. Præterea talismodi palpatio corpori glorioso nõ repugnat. Et licet cõmuniter dicatur qꝫ tãgibile resistit tangẽti dũ tãgitur, tamen nõ oportet qꝫ resistat ei cũ est in eius potestate tangi vel nõ tãgi. Prepositinꝰ inquit. Corpus gloriosum est in potestate aiæ quo ad oẽm actionẽ, & ex cõsequẽti in eius potestate est tangi vel non tãgi. Qđ sane intelligẽdũ est, assistẽte diuina potẽtia & id efficiente circa corpus beati qđ aia vellet fieri circa ipm cum nõ est in eius potestate na-

Universidad de Deusto
Biblioteca



turali.lib. c.iiij.de mirabilib⁹ sacrę scripturę. ¶Et si dī:Corrupi necesse est qđ tāgit.nō videt illa auctoritas eē necessaria,& potest intelligi,dū qđ tangitur esse corruptibile.Item scđm cōmunem cursum naturę. Corpus autē beati est incorruptibile:vt dicetur. Item beatus Grego.xiiij. moralium inquit. Si post resurrectionē palpabile non erit, profecto alius surget q̄ moritur. Et ita nō est cōtradictio in verbis suis, rite intellectis. ¶Secūdū, q̄ comederit & vere comederit patet scripturæ auctoritate, & beati Augusti.ad Deogratias in respōsione.q.j.cū dicit.Christus nō semel solū:sed sæpius cibū & potū sumpsit. Et expresse dicit eū vere nō ficte nec inani phātasmate comedisse. Probať ex quid nois comedere vere, qđ est cibū deforis sumptū,& masticatum ad interiora per os & arterias siue vias naturæ per actionē formę viuentis traijcere. Quo stāte Christus vere comedit. Nec est de ratione manducationis nutritio. Patet de vomēte cibū comestum,aut alias forte per secessum emittēte sine nutritione.Non tñ fuit illa manducatio ex īdigētia,vel ad restaurationē depditi, sed ex potestate & perfectione naturę.Hinc Augu.vbi supra ad Deogratias. Corpus in resurrectione nō erit perfectę felicitatis si comedere non poterit, sic etiā si cibo indiguerit. Comedit ergo. xxij. de ciui.dei.c.xix.nō alimentorum indigentia: sed ea qua hæc poterat potestate & potentia,ad ostendendū se vere esse viuum. Ad idem demirabilibus scripturæ lib.iij.c.xiiij. & lib.xiij.de ciui.c.xxij.Non enim potestas:sed dūtaxat egestas comedendi aufertur a beatis. Hinc & spiritualia corpora dicuntur:quia spiritu viuificante subsistunt, non q̄ desinant esse corpora. Nec eñ fiūt spiritus. ¶Si quæriť.Quo peruenit cibus?Quomodo traiectus? An in substantiā aliti cōuersus fuit? Respondetur, potuit conuerti in substantiā aliti.Non eñ repugnat nō gloriosum corpus vniri glorioso,& cum eo participare cōditionem corporis glorioſi,ideo nō est negandū a diuina potentia. Augusť.lib.iij.de mirabilib⁹ scripturæ.c.xiiij.dicit,q̄ cōuersus fuit in naturā spiritualem.Exponit Fran. Maronis idest subtilem.sicut in Angelis ad ilicē Mābrę. Beatus Tho.in.iij.dist.xxj.dicit q̄ fuit resolutus in vapores:sicut aqua per radium solis.Q đ videtur etiā voluisse Aug.cū inquit. Aliter absorbet aquā terra sitiēs,aliter radius solis calēs. Et id cōmuniter tenent doct. Potuit eñ resolui aut dimitti prout deo placuit. Nec oportet dicere. Si comestio sit cū alteratiōe corpis comedētis:ergo sequitur corruptio. Sed bene partialis generatio. Ad hoc Damasc.lib.iiij.c.x. Post resurrectionē quædam vere dicuntur de Christo: sed nō scđm naturam:sed scđm dispēsationem ad certificandū vel credi faciendū q̄ ipsum qđ passum est corpus resurrexit:vt cicatrices,cibatio,potatio. Alia autē vere & scđm naturam: vt transire de cęlo ad locū inſatigabiliter & p̄ clausas ianuas.Notanter dicit vere dicūtur de Christo.Non tñ scđm naturam.i.ex necessitate naturæ:sed scđm dispensationē.i.propter aliquem finē per hoc intentū & cōsequēdum. Ad hoc etiā est beatus Tho.par.iij.q.liiij. & in.iij.dist.xxj. cū dicit in Christo fuisse verā comestionem quo ad diuisionem & traiectionē etiā per actionem formę viuentis, nō sic in angelis,qui non habent animata & viua. Scđm Augu.in de cogni.verę vitę.c.vj.dicuntur substantiæ incorporeę inuisibiles sensibiles.Quod auctor illius libri quicūq; sit,exponit.i.motū habentes a se sicut anima.In epistola ad Deogratias dicit,q̄ nō ficto aut inani phātasmate comederit angeli: sed manifestissima veritate:nō indigentia:sed potestate,sicut Christus.Magna est differentia comestiōis angelorū. & Christi cum corpus Christi fuerit animatū,nō sic angeli? ¶Tertiū q̄ vulnerū cicatrices ostēdi est euāgelicū.Lucę.vlt.Ioan. xx.Nec illa cicatricū reseruatio est signum infirmitatis vel impotētiæ:sed argumentum triumphi,victorię,& glorię impassibilitatis: vtputa si quispiam athleta multa acciperet vulnera diceret medico perito potēti singula curare vt cicatrices nullę remanerent: Volo sic cures per artē vt sanato corpore remaneant cicatrices tanq̄ tituli gloriarū.Hæc Augusť.ad Deogratias.Non enim demōstrauit discipulis vulnera: sed signa vulnerū. Frustra ergo videnť aliqui velle:vt refert Holcot super sapientiales lec.vj. quasi retinuerit vulnera,& temerariū fuerit Thomæ manus inijcere. Cicatrices dispensatiue tenuit,& vt creditur in perpetuū retinebit: nō ex defectu naturę:sed ex causa rationabili. Ad idē est Augu.lib.ij.c.viij.de symbolo ad catechu.vbi causam ponit: vt apparens in hūanitate ostendere posset suis inimicis,& cōuincere eosdē.Zacha. xij.Videbunt in quē transfixerunt &c.Q; cū eis ambulauerit,habeť Luc.vlt.Sic forma qua voluit,apparuit. Probať.Quia nūc vt Hortulan⁹. Ioan.xx.Nunc vt peregrinus Luc.vlti. Item secundū Augusť.ad Orosium resurrexit in corpore clarificato: sed tamen vt sic suis discipulis apparere noluit:quia apparuit vt agnoscerętur: sic vero nō nouissent eū in tali clarificatione.Et xxij.de ciui.dei.c.xix.Claritas corporis Christi cū qua resurrexit,suis discipulis fuit abscondita,& potius secundū eum abscondita fuisse q̄ defuisse credenda est.Non eñ eam ferret humanus atq; infirmus aspectus,quādo ille a suis ita



deberet attēdi:vt posset agnosci. Appatuit vero Christus, & ita se visibilē exhibuit eis: put eū recte attēdere, & irreuerberatis oculis sufficiēter, & infallibiliter cōspicere & cognoscere possent,partem vel lineamentorū,vel colorū suę faciei abscondēdo.i.ei nō coagendo ad visus ꝓductionē,vel aliquid coloris,aut lineamenti faciei suæ abscondendo ne ab eis videri posset.Et ille modus imaginādi satis cōcordat literæ. Luc.vlti.Oculi eorum tenebātur,ne eum agnoscerēt.Et iterum. Et aperti sunt oculi eorū &c.& cognouerunt eum in fractione panis.Sed ex eo nō habetur q̄ oculi eorū fuerūt aperti ad cognoscēdum claritatē corporis sui ex fractiōe panis.Et ergo immutauit visum intuentium: prout voluit sine sui mutatione. Augu.lib.iij. de cōsensu euāgelistarum.c.xxv.Oculis eñ eorum aliquid accidit qđ pmansit vsq; ad fractionem panis.Idem lib.xxij.de ciui.dei cap.xix. Cum aliquid non videtur,q̄uis assit: a quibus alia quæ pariter assunt,videnť:Sicut in propositō illam claritudinē dicim⁹ affuisse sed nō visam,a quibus tamē alia videbātur:Aurisia Grece dicitur: qđ nostri interpretes latine dicere nō valētes:in lib.Geñ.c.xix.interpretati sunt ęcitatem.Erāt ergo ęcitate percussi, ideo quia cōcessum erat eis videre aliquid qđ vere fuit in facie Christi,& aliquid nō videre qđ etiam præsens fuit. ¶Tertia cōclusio. Argumēta a Christo ad suā resurrectionē manifestandā exhibita fuere vera nō ficta,rationabilia,& fidei nostrę conducentia. Prima pars q̄ fuerint vera, patet ex cōclusione p̄cedēte,& ex notabili secūdo. Erāt eñ manifestatiua cuiusdā veritatis,cuius fides necessaria erat hūano gñi ad salutē. Itē erāt rationabilia & fidei nostrę conducentia. Ita eñ facta fuit homini argumentorū exhibitio, prout ei diuina reuelari solēt & ostendi. Solēt autē diuina homini ostendi pro sua capacitate, & scđm q̄ affectus est diuersimode,bene vel male.Habētibus eñ bonā & pronā animi dispositionē clariore modo: tardam & obscurā in ænigmate & similitudine seu operatione quadā innotescūt. Exemplū de his qui fuerūt sub vete.lege, comparatiue ad eos qui sunt i lege noua. His eñ in vmbra,istis in veritate.Hinc quibusdā in sua, alijs in aliena effigie apparuit.Mar.vlt.His velut peregrinus a quorū cordibus recesserat per fidem.His Hortulanus seminaturus iā de proximo perditā fidem: vt resurgat in flores virtutū & gratię. ¶Præterea nostra cognitio naturaliter ortū habet a sensibus, & per principia rationis quodāmodo manu ducitur ad intelligēdum diuina quæ sunt supra sensum & rationē. Cōgruū ergo fuit & cōducens nostrę fidei habere aliqua adminiculantia sensibilia,nō propter credere p̄cise:sed ꝓpter subuenire misericorditer humanę infirmitati: vt ex apprehēsione sensibilium ad insensibilia scandere curēt.Hinc beat⁹ Greg. i Homi.Octauę Paschę. Miro mō egit diuina clementia:vt discipulus dubitans dū in magistro suo vulnera palparet carnis,in nobis vulnera sanaret infidelitatis.Nūquid casu factum est: vt discipulus ille tunc deesset,post veniēs audiret,audiens dubitaret, dubitās palparet, palpās crederet? Et Aug.Homi.cxxj.dicit. Videbat,tāgebatq; hominē,& confitebatur deum quē non videbat,nec tangebat. Sed per hoc qđ videbat atq; tāgebat, illud iam remota dubitatiōe credebat.De cicatricū retentione lib.ij.de symbolo catech.c.viij. ¶Ratione ostēdiť cōclusio. Deo auctore nemo fit deterior scđm Augu.lxxxiij.q̄stionum.q.iij. Sed Christus qui est vere de⁹ & homo,via,veritas,& vita,suā resurrectionē sic mundo innotuit. igitur. Si eñ falleret,veritas nō esset. Est autē Christus veritas,vbi supra.q. xiiij. ¶Sed contra: beat⁹ Augu.in epistola ad Deogratias nititur per comestionē vere & Christū comedisse veram angelorū ostendere & Christū comedisse vere & non ficte. Sed angelus nō comedit proprie: vt habetur Tob. xij. Videbar quidē vobiscū manducare:sed ego cibo & potu qui videri non pōt ab hoīe vtor.ergo illud argumentū fuit nullum de comestione. ¶Pręterea ipsemet Augu.de hoc,

Universidad de Deusto
Biblioteca



An angelus vere possit comedere, fluctuat lib. xiij. de ciui. ca. xxij. Ergo illa ꝓbatio nulla. per cōsequēs illud argumentū comestionis nō fuit verū. ¶ Prēterea. Nihil pōt apparere citra fictionē in aliena effigie cū sese cognoscendū vult exhibere. Christus in aliena effigie apparuit. vbi Gloss. Non in natura sua. Marci vlti. Immo lineamēta faciei mutauit scām Augu. ideo videtur discipulos decepisse, & nō veris medijs populū ad fidē traxisse, sed figmētis & mendacijs, qđ est cōtra cōclusionē. ¶ Prēterea, per ista argumēta inducta ad manifestandā resurrectionem, magis ostēsum est cōtrariū, & fides resurrectionis impedita q̄ promota, ergo non cōducūt nostrę fidei. Cōsequētia nota. Antecedēs probatur: quia oia illa argumēta ostendūt Christi corpus fuisse nō gloriosum: & per cōsequēs nec resurrexisse. Cum em̄ exhibuit se visibilē, palpabilē, quiescentē, ambulantē, comedentē, ostēdit se nō gloriosum. ¶ Ad illa dicendum. Angelus non comedit ꝓprie, nec comedere pōt. Patet ex quid nois comedere: vt supra. Sed licet nō fuerit māducatio ꝓprie dicta, non tn̄ fuit ficta. Fictū em̄ est scām ꝓdicta, quādo res apparet q̄ nō ē. Quic quid aūt cū effectu apparuit in māducatiōe Raphaelis vere fuit ita: quia cib⁹ verus p partē assumpti corporis ori similē mouebat ad interiora, & hoc apparuit, & nihil aliud. Non ergo fuit hic fictio: sed sapiētię exhibitio, & angelici ministerij impletio ad cōducēdū Tobiā. Et si Aug. dicit angelos vere comedere potestatiue: vt supra. c. xxij. lib. xiij. de ciui. dei. & in epistola ad Deogratias, sicut Christus comedit post resurrectionē. loquit scām opinionē Platonicorū dicentiū angelos esse aialia aerea. Vnde vbi supra: lib. xv. c. xxiij. Non audeo (inquit) definire temere, vtrū aliqui spūs elemēto aereo corporati sint. Magna ergo differētia est comestiōis Christi post resurrectionē, & angelorū, ex quid nois comedere: vt supra. Et licet aliqui errore ducti crediderūt angelū vere comedere sicut Christū, non tn̄ fuit fictio vel deceptio, licet possit certo modo dici fictio nō deceptoria. Nam illa angelorū comestio nō fuit facta ad significandū eorū vitā: sed solū p̄sentiā eorūdē: vt supra in scdo dist. viij. q. j. Q̄z nō comederit Raphael, satisha beē Tobię. xij. ex textu. ¶ Ad aliud de effigie Christi. Cōcedit Christū habuisse vnā effigiē. Non tn̄ totalis ei⁹ effigies fuit ab eis visa. Effigies dicit tota supficies corpis Christi cū oībus qualitatib⁹ visibilib⁹ inhērētib⁹. i. colore & luce. Apl'i ergo & discipuli tātū viderūt i Christo, quātū videri voluit, scām Sco. dist. xlix. q. xv. Cū vero ostēdit ptē extremitatis corpis seu faciei nō totū, q̄uis hoc qđ viderūt fuit i Christo, non tn̄ hoc qđ viderūt iudicarūt esse Christū. Et sic visio nō fuit ficta nec deceptoria: sed vera & productiua ad finem ꝓpter quē fiebat. s. vt Christi p̄sonā cognoscere possent & viuā. Verū illud iudiciū cōsequēs quo iudicabāt visum esse aliū a Christo, licet fuit erroneū in eis ex pte defect⁹ oculorū q tenebant potestate diuina, & p subtractionē coactionis diuinæ: vt supra dictū est: nō tn̄ fuit erroneū in morib⁹, nec deceptio. Item potuit Christus sua diuina potētia nedū tenere oculos eorūdē ne eū agnoscerēt: sed etiā i eis quā voluit visionē ꝓducere, respectu cui⁹ solū se haberēt passiue: vt ifra dubio. ij. Et sic ꝓduxit i eis visionē peregrini, aut hortulani, occultādo solū cōspectū suū viuidū, nō auferēdo, sed Aug. xxij. de ciui. dei. c. xix. vt tāgit Hug. post il. Marc. vlt. Sic etiā dī visus in aliena effigie & nō i natura sua. Verū est quo ad iudiciū discipulorū dūtaxat, quia nullā habuit mutationem suę gl'ię suo corpore glorioso. Sic exponi pōt dictū Augu. de lineamētorū faciei alteratione nō realiter sed scām iudiciū videntiū. Et licet vlso Christo potuissent aliquo mō ex hoc saltē p cipere p̄sentiam claritatis: tn̄ non irreuerberatis oculis intueri, sicut de sole. Ostendit ergo se talē: prout eis nouit congruere. Hinc factus est eis comes itineris. Per hanc em̄ poterāt puenire ad cognitionē idētitatis p̄sonæ ei⁹ cū se cōtēperauit eisdē, cū eis ambulādo, panē frangēdo, manducādo, loquēdo &c. ¶ Ponit ad hoc Augu. simile vbi supra, de Sodomitis. xix. qui percussi erāt cęcitate: nō vt nihil penitus viderēt: sed ne ostium inuenire possent quo ingrederent. Alia em̄ viderūt: sed respectu ostij oculi eorū erāt p cussi cęcitate. Sic & oculi discipulorum alia in Christo videre poterāt, claritatē tn̄ vultus q̄ vere ipsi infuit videre nō poterāt. ¶ Si q̄rit a quo fuerit illa oculorū tētio: Rndet. S. Tho. p. iij. q. lv. post Aug. lxxxiij. q̄sti. q. liij. Ministerio dęmonis deo pmittēte vsq; ad sacramentū panis. Ponit Aug. exemplū de deceptiōe Achab per diabolū. Et iudex p carnificē exeq̄t iustitiā nō p seip̄z. De hoc alibi. ¶ Ad aliud. neget. Nā potius illa facta sunt ad ostēdendū corpus ei⁹ fuisse spūale. i. prorsus subactū spiritui, & aię ei⁹ assistēte diuina potētia. Et q; corp⁹ ei⁹ post resurrectionē licet fuerit alteri⁹ gl'ię, nō tn̄ alteri⁹ naturę. Q̄z q; adhuc pōt potentia qđ prius poterat i digentia. Duo em̄ erāt ostendēda. s. gl'ia resurrectiōis. & cōditio hūanę naturę, quę quātū ptinet ad statū p̄sentē cōtrariat gl'ię futurę. ideo voluit ostēdere corp⁹ esse spūale p gl'iam: & cōditionē hūanę naturę adhuc fore saluā, p comestionē & alia. ¶ Nec videt esse verū q; corp⁹ gl'iosum sit oīno inuisibile oculo nō gl'ioso. Est saltē pcę



ptibile, sicut de sole, secundū Augu. vbi supra. Ideo notāter inquit. Nō eā ferret aspectus humanus: quādo ille a suis ita deberet attēdi vt posset agnosci. De quo ifra de dote claritatis. ¶ Oia illa argumēta erant necessaria: quia vnū aut duo sufficere nō poterāt ad ostendendū cōditionē glorię & naturę humanę: & identitatē resurgētis. Opus ergo erat vt id fieret per opera vitalia potentię vegetatiuę sensitiuę & intellectiuę. Item per identitatē effigiei corporis, cōuersationē morū, locutionis, rememorationis prius gestorū, & similiū pro
E capacitate eorūdē. ¶ Quarta cōclusio. Argumēta resurrectionis Iesu Christi exhibita multipliciter ad ostendendū identitatē numeralē resurgentis ad passum & mortuū secūdū humanitatē fuere discipulis qui eū viderūt & viuū & mortuum sufficientia ad causandū firmā & indubitatā resurrectionis eius notitiā. ¶ Dicit in conclusiōe, qui eū viderūt & viuū & mortuū. Secus de illis q eū solū viuū & nō mortuum, aut nullo mō viderūt nec viuū, nec mortuū. In his siquidē fuit sola fides resurrectionis Iesu Christi ex auctoritate reuelantis, & nulla euidētia. ¶ Q̄z aūt fuerint sufficientia ad ꝓbandū identitatē resurgētis his q viderunt, probat. s. quia habebāt ad hoc veridicū testimoniū & rōnem sumptam ex facti euidentia. ¶ Testimoniū quadruplex. Primo angelorū, vt patet in euāgelistis hincinde. Et si in ore duorum aut triū hoīm stat omne testimoniū: quanto magis angelorū beatorū qui dixerunt eum viuere? Sed q; fuerint angeli colligi pōt ex terrę motu, magni lapidis reuolutione, aspectus claritate, vestis candore, subita apparitione, diligenti informatione, magno custodū terrore. Nō em̄ custodes timuissent vnius hoīs p̄sentiā: sed facti fuerunt velut mortui. ¶ Secūdo testimoniū hoīm & hoc multiplex. Primo cōresurgentiū cū Christo Mat. xxvij. vt visa Christi resurrectiōe, idest Christo q resurrexit, plurib⁹ ad hoc testimoniū, secūdū Hiero. Q̄ui cōpleta resurrectiōe, vel secūdum aiam solū, vt placet Aug. lib. iij. cap. xiij. de mirabilib⁹ scripturę, vel secundū corpus & aiam ascēdente Christo simul cū eo ascenderūt, vt habet glos. Scdo fœminarum sctārū: q̄ eū viderūt & cognouerūt, & ad pedes ei⁹ ꝓciderūt, vt habet ex Ioā. euā. Vt sic det honor sexui q primo mortis initiū intulit. Tertio discipulorū: q alteutrū, tū ex visiōe, tū tactu, tū comestiōe, tū scripturę interpretatiōe &c. testati sunt eū viuere. Lu. vlt. Io. xx. Ac posthac virtute magna testimoniū resurrectiōis dedere oi ppl'o. Act. iiij. de his q̄ facti eui dētia dicitcerāt: ex eo q; cū eo comederūt & biberūt post resurrectionē. Act. x. & āte resurrectiorē Itē. j. Ioā. j. Q̄d vidim⁹ & audiuim⁹ oculis nr̄is & manus nr̄ę cōtrectauerūt &c. testificamur vobis.

¶ Tertio testimoniū scripturę diuinit⁹ inspiratę quā eis apuit vt viderēt in eo ꝓphetica dicta & figuras multas q̄ p̄cessērūt esse, ipletas i sua passiōe & morte ac subsequēte resurrectiōe. ¶ Quarto testimoniū dei: q ante & post resurrectionē ordinē resurrectiōis eis exposuit & p̄dixit, & mulieres ad id vt credāt remisit. Ecce quo ad primum quadruplex testimoniū. ¶ Scdo discipuli Iesū resurrexisse cognouerūt, tōne sumpta ꝓ experiētiā. Ad hoc vero vt aliqs dicat & indubitāter credat resurrexisse, tria sunt necessaria. ¶ Primū q̄ vere fuerit mortuus: hoc aūt colligi pōt i Christo ex duob⁹. s. euidētia facti, q̄ sumit in ꝓposito ex lāceatiōe cordis eius ante sepultura. Et ex sepultura: q̄ nō fuisset facta si apparuissent in eo signa vitę. Itē scdo sumit ex amicor⁹ diligētia Ioseph scilicet & Nicodemi, qui eū nullaten⁹ sepelissent nisi mortuū. Ac inimicorū sęuientium furore: q eū nō permisissent deponi de cruce nisi mortuū. Q̄ui & mortem eius attestati sunt Pilato. Matt. xxvij. Ioā. xix. ¶ Secūdū quod requirit est manifesta ostensio vitę eius qui cecidit morte. Hoc autem factū fuit in Christo sufficienter. Primū ex parte corpis sui solidi nō actei nec phātasmatici: quod ostendit experientia sensus per visum & tactum. Videte inquit & palpate. Lucę vltimo. quia spiritus carnem & ossa nō habet sicut me videtis habere. Ad hoc Aug. in epistola ad Cōsentiū. Ego dñi corpus ita credo esse in cęlo vt erat quādo ascendit in cęlū. Sed cū esset in terra contrectatus est manibus. Cū tret in cęlū deductus aspectib⁹ &c. Q̄uærit, quid de sanguine? ex quo dñs nihil dixit de sanguine cum inquit. Palpate & videte &c. Hāc quęstionē dimittit intactā, sed vult quicq̄d dicat, corpus ipsum fuisse ab omni corruptione alienum. Itē disputat de vestimētis, & non negat vt videtur: alludens veste Israelitarū quę fuit cōseruata tēpore multo i eremo. Sic de pelle morticina calceamētoz. Nihil vero asserriue determinat. ¶ Secundo ostēdit idipsum ex parte animę viuentis per opera vitæ vegetatiuæ quia cū eis comedit & bibit. Act. x. Sensitiuę: q̄a vidit & audiuit discipulos, & ad eorum verba respondit: eos salutauit &c. Intellectiuę: quia loquebatur cum eis, disseruit scripturas, pręterita narrauit, futura prędixit. Lucæ vltimo. ¶ Tertio requiritur ostensio numeralis identitatis viuentis nūc, cum mortuo prius. Hoc fecit Christus. Primo ex parte corpis, quod ostendit eis eiusdem figuræ, staturæ, perfossum: lanceatum in manibus & pedibus. Lucę vlti. Secundo ex parte animę: quia priora facta dicta & acta reduxit in memoriam. Lucę vltimo. quo signo eū cognoscere possunt qui ipsum olim cognouerūt. Tertio ex parte vtriusq; quia similes gestus & opera exer-

Universidad de Deusto
Biblioteca



cuit vt prius. Patet de fractione panis. Itē de voce qua cognouit eum Magdalena. Ioan. xx. Sic inquit Isaac cuius caligauerūt oculi. Vox quidē vox Iacob &c. Gen. xxvij. Sic ouis inter mille matrē suā agnoscit audito balatu. Hęc diffusius possunt extendi scripturarū allegatiōe si placuerit. ¶ Corollarium primū. Oibus modis quibus per naturā pōt aliquis cognosci esse idē numero cū sese prius viso, & p tēpus non viso sed absente, ostendit se Christus suis discipulis scdm humanitatē tangendū, palpandū, videndū, audiendum, experiēdū, post resurrectionē & ante, argumentoꝝ priorū saltē oim clara exhibitione. Videtur em illi modi sufficere ad rei alicuius naturalē cognitionē: & q nūc cognitus sit idē numero cū sese per tēpus absente & olim cognito. Dictū est notāter, saltem oim argumentorū. Quis em alię particulares pbationes sine alijs nō sufficerent, tñ oēs simul sumptę viderī sufficere & probationē facere de resurrectiōe hois Christi. vtputa diceret qs comestionē & locutionem etiā fieri posse per angelum in assumpto corpore, sed nō penetrationē dimensionū: nō secretorū reuelationem, intellectus illuminationē, scripturarū explanationē &c. ¶ Corollariū secūdū. Tanta euidentia naturali, licet non summa, pbata esse videt resurrectio hois qui Christus est quo ad hūanitatē saltē aliquibus discipulis & mulierib⁹, quanta pbari pōt hunc hoiem esse calidum, & hūc visum esse eundē post oculorū auersionē qui prius fuit frigidus, & ab aliquo visus ituitiue cognit⁹. Probatur ex dictis. Sūma em euidētia haberi nō potest de apparētibus sensu cū oia possunt fieri per deū solum. Sed nec de actibus interioribus. Posset em solus deus actus iteriores pducere in nobis: quibus sic a deo productis posset aia naturaliter in deū tēdere, ac si ab ipsa pducti essent. Exemplū de oculo miraculose dato alicui. Facit̄ p his dicta quorūdā qui dicūt aiam solū se habere passiue respectu actus btifici. ¶ Corollarium tertiū. Est pbabile dictu Christi resurrectionem sibi soli & forte quibusdā angelis fuisse euidenter notā. ¶ Corollariū quartū & respōsiuū. Argumēta quibus Christus suā resurrectionē mūdo patefacere voluit fuerūt veta non ficta oia simul iūcta sufficiētia ac fidei merito cōducētia. Vltimū patet ex Homi. Greg. cū inquit. Plus nobis infidelitas Thome ad fidē: q fides credētiū discipuloꝝ profuit: quia dū ille ad fidē palpando reducit, nostra mēs oī dubitatiōe postposita in fide solidat. Nā ita factus est discipulus dubitās & palpās testis verę resurrectionis sicut sponsus matris fuerat custos integerrimę integritatis.

F ¶ Quantum ad articulum tertium



est dubium primū. Dicit Paulus. j. Cor. xiiij. Signa data sunt nō fidelibus sed infidelibus. Quo stante frustra ꝓponunt argumēta de resurrectione Christi fidelibus. Ait etiam Grego. in Homi. in octaua paschæ. Fides nō habet meritum vbi humana ratio prębet experimētum. Sed notitia apostolorū fuit experimentalis, tā de eo q Christus resurrexit, q̄ q veritatem naturę hūanę ostēdit. ergo meritū fidei nō promouit. Ambro. Tolle argumēta vbi fides quęrit. ergo ecōuerso vbi argumenta quęrunt fides tollitur. ¶ Ad primū dicēdū admissā auctoritate Pauli vt eam allegat vbi supra. Duplici rōne Christus ostendit suam resurrectionē quibusdā argumentis. Primo mō pro apostolorū & aliorū per eos eruditione stante tali eorūdē capacitate, vtputa hoim simpliciū & indoctorū, & valde protunc ex Christi morte contristatorū, quę excessit oēm humanitatis rationē: ita q abstulit naturaliter oēm spem resurrectionis. Hinc Lu. & Mar. vlti. dicti sunt stulti & tardi ad credendū. Erant itaq quibus lacte opus erat nō solido cibo. Secundo vt per hoc ois dubitatio saltē quā fides nō admittit tollat: vtq populū incredulum de visis & sensu perceptis erudire possent, secūdū illud. j. Pet. iij. Parati semper ad satisfactionē omni poscenti vos rationē de ea quę in vobis est spe. Et licet sensu pceperūt hunc esse viuū qui prius fuit mort⁹, tamē crediderūt eum esse deum: nec hoc sensu perceperūt. Hinc Thomas cū palpasset & vidisset Christū secūdū humanitatē, ingt. Dns meus & deus meus. Et sicut miracula Christi attestata sunt fidē nostrā, ita & argumēta resurrectiōis discipulis Christi exhibita, vt & nos eadē legamus, & ꝓpter auctoritatē reuelātis credamus. ¶ Ad Grego. & Ambro. dicendū: q loquunt de experimento & argumētis quę antecedēter sunt pręcise causę assentiēdi. Ita q sine his quis nollet assentire. Talia em priuant fidē merito. Sic em non adhęret quis alicui dicto quia reuelatū a deo, sed quia rōne demonstratū: & per hoc tollitur ratio meriti fidei. ¶ Se- G cundum dubium. Quare Christus ante suam resurrectionē ostēdit tribus discipulis claritatē suā in transfiguratiōe coram eis: & post resurrectionem abscondit eandem. Dicendū. In transfiguratione ostendit discipulis vultus claritatē, vt significaret eis suam futuram gloriam secundum carnē. Et ne desperarent de eius resurrectione vi sa amaritudine tantę passionis. Item ne suā passionē contēptui darent, secundum Tho. par. iij. q. lv. ar. vj. Post resurrectionē vero sese cognoscēdū pbuit p discipulorum capacitate & salute. Hinc nō legit oibus apparuisse discipulis in aliena effigie. Marc. vlti. qđ Luc. innuit dicens. Oculi eorum tenebantur &c. sed euntibus in Emaus



qui eius resurrectionem iudicabant quasi impos
H sibilem propter atrocitatē pœnarū. ¶ Tertiū dubiū. Ioā. xx. legitur de Maria Magdalena. Cum volebat post resurrectionē amplecti pedes Iesu: audiuit, Noli me tāgere. Causa annectitur: quia nondū ascendi ad patrē meum. Et tamē Mat. vlti. dicitur de mulieribus. Tenuerūt pedes eius & & adorauerūt eum. Præterea Thomas, cum fuit incredulus, nō videtur tetigisse, nec ceteri pari ratione. cū ait Lu. vlti. Palpate & videte &c. ergo id quod supra dictum est de tactu, non videtur esse verum. ¶ Dicendū post beatū Augu. super Ioan. Homi. cxxj. & in epistola. lvij. & lix. ad q̄stiones Paulini. In hmōi dictis & factis Christi mysterū latet nobis absconditum. Et salua sentētia saniore pōt hoc verbū Christi prio intelligi sicut verbū quo dixit. Vide nemini dixeris Matth. viij. & Mar. j. Quod secūdū Alex. est potius p̄ceptū probationis q̄ executiōis. quo secundū beatum Ambro. in lib. de Patriarch. qñq; aliquid iubendo significat fieri debere: quod tamē iubēs vult non fieri: Ita q non quæritur nisi voluntatis promitas in eo cui hoc significat, aut aliorum eruditio. Cum ergo Christus eam voluit reprehendere de incredulitate resurrectionis, post multā cū ea habitā familiaritatem, & multiplicē eruditionē dixit. Noli me tangere. idest nō es digna me tangere propter incredulitatē. Sola enim fides meretur accessum ad Christū. Vel noli me viuum tangere, tu mortua fide. Iustus em ex fide viuit. Nō enim credebat eū equalis potētię esse cum patre deo: & ita nec deum. Aut nō resurrexisse ad vitā immortalē. Flebat etem ipsum tāq hoiem mortuum, nō credēdo eius potentiā diuinitatis. Ideo eam instruēdo dixit. Vade ad fratres meos & dic eis firma fide. Ascendo ad patrem meū. Meū in quit scdm diuinitatē, & patrē vestrū. Deum meum & deum vestrū. Natura meū, gratia vestrum. Ecce fidei defectus quare indigna fuit Christū tangere & ideo prohibita. ¶ Alius sensus potest esse q illa verba prenūciatiue exponantur, & vt ipsa gerat personā ecclesię gentilium, qui primū post Christi ascensionem prędicante Paulo gentium doct. crediderunt. vt sit. Noli me tangere. id est nō me tāges donec ascendam &c. & donec cognoscas quia data est mihi oīs potestas in cælo & in terra. Mat. vlti. quod impletū est post resurrectionē & ascēsionem. ¶ Per hoc ad rationem cōcedi potest q nō tetigit eū primū adhuc incredula, sed postea cū eum recta fide cognouit cum aliis mulieribus. Q aūt Thomas incredulus eū tetigisse dicitur, snę voluntatis fuit & gratię. Et forte ipsa melius potuit sustinere illā dni correptionē tacitā q̄ Thomas. &c. Chryso. sup Mat. videtur velle q Christus apparuit ei sicut ante resurrectionē incesserat: & ita nō in claritudine gloriosa. Hinc ipsa volebat eū familiariter tangere vt prius, & cū eo desiderabat manere, credens eū resurrexisse ad vitā priorē & cōem. Forte ducta errore quo & mater filiorū Zebedei cum filijs suis. Mat. xx. q Christus post suā resurrectionem esset regnaturus in Israel. Ab hoc errore Christ⁹ eā auertere volens, dixit. Noli me tangere. silla tua falsa opinione. Et si nōdum ascenderim ad cęlos ꝓpter dispensationē humanæ salutis: illuc tamē propero. Vade ergo & dic ad fratres meos. Ascēdo ad patrē meū, & patrē vestrū. Et tātum de illa quęstione. ¶ Cōclusionis secūdę textualis materia hic p anticipationē videtur poni a Magistro. Sed quia pertinet ad materiam de extremo iudicio, ideo hinc rescinditur. De conclusione textuali distinctio sequens loquitur.

## Distin. XLIIII.

SOlent autē p contari nonnulli. &c. Ostēsa resurrectione mortuorū in gñali, nunc in hac dist. xliiij. agit de resurgentium corporū statu, qualitate, cōditiōe, ętate, statura pariter & idētitate ¶ Conclusio textualis prima. Vna erit ętas oīm resurgētiū, sed statura diuersa, resurgetq; in quolibet resurgentiū quicquid fuerit de hūani corporis natura & substantia. ¶ Scda cōclusio. Sanctoꝝ corpora sine vitio resurgent & corporis deformitate. Malorū vero ꝓpetuo cremabūtur igne sine eorundē corruptiōe. Possunt deniq; spūs incorporei pariter & rōnales animę corporali igne torqueri. ¶ Tertia cōclusio. Fœtus abortiui & monstra quicūq; deniq; fuere de numero vituētium & morietium, erunt (correcta natura) de numero resurgentium Has conclusiones textus probat.

### Quæstio I.

QRima quęstio: Vtrum sicut quilibet resurgētium resurget idem numero, & in ęta- A te perfecta: ita quicquid fuit vnq̄ in homine informatum rationali anima seu de integritate aut veritate naturę hūanę, resurget in ipo, salua decenti corporis quantitate, & eadem materialium partium locatione. Articuli tres erunt so

Universidad de Deusto
Biblioteca



lito more.

¶Quantum ad primum: Aliqua dicuntur esse eadē numero tripliciter, totaliter, partialiter, & secundū cōtinuationē. Eadē numero, primo modo, sunt quę sic se habēt ꝙ quicqd est in vno est & in alio, & econuerso. ita ꝙ nihil ptinēs ad essentiā alicuius ē in vno, qn sit & in alio. Et hic gradus tollit oēm distinctionē essentialē. Sic angelus, aīa, cęlū sunt idē nūero primo mō ꝓ quacūq; durattone: quia nihil de corū essentia mutat. Sic posset aliquid dici idē essentialiter: qa nihil sibi essentialiter mutat. Vel qā nec secundū se totū, nec aliquā sui partē essentialiter variatur. Scdo mō eadē sunt: quorū pars principalior & adęquata manet eadē prio mō. Et sic hō manet toto tēpore vitę suę idē numero, secūdo mō: qa pars principalis & adęquata manet eadē primo mō, sed nō brutū quodcūq;. Pars adęquata dicit pars illa quę est pars alicuius & nullius alteri⁹ qā nō est pars eiusdē. Hinc aīa est ps toti⁹ cōpositi, sed nō man⁹ & pedis. qa manus nō est ps pedis sed toti⁹ cōpositi. ¶Corollariū. Man⁹ & pes hois licet habēt eādē aīam nō sunt idē secūdo mō: qa aīa non est pars adęquata essentialis materię sed cōpositi. Et dato ꝙ sit pars manus, est tñ etiam pars pedis, qui nō est pars manus, sed totius cōpositi ꝓprie loquēdo, ideo nō est ei⁹ pars adęquata. Tertio modo aliquid dicit esse idē secundum cōtinuationē, vel aliqua dicunt idē numero secū dū continuationē: quoꝝ partes eiusdē speciei licet diuerso nūero cōtinuo sibi succedūt in simili situ & dispositiōe sine interruptione, cōficientes quoddā totum, nō tamē alterius speciei q̄ prius. Et ille modus identitatis numeralis licet sit respectu priorū multum improprius, compatiens magnam mutabilitatē, sufficit tamē ad identitatem tertio modo. Et si non sufficit, non datur vllum animatum, homine dempto, nec mixtum quod maneat idem quantocūq; paruo tempore: & tamē omnis homo dicit se habere eundem equū tanto tempore. Sic saluatur identitas corporis in viuo & mortuo pro quocūq; tempore. Item quis non diceret hominem habere idem corpus secū dum substantiam in adolescentia & iuuentute, ni si velit negare augmentationem, diminutionem &c. Omnes enim motus prēter generationem & corruptionem prēsupponunt identitatem subiecti, quod est hoc aliquid i actu sub vtroq; termino transmutatiōis. Quis deniq; nō diceret Christum habuisse idē corpus toto tempore vitę suę mortalis &c. ¶Secundo notandum ꝙ cū quæstio quęrit An totum resurget quod fuit de veritate humanę naturæ, necesse est hoc intelligi de veritate naturę corporalis. Nā anima cum sit indiuisibilis, manet eadem indiuisibiliter: & ideo necessario intelligit de veritate materię, quę est altera pars cōpositi substātialis, siue de idēritate corporis, prout est pars compositi. Et quia secundū philosophū. ij. Metaph. vnūquodq; sicut se habet ad esse, sic se habet ad veritatē, & per consequēs sicut aliquid pertinet ad esse alicuius ita ad veritatē naturę eiusdē. Ad esse vero humani corporis spectāt ossa, nerui, caro, sanguis &c. quib⁹ humanum corpus integratur. Ista ergo eadē pertinere vidētur ad veritatem naturæ humanę. Cū vero corpus componitur ex multis partibus organicis habentibus diuersas operationes, quarū anima est principium, necesse est videre quomō saluari possit identitas partiū organicarū. Et qa ptes heterogeneę ex homœogeneis cōstituunt, oportet etiā videre identitatē in homœogeneis, vtputa quomodo manet eadem caro, aut redit eadem caro, eadem manus, idem digitus &c. Et circa hoc diuersi diuersa sentiunt. ¶Est quorūdam opinio, quę videtur esse Magistri in secundo. distin. xviij. & xxx. ꝙ id est solum de veritate humanę naturæ & resurget in ea, quod tractū est a primis parentibus, & nihil de his quę extrinsecus aduenerunt dicunt esse de veritate humanę naturæ. Videtur enī magister velle ꝙ quicqd in humanis corporibus naturaliter descendit a primis parentibus lege ꝓpagationis, & in se auctum est & multiplicatum nulla exteriori substātia in id trāseunte, id & solum tale est de veritate naturæ humanę & in futuro resurget. ¶Dicitur naturaliter: quia licet habet fomentū a cibo sumpto: non tamē vertitur in substantiam quę descēdit ab Adam: & quæ est de veritate naturæ humanæ. Vult ergo illa opinio ꝙ id quod descendit ab Adam multiplicatur in homine in resurrectione vsq; ad debitam quātitatem. Probat magister de puero resurgente. de costa Adę. de panum multiplicatione. Et Scotus referēdo illam opinionem dicit ꝙ id quod generatur ex nutrimento quasi fomentum adhęret calori naturali ne extinguatur, sicut oleū adhęret lychno. Et ita ab extrinseco vt homo viuat requiritur nutrimentum, quod tamen non conuertitur in veritatem naturæ humanę. ¶Secundū hanc opinionem, si esset fundata, faciliter posset saluari identitas resurgētium propter identitatem illius portionis receptę a primo parente & in se multiplicate vsq; ad quantitatem debitam. ¶Impugnant eam Scotus, Ockam, Grego. Thomas Argen. & alij, vt habetur distinct. xviij. collect. ij. Si enī anima vegetatiua in bruto potest conuertere alimentum in substantiam alti, & ita nutrire, cur non vegetatiua in homine quæ est perfectior? Item nō posset in homine saluari augmentatio



naturaliter, sed solū ꝓ miraculū, vt in panū multiplicatiōe. Item esset in hoīe caro icorruptibilis. Si enī corrūperetur nō posset per alimētū restaurari. Sic etiam nihil nutrimēti trāsiret in veritatē naturę humanę, & quare nō eodē modo in habētib⁹ aīam vegetatiuā? Sed ꝙ allegat dictū Christi. Mat. xx. Omne qd in os intrat in vētrem vadit: & in secessum venit. non est ad ꝓpositū: quia nihil aliud vult, nisi ꝙ nihil cibi cōuertit in aīam hominis. Et nōne multa manēt inter dentes. &c. ¶Aliā opinionē etiā refert Sco. quæ est Henri. de Gandauo, quę dicit cū prima, carnē traductā ab Adā esse de veritate naturę humanę. Sed addit ꝙ nutrimentū cōuertitur in ipam hoc modo: quia aīa nunc incipit informare ipam. Vna enim aīa totū informat. Hanc etiam impugnat Sco. ¶Alij alias ponūt opiniones: quoꝝ quidā tenēt materiā non esse de quiditate rei, & illi facile possunt saluare idētitatem tōne formę manentis immutatę. Sed illa opinio est falsa intelligendo per quiditatē omne id qd est de essentia rei: vel pars essentialis rei. Quomodo enī diceretur cōpositū ex materia & forma, si materia nō cēt pars essentialis cōpositi? Hinc Ockam. q. xj. quarti, notat ꝙ quiditas rei accipitur primo ꝓ oībus quę sunt de essentia rei, quę faciunt vnū per se. Et illo mō quiditas est vnū cōpositum ꝓcise ex materia & forma, quæ sunt partes essentiales cōpositi, & de eius quiditate. Et si aliquid dicitur de humanitate hac, & non de homine illo, vel de humanitate & homine, est propter inclusionē alicuius syncategorematis ex vsu loquēdi in ly humanitas, & non in termino hō, ratione cuius aliquod horum de vno dicit & nō alterū. Christus enī est homo & non humanitas, vt supra in tertio. Alio modo accipit quiditas ꝓ forma vltima specifica, & sic distinguitur ab eo cuius est quiditas. Pars enim essentialis cōpositi non est compositū. In separatis vero idem est quiditas cū eo cuius est quiditas, vt quidā loquuntur. Sic anima separata est eadem cum seipsa, cum sit sua quiditas. Tertio accipitur pro definitione quidditatiua, & sic quiditas puta definitio, nō est eadē realiter cū eo cuius est quiditas, puta definito. Et hoc secundū opinionē dicentium ꝙ conceptus habent esse obiectiuum in anima & nō subiectiuū. Definitio enī non est definitū, licet pro eodē supponant. Hinc secundū eūdem, vbi est alia & alia materia in aliquo successiue, est quędam distinctio realis inter idē & seipm vno tpe & alio tempore tōne materię quę nō semp manet eadē, nō rōne formę quę semp manet eadē. ¶Ponētes materiā nō esse de quiditate cōpositi facile saluāt idētitatē resurgentiū ꝓpter idētitatem formę specifice quę manet eadē ante & post. Dicūt enī sufficere idētitatē formę, vt idem hō. Præterea dicūt: materia de se, nec est quid, nec quale, nec quātum. vij. Metaph. Nec tamē est nihil, nec negatio, nec priuatio, sed pura potētia susceptiua formarū, & priuationū &c. Ad idē Aug. xij. confessio. cap. viij. Palu. q. j. ar. j. & Durañ. q. j. ¶Alij ponētes materiā esse de quiditate cōpositi, adhuc sunt inter se multū differētes. Quidam enī vt habet Ockam vbi supra, dicūt. Ex quo partes principaliores, puta aīa & forte cor, manēt eędē, dicit idē numero manere. Si enī (inquit) cor tāgit, statim moritur aīal. Sed tunc in illa parte nō posset fieri augmētatio vel diminutio, quod videt habere dubiū. Itē maior est idētitas in hoīe aucto & resurgente ad seipm prius viuū & nō auctū, q̄ sit vnitas cuiuslibet aīalis bruti augmētabilis ad seipsum post augmentationē & ante: quia partes materiales fluunt, & similiter formales cū sunt extensę in brutis. Et sic dicentes etiā facile saluāt multa. Nec habēt ꝙ incōuenienti dicere ꝙ aliquid tunc inerit in resurrectione qđ nunq̄ infuit in vita. Aīa enī sola meruit & demeruit &c. nō corpus ipm, ideo nō oportet ꝙ idē redeat. ¶Alij alias ponūt opiniones, q̄ cum nūc tactis ex parte magna diuinat. Est enī resurrectio miraculosa & infallibiliter futura: quō vero futura sit de⁹ nouit. Ea ergo q̄ dicunt, possibilitatē aliquā p̄ se ferunt nō necessitatē. ¶Tertio notādū secundū Durañ. q. ij. & Palu. q. j. ar. ij. Aliqua dicūtur ptinere ad integritatem humanę naturę tripliciter. Primo tanq̄ ea sine quibus nō pōt esse hō, sicut materia & forma. Sine his qdē nō est homo, nec hūana natura, ex his vero con functis & vnitis resultat humana natura. Et neutrum illorū proprie dicit resurgere scđm Palu. & Durañ. quia neutrū eorū cecidit, resurrectio vero est eius qđ cecidit. Cum enī homo moritur, manēt materia & forma, quorū quodlibet est ingenerabile & incorruptibile. Nullū ergo illorū ꝓprie cadit. Sed homo cecidit, ergo resurget, secūdū illū doct. hō. Nec ptinet ad resurrectionē ꝙ ꝓcesserit annihilatio vel corruptio partiū. Attamē illo nō obstante potest dici scđm ꝓdicta, resurrectio corporū: quia illa resumūt vitā cū vniuntur aīabus suis, & ita possunt dici resurgere corpora: quia totus hō ex materia & forma cōpositus reuiuiscit qui prius fuit mortuus, & quia reuniuntur materia & forma prius disperſa & separata in morte vt illi dicunt. ¶Secundo, tanq̄ ea quæ pertinent ad integritatem hominis seu naturę humanę, sed tamē sine eis potest esse homo. Sic manus, pes, & similia membra pertinent ad essentiam hominis seu ad eius totalitatem & integritatem. Vltra hoc enim ꝙ dicūt cōpositum ex materia & forma rationali, connotant aliquid aliud, vtputa aliquam qualitatem seu formam accidentalem, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca



situm, sine quibus nō haberent illam denominationē. & sic supponunt ꝙ corpore de substantia. Si autem vt quibusdā placet habēt manus, pes, & similia membra organica formas diuersarū rationum & substātiales, nō potest homo esse sine eis. Non enim potest esse sine forma vegetatiua, sensitiua, & intellectiua, siue sit vna siue plures. Si autem differunt solū in cōnotatu accidentali: potest homo esse sine eis. Sic ergo loquendo resurget, secūdū Durā. bonus & btūs in omni integritate, & quā pri⁹ habuit, & quā habere debuit si defecit mēbrum aliquod. & per consequēs beatus resurget non orbatus. Ratio secundū eā est: quia btūs habet quicquid vult, sed quilibet naturaliter vult corporis sui integritatē. Item gloria p ficit naturā. Sed de malis dicit, non oportet ꝙ resurgant corpore integri si prius fuerūt orbati & vitiati. Secus si prius nō fuerunt corpore vitiati quia tunc resurgent integri corpore. Ita sentit ille doctor. Alij vero aliter sentiunt: dicēdo ꝙ oēs resurgent corpore perfecti. Annectunt pro ratione. Non enī minus perfecte saltē quo ad mēbrorum integritatem precise resuscitabit hominem q̄ primum eum condiderit quantum ad ea præcise quę pertinent ad naturā: secus de gratuitis. Quod ergo integritatis naturæ est precise, videt in omnibus reparandū & corrigendū in resurrectione. ¶ Tertio modo aliqua pertinent ad integritatem hois nō intrinsece, vtputa quia partes essentiales & adequatę hois, aut quia partes aīatę corporis aīati: sed solum extrinsece, vt quę pertinent ad ornatū hois, aut decentiam solum, & nō sunt aīata. Et sub illo modo cōprehendūtur accidentia, & qualitates accidentales pariter & humores qui sunt in hoīe, sine quibus secundū cōem cursum naturę, natura humana non subsistit. Et hmōi hūores cholera scilicet & sanguis &c. in omnibus resurgētib⁹ bonis & malis etiā reparabūtur in resurrectione pro perfectione & cōsummatiōe humanæ naturæ, put optima hois (maxime in naturalibus perfectis & nō orbatis) dispositio requirit, secundū illum doct. ad ornādum hoiem & ad exercendū naturales opationes perfecte, tā etsi earū vsus ibi nō erit. ¶ Quarto notandū secundū Sco. ꝙ ad veritatē humanę naturę pertinent nō solū partes essentiales cōpositi, substātialis materia, s. forma specifica vltima, sed etiā alię formę substātiales, si quę sunt, aut fuerūt i hoie. Itē partes nō tātū heterogeneę: sed & homœogeneę caro ossa. &c. ex qb⁹ heterogeneę cōponunt. Et breuiter quicquid in hoie fuit informatū aīa rationali, vel per se aliquid hmōi aīati. ¶ Quinto supponit hic quicquid sit de dictis philosophorū gētiliū. Qz per potentiā diuinā infinitā potest id qđ oīno corruptū est ꝙ naturā, vel annihilatū prorsus idem numero reparari.

¶ Quantum ad articulum secundū D

est cōclusio prima. Quicūq; resurrexit aut resurget cū fiet gñalis mortuoꝝ resurrectio, resurrexit aut resurget idē numero. Probat auctoritate scripturę. Iob ca. xix. In nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circūdabor pelle mea, & in car. me. vi. de. sal. meū. Quē visur⁹ sum ego ipse & oculi mei cōspecturi sunt & nō alius. Vbi btūs Grego. lib. xtiij. moraliū inquit. Resurrectio dici nō pōt vbi nō resurget qđ cecidit. Patet ex quid nois resurrectio dist. precedē. Hinc ait Iob. Ego ipe. In carne mea. In pelle mea. vt idēttatē resurgentis apertis vocibus fateat. Falsa eñ esset illa cū inquit. In nouissimo die de ter. sur. sum. si nō resurgeret idē numero, sed alius. Cōtra quod dixit. Quē visurus sum ego & nō alius. Ad hoc. j. Corin. xv. Et Greg. Fatemur carnē nostrā post resurrectionē futurā & eandē & diuersam. Eādē p veritatē: diuersam p potentiā. Erit eñ palpabilis: quia nō amittit essentiā veracis naturę. Et iterū. Si post resurrectionē palpabile nō erit, ꝓfecto alius surgit q̄ moritur, & quod nefas est credere, quia ego morior & ali⁹ resurget. Et ita ex verbis Iob secundū expositionē bti Greg. habet idētitas resurgentiū numeralis. Quo mō, an secūdo vel tertio, dicetur. Pro illa cōclusione facit San. Tho. q. j. quęstiū. j. in corpore quęstiōis, cū loquit cōtra errorē cuiusdā Eutichij episcopi Cōstātino politani, assumēdo verba bti Gre. vbi supra, ꝙ nō pōt dici resurrectio nisi aīa ad idē corpus redeat: qa resurrecto est iterata surrectio. Etiusdē aūt est surgere & cadere si debet dici resurgere, & resurrectio magis est corporū q̄ aīarum immortalium. & ideo si non est idē corpus qđ aīa resumit nō dicet resurrectio, sed magis noui corporis assumptio. ¶ Scda cōclusio. Btitudo tā corporis q̄ aię pueniēs ex resurrectiōe nō tollit idētitatem numeralē resurgētis cū sese vtuēte in mortali carne. Probat vt supra: qa resurrectio nō mutat naturā eētialiter, sed solū accidētaliter. Manet eñ essentia veracis naturę, sed addit gloria quędā accidētalis differētia, naturā nō varias in eēntia: sed saluās i gloria. Nec obstat dictū Pauli. j. Cor. xv. Nō corp⁹ qđ futurū est seminas, sed nudū granum. Vbi ap's cōparat mortē seminationi, & resurrectionē pullulationi. Nā ad rōnē similitudinis nō requrit oīmoda similitudo, sufficit aliqualis. Vñ ad ꝓbandū ꝙ qui resurget resurget idē numero quantū ad substantiā, sed habebit aliā qualitatē inducit exemplū de grano seminato, qđ proiicit in terrā, & ex eo surgit aliud granū eiusdem speciei actione naturę, cum alio tamen ornatu: quia primum nude proiectum est: secundū reuiuiscit



cū flore. Si ergo hoc potest natura, a fortiori dē⁹ resuscitabit mortuos in eadē specie & identitate numerali salua priori substantia cū alia gloria & cōditiōe glorioſa. Et ita nititur Apostolus ibi ꝓbare identitatem numeralē resurgentiū ex identitate grani pullulantis actiōe naturę, cū prius fuit tectū simplici theca. Seminat eñ corp⁹ mortale & resurget idē numero spūale. Sed ex quo materia manet eadē & forma specifica, mutatio formarū accidētaliū nō facit diuersitatē in numero, sed resurget idem numero. De hoc infra artic. iij.

E ¶ Tertia conclusio: quā disputatiue solū offero maioribus examinādam. Tametsi pleriq; doctorū, ꝙ nō q̄quid fuit vere aīatū aīa intellectiua, vel per se aliqd aīati, resurget in resurrectiōe, potest tamē ꝓbabiliter oppositum teneri. Prima pars est Altisio. San. Thom. Sco. Tho. Argen. Richar. Ockam, & aliorū, & ꝓbatur sic. Illud nō resurget in hoīe, quod corpus ipm posset difformare & excessiue magnū & iproportionatū reddere. xxij. de ciui. cap. xix. &. xx. Sed si totū illud resurgeret quod vnq̄ fuit iformatū aīa intellecti ua, vel per se aliquid hmōi aīati, corpora redderētur nimis magna. Maior patebit infra, & minor videtur esse manifesta. Nā si quęlibet pars carnis in qua saluari pōt species & nomē carnis, spectat ad naturę humanę veritatē, & quęcūq; vnq̄ fuit aīata, ex quo hō aliquis qui nūc est multum corpulētus pōt fieri macer & rursus impinguari, excederet corpus illud in resurrectiōe multū debitā quātitatē, & haberet quātitatē penitus indecentē & indebitā humanę naturę in resurrectiōe glorioſa. cōtra Augu. vbi supra. capit. xix. Quę parua sunt corrigent (Alij libri habēt pratua) & qđ min⁹ est q̄ decet, vnde creator nouit inde supplebitur: & quod plus est q̄ decet, materię seruata integritate detrahet. Hinc inferunt illi: ꝙ de partibus pertinentibus ad veritatē humanę naturę dū hō viueret i terris, tot resurgūt in eo quot sufficiūt ad integrandū pfectā & debitā corporis hūani quātitatē ad quā puenire pōt aut potuisset semoto omni errore & impedimēto circa triceſimū annū. Tūc manet dubiū: quę ergo ps resurget? Et cur illa: nō alia? ¶ Secūda pars ꝓbat. Quādocūq; dātur duę aut plures positiones in materia theologica, quarū neutra est sufficienter elucidata & clare in textibus fundata quin possit exponi, sed nec improbata, vel piarū auriū offensiua, illa videt prę cęteris eligēda & tenēda quę textui & rationi plus alludit, & veritatē quę quęritur explanat. Positio oppositā primę parti conclusiōis: scilicet ꝙ in hoīe resurget quicqd vnq̄ fuit in eo aīatū aīa intellectiua, vel per se aliquid aīati, est hmōi, igit cōsequētia bona. Et si ꝑ cętera eligenda & tenenda: ergo tenenda. qa cōparatiuus ꝑsupponit po



grauitas pro statu illo: quia grauitas nō est corpori necessaria: nisi vt moueat ad locum suū naturalem pro eius conseruatione: sed in statu illo erit cōseruans deus, & dotabūtur dote impassibilitatis. hæc ille. q. vij. Nec pōt ex hoc inferri q; corp⁹ beati quiescat in cęlo violēte cū habet grauitatē elementarem inclinantē ad centrum. Nam scdm Sco. dist. xlix. q. xiiij. ibi sunt duæ potentię subordinatæ naturalitas & violentia negatiue. i. non naturaliter, accipiuntur simplr scdm portionē supiorē, vt supra de dote ipassibilitatis, & scdm qd scdm inferiorem. Et patet de sensu tactus & gustus q naturaliter delectare tur circa suū obiectum & sensibile. Et tamen in beatitudine dimissis illis sequitur inclinationē agentis superioris & nobilioris: puta dei & voluntatis conformis diuinę volūtati. & tñ ibi nō sunt violēte, sine suis act⁹. sic graue ascendit sursum ad p̄cauēdū vacuū. Vñ naturali⁹ corpori glorioso pfici ab agēte supiori & nobiliore, puta ab anima, & q; fiet eius perfectibile, & q; moueatur motu cōpetenti animæ q̄ q; moueat suo motu, ꝓprio attētiuo. Et ideo scd; suā inclinationē naturalē naturę supioris qęscit naturaliter, & scdm quid innaturaliter. Ideo nobili⁹ & naturalius est ei moueri scdm potentiā superiorem, & ex consequēti non cum fatigatione, nec cū pœna. Nā fatigatio est diminutio potentię motiuę ex repassione quę non habet locum in beatitudine propter dotem impassibilitatis. ergo &c. ¶ Quarto sequitur ex illis q; dos agilitatis non est æqualis in omnibus, sed maior & minor scdm merita singulorū. Et licet Augustinus dicat vt supra, Protinus vbi vult spīritus, ibi erit corpus, tamē cum nō possint aliquid indecens & indebitū velle, non volēt sese moueri æqualiter, stante etiam vigore naturali æquali: sed quilibet prout meruit. Erunt eīi volūtates eorūdem regulatissimę. ¶ Quinto sequitur. corpora beatorū non possunt moueri a loco in quo sunt contra suam voluntatē. ¶ Sexto sequitur. dos agilitatis corporū post resurrectionem non est propter qualitatem supnaturalē redundātem formaliter & fluentem, vt dicunt, in corpus ab ipsa anima: quia talē non oportet ponere; vt in corollario: sed sufficiūt p̄dicta. ¶ Septimo sequitur. Cum dicitur corporū beatorum esse par celeritas, intelligitur quātum ad ꝓportionem meritorum cuiuslibet: quia eorum motus agilitatis fit a deo in omnibus agilitatis dote, quasi iperceptibiliter, licet differenter ꝓ meritis, nec tam subito cęteris paribus attingunt locum distantem sicut propinquum. Hinc quidam dicūt eos moueri in instanti, idest valde celeriter prout deo placuerit. Ita habet Durañ. q. vij. ita q; pro illo instanti qd determinauerit volūtas, pro illo erit ibi corpus motum a deo agilitatis dote. ¶ Octauo sequitur. ad quēcūq; locum corpus beati moueatur dote agilitatis, non erit ibi violente, nec contra inclinationē naturalē. Patet auctoritate Aug. de vera innocentia. §. cclxxxiij. dicētis. Hoc est natura qd fecerit deus &c. ¶ Si quęrit aliquis: an aīa beati corpus suū possit naturaliter mouere cum effectu, non solum organice, sed etiam nō organice. Est autē mouere organice scdm Ockam. q. v. quarti. primo mouere partem vnā, & post mediante illa aliam, sicut fit i motu animaliū progressiuo pulsiuo tractiuo. Mouere nō organice, est mouere totum & ptem æque primo: sicut angelus in assumpto corpore qui est totus in toto, & totus in qualibet pte: vt motor in mobili, nō autē vt pfectio: quo modo anima est in corpore qd informat. ¶ Ad dubium videtur affirmatiue respōdere Sco. & Palud. Probatur scdm Palu. Nō enim minoris potentię respectu corporis erit anima tūc q̄ nūc sit. Sed modo pōt corpus mouere organice, ergo & tunc. Ad hoc videt facere ascensus Christi in cęlum, quem nubes suscepit: non ex eius indigentia, sed ꝓ diuinitatis & humanitatis reuerentia. Nam scdm illū doctorē, dicitur quasi pedetentim ascendisse p aera: sicut adhuc mortalis pedib⁹ ambulabat sup aquas. Matth. xiiij. & Marci. vj. Ad hoc videt facere scriptura. Act. primo, & Lu. vlti. Sic veniet quemadmodū vidistis eū euntem in cęlum. Et Aug. epła. cxlvj. ad Consentiū, iuxta principium. Sic corū est cum iret i cęlum deductus aspectibus. Ad hoc Hugo Postil. Actuū primo i greco habetur. Et cum in cęlum intuerentur eunte illo. idest intenderent in cęlum quo ibat. Sic veniet quēadmodum vidistis eū euntē in cęlū. exponit Hugo virtute ꝓpria. Quantū vero illa virtus motiua organice sit actuata in beatis, tum ex virtute naturali potētię motiuę, tum ex optima mobilis ad motum illum dispositione, tum ex impedimentorū remotione non agilitatis dote, qui potest diiudicet. ¶ Secunda ps probatur scdm Sco. dist. xlix. q. xiiij. Quia anima separata potest mouere seipsam, & non organice, quia caret organis: ergo habet aliam potentiam motiuam a priori, vel potest modo alio mouere. Et si potest se mouere anima separata nō organice: ergo & corpus suū. Prēterea nisi anima posset se mouere, esset impfectior corpore suo: qd potest moueri de loco, q̄uis nō libere nec progressiue. Itē hoc conuenit angelo, q; potest se mouere & corpus cui assistit, non organice: ergo non est negandū ab anima separata. Item post resurrectionem corpora volabunt, & non deficient: ergo

in anima est virtus motiua, etiam non organica respectu sui corporis. ¶ Ille rationes tñ non cogunt, sed sunt dubię. Cū enim dicitur q; anima separata potest se mouere nō organice: ergo & corpus suū: Hoc nō est ꝓbare, q; ideo corpus suū potest nō organice mouere. Nec valet simili tudo de angelis: qui ex natura quo ad motū localem multa possunt q̄ nō possunt animę separatę: cū sint in naturalib⁹ pfectiores. Pręterea in resurrectione non erit alia & noua virtus motiua animę ꝓter eā quā nūc habet respectu corporis. sed illa nō est nisi organice mouere corpus. ideo corpus habet mēbra in multa determinata ad hūc motum. Item natura hoīs resurrectione nō mutaꝫ nisi accidētaliter & beatifice: ergo si nō potest mō corpus mouere, nisi organice, & alibi &c. Itē sicut nūc corpus viuificaꝫ organice solū, ita & tūc pars post ptem, & p ptē. Verum sicut animę attendit impassibilitas & agilitas ꝓpter suū meritum: ratione cuius Deus eam mouet, & ab oī lęsiuo custodit: ita q; illud qđ est effectiue a deo solo, etiam attribuitur animę: Ita forte diceret aliquis q; anima mouet corpus suum non organice deo id efficiente dote agilitatis &c. Ockam vbi supra dicit. Anima non potest mouere corpus suū nō organice, nisi sit definitiue in loco, & partes non sint extra se inuicem. Exemplum dat de corpore Christi in Euchari stia, vbi est nō quātum. Rationē assignat, quia anima non est in corpore sicut motor in mobili sed sicut perfectio in perfectibili. ergo ei non competit corp⁹ mouere sicut angelo: qui est vt motor in mobili. Præterea ad hoc q; aliqd moueat organice, requiritur q; primo mouet vnā partem, & post alteram, & q; inter illas partes sit distantia. Et hoc solum est quādo corpus est circunscriptum in loco. Hinc concludit q; anima Christi in cęlo potest corpus suum mouere organice, & solum sic. Et ita ī cęlo post resurrectionem corpora nō mouebūtur ab anima nisi organice, quia circūscribunt locum. Q; si allegāt ꝓ rationē bonam corporis ad motū dispositionē statui illi congruentē: transeat. Sed per hoc potentia motiua animę non est alia q̄ prior fuerit. Et ratio pōt assignari natura rei & corporis habitudo: quā status beatitudinis non mutat, sed saltuat. Hinc dicit Scot. de impassibilitatis dote q; supremus angelus p solū imperiū volūtatis suę nō potest impare actionē alicui⁹ causę naturalis. Causę em̄ corporales nō obediunt angelis ad nutū quātū ad actionē & alterationē earū. Et in q̄stiōe de dote claritatis, dicit. Nulla qualitas actiua, q̄ est p̄cise corporis, subest aię impio. Et iterū. Nō video q; aliqua actio naturalis subsit volūtati creatę. Nulla em̄ volūtas creata pōt impedire actionē ignis ne agat in materiā debitā approximatā. Hęc ille. Ad idē est Aug. lib. ij. de mirabilib⁹ scripturę. c. iiij. de Iosue, ad cuius p̄ces dñs fecit cęlū stare. & cap. xxxiiij. Manualis sui. Ergo etiā ī ꝓposito istū ordinē naturalē mouere corpus organicū nō organice, cū ptes sint cōmēsuratiue in loco quē deus instituit, aia suo impio mutare nō pōt, nisi forte ad illū intellectū q; aia volēte corpus suū sic mouere ī tēpore breui deus mouebit ipm totū simul: & nō ptē post ptē vel vnā post aliā, ꝓpter meritū aię dū adhuc in terris eēt. Alias nō videt q; aia beati posset suū corpus mouere cū effectu organice & nō organice. ¶ Itē cū dī q; volabūt, & nō deficient, nō est verū ad literā. Volare em̄ nō est nisi habētiū alas Sed exprimit̄ p hoc magna agilitas ac si volarēt. Et cū dī Isa. xl. Assumēt pēnas sicut aquilę: currēt, & nō laborabūt: ambulabūt, & nō deficiēt. sermo est hypholicus, quia velocissime mouebūt, ac si haberēt pēnas vt aqla &c. ¶ Circa ista sunt dubia. Q̄ d est ipfectiōis, nō debet attribui corporibus beatoꝝ. sed agilitas est hmōi. ergo. Cōsequntia bona. Maior manifesta est. Minor ꝓbaꝫ. Oīs motus est ꝓpter indigentiā: & vt sic, est actus entis impfecti. Beati vero nō indigēt tali vel tali loco. scđm Aug. vt supra. c. xlv. de Cog. verę vitę. Nec beatitudo cōpatit alicuius indigētiā nec impfectionē: qa est status oīm bonoꝝ aggregatiōe pfectus, scđm Boe. Pręterea si mouerent, violēte mouerent. Probaꝫ: qa cū mouent localiter vadūt a loco cęlesti sibi maxime volito & summe cōueniēte. & ita locū illū dimittēdo violenter mouentur. Pręterea motus nō est sine tpe, sed ibi nō erit tps, vt iurauit angelus Apoc. x. per viuentem in secula seculorum, dicens. Tēpus amplius nō erit. Pręterea beati scđm merita erūt approximati Christo: ergo ꝓpinqores nolūt ire ad loca distātiora ab eo, nec distātiores poterūt esse ꝓpinquiores, qa nō meruerūt esse ꝓpiquiores deo. ¶ Ad primū: Illa maior pōt hr̄e multiplicē sensum. Videt. n. ꝓbabile dictu oēm rem mūdi citra deū esse in potētia ad pfectionē aliā, scđm Sco. de dote agilitatis: & Aug. de vera innocē. §. cclxxxiij. Nō tñ istud arguit ꝓprie impfectionē in aliquo cū illa pfectio non est ei ꝓtūc, vel vt sic debita. Pōt ergo cōcedi q; corpora beatoꝝ cū mouent, tēdūt ad quādā pfectionē extrinsecā qua carēt: puta terminū mot⁹: & quatin⁹ carēt illo possunt aliquo mō dici impfecta. Verū hoc nō impficit ꝓprie mobile, nec aiam: sed quodāmō pficit: cū ꝓ sua volūtate vult esse iā ibi, iā alibi ad laudādū diuinā magnificētiā. Cū dicit ad ꝓbationē, oīs mot⁹ est ꝓpter aliquā indigētiā: Licet mot⁹ naturalis sit ꝓpter aliquā indigētiā: secus de motu volūtario & libero qui



sępe fit ex causa rōnabili, & ex pfectiōe: & nō fit propter naturalē necessitatē, saltē nō oportet. Cū subiungit̄: oīs motus vt sic, est actus entis impfecti: pōt negari. Licet em̄ verū sit de motu ad formā acquirēdā, ita q; sit alicuius qđ est scđm quid impfectū: tñ non oportet cōcedere de motu ad vbi, sicut de motu cęlesti de angelis & substātijs sepatis. Sunt em̄ entia pfecta, & suo motu locali nullā acqrūt intrinsecā pfectionē. Itē ꝓ nūc beati nō habēt oēm pfectionē accidētalem, ideo ꝓ sua libertate & volūtate possunt q̄nq; accidētaliter perfici etiā ex loco & ꝓmiū acciden tale augere. Pōt aūt in gñe oē id dici impfectū scđm qd, qđ natū est aliqd acqrere etiā solū denoiatiōe extrinseca, & p ꝓdicationē, quo nūc caret, sed ex hoc nō est ipfectū simplr. Beatitudo vero nullo bono caret sibi ꝓ tūc debito. ¶ Ad aliđ neget q; mouet violēte: qa ab agēte supiore & a motore intrinseco, & ipm passum est oīno in potētia obediētiali ad vtrūq; motorē intrinsecū & extrinsecū. ¶ Ad aliud, dicēdū q; nō erit tunc tēp⁹ scđm Sco. quia nō erit aliqs vn⁹ motus primus vniformis. i. non erit mēsura gñalis oī; motuū & opationū. Scđm Durā. nō erit tēpus qđ est passio primi motus, sed erit tēpus qđ est mora cōtinua, & successiua motuū q; tunc fient. q. vij. Aug. lib. xj. Cōfes. c. xxiij. Tempus nō est aliud nisi distēsio motus, & sic cuiuslibet mot⁹ ꝓpria distēsio dicit̄ sua mēsura. Et sic pōt hr̄e duplicē mēsurā motus. Vna pōt dici tēp⁹ ꝓ priū: Alia tēpus cōe. Et sicut daꝫ locus ꝓpri⁹ & loc⁹ cōis, sic & tps ꝓpriū, & tps cōe scđm Simplicių sup lib. Prędicamētoꝝ. Tēp⁹ cōe est mēsura motus celestis. Tps ꝓpriū est mēsura intrinseca & cuiuslibet mot⁹ ꝓpria distēsio. Idē vbi supra c. xxiii. vbi disputat cōtra aliquos doctos dicētes dūtaxat mot⁹ syderū solis ac lunę eē tpa: & ñ oī; corpoꝝ neq; animi, ait. Si cessarēt cęli, luna, & mouerēt rota figuli, adhuc esset tps quo metiremur hmōi gyros. De his ifra dist. xlviij. q. ij. Ockā in. ij. q. xij. dicit. Si nullus prim⁹ motus esset, nō eēt tps qđ idē esset cū motu reali mēsurās alios motus iferiores. Et sic intelligūt doctores nō eē tps post iudiciū: sed tñ bene pōt mot⁹ esse i aia mēsurās alios motus, vl̄ actu existētes vel possibiles. & sic fuit tpe Iosue. Iosue. x. Nihilomin⁹ p motū imaginatū posset qs mēsurare mot⁹ iferiores. Et hoc mō (dicit) Beati mēsurabūt dānatoꝝ pœnas post diē iudicij scđ; magis & min⁹ p motū imaginatū. Hęc ille. ¶ Ad auctoritatē Apl̄i. dicit̄ q; non intelligit̄ q; tps simplr cessabit, sed quātū ad virtutē hęresis Arianę. q̄ deiceps nō erit. ¶ Ad aliđ de approximatiōe: dicēdū. Beatos moueri ad loca ꝓxima ora vel remotiora, intelligit̄ duplr. Vno mō cū priuatione loci prioris ac obiecti beatifici, ita q; nō possint reuerti ad ipm. Alio mō, qa pñt esse vbi voluerūt sine carētia visionis dei, eūdo & redeundo p beneplacito. Et isto scđo mō cōsequentia nō est vera, tāetsi primo mō pōt cōcedi. Sic videmus in regno terrestri familiares sępe mutare sua loca, saluo merito cuiuslibet ꝓ rerū expeditione. Ita etiā ꝓ iucunditate & dei laude sine carētia obiecti beatifici clare visi, volūt q̄n q; esse ibi, q̄nq; alibi. Nō sunt itaq; nolētes si vadunt illinc vel istinc ꝓ sua voluntate, nec visio Christi scđm humanitatē eos beatificat essentialiter, sed scđm diuinitatē. Ioā. xvij. Hęc est vita æterna &c. ¶ Si q̄rit̄ an aię possunt sua corpa mouere ī instāti post resurrectionē: dubiū id q̄rit p̄cise de potētia intrinseca motiua aię, nō de extrinseca, q̄ est ꝓ dotē agilitatis. Sed de hoc ī ij. colle. dist. ij. q. iij. Oīs em̄ motus q; est de extremo in extremū ꝓ mediū, necessario est in tpe & cū quadā successione, sed oīs motus quo aia beata motrix sui corporis mouet ipm, est hmōi: ergo. Cōsequntia bona. Maior ꝓbaꝫ scđm Durā. & Palu. quia est de rōne medij vt talis, q; ipm prius attigat a mobili q̄ aliud extremū. v. Physicoꝝ. Prius aūt & posterius nō sunt nisi in tpe. Minor ꝓbaꝫ, quia virtus creata nō pōt cursum nature imutare. sed de rōne mot⁹ localis est scđm naturā, q; fiat de termino ad terminū ꝓ mediū. Sed hoc cōsistit in qd noīs motus &c. ¶ Si replicaꝫ, Nihil resistit corpori glorioso ꝓpter ipassibilitatis dotē: alias affligereꝫ. sed in vacuo si esset, ꝓpter nullā resistētiā fieret motus scđm aliquos in instanti: ergo & hic. De isto ꝓblemate: an aliqd vel angelus posset moueri ꝓ vacuū: est Ockā. q. vj. primi Q. dli. ¶ Quātū ad ptē tertiā ar. ij. Videndum erit de dote claritatis. Circa quā notādū q; nomē clar⁹, diuersas inuenit hr̄e acceptiones. Q̄nq; clarū dr̄ qđ est lucidū: et clarus. i. luminosus siue lucidus. & ita opponit̄ suo cōtrario qđ est obscur⁹. Q̄nq; clarū dr̄ qđ oīno patēter & manifeste claret hoīs cognitioni. & sic dr̄ clara veritas, q̄ est euidētię vel scientię, aut ꝓpositionis p se notę, q̄. f. seipam manifestā facit: & clarū est qđ seipm manifestat. Scot⁹ vult q; claritas est q̄dā refulgētia, & addit sup lucē & colorē manifestationē sui. Ali⁹ qđē liber habet sic. Claritas est q̄dā relucentia sup id qđ lucet. i. colorē, & addit quādā manifestationē eo mō quo dicimus clara dies, clara veritas, clara intelligētia. Vnde vero venerit illa diuersitas exēplariorum in materia de beatitudine Scoti, nescio. Videt mihi liber scriptus plus redolere stylū Scoti in hac materia, & de beatitudine: q̄ impressus. Clarū etiā q̄nq; valet. i. pspicuū, vt vitrū dicit̄ clarum. Licet sit cōe dictū, q; corpora beatoꝝ ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca



bebũt dotem claritatis post resurrectionẽ. Verũ quomõ erunt clara, diuersitas est vt dicẽt. Insup refert loqui de claritudine corpoꝝ cõplexionali et de dote claritatis. Dos.n. claritatis p̃cise corresp̃odet merito tali vl' tali: qđ meritũ claritudi nẽ ꝓ cõplexione tali vel tali hoĩs illi⁹ correspõdẽte forabit & cõtempabit vt illã cõdecet cõplexionẽ. Ita videt & Scotus tenere. Claritas.n. naturalis p̃cise & absolute nõ est dos. ¶ Vñ ponit M hęc cõclusio gñalis ab oĩb⁹ acceptata, & Prima pro illo articulo. Beatoꝝ corpora erũt post resurrectionẽ clara. Hęc conclusio demõstrari nõ põt, sed auctoritate & scripturę & sanctorum ꝓbari. Matth. xiij. Tũc iusti fulgebũt sicut sol i regno patris eoꝝ. Tunc iquã post iudiciũ. Et Sap. iij. Fulgebũt iusti. Et. j. Cori. xv. Seminat in ignobilitate, surget in gloria. Et Daniel. xij. Fulgebũt sicut splẽdor firmamẽti. Itẽ Philip. iij. Reformabit corpus nostrũ cõfiguratũ corpori claritatis suę. Glo. i. assimilabit corpori illius i claritate quã habuit in Trãsfiguratione. Et subiungit cuius virtute hoc fiat, dicẽs. Scđm opationẽ virtutis suę: qua posset etiã subijcere sibi oĩa. Glos. Et nõ solũ corp⁹ reformare. Ad idẽ Matt. xvij. Resplẽduit facies eius sicut sol. in sua trãsfiguratione: qua scđm oẽs doctores, voluit prę figurare gloriã resurrectiõis suę & nostrę. Et ibi Glo. Quia nõ habebat clari⁹ cui cõparet faciei ipsi⁹ claritudinẽ, ideo iqt. Sicut sol. Ad idẽ Mar. ix. & Luc. ix. Et habet Lyra Matth. xvij. q illa claritas tũc ostẽsa fuit claritas glorię scđm essentiã, nõ quantũ ad modũ. qa scđm aliquos, beatitudo iportat pmanẽtiã. Illa aũt claritas erat p modũ passionis trãseuntis. & nõ pmanẽtis. Ideo nõ dicit dos corporis, q̃uis fuerit eiusdẽ rõnis cũ dote glorię. Et scđm p̃dicta ei nõ cõuenit definitio dotis: qa nõ data fuit post resurrectionẽ &c. Sic. j. Corin. xij. dicit Paulus solũ i raptu fuisse beatus, nõ pmanẽter. Ad idẽ est Aug. lib. Meditatiõn. i Hymno de gl'ia paradisi. c. xxv. &. c. xxxiiij. in Manua. Aci de Cog. verę vitę. c. vlt. dicit. Vltimus i regno cęloꝝ vt sol fulgebit: qui tũc septies clarior erit q̃ nunc: & in hac claritate tãtũ quisq; ab alio ꝓ meritis differt quãtũ stella a stella in claritate differt. Sequitur. Nos aũt oẽs tãtũ corpus Christi in claritudine excedet, quã tũ creator creaturas trãscẽdit. Ad idẽ videt facere facies Moysi q̃ appuit cornuta. Exo. xxxiiij. Exponit Glo. & ẽ Origenis. i. fuit glorificata q busdã radijs splẽdoris quos human⁹ visus ferre nõ poterat. Hi radij, pcedebãt i altũ quasi cornua. Hos Paulus vocat gloriã vultus Moysi. ij. Cori. iij. Et vt qdã libri habẽt in Hebręo legit. Et nõ cognouit q cornuta esset lux faciei suę. ¶ Scđa cõclusio gñalis. Accipiẽdo clarũ ꝓ eo qđ est sui ipsius pfecte intus & extra prout oportet manifestatiuũ, tãq̃ habẽs cõsummatã puritatẽ nature speciei suę, sc̃dõꝝ corpa erunt post resurrectionẽ clara. Ita habet Palu. dist. pũti. q. v. & Durãd. q. viij. Qualitates em̃ eorundẽ q̃ visui obijciunt, erũt pfectissimę ex prius dictis, siue sint color, siue lux, & sese bñ manifestãt: nec habẽt aliqd i puritatis admixtũ. Apoc. xxj. &. xxij. Cũ. n. beati sunt, habẽt qcqd volũt, & nihil indecẽter volunt. Volũt ergo esse tales vt statui eoꝝ ꝓtũc cõgruit: instar capitis ecclesię, qđ electos cõfigurabit claritati corporis sui. Itaq; cõgruit & decet, vt scđm ꝓmissa Christi fulgeãt sicut sol & sicut stellę &c. De hoc loquit August. de Ciui. dei. c. xxiiij. &. xxx. ¶ Sed tunc stat nodus quõ fiat illa luminositas & claritas luminosa. Durãd⁹ & Palu. vident velle q̃ claritas in beatis erit dupli ci via. Vno mõ ex incidẽtia siue refulgentia radioꝝ solis aut alioꝝ corpoꝝ luminariũ, vel corporis luminosi super corpora gloriosa veluti polita & tersa valde. q̃ claritas est plus vel min⁹ magna, scđm q̃ corpus est plus vel minus politũ & tersum. Cõstat vero vt ipsi loquunt, q̃ beatoꝝ corpora erunt multum tersa & polita: ꝓpter qđ ex icidentia corporis luminosi fulgebũt maxima claritate, sicut nunc est videre cum sol ꝓiecit radios in chalybẽ aut metallum vel ferrũ tersum & valde politũ. Et sic videt illa opinio ponere aliqua luminosa in cęlo empyreo, vel ptes cęli luminosas: ex quarum icidẽtia causabit hmõi claritas. Vel forte q̃ sol aut stellę locũ illũ irradiabũt: licet i Apoc. dicat. c. xxij. Nõ egebũt lumine lucernę, neq; solis: quoniã dñs deus illuminabit illos. ¶ Alia via est scđm aliquos, q̃ claritas nõ solum est ex refulgentia vel incidentia alicuius alieni corporis, sed ex reali & ex vera luce inherente realiter & subiectiue corporibus gloriosis hoc mõ. Sicut lux est intrinseca qualitas solis vel alterius corporis luminosi, sic claritas est intrinseca qualitas corporis glorioſi. Illã qualitatẽ dicunt esse immediate a deo effectiue. non em̃ anima de sui natura potest eã producere. Et si dicit esse ex redundãtia beatitudinis animę, illa redundãtia nõ est defluxus realis: sed meritum aię potest esse causa q̃ a deo ꝓducit ad volũtatẽ aię. ¶ Cõtra ista arguit Durã. q. viij. & post eũ Palud. Illa claritas beatoꝝ non ponit nisi propter oblectare visum, vt videtur. sed color lõge plus oblectat q̃ luminosum corpus. Exẽplum: Facies hoĩs bene colorati longe pl⁹ oblectat visum q̃ sol aut corp⁹ luminosum, dato etiã q̃ visus ide nõ lędatur. Prętera scđm eos difficile est videre quomõ lux intensa, & color qualis in beatis scđm hãc opinionẽ ponitur (quia erunt sicut sol) possunt simul stare. Nõ



tamẽ negãt illi doctores quin deus possit talem claritatẽ dare corporibus glorioſis. Scđm Sco. claritas nõ videt esse alia q̃ perfectio coloris cõuenientis corpori glorioſo scđm suã cõplexionem naturalem, & meritum pſonale. Siue em̃ fiat sermo p̃cise de dote claritatis, siue de beatoꝝ claritate in genere: comitãte eoꝝ cõplexionem naturalẽ: nõ oẽs beati habebunt eundem colorẽ: nec scđm eundem gradum coloris: quia cõmensurationes coloꝝ sequũtur cõmixtionẽ primarum qualitatũ. Ideo scđm diuersas cõplexiones alios & alios habebunt colores, & etiã diuersos gradualiter, tum ratione cõplexionis, tum ratione meritoꝝ. j. Corin. xv. Stella a stella differt in claritate. Vbi Apostolus de resurrectione loquens singuloꝝ gloriam pro meritis distinxit scđm Augustinũ. De qua i genere & sub cõmuni vocabulo rei oĩbus cognitæ Christus locutus est, dicens Matth. xiij. Fulgebunt iusti sicut sol. Paulus vero beatorum claritudinẽ nomine stellarum inter se differẽtiũ claritudine exprimere voluit, vt intelligi possit meritoꝝ & pręmiorum differentia. Et ita scđm illum doctorem claritas erit in beatis, quia eoꝝ corpora habebunt colorem scđm optimã & vltimã perfectionem conuenientem cõplexioni huius corporis pro meritorum diuersitate scđm magis & minus, ita q̃ meritum illã claritudinẽ intendet & augebit prout illi corpori sic complexionato conuenit. Et si corpus beati est etiã capax lucis, & nõ tãtum coloris, talismodi ponitur dos claritatis. ¶ Ex illis dictis colligit ꝓ diuersitate opinionũ. Primo, q̃ corpora beatoꝝ erunt clara, quia habebunt pfectã sui manifestationẽ, tum ex relucentia & refulgentia seu incidentia quadã corporum luminosoꝝ super ea tãq̃ tersa & politissima, vt quidã volunt, tum per superadditionẽ nouę lucis receptæ realiter i corpore glorificato, tum ex perfectione coloris cõuenientis eisdem scđm gradum cõplexionis & meritoꝝ, tum ex perfectione coloris & lucis inexistentis si eoꝝ corpora sint capacia coloris & lucis, ita q̃ illa possunt esse simul in eodem. ¶ Sequit secundo q̃ color eoꝝ dicitur clarus, quia manifestus: & perfectus, quia optime qualificatus & pro natu
N rali habitudine & meritis ꝓportionatus, & qa valde lucidus scđm aliquoꝝ sententiã. ¶ Tertia conclusio. Beatoꝝ corpora non solum erunt pfectissime colorata, sed & lucida. Patet ex Augustino. xxij. de Ciuita. c. xix. coloris positio. Suauitas quãta erit vbi iusti fulgebunt vt sol? Omnis enim pulchritudo est partiũ congruentia cum quadã coloris suauitate? Et in medita. de gloria paradisi. Immo cum vnicuiq; sit diuersum pro labore meritũ clari, viuidi, iucundi &c. Possunt enim se compati in eodem color & lux saltem deo vtrũq;, vel alterum in subiecto apto nato ꝓducẽte. Secus de causa effectiua creata. Probatur scđm Durã. & Palu. Nam istud sic fieri nullam includit contradictionem quo ad agẽs increatũ puta deum, & ex parte susceptiui vt potentię obedientialis est nulla repugnantia formalis. Probat. quę scđm naturã possunt stare simul vtroq; vel altero stãte in gradu remisso suæ speciei, possunt virtute diuina simul stare in eodem subiecto vtroq; existente in gradu intẽsissimo suę speciei. sed lux & color possunt p naturã stare in eodẽ subiecto vtroq; vel altero existente in gradu remisso suę speciei: ergo virtute diuina efficiente possunt stare simul in eodem, in gradu intẽsissimo suę speciei. Cõsequẽtia bona. Maior patet, quia illa quę sunt diuersarum specierum & cõpatiuntur se in eodẽ in aliquo non habẽt formalem oppositionem: quia formalis oppositio seruatur in toto ambitu speciei. Quę autem non habent formalẽ oppositionẽ possunt scđm totum ambitum speciei simul esse virtute diuina, quia nullã includit contradictionem, loquẽdo de formis diuersarũ specierũ. Ad hoc videt esse Ockam. j. dist. j. q. iij. vbi tenet probabiliter q̃ ignis de potentia dei absoluta est susceptiu⁹ frigiditatis. Ad hoc Sapien. vlti. Ignis in aqua valebat vltra suã virtutẽ: & aqua extinguẽtis naturę obliuiscebat &c. Nam etsi deus quandoq; per elementa mirabilem operatur actionẽ: per hoc tamẽ eoꝝ harmonia & virt⁹ ac qualitas naturalis nõ tollitur. Et in. ij. q. ccxxxiij. dicit: q̃ tãta videtur esse repugnãtia inter gradus remissos formarũ cõtrariarũ, quãta inter gradus excellentes &c. Minor ostendit scđm Duran. quia in noctilucis stant simul lux & color, vt apparet ad sensum. Noctiluca em̃ in die videt ꝓ colorẽ, & nocte ꝓ lucem, vel scđ; lucẽ, vt apparet ad sensum. ergo corpa btõꝝ nõ solũ erunt colorata, sed & lucida & lucẽtia. Lux em̃ decus aut decor est vniuersę fabricę mũdi. Color vero suauitatis pulchritudo est oĩs mixti terminati. Cũ autẽ qcqd pfectionis est in alijs corporibus eis naturaliter cõpatibile: etiã erit in corporibus beatoꝝ ꝓ differẽtia meritoꝝ dote claritatis: ergo erunt & colorata & lucida. Et illã duplicẽ pfectionẽ dicit dos claritatis vt videt. Verum de hoc problemate, An lux p se in differẽtia sit color, & quõ color dicit obiectum visus adæquatũ, alibi videndum. Sufficit hic q̃ obiectũ visus ponit color vel lux: scđm Petrũ de Aliaco in de aia. Quid vero dicat lux aut lumen, & quõ differãt, habet in. ij. col. dist. xiij. Q̃ autẽ res aliquę apparẽt & vident noctu & nõ die & econtra vt oculi cattoꝝ seu lupoꝝ,

quidã vermiculi, & lignũ putridum &c. ex eo
eſt: non q; ſenſus decipiat in iudicio ſuo pro-
prio: ſ; q; licet res ſũt vere coloratę, & habẽt quã
dam lucem cõnaturalẽ, ſed debilẽ, tamen ſi ſup
lucidũ aut lucem cadat lumen alienũ, ſaltẽ ma-
ius q̃ ſit lumen propriũ, impedit ipſum ne ſaltẽ
diſtincte videatur. Lumen eñ maius offuſcat
minus: & ita in die eorũ lux non terminat tunc
viſum: in nocte vero quia deficit lumen ſuffi-
ciens ad actuandũ colorẽ vt terminet viſum (et
ſcd̃z aliquos ad multiplicãdũ ſpecies viſibiles)
ideo color non apprehenditur per ſe, ſed lux re-
miſſa & debilis viſum immutat. ¶ Quarta cõ-
cluſio. Color & lux ſcd̃m ſe nõ repugnãt nec ex
parte ſuſceptiui: ſed ex parte agentis creati non
increati. Prima pars eſt plurimorũ doctorũ. Ait
Durã. Lux & color nõ requirũt neceſſario oppo
ſitas diſpoſitiones in ſubiecto abſolute, ſed per
comparationem ad cauſam naturalem effectiue:
quæ nõ poteſt lucere vel colorem cauſare in ſub
iecto niſi mediãtibus aliis q̃ reſpectu coloris &
lucis ponunt cõtrarias diſpoſitiones. Hæc ille
q. viij. Qz autem non repugnent ex pte agentis
increati, vt ſupra cõcluſione. iij. dictum eſt: pro-
batur: quia deus ſua virtute diuina poteſt in eo
dem corpore beati ponere & cauſare colorem &
lucẽ: cũ ad hoc nec ſit repugnantia ſubiecti nec
cõtrariũ illarum. Efficiens vero creatum nõ po-
teſt colorem & lucem cauſare in ſubiecto, niſi ad
hoc rite diſpoſito. Diſpoſitiones vero lucis &
coloris ſunt contrarię. Siquidẽ ſuſceptiuũ lucis
eſt opacũ & denſum. Suſceptiuũ luminis eſt per
uiũ & diaphanum ſeu tranſparens. Suſceptiuũ
coloris eſt dẽſum & perſpicuũ terminatum. Vel
vt qdã dicũt: Color eſt extremitas perſpicui in
corpore teriato: Lux ẽ extremitas pſpicui in cor
pore nõ terminato. Poſito itaq; q; ſint diuerſarũ
diſpoſitionũ: & per conſequẽs nõ poſſunt ineſſe
eidem per virtutem naturalem agẽtẽ: tamẽ vno
inexiſtenti per virtutem naturalẽ, poteſt aliud a
deo cauſari in eodem ſubiecto virtute ſupnatu
rali. Sic eſt in propoſito. Color ineſt naturaliter
ſcd̃m habitudines cõplexionũ: claritas vero &
luciditas a deo effectiue p diuerſitate meritoꝝ
ſingulorũ, et ideo nõ requirit neceſſario diſpo-
ſitionẽ colori contrariã. Et ſi q̃rit̃: qd horũ vi
debitur? reſpõdetur ſcd̃m Dur. vtrinq; immuta
bit viſum propter bonã oculoꝝ diſpoſitionem
ad videndum lucidũ irreuerberatis oculis, nec
vnũ aliud offuſcabit: ſed illuminabit & manife
ſtabit. Forte melius eſt dicere q; per dotem cla-
ritatis, quia meruerũt videre & videri in ſua cla
O ritate. ¶ Quinta concluſio. Licet beatorum cor
pora erũt poſt reſurrectionem nedum colorata
ſed & actione diuina lucida: attamen probabile
eſt dictu q; nõ erunt cum hoc proprie peruia &
tranſparentia: niſi cum quadã ſoliditate huma-
no corpori propria. Prima pars eſt concluſio ter
tia & quarta. Secunda oſtendetur. qd̃ eſt proprie
peruium & tranſparens in natura ſua nõ termi-
nat viſum. Exẽplũ de aere & igne in ſphęra ſua.
Hic nõ impedit videre cęlum &c. Beatoꝝ vero
corpora videbũtur i cęlo, & terminabũt viſum:
per cõſequẽs naturalem habent denſitatẽ, cũ oĩs
ipuritatis & defectuoſitatis ſublatiõe. ¶ Poſſet
tamẽ dici q; illa denſitas corporalis & naturalis
ſubtiliata prout condecet ſtatũ corporis glorioſi
non ipedit quin omnes harmonię totius corpo
ris quę nũc latent, tũc intrinſecus & extrinſecus
pateſcẽt per cuncta diſpoſitę, vt mentes rationa
les in tãti artificis laudem rõnabilis pulchritu
dinis delectatione aſſurgant. ſcd̃m Aug. xxij.
de Ciuit. c. vlti. Siquidem inter omnia corpora
heterogenea mixta humanũ corpus pulchri-
tudine & viuacitate ac partiũ congruentia præ-
cellit. xxij. de Ciuit. dei. c. xxiiij. ¶ Pręterea illa
corpora habebũt oſſa ſolida, neruos, carnes po
roſas, & cętera mẽbra optime qualificata, prout
anima humana maxime p ſtatu illo i ſui opti-
ma diſpoſitione requirit. Et ſi ponũtur ibi pori
minutiſſimi (quos beatorum oculi poſſunt pe-
netrare ad videndum interiora) licet non po-
ri pro ſudore quod imperfectionis eſt: non po-
teſt negari, quia conditio pfecta carnis & naturę
humanę reqrit hmõi poros. ¶ Sed ni fallar fru
ſtra ad hoc cõfugiũt, ſic dicẽtes. Nã ſcd̃m beatũ
Auguſtinũ de Cog. verę vitæ. c. xlv. oẽ ſolidũ
erit corpori Sctõꝝ penetrabile: ſicut & corp⁹ do
mini lapide clauſo ſurrexit, & ianuis clauſis in-
troiuit. Et ſcd̃z beatũ Berna. Homil. iij. ſup Miſ
ſus eſt. angelicis ſpiritibus parietes non obſi-
ſtunt, ſed cũcta illis viſibilia cedũt: cũcta ęque
compta, quãtũlibet ſolida vel ſpiſſa penetrabi-
lia ſunt eis ac puia. Q d̃ etiã doctores cõiter at-
tribuũt animabus ſanctorum & corporib⁹ glo-
rioſis: vt dicẽ. Et ita ſe volentes videre vident
intus & extra, vt dicetur. Verum poſſet aliquis
imaginari. ſicut deus poteſt idem ſubiectũ face
re coloratum & lucidum: ita etiã radiatiuum &
luminoſum ſeu fulgidum producendo in ipſo
formam perfectiſſimam & intenſiſſimam pro-
ductiuam luminis radioſi. Et tunc ita perfe-
cta lux ponitur ſeu producitur a Deo virtute
diuina in diaphano & puio: ſicut in opaco. Per
conſequens, ita vere radiant & fulgent in dia-
phano, ſicut in opaco. Hæc Palu. Nec tamen ſic
agere naturam immutat coram deo: cui hoc eſt
natura qd̃ fecerat. ſcd̃m Auguſti. in de vera in
nocentia. §. cclxxxiij. Si enim ignis in aqua va
let ſupra ſuam virtutẽ & aqua extinguentis na-



turæ obliuiſcitur. Sapientię vltimo. cur nõ po
terit deus cõſimile quid operari in corporibus
beatorum vt luceant & illuminẽt radioſe: vt ſal
uentur multę ſcripturę. Dicitur enim in Apo. c.
xxj. Lucerna eius erit agnus. Exponit Hug. Id
eſt Chriſti humanitas continens diuinitatem
erit lumen omniũ, etiam quo ad corporum illu
minationem. Et ſic etiam poteſt ſaluari dictum
beati Gregorij ſuper Iob, lib. xviij. §. cxv. cum
dicit. Quantalibet ſancti perſpicuitate & clari-
tate fulgeãt. Et ante hũc. §. ſic inquit. Qz̃uis ſan
cti omnes tanta claritate fulgeant, tanta perſpi-
cuitate tranſluceant. Itẽ. §. cxv. Ibi vniuſcuiuſq;
mentem ab alterius oculis membrorum corpu-
lentia non abſcondet, ſed patebit animus, pate-
bit corporalibus oculis ipſa etiã corporis har-
monia. Et. c. xlv. vt ſupra de cog. ve. vi. Erũt tũc
illa corpora, vt ſol perſpicua. hui⁹ eñ corporis
tanta eſt claritas quanta eſt ſpiritus. Non enim
eſt hoc corpus animæ oneri: ſed decori: tantũq;
ſolem excellit quantũ ſol in claritudine corpus
noſtrum pręcellit. Sol enim corpus eſt inſenſi-
bile: & q̃uis immutetur tamẽ nũq̃ viuificabit̃.
Corpus autem nõ erit & ſenſibile & ĩtellectuale.
Igitur quantum ſpiritus intellectualis differt ab
aere inſenſibili, tãtũ differt pręclara claritas illi⁹
corporis a claritate ſolis. Et. c. ſequeñ. Vltimus
in regno cęlorꝝ vt ſol fulgebit. Matth. xiij. Qui
tunc ſepties clarior erit q̃ nunc. Exponit Glo. fi
nitum p infinito. Eſa. c. xxx. Vtinam videre cõ
tingat, qd̃ ratio apprehendere nequit de ſancto
rum gloria. Hęc ſciẽtia nõ eſt huius vię, ſed pa-
trię. ¶ Corollarie ſequitur: citra aſſertionẽ. Si-
cut virtute diuina poſſunt a Deo in eodẽ ſubie
cto poni color & lux non obſtante q; requirunt
in ſuo ſubiecto ſcd̃m communem curſum natu
rę varias diſpoſitiones: ita eadẽ virtute poteſt
in eodem ſubiecto eſſe lux intenſiſſima & gra-
tiſſima, oculis omnia interna manifeſtãs: & per
conſequẽs radiatiua, patet ex allegatis. ¶ Corol
larium ſecundũ. Beatorum corpora poſſunt eſſe
clara, colorata, lucida, irradiatiua, luminoſa ſi-
mul & perſpicua, non naturali ſed virtute diui-
na efficiente, ſalua humanę naturæ ſubſtantia.
Nec obſtãt hic miracula: cũ tota hominis reſur-
rectio & beatificatio &c. dici poſſet miraculoſa:
ſed neq; gẽtilũ dicta diuinę magnificẽtię cõſtri
ctiua. Ad hoc Dañ. xij. Qui aũt docti fuerint,
fulgebũt quaſi ſplẽdor firmamenti &c. Splẽdor
dicit. Et licet cõmuniter dicaẽ q; corpus in quo
predominaẽ terra, nõ poteſt eſſe lucidũ propter
obſcuritatẽ elemẽti pdominãtis: ſicut ẽ videre
in igne noſtro, ſed non in ſphera ſua: ibi eñ eſt
tranſparẽs & nõ impedit aſpectũ cęli. Sed ignis
noſter in materia aliena eſt opacus. Vnde nõ cõ-
tingit p cũ videre parietem, niſi ſit multũ ſubti
liatus & paru⁹. Item in ſphęra ſua lucet, ſed nõ
illuminat. In flamma vero illuminat ppter opa
citatem. Attamen nõ oportet illud dictum eſſe
verũ cũ ſublata eſt oĩs impuritas & obſcuritas,
& data claritas. Ita eſt in ppoſito. De hoc infra
de innouatione mũdi. ¶ Circa hęc alia oriunt̃ p
dubia. Primũ, vtrum corpus glorioſum poſſet
videri ab oculo nõ glorioſo. Secũdũ, vtrũ poſ-
ſet ſuam claritudinẽ occultare ne videatur. Ter-
tium: a quo cauſatur illa claritas, ab anima an a
ſolo deo. ¶ Ad primũ aliquid dictum eſt diſt.
pręcedente. q. ij. cõcluſione. ij. Et nõ poteſt abſo-
lute dari reſponſio, niſi pro diuerſitate opinio-
num tactarum de dote claritatis: ſecundũ quas
aliter & aliter venit dicẽdum. vtputa ſi ſint tm̃
colorata, vel colorata & lucida. Itẽ & irradiantia
&c. Et refulgentia vt ſol: quẽ aſpectus noſter in
firmus irreuerberatis oculis intueri non poteſt
vt eum intuitiue cognoſcat: licet poſſet eius
pręſentiam apprehẽdere. Si ergo vltimus in cę
lo fulgebit vt ſol ſcd̃m Aug. vt ſupra. & Matth.
xiij. quem nunc clare intueri non poſſumus: er-
go nec alicuius beati corpus oculi noſtri poſ-
ſunt in via permanenter & fixe intueri ſine re-
uerberatiõe, vt aquila: ſed ſolum percipere. Sic
& in tranſfiguratione diſcipuli Chriſti claritа-
tem perceperunt non permanenter viderũt. Si
vero eſt ſermo de oculo mẽtali & pro ſtatu futu-
ro, in quo anima non indiget corporis miniſte
rio, puto q; damnati in iudicio viſuri ſint clari
tatem beatorum corporum, vt infra dicetur.
¶ Ad ſecundũ, videtur probabile dictu nõ eſſe
in poteſtate naturali animę & corporis glorioſi
vt nõ videatur ab aliquo viſuo debite approxi-
mato, & non impedito ac medio diſpoſito.
Nõ eñ poteſt volũtas creata prohibere actionẽ
naturalẽ cuiuſcũq; agentis vt ſupra niſi per poſi
tionem alicuius prohibentis impedientis, aut
ſublationem paſſi. Hinc (vt qdã volũt) neceſſa
rio videtur, viſiua potẽtia beati diſpoſita, & nõ
impedita. Sed quia meruit ſpecialem aſſiſten-
tiam dei pro ſua deo conformi voluntate vult
deus ſuſpendere actionem claritatis, ne immu-
tet viſum ad volũtatem beati: & dicit̃ ſe occul-
tare ne videatur. ſicut dictum fuit de dote im-
paſſibilitatis. ¶ Ad tertium, dicendum aliter &
aliter prout per dotem claritatis aliud & aliud
intelligitur. De eo an claritas Chriſti reſurgen
tis immutauerit viſum diſcipulorũ & aliorum
vel non: & cur ſic vel ſic apparuit: patuit. q. ij.
pręcedentis diſtin. de argumẽtis reſurrectionis
Chriſti allegatis. ¶ Forte diceret aliqs cũ Aug.
xij. de Ciuita. dei. c. xxiiij. Nihil in corpore hu
mano conditum eſt a deo qd̃ non habeat etiam

decoris locum: vt nesciat quis an in eo cõdẽdo maior sit vtilitatis habita ratio q̃ decoris. Hoc omniũ patens visio & cognitio distincta p laude & magnificentia tanti opificis accedente pfectione informatiua qualitatum pro statu patrię debitarum cũ coloris suauitate iucũdissima: visum summe oblectãte, & subiectũ perficiẽte ad nutũ animæ p meritis vię &c. beatoꝝ claritas potest dici actiue & passiue. Valeat quantũ põt, donec Christũ videamus indutũ pulchritudinis decore: & amictũ lumie sicut vestimẽto &c.

¶ Cõsequenter videndũ p quarta pte huius articuli secũdi de subtilitatis dote. ¶ Est aũt dos subtilitatis ius quoddã corporis glorioſi ,pueniẽs ex meritis & pactione diuina, vt supra ar.j. ad esse simul cũ alio non glorioso corpore in eodẽ vbi scdm beneplacitũ animę illius nõ ex se effectiue, vel sua naturali virtute, sed diuina assistẽte. Vnde sicut perfectio animę alicuius beati est habere ius ad gloriã: ita perfectio corporis glorioſi est posse coexistere corpori nõ glorioso ad nutum volũtatis animę. Et sicut patuit de dote impassibilitatis, q̃ nõ est de ratione dotis q̃ sit quid intrinsecum corpori: sic de dote subtilitatis similiter dicendũ q̃ nõ habet causam intrinsecam corpus glorioſum ponentẽ cum alio corpore nõ glorioso in eundem locum: hoc est, nõ est forma inhęrens corpori: scdm Durã. q. v. sed est qd extrinsecum assistẽs corpori glorioso &c. Nec etiam hoc est p carẽtiam alicuius ptis materię, sed p causam exttinsecã, voluntatẽ. ſ. diuinam, dicitur dos illa esse in corpore vt supra. Et licet virtute diuina etiã possunt duo corpora nõ glorioſa esse in eodẽ loco, cum tñ id non competit eis ex meritis & pactione diuina, & p manenter, & post glorioſam corporum resurrectionem: ergo non dicitur dos. Et q̃uis corpus nostrum etiã possit esse cũ glorioso: hoc tamen non est specialis perfectionis: ideo nõ dicit dos scdm Scot. Nec etiã datum est ius eis (licet possit dari a Deo) ad esse cum glorioso corpore ad libitum animę sicut cũ non glorioso. Cum ergo anima nõ ita habet potestatem sup corpus glorioſum, sicut sup non glorioſum: ergo vnũ conceditur nõ reliquũ. Præterea in beatis saluabitur debitus ordo, qui requirit distinctionem: ergo vnus nõ vult esse in loco alterius. ¶ Nũc respõdendum est ad dubium. Conclusio prima. Subtilitatis dotem habebũt beatorum corpora post resurrectionem. Probatur. j. Corin. xv. Seminat corpus animale: resurget spirituale. Exponit Dam̃. c. vlti. Quãti. Ideſt subtile, qa ianuis clausis intrauit &c. ¶ Secunda conclusio. Dos subtilitatis non est qualitas absoluta inhęrens corpori glorioso: sed ius ipi debitus a Deo vt informatur ab hac anima beata, ad coexistẽdum in eodem loco cum alio non glorioso corpore pro libito animę suæ. ¶ Tertia conclusio. Possibilitatem essendi cum alio corpore non glorioso in eodem loco, habet corpus glorioſum ex tribus: scilicet a Deo effectiue: ab anima merito rie, & a voluntate liberi arbitrij aliquo modo determinatiue. Patet ex dictis: & silitudine. si rex me volente p̃cise daturꝰ eẽt alicui florenũ, & nõ alias: Rex esset causa doni illiꝰ principalis & effectiua: & tñ ille homo diceret hoc donum habere per me vel mei intuitu. Consimiliter dos subtilitatis habet causam triplicem, effectiuam deum, meritoriam animam, determinatiuam liberum arbitrium. Sic de alijs dotibus. ¶ Dubium est de simultate corporũ, tã quo ad potentiã naturalẽ q̃ diuinam absolutam. Circa quod diuersę reperiuntur doct. opiniones. Sunt qui dicunt hoc simplr esse impossibile quacum q̃ potẽtia. Alij hoc attribuũt diuinę: sed non creatę potẽtię. Circa qd omissa recitatione opinionũ hęc ponit cõclusio catholica: quã ẽt tenet S. Tho. Q dli. j. ar. xxj. & xxij. & S. Aug. c. xlv. de cog. verę vitę. vt ar. p̃cedẽte habeꝫ. & Palud. dicit eã plus cõsonam scripturę quantũ ad supficiem literę. q. iij. huius dist. et sitr Durãd. q. vj. Non implicat cõtradictionẽ duo vel plura corpora siue glorioſa siue nõ glorioſa. aut quorum vnũ est glorioſum, aliud non glorioſum, esse simul in eodẽ loco, definitiue aut circũscriptiue: realiter & p̃tialiter ac virtute diuina. Probaꝫ, qa si esset ad hoc aliqua repugnãtia, vel illa se teneret ex pte substãtiarũ vel dimẽsionũ: vel q̃litatũ vel vbi, aut situs. ex sufficiẽti inductione. Sed nullũ horꝝ impedit. Nõ substãtiarum vel dimẽsionũ, quia quãtitati & similiter substãtię, nihil est cõtrariũ. Nec qualitatũ, quia dato q̃ sint contrarię, quia tñ sunt in diuersis subiectis, nõ sunt cõtrarię, nec repugnant in diuersis locatis. Nec ex pte vbi vel situũ, seu scdm alios respectuũ ad locũ: qa nõ repugnat diuersos respectꝰ fundari i diuersis fundamẽtis, ad eundẽ terminũ. Sic de loco similiter dicẽdum. Si diceret aliquis, tã etsi non sit repugnãtia & ipossibilitas formalis quanti ad quãtum: vel dimensionis ad dimensionẽ, tamẽ est virtualis, & quo ad effectus. Hoc nõ cogit: quia illa impossibilitas quãti ad quãtum ad esse simul in eodem loco non est nisi sicut causa essendi sine suo effectu naturali, vt Sco. loquitur. Hoc est: ,puenit ex eo quia causa non potest esse sine suo effectu naturali. Verum cũ illa causa se tenet in genere causę efficientis, potest eius effectus a Deo suspẽdi. Potest enim Deus quãlibet rem in esse conseruare, suspenso eiꝰ naturali effectu: maxime si hmõi effectus



dependet a tali re in genere causæ efficiẽtis. Cum enim causa est prior suo effectu, & oñe prius naturaliter deus potest conseruare sine posteriore nõ est impossibile quantum esse cum quanto, & quãtum sine effectu suo, qui est replere locum aut repletio loci: ita vt aliud corpus in eo loco esse non possit. Sed q̃ ille effectꝰ se tenet ex parte causę efficientis facile potest deduci. Videtur enim esse simile de calore: cuius effectus qui est calefacere, potest a Deo suspẽdi: vt in tribus pueris. Ita & repletio loci a quanto, ne aliquid ibi esse possit. Erunt ergo duę dimensiones respectu eiusdem situs: & per consequens duo corpora possunt esse simul. Hoc. n. nihil addit vltra illa corpa & locũ nisi indistantiam. Præterea non aliũde repugnat duo corpora esse simul in eodem loco, nisi quia vnũ aptũ natum est replere locum & occupare ipsum: & sic repellitur aliud. & ideo repleto loco per vnum nõ potest aliud intrare. Sed sublata causa repugnantię quę est repletio effectiua loci, seu in genere causæ efficientis, tollitur repugnantia: ergo si vnum non replet locum, potest aliud simul esse cum eo: vt arguit Tho. Argen. Præterea resistere alteri corpori in eodem loco est actus naturaliter posterior corpore resistente, & in genere causę efficientis: ergo potest a Deo suspendi: ergo potest quęcunq; corpora in loco ponere, præter hoc q̃ vnum alteri resistat. Antecedens probatur: quia dimensiones corporis sunt causa resistẽtię vniꝰ corporis respectu alterius in eodem loco. iiij. Physicorum: et p consequens erunt naturaliter priores tali resistentia, & independẽtes ab ea, & possunt poni sine ea. Potest enim deus rem naturaliter priorem conseruare in esse sine quocunq; posteriori ab ipso realiter differente: maxime si talis non sit prima potentia. Nec opus est vt nos omnia ea ingenio capiamus, quę diuinę potẽtię sunt subiecta & possibilia secundũ Aug. ad Volusia. Dicimus deum aliqd posse, & nos intelligere non posse. Item ad id qđ est simpliciter impossibile nulla est potentia actiua: sed ad hoc vt duo corpora sint simul est potẽtia actiua, vt fide tenemus: ergo nõ est simpliciter impossibile. Maior negaꝫ. Minor probatur. Christus natus est clauso matris vtero, secundũ communẽ sententiam doctorum & sanctorum: resurrexit clauso sepulcro: intrauit ad discipulos clausis ianuis. Corpus cæleste est indiuisibile: qđ pertransibunt. & forte pertransierunt cũ Christo ascẽdente sanctorum corpora. Vnde Iob. xxxvj. Cæli solidissimi quasi ære fusi sunt. Et secundum alios corpus Christi est in altari cum quantitate panis: quæ secũdũ eos dicitur manere. Item Christus creditur pertransisse nubes sine earum cessione vel diuisione. ¶ Nec credo hic locum habere quandam nouitatem quã refert Durand. q. vj. & Palu. qua admittitur auctoritate fidei virginitatẽ esse & fuisse in virgine glorioſa ante & in & post partum. Non tñ ob hoc oportet concedere duo corpora fuisse simul in eodem loco. Sed nitũtur hoc factum defendere eo modo, quo Augu. de ciuitate dei lib. xxiiij. cap. xxvj. ostendit quemad modum in statu innocentiæ mulieres concepissent & peperissent virgines, non membri corruptione sed dilatatione viscerum seminalium. Nã non videtur illa dilatatio esse de mẽte sanctorum: nec virgini Marię attribuẽda quæ fuit vtiq; hortus conclusus ac signatus, & porta clausa: vt habet Fran. Mar. in floribus super Aug. vbi supra. & Glos. Luc. ij. Hug. & Lyra. Et si qui sanctorũ vtputa Ambrosius & Athanasius dicunt virginis vuluã apertam fuisse, intelligitur non quantum ad diuisionẽ: sed quo ad productionem fructus. Sic Geñ. tertio dicitur Deus aperuisse vuluã Rachel, quę dudũ fuit apta per carnis diuisionem: sed hic aperuit eam quo ad fructus productionem. Item Geñ. xx. concluſit dñs omnem vuluam Abimelech. i. nõ dedit fructum &c. Cũ ergo quidam dicunt vterum illum apertum fuisse, potest intelligi. i. ad modũ apertionis effectiue se habuit: quia ita vere Christus deus & homo inde venit in mundũ clauso vtero, & p clausum vterũ natiuitate tẽporali, ac si more aliarũ fœminarũ aptꝰ & cõfractꝰ fuisset. ¶ Videt cũ reuerẽtia ista fictio eẽ cõtraria scripturę. Ad qđ eñ dixit lex Leui. xij. & Lu. ij. Oẽ masculinũ adaperiẽs vuluã: Et Exo. xiij. & Nume. xviij. Loquit eñ Lucas communi more nativitatis, nõ q̃ virgo Maria sic vt ceterę mulieres genuerit filiũ scdm Bedã. Nec lex Christum ligauit, nec cõprehendit: quia non fuit natus more ceterorũ. qđ Moyses prescięs dixit, Oñe masculinũ adaperiẽs vuluam. Et loquit lex de masculino nato & concepto per apertionem clausti virginalis. Sed Nico. de Lyra, & beatus Bernar. ser. iij. de Purificatione Marię ꝓpterea excludunt Christũ. Facile cñ per locum a cõtrario colligi potest eẽ futurum masculinũ non adaperiens vuluã. quod fides Christo attribuit virginis Marię filio: & clausa porta ingressus est in mundũ natiuitate tẽporali. Ezech. xliiij. Vetat ergo catholica veritas nedũ vteri virgialis fractionẽ: sed & laxationẽ & aptionẽ: q̃ opponit clausurę. Cõceditur quidem ad sanum intellectũ q̃ vterus fuit apertus sicut aperuit infernum: non quidem frangendo ianuas, rumpendo &c. & dilatando ipsum: sed inde sua virtute recipiendo, quod ibi detentum fuit. Siquidem sua potentia diuina extra vterum se recepit in mundum: ita vere, ac si more aliarum fœminarum laxatus vel confractus fuisset. Fuisset etiam quædam blasphemia (vt videtur) virgini Mariæ, ita de clausti

eius apertione loqui: nisi doct. illi more regulari locuti fuissent: virginem nullo modo comprehẽdentes. Esto deniq; q; ita tunc facta fuerit laxatio genitalis membri sed non ruptio: hoc non est extendendum ad virginẽ Mariã. Ezech. portam clausam semp. Ad idem loquit Augu. de conceptione & seminatiõe sine ardore libidinis. de nu. & cõcu. li. ij. ca. xxx. & xxxj. Ita etiam Fran. Mar. in Floribus. ¶ Nec secundũ videt stare cũ subiũgit Durand. ex nullo sacræ scripturæ textu haberi q; Christus resurrexit clauso sepulcro: ideo assertio cõtraria nõ ꝓiudicat fidei nec scripturæ. Vñ dicta patrũ dicẽtiũ q; clauso sepulcro resurrexit, dicit pro opinione habẽda. Hoc dictum videt cõtrarium textui: & glos. Matth. xxviij. Fuit enĩ ad uolutus sepulcro magnus lapis, secundũ Matth. Mar. & Lucã: quẽ angelus in terræmotu reuoluit: non vt egressioni tanuas apiat: sed vt pãdat egressum iam factum secundũ glos. vt habet cõis sententia oĩm. Sed ad hoc respondet Durã. Res dicitur non fieri quãdo nõ innotescit: & quia nõ innotescit qñ lapis fuerit amotus & repositus: ideo dicit clauso sepulcro resurrexisse. Cõsimiliter respõdet de apertione ianuarum. Quia apertio nulli patuit: ideo dr̃ clausis ianuis intrasse secundũ tropũ scripturæ & clauso sepulcro resurrexisse. ¶ Nec tertium quadrat de Christi ingressu clausis ianuis ad discipulos. Concedit qdẽ Duran. hoc esse verum ad literam: sed non sequitur ex hoc q; ꝓ clausas tanuas. Potuit enĩ ꝓ fenestrã aut locũ aliũ intrare. Itẽ potuit diuina virtute corpus suũ occultare cũ voluit, & visibile facere cũ voluit, & ita alibi ingredi & cũ voluit se ꝓsẽtẽ exhibere. Itẽ poterãt ianuę subito claudi & aperiri: ita vt discipuli id nõ attẽderẽt. Item cum subest ei figura & quãtitas corporis potuit eam facere paruã constrictã & angustã: ita vt posset ꝓ rimã ianuę ea manẽte clausa ingredi. Subiungit. Conuenientius autem videtur ponere modum qui ab omnibus conceditur possibilis q̃ ponere modum qui ab aliquibus reputatur impossibilis. Q d̃ verũ est, qñ facile est ita verum sicut difficile intellectu: alias non. Non enim facilitas sed veritas acceptatur in fide: vt claret in sacramento altaris. Est enim plus facile dicere panis substantiam manere cũ accidẽtibus q̃ sola accidentia: sed est ecclesiæ determinatio in cõtrariũ. Præterea illa partiũ corpis coarctatio, & in formã angustã redactio quomodo stare potuit sine dolore & corporis imperfectione? Pręterea sic arctãdo corpus, res quanta contingenter esset quãta. Q d̃ negant. Item corpus gloriosum pari ratione non posset esse cum alio: cum vnum alteri cederet: et sic eis scandentibus in cęlum: cælum cederet & diuideretur. Et quid magnificentiæ afferret Christo: sic cum delusione ingressum fuisse ad discipulos? Immo ingressus talis appareret fraudulentus, delusorius, & forte mẽdaciũ &c. Insuper negari possent plura alia circa dominicam passionem & crucifixionem quę non sunt scripta. Ioan. vlti. ¶ Nec quattũ dictum ei⁹ valet cum dicit. Sãctis ascendentibus corpore ad cælum: cęlum cedet eisdem. Et si arguitur: Oñe diuisibile est corruptibile: dicunt diuisio nõ arguit corruptibilitatem, saltem illa quæ fit virtute diuina: sed solum facilitatem ad corruptionẽ: quia corpus diuisum in plures partes facilius corrumpitur q̃ integrum. & etiam diuisio supponit eam. Et ita secundum Palu. si cælum a Deo diuideretur in mille partes ꝓ hoc non corrumperetur: q d̃ tñ secũdum eum de cælo empyreo nõ videtur probabile. Hinc est de ascensu sanctorum corporum: sicut de volatu auium ꝓ aera quibus cedit aer. Ad q d̃ allegant id Saꝑ. iij. Sicut scintillę in arundineto discurrent. ¶ Nec quintum cum dicunt. Licet quãtitas Christi sit in altari tñ non est ibi localiter &c. Hæc facile possent impugnari: et q̃ Palu. rationes illas Durandi dicat valde difficiles, nec se posse ad ꝑsens respõdere ad eas: tamen consulit q; cõmunior opinio in contrarium sit tenenda. San. Tho. Quodlibet. j. ar. xxj. & xxij. dicit: q; corpori Christi attribuit a sanctis q; exiuit clauso vtero &c. virtute diuina. Notãter dicit a sanctis. Claret ex his sapienti q d̃ periculi affert sese alicui doctori scholastico ꝑ se dedicare & veluti matrimonium cum eo contrahere &c. Intelligit prędicta conclusio de simultate corporum in eodem loco, siue circũscriptiue, siue definitiue: seu cum vnum est definitum in loco, & aliud in eodem circũscriptiue, siue cum ambo circũscribunt locum: quia non est ratio diuersitatis virtute diuina: quia virtute creata hoc fieri non potest. Et sic intelligitur dictum Boe. j. de Trinitate cum inquit. Quoniã vnum duob⁹ nullo modo fingere possumus, scilicet virtute creata: secus est de diuina. Sic beatus Augusti. lib. xxj. cap. vij. de ciuitate dei: in ijs rebus quibus insolita aliqua ineſſe videtur contra naturam, naturam rei prorationem assignat, dicens hanc rationem esse breuẽ sufficiẽtemq;. Q̃ ergo in aliquibus penetratio dimẽsionum est possibilis (sunt enim in eodem lacte albedo & dulcedo) in aliquibus vero impossibilis per naturam: ratio potest esse natura rei. Sic q; deus quandoq; aliqua agit quę nõ sunt solita, non ideo est contra naturam. Dicimus enĩ omnia portenta esse contra naturam: sed nõ sunt. ca. viij. vbi supra. Et idẽ de vera innocen. §. cclxxxtj. Ponit etiã Durã. modũ alium. Sicut deus põt facere q; corpus Christi manens in cælo sit etiã in sacramento: absq; hoc q; vadat per medium. Sic potuit facere q; corpus suum quod primum fuit in vtero statim esset extra vterum sine trãsitu ꝓ vte-



S rum virginis. & in plerisq; locis alijs. ¶ Contra nunc dicta opponitur. Deo nõ est possibile neq; creaturæ q d̃ iplicat cõtradictionẽ, duo corpora ee in eodẽ loco est hmõi. ergo. Maior nota. Minor ꝓbatur auctoritate Boe. j. de trini. Varietas loci differentiam facit in numero. ergo per contrarium si sunt simul in eodem loco, sunt idem & nõ idẽ numero. ¶ Præterea quãtitas extẽsiua siue dimẽsio est causa formalis repugnantię essendi in eodẽ loco. Nam. iiij. Phy. dicitur. Dimẽsiones solę faciũt per se distare. ergo eis manentib⁹ nõ possunt non distare ista quãta: & ita implicat esse in eodem subiecto circũscriptiue duo corpa quãta. ¶ Præterea duo accidentia contraria non possunt esse in eodem subiecto: ergo nec duo quanta in eodẽ loco. Antecedens est Philo. iiij. Metaph. ¶ Pręterea in vno composito non est inuenire nisi materiã, formam, quantitatem, & qualitatem. Sed nec materia: nec forma, nec qualitates, sunt ratio formalis repugnãtię vni⁹ corpis ad diuersa vbi: ergo quãtitas. tenet cõsequẽtia ꝓ rõnẽ diuisiuã, & a sufficiẽti inductione. Antecedens notũ est in rarefactione & cõdẽsatione vbi sola quãtitas mutat. ¶ Ad primũ, cõcessa maiore negat minor. Ad Boethiũ dicendũ q; nullus locus: nulla deniq; accidẽtia faciunt indiuiduũ intrinsece. Posset enĩ esse corpus quẽadmodũ est de se: dato q; nullus sit locus, & q; illud corpus esset indiuiduũ: sed nũc nõ est corpus sine loco. Intelligit ergo auctoritas Boethij: varietas loci facit differẽtiam: arguitiue. i. ostẽdit nobis diuersitatem numeralẽ, & facit differẽtiã numeralẽ rerum nobis innotescere plus alijs. Dũ enĩ duo corpora sunt in eodem loco operatione diuina nõ possum⁹ id cognoscere cognitiõe naturali, nec corpora esse duo. Multa facit deus potẽtia supernaturali, q̃ nostrã fugiũt cognitionẽ naturalẽ. Negatur ergo vltima consequentia: quia cũ sunt simul potentia diuina sunt duo corpora & nõ idẽ corpus. ¶ Ad scãm respondet Sco. pręmisso q; est duplex repugnantia, formalis, & virtualis. Virtualis quæ est duntaxat quo ad effectus: sic repugnant causa naturalis, & oppositum sui effectus: vt dum alius effectus ab alio agẽte producitur in aliquã materiã in qua causa naturalis suum ꝓduxit effectũ. Formalis repugnantia eorum est, q̃ se cũdũ se & suos effectus opponunt. exẽplificat de albo & nigro. In ꝓposito inter dimensionẽ eiusdẽ loci, & diuersorũ corporum nõ est formalis repugnantia: qa nõ sunt in eodẽ subiecto dimẽsiones illę, sed i diuersis: qa corpora quoꝝ sunt illę dimẽsiones sunt diuersa: ergo inter se nõ repugnãt formaliter. Si ergo est inter illas dimensiones & dimẽsiones repugnãtia: oportet q; sit respectu loci: vtputa quia vnũ corpus replet locũ illũ: & ita aliud non põt ibi locari: & ita nõ habere effectum suum circa locum ipsum replendo. Non ergo repugnant formaliter: qa nõ insunt eidẽ corpori & subiecto: sed forte solũ virtualiter quo ad effectui tatẽ: vt quãtitati vt talis est præcise cõpetit effect⁹ repletionis, respectu loci in quo est circũscriptiue. Hũc enĩ effectũ qui naturaliter sequit ad illã causã naturalem, potest deus sua potẽtia causare cũ creatura ipa: potest etiã loco iã repleto causalitatẽ illã suspendere in ipsa creatura, & ita sua potẽtia diuina in ipsum aliud corpus ponere: sicut potest etiã calorẽ suspendere ne calefaciat: et facere virginẽ parere sine cõceptione ab extrinseco. Licet ergo sit repugnantia illarum dimensionũ, quo ad hoc q; duo corpora nõ possunt esse in eodẽ loco quo ad virtutẽ naturalẽ illorũ agẽtiũ naturalium: puta corporũ locandorũ, non tamẽ respectu causę supnaturalis, q̃ põt effectũ ꝓducere sine causa sua naturali, vel causã naturalẽ suspẽdere ab actione. Et hoc ꝓcedit secundũ vtrãq; opinionẽ, siue quantitas sit accidẽs inhęrẽs, siue sit res illę habẽtes partẽ extra partẽ situaliter in ordine ad locũ. Itẽ siue potẽtialitas corpis ad locũ sit respectus siue aliud vtroq; mõ saluari põt. Et si id clare quomodo fiat intellect⁹ noster capere nõ põt: nõ ideo negãdũ est a diuina magnificẽtia: scãm Aug. xiiij. de ciui. dei. ca. xxvj. q̃ nostrã in ifinitũ supgredit capacitatẽ. Insup fides ad hoc cõpellit, nisi qs velit oĩno insolitas & extortas facere textuũ glossationes de virginis partu, ascensu in cęlum, et Christi egressione de sepulcro &c. Nec impediũt dicta gẽtiliũ, solitũ dũtaxat naturę cursum sciẽtiũ. ¶ Ad argumẽtũ dici põt. Verũ est dimensionẽ esse causã repugnãtię q; duo corpora non possunt esse in eodem loco virtute naturali, quę nõ põt nisi effectũ naturaliter ꝓducere, nec põt facere causam sine suo naturali effectu. Secus est de potentia diuina: respectu hmõi potẽtię dimẽsiones nõ sunt tõ repugnãtię duorũ corporũ i eodẽ vbi. Et ideo nõ sequitur q d̃ statim subiungitur: q; qua duo contraria accidẽtia nõ possunt esse in eodẽ subiecto: ergo nec duo corpora in eodẽ loco: immo nec primũ videtur remouendũ a diuina potẽtia. ¶ Ad aliud conceditur q; nõ plura reperiantur ad bonũ itellectũ. ¶ Adhuc põt fieri instãtia. Quęcũq; vni & eidẽ sunt eadẽ, inter se sunt eadẽ. Dimensiones duorũ corporũ sunt hmõi: qa eędẽ loco: ergo iter se sunt eędẽ. q d̃ implicat: quia sic sunt duo corpora & inter se eadẽ, & ita sunt vnum & non vnum: quia duo. Minor probatur: quia oportet illorũ singulorum corporum dimẽsiones esse easdem loco. iiij. Phy. ergo iter se sunt eędẽ. ¶ Pręterea quę magis cõueniunt magis videtur posse esse simul, sed duo glorioſa corpora magis cõueniunt q̃ nõ

glorioſum & glorioſum : & cum nullus doctorū dicat q; p dotē ſubtilitatis non glorioſum, & glorioſum corpus habent eſſe ſimul: ergo neq; non glorioſum, vel glorioſum cū nō glorioſo. ¶ Preterea ſi corpus puta humanū habet naturalem incompoſſibilitatem ad eſſendum cum alio corpore in eodem loco & ſitu: ergo corpora beatoꝝ vel non mouebuntur vel violenter erunt cū aliis corporibus cum intrabūt cęlum: quia contra naturalem inclinationem propter incompoſſibilitatem naturalē &c. ¶ Ad primū dicendum q; minor p; cedit ex falſa imaginatione: quia dimenſiones illas eſſe eaſdem dimēſionibus loci intelligitur duplicter. Vel poſitiue, & ſic falſum eſt: qa non ſunt eędem alicui dimenſioni. Locus enim non habet dimenſiones ptęterq̄ dimenſionē locati. iiij. Phy. Vel negatiue, vt ſit ſenſus: non alię. Et ſic dimenſiones illorum duorum ſunt eædem dimenſioni loci: ideſt non ſunt alię dimenſiones loci a dimenſione locati, vel contenti in loco. Sed propter hoc non oportet illas corporum dimenſiones eſſe inter ſe eaſdem: quia manent dimenſiones diſtinctę inter ſe. Et ita principiū regulatiuum nō habet hic locū. ¶ Ad aliud, negaꝫ maior, qa oportet cætera eſſe paria. Non enim omnis ſimilitudo eſt ratio ſimultatis ſeu legis, maxime in mere poſitiuis & voluntarijs. Nam ex diuina ordinatione anima beata non ita habet imperium reſpectu corporis glorioſi non ſui, ſicut non glorioſi ad eſſe cum eo in eodem loco. Poſſet tamē deus ſecundum prędicta ipſi dare: & ſi dat quandoq; ex cauſa, nō dicit dos ex definitione dotis: quia nō eſt ex merito animæ: ſed diuinę voluntatis beneplacito. Non ergo repugnat eis eſſe ſimul. Præterea ſi recte cōcluditur, ſequitur q; cum duę dimenſiones plus conueniunt inter ſe (ſuppoſito q; quantitas non ſit accidens) q̄ quantitas & qualitas: ergo magis poſſent eſſe ſimul duę quantitates q̄ quātitas cū qualitate, qđ nō admittit. ¶ Hic notat Ockā. iiij. Q. đ libet. q. xxx. q; corpus accipitur dupliciter. Vno modo pro indiuiduo per ſe exiſtēte in genere ſubſtantię, qđ non eſt natum eſſe pars alicuius exiſtētis per ſe in genere ſubſtantię, hoc eſt pro compoſito ex materia & forma ſubſtantiali. Alio modo pro illo qđ per partes intrinſecas eſt lōgum, latū, & profundum. Accipiendo corpus primo modo repugnat eis per naturam eſſe ſimul: & ſic loquit Philoſophus: ſed non repugnat eis p potētiā diuinam vt patuit. Accipiendo ſecundo modo nō repugnat eis per naturam: quia vnum natum eſt eſſe forma alterius. Et huius non eſt cauſa aliqua ſi natura rei talis. Et hoc conſtat nobis aliquo modo per experientiam & per rationem. Per experientiam videmus q; quando corpus aliquod per ſe exiſtens intrat locum alterī, aliud cedit vel exit aut prorſus renitit. Itē videmus q; materia & forma materialis & qualitas ſūt ſimul æqualiter extē ſa cum informant materiam. Item per rationē q. dam probare nituntur quantitatem non eſſe accidens inhęrens rei quantę, & q; maxime proprium eſt ſubſtantię ſecundum ſui mutationem eē ſuſceptibilem contrariorum. & ita quantitas non inhæret qualitati, vt ſubiecto: ſed ſubſtātię. Sūt tñ & q̄litates etiam quantitate p partes ſuas intrinſecas, de quo alibi. ¶ Ad vltimū reſpōdet Ockam vbi ſupra Quodlibet. iiij. q. xxxj. Volens in effectu q; nulla ſubſtantia habet naturalem incompoſſibilitatem exiſtendi cum alio corpore in eodem vbi: ſed habet naturalem incompoſſibilitatem ponendi ſe in eodem ſitu cum alio corpore effectiue: ita q; cauſa effectiua ponens duo corpora in eodem loco eſt apud deum ſolum. Apud ſubſtantias vero duas non eſt incompoſſibilitas naturalis ad eē ſimul in eodem loco deo ſic volente cum quælibet eſt in potentia obediētiali dei. Q đ vero a deo ſic ponitur in eodem loco cum alio effectiue, non eſt ibi violenter. Sic eſt in propoſito.

## Quæſtio. III.

Tertio queritur circa ſecundā cōcluſionem textualē. Vtrū damnatorum animas & corpora infernalis ignis exuret flamma poſt generalē reſurrectionem citra eorūdem cōſumptionem.

¶ Pro articulo primo qui terminos A explanabit, notandum. Damnatus dicitur quaſi damno adiudicatus. A diudicatur qs damno dupliciter: temporali. ſ. & ęterno. Tēporali tripliciter. Primo ſcđm bona fortunę: quo mō dicūt Iuriſtę aliquē damnari in expenſis. Secundo ſcđm bona corporis: vt puta capitis trūcatione aut modo cōſimili. Sic in leg. vet. fuit lex Talionis. Sic ait latro ad cōplicē. Neq; tu times deū qui in eadē damnatione es. Lu. xxiij. Tertio ſcđm bona animę: ſic eccleſia rebelles & inobedientes dānat excōicationis ſententia: priuādo eos ſuffragijs eccleſiæ & ſacramētorū pceptione. Aeterno dāno adiudicatur quis dupliciter. Poſitiue per inflictionem pœnę ſenſus æternę. Priuatiue per non collationem ęternę beatitudinis. Et de ſic damnato loquit quęſtio. ¶ Et pōt damnat⁹ notificari peccator pœnæ æternę a deo ſententia definitiua adiudicatus. In illa notificatione tangit ſentētia iudicis & iudex a quo fert: tāgit delictū reus & damnū. Sētētia ēm verbo Adiudicat⁹. Quid. n. eſt ſētētia niſi iudiciū quo iudex decernit reū punīēdū pœna quam efficaciter vult & poteſt infligere? Iudex cum dicitur



a deo. Nemo enim inferior deo poteſt aliquē efficaciter perpetua pœna authētice mulctare: ſed ne q; beatificare: ipſe ſolus viuificat & mortificat: deducit ad inferos & reducit. Pſal. Solus ipſe claues vitæ & mortis habet. Apoca. j. Reus, cū dicitur peccator. Et eodem nomine importaꝫ delictū, ratione eius dūtaxat quem damnat. Ait enim. Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Ezech. xviij. Ideo dicit p Oſee. Perditio tua ex te Iſrael, nō ex me. Damnum, cum dicitur pœnę ęternę: quæ quia repugnat ſummo gaudio qđ excludit, eſt maximum damnum. Q; additur ſententia definitiua, eſt propter aliquos qui dicuntur quandoq; fuiſſe ad tempus damnati: vt pater ſanctę Otilię, Traianus &c. ſed non per ſententiā definitiuam. ¶ Corollarie ſequitur. Non eſt idem damnare & reprobare. Ab ęterno ſiquidē de⁹ peccatorem reprobat finaliter: quē non niſi temporaliter, & poſt peccatū commiſſum damnat. Nec idem prēſcitus & damnatus. Prēſcitus quippe eſt quiſpiam anteq̄ quid mali agat & priuſq̄ naſcaꝫ. Damnatus vero non eſt niſi peccator, & in peccato moriatur. Non enim niſi poſt culpæ cōmiſſionem iudex fert ſententiam damnationis. Vnde ſicut nullus præſcitur ad damnationem niſi ppter demerita futura: ita nullus damnatur niſi propter demerita culpę prēcedentia. Attamen deus iudex iuſtus & patiens non ſtatim poſt commiſſionem culpę fert ſētētiā damnatiōis: ſed ex miſericordia dat tempus pœnitētiæ, & ſpatium pœnitēdi: ſed ſolū quē finaliter peccatorē reperit, dānat. ¶ Corollariū ſecundū. Nullus pro ſtatu vię quātūcūq; malus ſit & a deo reprobatus, cenſendus eſt dānatus. Minus ergo caute qđā in concione dicunt talem vel talem peccatorem eſſe damnatum poſt talis culpę cōmiſſionē. ¶ Corollariū tertium. Quātūcūq; quis ſit intruſus ad infernalia loca & pœnis inferni ſubactus: ſi ſuper ipſum damnationis ſententia nō eſt lata, non eſt damnatus dicendus. Patet ex verbo ſentētialiter adiudicat⁹. Hinc Traianus etſi in faucibus infernalis loci fuit detētus nō tñ damnatus: quia creditur ſententia damnationis fuiſſe ſuſpēſa: vt ſic pcibus iuſtorum poſſet liberari. ¶ Corollarium quartum. Definitiua damnationis ſententia a nullo pōt relaxari, caſſari & quomodolibet reuocari vt dicetur: quia ſolus
B deus eam ferre pōt. ¶ Secundo notandum: q; damnū ęternum damnatorū eſt in genere duplex. ſ. pœna ſenſus, & pœna damni. Pœna damni ſecūdum cōem opinionē eſt carentia beatitudinis debitę ineſſe vel quæ ineſt ppter peccatū. Q đ ideo additur: qa nuda beatitudinis carentia vel priuatio neq; damnum eſt, neq; pœna proprie. Non damnum: quia non eſt ablatio boni debiti. Non pœna: quia non præceſſit culpa. Hinc ſi Adā in puris naturalibus deceſſiſſet ſine gratia gratū faciente, ppetuo caruiſſet beatitudine ppter datam legē q; nullus glorificabit in patria qui non habuit gratiā gratū faciētē in via. & tñ priuatio beatitudinis nec fuiſſet ſine pœna nec damnū. Sic enim non caruiſſet beatitudine ppter pctm̄ ſed tñ ex carētia gratiæ gratum facietis. nec fuiſſet ei gloria debita nec ſimp̄r, nec ex ordinatiōe diuina. Hinc & nos in via carentes beatitudine non habemus nunc pœnam damni: quia non caremus beatitudine cū debito nunc habendi p ſtatu iſto. Et ideo carentia beatitudinis nō debitę alicui, aut ad quā quis non tenetur, non eſt illi pœna damni. Alias angeli ſuperiores carentes gradu beatitudinis virginis Marię haberent pœnam magnam damni. Ineſt autem hęc pœna damni propter peccatum duplex, origiale, & actuale. Propter originale peccatum paruuli decedētes ſine baptiſmo habent pœnam damni ex diuino decreto: quia carent originali iuſtitia cum debito habēdi: nec facta eſt in eis commutatio debiti habendi originalem iuſtitiam in debitū habēdi gratiam. Adulti vero decedentes in mortali peccato actuali, ſuſtinent pœnā damni. Hinc ca. Maiores. de baptiſmo & eius effectu dicens ppter originale pœnā damni, propter actuale pœnā ſenſus infligi, eget ſano intellectu, vt. ſ. non intelligatur cum p̄miſſione. Patres q; prēceſſerunt Chriſti aduētum, hanc pœnā damni habuerūt: licet oīno fuerint imunes a pctō. Placuit em̄ deo nō remittere chirographū delicti niſi ſoluto redemptionis p̄cio p Chriſti mortē & hūanitatis diſpēſationē oīa conſummarent⁹ vt ſupra in tertio. diſt. xix. ¶ Corollariū primū. pōt probabiliter teneri aliquē poſſe liberari a pœna dāni ſine hoc q; ei cōferaꝫ bītudo. Patet: qa nuda bītudinis carētia non eſt pœna damni, ſed beatitudinis debitę ineſſe, vel haberi debitę. Poteſt autem de⁹ aliquē deobligare ab illo debito. Pōt em̄ princeps libertare ſeruum ſine collatione cuiuſcūq; poſitiui, cum vult eum non eſſe obligatum ad ſeruitū debitum impendi. ita in ppoſito &c. ¶ Secundū corollariū. Pœna damni maior eſt ī vno q̄ in alio Patet: qa pœna dāni intrāſitiue: nihil aliud eſt niſi damnum qđ quis patitur ex omiſſione beatitudinis propter peccatum. Conſtat vero vni maiorē bītudinē formalē fore debitā p merito q̄ alteri. Eſt aliquo modo ſimile: ſi vicarius negligat vigilias, & canonicus, maiori pœna damni plectitur canonicus q̄ vicarius: quia maioris particeps eſt præſentię ex debito. ¶ Tertium corollarium eſt probabile dictu. Maior eſt pœna damni in paruulis poſt baptiſmi inſtitutionem & Chriſti mortem defunctis q̄ ante. Probatur: quia baptiſmus maiorem confert gratiam q̄ circunciſio. Ex cōſequenti maior ipſi debetur gloria, & maius eſt

damnū carentia maioris glorię debita q̄ minoris.

¶Quartū corollariū. Qui plus virtuose vixit in vita si per pctm̄ mortale demeretur beatitudinē: maiorē habebit damni pœnā ab eo q minus meruit. ergo maior est pœna damni in adulto: qui cū multo tempore bene vixit in vltima hora desperat & damnatur, q̄ si partū vel nihil boni egisset, & tñ damnatur. Primo em̄ maior beatitudo fuit debita q̄ secundo: & ita carebit maiori bono sibi debito. Sic dici posset pœnam damni maiorem eē in adultis q̄ paruulis saluandis in quibus secundū beatū Aug. vt supra dist. xxxiij. secundi collect. habetur, est mitissima. In adultis vero secundum Chryso. maxima. Siquidē paruuli nō habēt tristitiam nec dolorē comitantē: qa non pœnam sensus: secus de adultis habentibus pœnam sensus. Preseruat em̄ deus paruulos a tristitia quā haberent ex carentia beatitudinis in speciali si eam cognoscerent. Non aūt nouerunt eam, quia non habuerūt fidem acquisitā: qua cognoscit beatitudo reuelata. Vel secundū San. Tho. q. de malo. q. v. de peccati originalis pœna. art. iij. cognoscunt sicut animę separatę se creatos ad beatitudinem in genere, non in particulari: quam nō nouerūt. nullam habent tristitiam, cum carēt ea. Delectāt ergo in cognitione naturaliū rerū quā habent: quę non permittit deo volēte inesse tristitiā. Preterea sunt voluntati diuinę conformes: adulti vero nolunt beatitudinis in particulari carentiā, quā demeruerūt per culpam. Hoc nolle odiū & tristitia comitātur & pœna vermis: ratiōe cuius eorum pœna q̄cq̄ dicitur maxima, & paruulorum mitissima. Et ita putauerim esse intelligendū Chryso. cum inquit Homil. xxiiij. sup Matth. post medium. Si mille animę ponas gehēnas: nō tātū reputo sicut ab illius gloriosę ciuitatis iucunditate expelli. Et iterū. Excludi a bonis æternis & alienū effici ab ijs q̄ p̄parata sūt iustis: tātū generāt cruciatū & dolorē, vt etiā si nulla pœna extrinsec⁹ torqueret: hęc sola sufficeret. Intelligit: est maxime nolita: qa plus nolendū est offendisse deū peccato actuali q̄ sustinētia pœnarū quarūcunq̄. Itē est maxime pœnę vermis causatiua, pro rei tātæ tā vili negligentia: cū pro peccato momētaneo ifinitā sustinent pœnā, quo ad durationē &c. vt in dist. vlti. Aliud damnū est pœna sensus: sic dicta nō qa sit in parte sensitiua p̄cise: alias spiritus non haberēt pœnam sensus & animę separatę: quia non sunt corporei: sed qa est aliqđ positiuū afflictiuū sensus dānati. Sensus em̄ vel mētis vel corporis secūdū Augustī. li. xj. ca. iij. de ciui. dei. recte sensus dicit. Vnde & nomē sententia a sensu mentis venit. Pœna sensus mentis intransitiue tristitia. Pœna sensus corporis. i. totius cōpositi ex anima & corpore dolor noiatur secundū eūdē li. xiiij. ca. xv. Et potest quęlibet illarū pœnarū esse temporalis & æterna: vt infra dist. sequēte, de locis seu receptaculis pœnalib⁹: quæ possunt esse numero quatuor. Sūt. n. habētes pœnā damni & sensus ęternā: vt damnati in inferno. Sunt q habent tēporalem solum: vt in purgatorio. Sunt q habent solū pœnā damni ęternā: vt in limbo puerorū. Aut tēporalē: vt patres in limbo olim constituti. ¶Tertio notandū. Dolor a diuersis diuersimode notificāt. Aug. lib. xiiij. de ciui. ca. xv. dicit. Dolor est offensio aię ex carne, & quędam ab ei⁹ passione dissensio. Scot⁹ q. ij. hui⁹ dist. dicit. Dolor est passio cōsequēs app̄hensionē sensitiuā, & in appetitu sensitiuo. Et. q. iij. Est passio causata in appetitu sensitiuo ab obiecto ląsiuo apprehenso per sensum. Vel est passio q̄dam cōsequēs sensationē obiecti discōueniētis, & nocui. Ex quo sequit tantā esse varietatē doloꝝ quanta est varietas obiectoꝝ appetitui sensus secūdū quanta est varietas obiectoꝝ appetitui sensus discōueniētiū. quorū varietas p diuersitate sensuum ex scripturis facile patet. Dī primū: est offensio. ex quo sequitur dolorē non esse nisi viuentis, & in viuēte carnē habente: vt alterā partem cōpositi. Hinc nō est in angelis & spiritib⁹: nec in vitā sensitiuā nō habētibus: vt in arboribus: quas beat⁹ Aug. c. x. li. iij. cōfessionū, noiatim ficum plorare dixit cū decerpit Manichęorū errore seduct⁹. Notanter dixit beatus Augu. dolorem esse offensionē animę, & quandā dissensionē, resilitionē, & fugā ab ei⁹ passione. Nā dolor est offensio, vel causaliter vel formaliter. Aię inquit. Videt q̄ Augu. nomen partis dignioris ponat p toto. Nullius. n. partis est dolere: vt distinguitur contra tristari: sed totius compositi est dolere. Hinc colligitur ab aliquibus post eundem. xxj. de ciuitate dei ca. iij. q̄ nullus dolor simpliciter repugnat qualitati mixti ad vitā requisitæ. Q̄ đ sic potest ostēdi: si aliquid ipsi repugnat, maxime intentio vel apprehensio causatiua doloris: sed illa non repugnat: sicut nec vnum contrarium in esse reali, & aliud in esse intētionali. & hoc secundū opinionē ponētium ficta in esse obiectiuo. Apprehensio siquidem potentię sensitiuę obiecti nociui & cōtrarij causa est doloris. Tametsi dubium sit apud aliquos: An dolor causetur ex sensatione, vel obiecto sensato. Preterea Augu. vbi supra manifeste deducit dolorem non inferre necessario mortem: sed potius esse argumentum vitę. Necesse enim est vt viuat dolens: sed nō est necesse vt moriatur: tametsi p statu isto non cōtingit dare carnem nisi mortalē. Aliud enim experti non sumus. nec omnia corpora mortalia omnis dolor occidit. Q̄z autē aliq̄s dolor potest occidere, causa est: quoniam sic cōiuncta est anima corpori: vt summis doloribus cedat atq̄ discedat: qm̄ & ipa cōpago mēbrorū sic infirma est: vt eam vim quę magnū vel summū affert dolorem non valeat sustinere. Preterea dolor magis ad animam, q̄ ad corpus pertinet. Aię em̄ est dolere: vt loquitur ipse, non corporis. qđ vtiq̄ non dolet nisi informatum anima sensitiua: tametsi doloris causa sit ex carne, & ratione carnis ląsę: vt partis essentialis cōpositi. Dicit itaq̄ dolere anima, quia totum compositum dolet. pars enim pro toto ponitur: vt sit sensus: homo dolet: quia corpus eius qđ anima informat, ląditur. Sicut ergo dicimus corpora sentire, ita & dolere dicere possumus. Corpus exanime nec sentit nec dolet. Est em̄ sensus corporis ab anima, & vita ipsius. Dolet itaq̄ totum compositum in eo loco eius vbi aliquid contingit vt doleat. Dolet anima sola q̄is in corpore sit, cum aliqua causa etiam inuisibiliter tristis est ipsa in corpore incolumi. Hæc ille. Verum sępenumero dolere sumitur pro tristari & econtrario. Si ergo aliq̄s dolor simpliciter repugnaret qualitati mixti ad vitam requisitę qui corpus necessario interimeret, magis anima interimenda esset dolore q̄ corpus. cum ad ipsam magis pertinet dolere: hoc est ląsionem sentire in corpe qđ informat. Et ideo licet dolere necessario infert viuere: non tamen necessario infert mori: ad intellectum præmissum secundū modū loquendi August. Vult aūt Aug. ex hoc dicto inferre: q̄ sicut corpora faciunt animas dolere quæ tamen non ideo moriuntur: ita potest ignis infernalis corporibus inferre dolorem non inferendo mortem. propter quod ista hic adducere placuit. Q đ dicitur dissensio, intelligitur ni fallor potētiæ appetitiuę sensitiuę, & naturę dolentis: non autem voluntatis liberę, saltē non oportet. Nā in sanctis martyrib⁹ videt fuisse resilitio appetitus sensitiui vt talis, nō aūt volūtatis liberæ a pœnis illatis eis p Christo. Hinc quibusdā videtur quasi ambularent super roseos flores. Illa ergo eorū a pœnis resilitio fuit vt videt vel volūtatis vel naturę vel sēsus. Exemplum de Christo: cuius sudor fact⁹ est vt guttę sanguinis decurrētis in terrā. Et licet passiones saltē aliquę p̄ueniāt liberā volūtatis electionē, nunq̄ tñ p̄ueniunt obiecti apprehēsionem. Hinc Aug. xiiij. de ciui. ca. xv. Licet nulla passio p̄prie dicta posset naturaliter cōstitui in esse, vel causari sine obiecti apprehēsione p̄uia tēpore vel natura: non tamē semp requirit ad eius esse vel causari tale obiectum esse prius volitum aut nolitū a potētia appetitiua rationabili vel irrationabili. patet de dolore. Hic aūt. Tristitiā plerūq̄ motus p̄cedit. Dolorē vero carnis nō præcedit vllus quasi motus carnis q ante dolorē in carne sentiatur. Et sic dici posset etiā de subito raptis ad martyriū aut subito interemptis, & quasi imperceptibiliter p Christo & fidei veritate. Q uis em̄ diceret aliquē fuisse martyrē pro Christo, & nullū sensisse dolorē? Itē alia est dissensio volūtatis liberę, & potētiæ appetituę sensitiuę. Nihil em̄ est voluntati rationabili vltimę cōueniēs: nisi qa volitū aut nolitū. Potentię vero sensitiuę aliqua vident ex natura rei iucūda delectantia vel ląsiua: ita q̄ sicut nō est in potestate nostra quibus visis tangamur: ita nec vt delectationē vel dolorē nō sentiam⁹. Hinc Sco. ait. q. iij. Natura facit aliqđ esse disconueniens appetitui sensitiuo: quia id vel cōcomitās ipsum est cōmuniter ląsiuū naturæ. Et esto q̄ id nō comitetur, adhuc manet prima disconuenientia. Et quia id obiectū adhuc est disconueniens: ideo contristans vel dolorificans sensum. Sicut ergo aliquod obiectum vt tale, hoc est inquantū est intentionaliter motiuum potentię est conueniēs, ita causat posita sensatione delectationē in appetitu sensitiuo. Et sicut aliqđ vt tale est disconueniens, ita causat posita sensatiōe dolorē. Nec oportet secundū eundē ad causandum dolorē semper ponere aliquā realē immutationē ad salutem vel mortē suppositi, cū fiūt hmōi intētiones & apprehēsiones obiectoꝝ: licet sępe cōtingat eas comitari. Alij volunt q̄ sit impossibile per naturā q̄ causetur immutatio intentionalis in aliquo tantę intētionis & vigoris q̄ possit causare dolorē sine immutatione reali. Attamen non negāt qn si a deo producatur intentionalis tam fortis & intensa q̄ sufficeret naturaliter ad causandum dolorem sine immutatiōe reali: talis sufficit ad causandū dolorem: tametsi non ponatur immutatio realis. Exēplum ponunt de spiritibus malis. De quo in secūdo. dist. iij. q. ij. Item videtur esse experientię: dolorem nonnunq̄ causari in appetitu sensitiuo ex sola apprehensione rei ląsiuę: vt puta apprehensione vel intellectiua vel sensitiua quā præsupponit intellectiua rei valde contratię disconuenientis, aut periculum inferre potentis. Sic sępenumero fortis imaginatio, timor, aut apprehensio vehemēs mali imminentis & futuri siue in somno, siue in vigilia: secundum Auicen. ix. Metaphy. facit casum & generat infirmitates: dum homo quasi intuitiue videt ante se per imaginationem malum futurum summe cōtrarium aut nolitum. Exemplum de Christo, cuius sudor sanguineus defluxit in terrā ex horrore naturali mortis, quā tamē secundum rationem voluit. Noui generosam familiam Comitum & Baronum qui in tabulis sedentes dum in loco in quo sederent comesturi fuisset reclusus vel mus, vel cattus, inciperent pallescere, & sanguinem regulariter e naribus emittere, donec animal illud repelleretur, aut ipsi locū dimitterēt. Insup noui hoiem q̄ in somno iudicauit se pięctū in Rhenum: cūq̄ hincinde in aquis Rheni volueretur pro sui redemptione, & apprehensione nauis quā vidit, ita fuit fatigatus cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

euigilaret q; passus fuit etiam paruam infirmitatem & vitium debilitatē. Ita etiam plerīq; cruorē proprium vel alienum videre non possunt, nec de ea re audire etiam profanos sermones: & nisi cohibeatur ab oculis eorum, procidūt pallidi, quasi exanimes facti. Si enim ouis viso lupo: aut gallina milio elicit inimicitiam: cur non simile dicī potest de homine? Solent etiam quidam dicere. Auerte cogitatum tuum ab illo & non dolebis amplius. Hinc stat dubium vt supra. An dolor causatur ex sensatione, vel obiecto sensato. Sensato interiori vel exteriori sensatione. Valent ad hoc dicta Guilielmi Parisiensis. parte prima, primę partis de vniuerso iuxta finē: cū refert se vidisse hominem, qui solo aspectu medicinę mouebatur quotiens opus erat motu purgationis. Sic secundum eum aliqui somniātes se ardere a specie sola, aut apprehensione ignis cruciantur plurimū flent, eiulant, dolent. ¶ Corollarie sequitur. Dolor est in appetitu sensitiuo: item est passio totius cōpositi, sicut & sentire: & nō solius corporis, ne animę tm̄, sed compositi ex corpore & anima. ¶ Corollarium secundum. Causa doloris est vel obiectum sensatum, vel apprehēsio obiecti sensati tā q̄ disconuenientis & lęsiui, & tanq̄ p̄sentis. de qua latius in tertio collect. dist. xv. ¶ Corollarium tertium. Ad dolorem requiritur ex parte compositi dolentis apprehensio lęsiui ex parte cognitiōis, & detestatio eiusdem ex parte affectionis: sed ex parte dolorem inferētis causatio apprehensionis. causatio inquā intentionalis. hæc enim actio requirit quia sola realis non sufficit: & perceptio sensitiua nolita secundū affectum, & quasi violenta. Tristitia vero est de ijs quæ nobis nolentibus accidunt. Est ergo in voluntate &c. vt supra in tertio collec. ¶ Quarto notandum. Aliquid dicitur corrumpi dupliciter: aut quia omnino desinit esse, & sic est idem q; annihilatio. Sic corruptio est rei substantialis desitio: vtputa quia eius substantia desinit esse: aut quia deserit ordinem, & legem cui viuere debet. Vel secundū Augu. ca. vij. in de natura boni. quia deserit modum, speciem, & ordinem. sic secundū eū peccatores dicūtur corrumpi cum viuunt peccatis, & anima peccato viuēs dicitur corrumpi & corruptibilis. Ait enim. Cū volētes corrumpimur in peccatis, nolentes corrumpimur in pœnis. Sic corruptio est ordinis & legis cui viuēdum est desertio. ¶ Quinto notandum: Ex quo pati est quoddā recipere, duplex ponitur passio & similiter actio siue rei immutatio. Vna dicitur realis, alia intentionalis. Realis vt distinguitur cōtra intētionalem est quæ terminat ad formam realem: vel secundum esse naturæ: vt ignis calefacit: lignum producendo calorem, hoc est cum in alio producit sibi similem qualitatē. Et solet dici vniuoca: quia qualitas producta est eiusdem speciei cum producente: vel cum eo ratione cuius alteri competit hanc producere: vt cum calor calorem: frigus frigiditatem producit. Intentionalis est vitalis immutatio sensus per spectem intētionalem: vt cum aliquid producit sui cognitionem apprehensionem, aut speciem secundum ponētes eas. Et potest dici apprehensio rei, vel sensatio producta obiectiue ab ipso immutate intentionaliter: & illa immutatio dicitur equoca respectu sic cognitiue producti vel productorum. quia species illa, vel apprehensio ipsa, & sensatio non sunt eiusdē speciei cum obiecto: quia res ipsa habet esse subiectiuū. Sensatio vero aut cognitio, vel species habent esse obiectum. ¶ Sexto notandū secūdum mentē Sco. q; illę duæ actiones non repugnāt inter se: sed potest (gratia exempli) ignis infernalis in corpus animale habere vtranq; actionem realem & intentionalem. & est ibi susceptiuum vtriusq;: & causa actiua vtriusq; post iudicium: cum damnati cruciabuntur in inferno. Nisi dicat actionem realem tunc impediri, propter defectum motus cæli: vt videtur velle Sanct. Tho. Quodlibet vij. ar. xj. qui non admittit q; corpora damnatorum patientur passione reali & naturæ quæ naturam trāsmutet a natura sua. Nulla enim tunc erit vel actio vel passio pertinens ad transmutationem naturæ. Sed patienter passione animæ: vt ipse loquitur: sicut organum sensus a sensibili susciplendo similitudinem qualitatis sensibilis. Potest tamen tunc vna esse sine alia: loquendo de potentia absoluta: quia vna non dependet essentialiter ab alia. Possunt etiam modo separari, si aliquid duntaxat sit susceptiuū formę realis, & non intentionalis, & aliud econuerso: Sic lignum realiter calefit, & non dolet: homo dolet: anima apprehendit & tristatur & naturaliter non est susceptiua formarum temporalium. Q; autem tunc post iudicium & resurrectionem, vna inerit & non alia in subiecto apto nato ad easdem: vt quibusdam placet, est propter impedimentū aliqd̄ qd̄ est vel decretum diuinæ iustitiæ, & suspensio coactionis diuinę, transmutans naturam propter quietem motus cæli: sed solū intentionalis. de quo infra dist. xlviij. quæst. ij. Præterea realis secundum Scotū non est necessaria ad dolorem. Sola deniq; realis sine intentionali non sufficit. Sola autem intentionalis sufficit ad dolorem. Primum patet ex definitiōe doloris secundū eū. Secundum patet de ligno calefacto non dolente. Tertium ostenditur. Nam secundum eundem excellens sensibile vt tale: hoc est vt intentionaliter immutat sensum: natum est inferre dolorem: quia vt sic, est disconueniens dū est sensatum tanq̄ p̄sens disconuenies. & tū inquantū excellens sensibile præcise nō immutat nisi intentionaliter. Idem videtur esse de aliquo excellenter nolito vel odio habito cuius sola reminiscentia hominē eneruat, pallidum, & stupidum facit. Sapiē. ij. Grauis est nobis etiā ad videndum. De hoc supra, in. ij. distin. iij. Et licet comitetur aliqua actio realis indisponens organum & tollens debitam harmoniam, tamen si sine illa actione reali comitante adhuc esset inconueniens & disconueniens sensui, dum per sensum apprehēditur vt tale, adhuc sequitur dolor. Exemplificat Sco. Sicut si manus superfrigefacta mox applicatur ad ignem est ibi magnus dolor ex p̄sentia ignis, & tamē propter magnā frigefactionem modica est ignis actio in manum frigidam, propter excellentiam contrarij, frigoris scilicet intensi in passo.



E ¶ Quantum ad articulum secundū est conclusio prima. Fide creditur dānatos esse passuros post resurrectionē in corpore ab igne & cęteris elemētis passiōe dolorosa & afflictiua. Probat. Matt. xiij. Exibunt angeli &c. & mittent eos in caminū ignis. ibi erit fletus & stridor dentium. Esaię. lxvj. Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum nō morietur. Q̄ lib. xxj. de ciuitate cap. ix. exponitur de passiōe corporali. Potest enim deus vermē conseruare pro afflictione dānatorum. Plura de hoc a capite tertio vsq; ad ca. xj. per totum. Itē vindicta carnis impij ignis & vermis. Eccli. ix. Nec op⁹ est dicere locutiōes illas esse tropicas, aut q; nomie carnis venit peccatum hominis carnaliter & nō viuētis secundū deum. Ignem Augu. attribuit corpori, siue vermis ad animam pertineat, siue ad corpus, siue ad vtrūq;. Sic ēn cap. iij. & sequenti ostēdit animalia posse in igne viuere, sine vstione, sine cōsumptione, sine dolore, sine morte omnipotentia diuina. Et Marci. ix. Bonū est tibi &c. q̄ duas manus, aut duos pedes habentem ire in gehennam. in ignē inextinguibilem. Vbi aliquoties idipsum repetit Christus vt memorię tenacius inhęreat. Mat. xxv. Discedite maledicti in ignem ęternū. Et ita de veritate cōclusionis nō est dubiū apud fideles, sed de modo passiōis est diuersitas inter docto. Dictum est notanter & cęteris elementis, vt patet ex decursu scripturę. Omnium enim elementorum fęx immundities & putredo, descendet in infernum in pœnā damnatorū. Sapiē. v. Orbis terratū pugnabit pro illo cōtra insensatos Ad idē est Basilius in expositiōe illorū verborū Vox domini intercidētis flammā ignis. Psalm. Noie ignis qui inter alia elementa est plus actiu⁹ cętera pœnalia elemēta significātur quorū actiuitas nō est ita nota. Pro ista cōclu. est Gre. xv. Moraliū cap. v. ¶ Secunda cōclusio. Etsi dānati patiantur in corpore ab igne passione afflictiua dolorosa, non tamen corruptiua, vel consumptiua. Prima pars est conclusio prima. Secunda pars: quia vt habet fides, in inferno nulla est redēptio, possibilis probatur. Quādocunq; sunt duę actiones & ad diuersos fines. potest virtus diuina primā conseruare sine secunda. sed alteratio & corruptio sunt huiusmodi: ergo virtute diuina potest prima a deo conseruari sine secunda. Et sic ignis deo coagente affliget dānatos citra corruptionem eorundem, vt habeant ad pœnam perpetuam vitam semper mansuram. De hoc Augu. lib. xiiij. cap. vlti. inquit. Ibi dolor permanet vt affligat: & natura permaneat vt sentiat: quia vtrūq; ideo nō deficit ne pœna deficiat. Ad hoc j. Corin. xv. qui de incorruptibilitate resurgentiū loquens refert ad totum compositum & non ad aiam solū, nec ad beatos solū. ¶ Si quæritur de causa incorruptibilitatis, pōt dici vt supra de dotib⁹ corporū beatorū suo mō ponēdo quādā in corruptibilitatē esse in dānatis nō a natura intrinseca impediente, nec a carentia potentię passiuę, nec ex contrario intrinseco impediēte, nec ex eorum merito, sed demerito a voluntate diuina extrinseca coagente ad vnam, & nō ad alterā ignis actionem. vt Augu. placuit vbi supra. lib. xxj. cap. vlij. & cap. ix. Nec ideo neganda sunt plurima pro statu futuro: quia his similia cōperti nō sumus in via: aut quia rationem quomodo fiāt scire nequimus. cap. v. vbi supra Augu. & cap. viij. Plura ad hoc experimenta diuersarum rerū habet idem. lib. xxj. cap. iiij. & sequēti. de ciuitate dei. Et Guilielm⁹ Parisien. vbi supra. parte prīa partis primę. de vniuerso iuxta finem. Nec est in causa cessatio motus cęli, vt dicetur. Pręterea arguit Augu. vt supra cap. iij. Si corpora faciunt vt animę doleant, & tamen sunt immortales, nec possunt eis inferre mortem, sicut inferūt dolorē: cur nō similiter ignis potest inferre corporibus lęsionem & dolorem, & tamē nullam corruptionem? Deo sic ordināte pro malorū perpetua punitione: vt sicut id vinculum corporis & animæ post resurrectionem nunq̄ dissoluetur, nec temporis longitudine destruetur, ita nullo dolore rūpatur. ¶ Tertia conclusio. Est probabile creditu F q; ignis infernalis aget mediate vel immediate in dānatorū corpora post resurrectionem actione gemina, reali scilicet & intētionali seu naturę & animæ: et non tātum reali, nec tantum intentionali secluſa reali actiōe. Persuaderi potest hęc cōclusio. Intentionalis vel animę negari nō potest, vt patet ex definitiōe doloris. Nec datur rō ad negādum realem, & scdm esse naturę. Et pōt deus coagere igni ad inducēdum naturaliter calorem realem in corpus qui ipsum realiter transmutat,

& non corrumpit. Sic enim dicere nos compellit: quia in inferno non est redemptio. Secus de sola intentionali actiõe sine reali ad causandum dolorẽ. De reali q̃ agat in dãnatos realiter actione nature & reali: & q̃ patiantur passione naturæ & reali: Auguſt. lib. xxj. de ciuitate dei. vsq; ad capit. xj. Inaniter em̃ & fallaciter argueret cõtra negantes huiusmodi cruciatũ perpetuũ q̃ ardeãt sine detrimẽto, & doleant sine interitu, nisi vellet dicta sua intelligi de reali cruciatu. Et realis sine intentionali non sufficit. Et ita prorsus inaniter argueret cõtra infideles, diuinã potẽtiam in hoc negantes. Sed q̃ realis sine intentionali nõ sufficit ad causandũ dolorem, saltẽ scdm cursum nature nobis ſolitum, patet ex definitione doloris, que est assensio potẽtie sensitiue & resilitio ab eĩ passione. Sed potentia sensitiua nõ dicit solum alteram partem compositi: sed compositum &c. Nec constat huiusmodi resilitionem vnã factam esse pro statu vie huius sine reali immutatione comitante intentionali: siue dicatur dolorẽ causari ex sensatiõe siue obiecto sensato interioti vel exteriori sensatione. Et tunc forte stat vis qd nois termini actio realis, & passio realis, & itẽ tionalis. Hic em̃ ab actione intentionali dolor gignitur, dum ad eius positionem respectu obiecti sensati aliquod lesiuum in homine producit nõ productione vniuoca, sicut calor generat calorẽ. Et ista scdm aliquos forte non dicitur realis: qa nõ vniuoca, sed equiuoca. Tametsi intentionalẽ vere sequatur & comitetur realis actio in homine quia realiter lædit̃ur: et sine qua non lederetur doloroſe. Exẽplum de homie pro malefactis trucidando vltimo supplicio, qui quãdoq; solo horrore pœnę fere moritur &c. Hinc quidã notificãt dolorem, post Auguſt. q̃ est lesio animæ in carne vel ex carne prouieniens. Pars pro toto ponitur: quia compositum in carne lædit & ex eius læsione dolet: vt dolere distinguitur contra tristari. Attamen loquendo de statu futuro, potest deus vti creatura, sicut vult. Siquidem secundum Aug. xxj. lib. de ciuitate dei cap. vltj. Deus qui ante peccatum naturam humanã instituit vt posset nõ mori, potest etiam eam post peccatum instituere vt perpetue vitam tenere non possit. Sic ergo aliter q̃ nobis nota est, instituetur in resurrectione mortuorum: & possunt se res tũc aliter habere q̃ nobis innotuerit. Dicimus em̃ portenta esse cõtra naturam: sed non sunt: licet sint contra nobis notam naturam. Exemplificat de stella Veneris que in morte cuiusdam regis colorem imaginem & figuram mutauit. Verũ astrologus diceret eam tũc in illo prospectu & situ apparuisse maiorem ex tali dispositione cęli. Potest ergo dici non esse contrarium nature q̃ ignis realiter lędat & dolorificet corpora, sed non consumat vel annihilando corrumpat. ¶ Notat Palu. hic q̃ nõ est erroneum dicere: deum esse causam immediatã omnis effectus, dantem esse & viuere: & creaturam solum causam sine qua non. Preterea i secũdo coll. distin. iij. quęst. ij. patuit q̃ negando species quandoq; aliquid ponitur vel relinquitur in organo sensus exterioris: quod nec est sensatio, nec actus sentiendi, nec obiecti sensationis, nec principium, nec species: vnde organum debilitatur, vel destruitur, aut videns excęcatur &c. Possunt ergo sensibilia & sensata quãdoq; causare tristitiam sine immutatiõe reali: sed non dolorem nisi corpus immutetur realiter mediate & immediate per ęstimatiuã ad minus, vel imaginatiuam &c. Nonne dici posset, sicut ira est ebullitio sanguinis circa cor causaliter: ita fortis imaginatio, odium, ira, superbia, inuidia, immutant & corpus & animam? Item apprehensio alicuius vt contrarij & inimici &c. Sic videre est in uidia squalentes pallore affici, quasi sint semimortui: vnde claret sæpe gigni dolorem vsq; ad mortẽ. Sed huiusmodi intentionalẽ immutationem comitatur realis, vt patet intuenti hmõi passionatos hoies. Non videtur itaq; posse stare de lege cõmuni, q̃ actio realis non sit necessaria ad causandum dolorem, saltem comitans, vel prędens intentionalem: Q̃q; apud dãnatos sit sola intẽtionalis passio. ibi enim est causa actiua, & susceptiuũ vtriusq; actionis. Nec impedit cessatio motꝰ cęli. vt ifra dist. xlviij. Nec sic fieri est cõtrarium nature, sed consonum: & intelligitur facile, nec multiplicat miracula & credita &c. secũdũ Augu. vt supra. Nec impedit qd dicũt, Sẽsibilia ꝓportionata delectãt, ĩproportionata offendũt: dato q̃ nõ immutent realiter vt colores & sont. Nam tristitia proprie potest causari ex oĩbus ijs que nobis nolentibus accidunt. Dolor vero sensibilis nõ nisi ex carne lęsa per immutationẽ realem. Nec obstet quod cõiter allegatur: Excellens sensibile excęcat sensum &c. Ratio tacta est in secundo. dist. iij. quęst. ij. Hoc em̃ est propter qualitatem productã ab obiecto. &c. læsiuam comitantẽ illam actionem intẽtionalem. Immo ipsemet Sco. qui dicit intentionalem sufficere, loquitur cõditionaliter, vt patuit notabili. vj. dicens. Tamen si sine illa actione reali comitante adhuc esset inconueniẽs sensui, causaret dolorem. Sed hoc non est euidenter notum: nec exemplũ eius est ad propositum. Nam actio realis dolorosa, quandoq; vincit & extinguit intentionalem totaliter: ita q̃ caro nimis frigefacta vel calefacta non percipit differentias tangibiles. Sicut si pedes frigefacti ponuntur in aquam calidam, abstrahitur pellis & absumitur non percipiente ho



mine: quia sensus tactus lęsus est. Potest ergo dici ad Scotum q̃ loquitur opinatiue sequẽdo antiquos: q̃ dicebãt cessante motu cęli, cessare actionem realem. quod potest concedi, vt est de actione corruptiua & gñatiua, sed nõ lęsiua & alterati ua solũ. Est em̃ lædi q̃q; solũ alterari aut deinde corruptiuũ ante oẽm corruptionẽ q̃ est statꝰ illiꝰ & ꝑteriti ordinatiua. gñatio vero & corruptio sũt ꝑtentis status & nõ futurę vitę. Item scdm statũ alterius vitę nobis incognitũ cũ ignis est instrumentum diuinę iustitię qui eo vtetur, vt vult per ipsum causando vnũ effectum & non alium &c. Aut ex more antiquorum nomie dolor vtitur ꝑ tristitia. Ad hanc em̃ sufficit intentionalis. Nec valet hic obijcere de beatis: quibus nullum sensibile est pro tunc disconueniẽs, nec lęsiuum. & q̃ illi non immutãtur actione reali ab infernali igne est diuina virtute & ex impossibilitatis dote. Percipiunt quidem sensibilia citra lęsionẽ, scdm sciẽtiam sed nõ scdm lęsiuã experiẽtiam: secũdo de ciuitate dei. cap. xxij. Vbi etiam Auguſtinꝰ videtur velle q̃ ignis viuacissimus erit in corpore: & vermis in anima. licet aliqui vtrũq; ad corpus referat, & vermis tropice ad animã. ¶ Quarta cõclusio. Sequit̃ per modũ corollarij ex nunc dictis. Quia in inferno erit in dãnatis hominibus causa actiua sufficiens & susceptiuũ vtriusq; actionis realis & intentionalis siue naturę & animę: ideo videtur probabilius: ac canonicę scripturę: patrumq; ac sanctoꝝ dictis cõformius hũanę capacitati facilius ponere vtrãq; passionẽ in dãnatis. Prima ps est Sco. vt supra notabili. vj. & veritatis, q̃ maxime est auctoritatis. De veritate scripturę canonicę pro secũda parte est Psal. Pones eos vt clibanum ignis in tẽpore vultus tui. Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Vbi Greg. xv. Moraliũ. ℔. v. dicit prophetã sic locutũ, vt ostendat eos arsuros interius & exterius. Ad idem Auguſt. secundo de ciuitate dei. capi. xxij. Hoc dentq; multi textꝰ scripturę ad corticẽ literę dicunt. Cętera patẽt. ¶ Quinta cõclusio. Ignis infernalis affligit animam dãnatam separatam actione animę & intentionali vel obiectiue nõ reali: causando scilicet in ea sui ituitiuã vel abstractiuam notitiam summe nolitam, & ꝑ cõsequens cõtristattiuam. Ockam. j. quot. quęstio. xix. Prima pars habet in euãgelio de diuite. Lu. xvj. Crucior in hac flãma. Nomẽ crucior sumit pro affligor, cum anima nondum fuit vnita corpori: quia nondum resurrexit. Ad idem Augu. xxj. de ciuitate dei. cap. ix. &. x. Secunda pars de modo cruciatus: quia anima non est capax doloris, secũdum prędicta sed tristitię, est. Si dicitur: corpus non agit in spiritum: puto difficile posse probari quin & corpus vere agere possit in spiritum ipsum obiectiue immutando: et sic affectiue affligendo: licet non realiter immutet ipsum, secundũ prędicta: sed solum intẽtionaliter vt instrumentum vltionis diuinę. Tertia pars sic ostẽ di potest. Ignis, vna cum apprehensione sut vt nolitt causat in anima dãnati tristitiam, cũ est obiectum nolitum a voluntate. Nolitum dico duplicitꝛ: et vt detinẽs ipsum localiter, & vt imutans vitaliter. Vel vt alij loquũt̃ ignis detinet spiritum definitiue & immutat obiectiue. odit enim determinationẽ actiuam & effectiuam dei: & suã passiuam a deo. immo plus odit q̃ formalẽ detentionem ignis & instrumentalem. Vellet ergo nõ detineri in igne tanq̃ in carcere, sed vti sua libertate qua indifferens est ex natura ad omnẽ locum. Nec vult ad intensam & perpetuam cõsiderationem ignis, sic incarcerantis obiecti a deo effectiue contra suam voluntatẽ determinati: sed vult quodcũq; obiectum pro libertate suę nature & cõmoditate cõsiderare & aiaduertere. Hanc autem nolitionem intendit superbia: qua vt creatura dignior non vult subijci viliori. Cõsummat inuidia, quo ad deum: ratione cuius nollet ex diuina sentẽtia sic detineri & determinari. Cum ita q̃ intẽsissime nult illam determinationẽ ac detẽtionem affectiuam sententię diuinę, & nihilominus accidit cõtra suum beneplacitũ. sequitur ex hoc intensa tristitia quę nõ paruũ malũ est, scdm Aug. xiiij. super Gene. cap. xxxiij. ¶ Si dicitur, ignis nõ detinet aiam effectiue, nec localiter, nec vt immutans vitaliter, sed solus deus: ergo nõ est verum q̃ ignis cruciet animas. Præterea. si tristitia formaliter puniens causatur a nolitione: cum omnis actus voluntatis est in potestate volentis, voluntas posset illam nolitionem abijcere aut eam non producere, & sic non tristari: per cõsequẽs a pœna liberari. ¶ Respondeꝛ, cõcedẽdo q̃ ignis non detinet animam effectiue, sed detinet vt locus recipit locatum: neq; vt obiectum effectiue, sed deus. Nõ sequitur ex hoc q̃ nõ cruciet effectiue. Nam illa detentio animæ in igne est effectiue a deo determinante animam ad locũ illum definientem. Sic & determinatio formalis est effectiue a deo quia determinatur ad cõsideratiõnẽ & intuitionem ignis: nec vult deus ei concurrere ad cõsiderationem cuiuscũq; alterius nõ punientis quo minus attente consideret ignem, vt instrumentum sententię diuinę. Et ideo ignis actiue cruciat: licet non actiue detineat, vel determinet, sed deus ipse. Et videtur idem dicẽdum, si aĩa vel spiritus detinet nolens in loco amœno & suaui cõtra suam voluntatem aut animũ inflatum & superbum. secus si volens. Sic enim non esset materia tristitię: quia locus ꝑprie nõ perfe-

cit aīam. ¶ Ad secūdū videt aliquibus non esse ab re dicere q̄ ista tristitia a solo deo producitur & conseruatur: & ideo anima nō potest eam a se remouere vel impedire. sicut dicunt aliqui respectu actus beatifici aīam se habere passiue nō actiue. Et tunc facile diceretur ad aliud q̄ illa nolitio & per consequēs tristitia non est in potestate voluntatis animę separatę, sed a deo conseruatur & producitur tantæ intēsionis prout delictum eius exigit & requirit ratio dignā punitionem pro demerito culpę. Et esto q̄ ab ipsa anima producat libere, nō tamē libere cōtinuat, sed a solo deo immediate cōseruatur. Esto insuper q̄ libere causetur ab anima, attamē deus prēuidēs omnia anteq̄ fiant vult non concurrere effectiue ipsi animę dū vellet sese liberare ab illa nolitione & tristitia. Itē obiectum tristabile, ętiā est causa tristitię & nō sola volūtas: ideo nō est in eius potestate tristari vel nō tristari: nec volūtas est libera quantū ad oīa in ipo producta. potest enim deus se solo in anima producere actum voluntatis: quo sic a deo ꝓducto anima libere & nō coacte per ipsum tendit in obiectū ac si ipsamet ꝓduxisset actū. Exēplū de oculo miraculose dato alicui per quē naturaliter videt. Videat lector an nō ita factū fuerit in Paulo cōuertendo: et forte in alijs ex sola diuina clementia. Q̄ si deus sic producat in anima actum aliquem, puta in voluntate: iam voluntas necessario necessitate imutātis tenderet in obiectū per illum actum: sed non necessario ideſt coacte aut violente: quia non contra suā naturalem inclinationē. Capax enim est cuiuscūq; actus positiui. Præterea esto q̄ deus producat hanc nolitionē & tristitiā, pōt ignis cōcurrere vt instrumentū obiectale diuinę iustitię. Est etiam ibi, sed non ad solatium, vicissitudo pessima pœnarum pro demerito culpę. Posset etiam salua sentētia maiorū dici: q̄ simul patiētur aię cōiūctæ corpori realiter & intētionaliter secundū corp⁹ & animā a qualitatibus actiuis contrarijs. Quia intentiōes ideſt talium apprehensiones & qualitates naturales non sunt contrarię. Nec etiam implicat qualitates cōtrarias esse simul in eodem subiecto: licet implicet ꝓpositiones cōtrarias esse simul veras. ¶ Et H breuiter secundum numerum nolitorum numerus ponitur tristitiarum. Nolunt enim summe carentiam beatitudinis tanq̄ summum delectabile bonum commodum & vtile. Nolunt carentiam gratię vt summum bonum honestum. Nolunt demerita propria: quia demeritoria pœnę. non vt offensam dei. Nolunt, detentionem ignis locantis eos definitiue: quia per hoc impeditur virtus motiua pro suo beneplacito. Nolūt ignis conspectum eos immutantis vitaliter & obiectiue tanq̄ impedimentum suę cognitiōis, & vt instrumentum diuinę sententię eos detinētis & determinātis effectiue. Tristitia quę comitat huiusmodi nolle diuersa, diuersa est & multifarie cruciat. Tristitia comitās primum nolle, potest dici pœna absorptiua. Ex quo cū homo naturaliter vult beatitudinem & caret ea, scit quoq; se eam habiturum nunq̄ propter peccatū suum quod libere in deum cōmisit, eum contēnendo & in peccato finaliter manendo, penitus absorbetur in tristitia. Et de hac puto intelligendū dictū Chrysostomi supra allegatū. Excludi a bonis æternis tātum generat cructatū: vt si nulla extrinsecus pœna torqueat, hæc sola sufficeret. Secundi nolle tristitia recte dici potest obstinationis pœna. Patet: quia damnatus prorsus mortuus est ad oīne opus bonum saltem meritorium, & in peccatis obstinatus perpetua gratię desertione. Tertium nolle comitans tristitiam potest nominari vermis pœna. Patet. Semper enim cōsciētia remordet de peccato cōmisso amore suiipsius inordinato, & bono neglecto. De illis duabus pœnis potest intelligi illud Augusti. de fide ad Petrum. In inferno etsi spiritus erit pœnitudinis: non tamē correptio voluntatis. Vt spiritus pœnitudinis intelligitur vermis pœna: Non correptio voluntatis, pœna obstinationis. Quartum nolle habet tristitiam quā dicere licet incarcerationis pœnam. Detinētur enim a deo pręcise effectiue & ex diuina determinatione in igne localiter defixitiue: quasi recluſi in carcere. De hoc Gregorius iiij. Dialogorū. Si viuentis hominis spiritus detinetur in corpore: cur non post mortem incorporeus spiritus detinetur in igne. Idem habet Augusti. xxj. de ciuitate dei: præsertim capit. x. Ad nolle aliud sequitur tristitia quę dici potest excęcatiōis pœna. Nā ex determinatiōe effectiua ad intuendum continue ignem summe nolitum sine aliud obiectum a deo eis propositum, quodāmodo excęcatur respectu aliorum cognoscibilium. Sic dicit Hieronymus. Tāta est in inferno vis doloris q̄ mens ad aliud ditrigi non potest: nisi ad quod vis doloris impellit. ¶ Corollarium. Aię dānatorum odiunt suam detentionem non vt suis naturis discōuenientem pręcise. Nam sicut nō habent naturalem conuenientiam cum loco aliquo qui sit ipsorum saluatiuus, cū sint spiritus, ita nō habēt naturalem discōueniētiam cū quocūq; loco propter quā detinerī ab eo sit eis pœnale & discōueniens. Sed odiunt ex inclinatiōe praua affectiōis cōmodi scām quā appetunt liberum pœnę suę motum. Vt sicut ipsorum natura indifferens est ad omnē locū: ita appetunt se posse facere pñtes cuicūq; loco ad libitum, & suam intelligentiam ad aliud placens cōuertere & delectare potens. Et cum sit oppositum illi quod volunt intēsissime, oritur in eis tristitia intēsa, vel forte a Deo pro demerito culpæ producitur & conseruatur, vt supra.



1 ¶ Quantum ad articulum tertium contra primam conclusionē dicentē, corpora damnatorū pati in inferno. Nullū incorruptibile est passibile passiōe proprie dicta. Damnati erūt incorruptibiles. Apocaly. ix. In diebus illis quęrēt homines mortem, & non inuentēt eam. ergo nō patientur passione proprie dicta. Maior est Phi. vj. Top. Passio magis facta abiicita substantia, & tādē inducit corruptionē. ¶ Pręterea in essentialiter ordinatis cessante primo cessat secundū, & esse posterius. ij. Metaphysicę. Sed motus cęli est ordine essentiali prior omnibus motibus & actionibus inferiorum. Immo causa et principium oīs realis actionis. Post iudicium vero cessabit motus cęli. iuxta id Apoca. x. Tēpus amplius nō erit: nec per cōsequēs motus. ¶ Ad primū, ad maiorē. Esto q̄ vera sit: corpora dānatorū nō sūt naturaliter icorruptibilia: sed ordinatione diuina & ꝓ statu illo. Ideo nō cogit maior. Ad philosophū dicendū q̄ loquit naturaliter secundum cōem ac nobis compertū cursum naturę & rebus dimissis suis naturis. Deus vero concurreret ad punitionem ignis, & ad non corruptionē, vt supra ostensum fuit. ¶ Ad aliud: concessa maiore: vt infra. distin. xlviij. negetur minor, vt supra de dote agilitatis: quia motus cæli non est per se principium realis actionis: nec dependent alij motus vel actiones essentialiter a motu cæli. Nam latio nihil facit ad generationem nisi q̄ ad ducit generans quod aliquid habeat principium agendi nō impeditum eque perfectum vt prius & passū eque dispositū & approximatū vt pri⁹ & non possit nunc vt prius agere in ipsum. Sed cessante motu cęli ignis manebit calid⁹ vt nunc: & stupa manebit susceptiua ignis, ergo &c.

Item primitas motus cęlestis ad alios motus nō est primitas causę, vel actus a quo alię dependēt essentialiter: sed est primitas cuiusdam perfectionis in quibusdam cōditionibus motus, quę sunt regularitas & velocitas. De hoc infra. dist. xlvij. quęst. ij. Refert Holcot sup Sapiēū. lec. clxxxix. q̄ olim fuit ita determinatum Parisius dicere. Cessante motu cæli: si ignis esset iuxta stupam non combureret eam. Error. Sed Ioan. xxij. illum articulum retractauit: inquantum facit contra dictum San. Tho. Sed cum reuerentia. Non ideo quia contrarium San. Tho. fuit retractandum: sed quia cōtrarium veritati. Et quō saluabimus bellū Iosue. cap. x. in quo tempore, secūdum August. in de mirabilibus scripturę lib. ij. cap. iiij. Sol stetit & luna: immo non solum stetit luna: sed etiam crementi vel decrementi sui consuetudinem agere non potuit: ergo & cęlum stetit. Nonne quis tūc rotam figuli mouere potuisset? Et secundū Augusti. xj. confessi. cap. xxiij. si starent cęli luminaria posset moueri rota figuli & esse tempus. vt supra de dote agilitatis. quęstio. ij. Ad dictum Apocaly. cap. x. supra habet de dote agilitatis. Aget enim tunc ignis in dānatos realiter, corpora eorum alterando secundum vnam opinionem citra corruptionē vt instrumētum diuinę iustitię. Et si dicitur quō ignis ponitur instrumentum diuinę iustitię? Respondetur: quia vtitur eo deus in genere causę efficiētis prout voluerit vel vt realiter solum agat, vel intētionaliter solum: vel vt igniat & corrumpat, vel vt igniat & non corrumpat &c. Item, vt detineat ministerialiter & vitaliter immutet actiōe intētionali: quod deus principaliter effectiue vult ibi esse &c. Et per hoc cessant dicta aliquorum, dicentiū q̄ omne instrumentum pręter actionem naturalem habet virtutē aliā ab agēte principali. Quod ad literā non est verum: sed modo iam dicto vel consimili. Et secus est de agēte illimitato & principali & artificiali &c. Nō enim in dolabra est noua forma influxa ab agente principali: sic nec in alijs instrumētis. Quia secundū Durand. quæst. xj. forma cuiuscūq; artificiati non est nisi determinatus ordo partiū: qui potest fieri per solum motum localem diuisionis vel incisionis: prout competit tali dispositioni. Hęc ille. ¶ Secūdum K dubium. Si dānati cremabunt ab igne, & ignis est agens naturale nō voluntarium: ergo vnifotmiter aget in damnatos: & ita ęqualis erit pœna omniū. Nisi alicuius complexio sit plus vel minus dolorosa. Per consequens naturalia impedient diuinam executionem. Itē quū ignis ęqualiter detinet omnes spiritus & aīas: ergo omnes ęqualiter cruciat. contra August. xxj. de ciuitate cap. xvi. cū inquit. Nequaq̄ negādū est etiā ipm ętternum ignem pro diuersitate meritorum quis malorū, alijs fore leuiorem, alijs futurū esse grauiorem: siue ipsius vis atq; ardor, pro digna pœna cuiuscūq; varietur: siue æqualiter ardeat: sed nō ęquali molestia sentiat. ¶ Ad primū. multipliciter ignis dicit agere in dānatos: quo ad corp⁹, vel quo ad aīam. Quo ad corp⁹ dicit cōiter causare dolorē intēsum. Quo ad animā, tristitiā effectiue. Verū quomodo saluari posset inęqualitas doloris dubium est, cum ignis est agens non voluntarium. Si dicitur cum Fran. Maro. sup August. ibidem q̄ illa inęqualitas est ex diuina voluntate istam tristitiam infligente: aut q̄ per ministerium ignis Deus producit & exaggerat in eis dolorem tantum, quātum exigit diuina sententia pro culpa (quēadmodū tenet Tho. parte

tij. quęstio. xlvj. Artic. vj. de Christo: qui ex quo voluntarie passus est ad liberādum homines iuste: & non potēta solum: ideo tantam quātitatē doloris assumpsit, quę esset ꝓportionata magnitudini fructus qui inde sequebatur: & nō solum attendit quantam virtutē dolor eius haberet ex infinitate suppositi patientis: sed etiam quantus dolor eius sufficeret secundum naturam humanam ad tantam satisfactionem) Si sic dicitur in proposito, plana est solutio & consona August. Tametsi deus nullius creaturæ ministerio egeat in genere causę efficiētis, sed potest per se quod potest per creaturam efficienter. Sic enim dicitur deus producere dolorem condignum culpæ, & respectu eius damnatus se habet passiue, ignis vero cruciat ministerialiter correspōdēter ad culpam. Cum subiūgitur ꝙ ignis ęqualiter detinet &c. verum est quantum ad formalem detentionem: puta locum illum in quo determinatur effectiue a deo ad manendum ibi. Tamen nolitio seu queus non est ęqualis in omnibus pro inęqualitate culparum & superbię dānatorum: per consequens nec tristitia erit ęqualis. Nec id nolle est in eorū potestate, vt supra cōclu. v. & Sco. quęst. ij. Et sic dicendo multa facile possunt saluari. Valet ad idem dictū Sapiēn. xix. Vt quę deerāt tormētis repleret punitio. Pariformiter dicendū de

L tristitia. ¶ Tertium dubium contra partē. iij. cōclusionis, ꝙ ignis aget intentionaliter in damnatorum corpora. Passio dolorosa nō fit nisi cum abiectione cōtrarij. Intētionalis actio aut passio nihil abijcit: sed potius ponit aliquid conueniēs potentię: quia receptio intentionalis est perfectio potentiæ: ergo per talem afflictionem damnati non vere patiuntur, nec vere dolent: ergo frustra ponitur. Item vbi est causa cōmunis, erit & cōmunis effectus: et causa eadem, eūdem producit effectū. Cum autem beati etiam habēt vel habere possunt omniū sensibiliū differētias: ergo si ignis immutat dānatos afflictiue, pariformiter immutaret beatū in inferno positū, nō obstante dote impassibilitatis. Alioquin beati minorē haberent cognitionē sensibilium q̄ damnati. Si ergo dānatos affligit: ergo & beatos. Præterea illa apprehensio sensitiua & iudicatiua damnatorū, vel est vera, vel falsa, de igne infernali: vtputa vel iudicabunt eum vere lęsiuum, vel nō vere lęsiuum. Si vere lęsiuū, falsum est iudiciū. Et quęritur de causa effectiua, vnde causatur: & a quo tale iudicium. Ex consequenti non vere lęduntur, sed solū ęstimatiue & falso iudicio, & ita erit fraus dicere de pœna magna dānatorum. Item dānati non deficient in naturalibus: sed secundū opinionem multorum perficientur. Et ita non oportet attribuere falsum iudicium defectui naturæ. Si autem iudicium eorum verum est, ergo vere erit lęsum, etsi non corruptum, & ita realiter aget in damnatos. ¶ Præterea videtur ꝙ nullū sensibile cuiuscūq; sensus dari possit qđ sensui infert dolorē, quin immutet ipm realiter saltem comitāter. De sensu tactus puto esse manifestū: olfactus et tact⁹ similiter. de risu patuit supra. in secūdo. distin. iij. quęstio. ij. quēadmodum aliqđ producatur in potentia post visionem obiecti lęsiui: quod tamen non est species visibilis. &c. De auditu & sonitu forte idem dicendum. Item secundum illā opinionē oportet plurificare miracula circa damnatos: quod tamē ipsi horrent. Probatur: quia oportet in primis suspendere actiuum naturale, puta ignem ne agat in suū susceptiuū naturale debite approximatum & non impeditū puta corpus. Item opus est dicere ꝙ possit in aliquo esse dolor sine quacūq; alia lęsione vel alteratione carnis. Item ꝙ damnatus sentiat ignem & ab igne nō cōburatur, nec calefiat, & similia multa. Dicere ergo oportet secundū illos ꝙ ignis non alteret, nec realiter calefaciat corpora dānatorū: & tamē ꝙ sentiant ignem cum dolore intenso. Dolor aūt nō est nisi in cōposito ex anima sensitiua & corpore & in appetitu sensitiuo. Argumēta illa potissimū vadūt cōtra eos qui dicūt passionem intētionalem siue animę (vt aiunt) sufficere ad dolorem corporis damnatorū: ita ꝙ vere patiant passiōe intētionali nō reali, secūdū S. Tho. qua aliquid transmutatur a sua naturali dispositione. Vnde non calefient ab igne, sed solum intētionaliter immutabuntur recipiendo eius similitudinem: & quia apprehēdūt eum vt nociuum, ideo affligent. Verum conclusio vtrāq; composuit passionem & actionem in damnatis dolentibus secundum corpus. Et hic arguitur ꝙ intētionalis non sit ponenda pro maiore opinionis illi⁹ explicatiōe, si placet eam tenere. Volens itaq; tenere opinionem ꝙ damnatorum corpora habebunt solum passionem intentionalem post iudicium, pōt respondere ad rationes nouiter tactas. ¶ Ad primam negando quantum est ex parte potentię diuinę maiorem: quis concedi posset secundum cōmunem cursum naturę quantum est de se, & ex se. Nam potest aliquis effectus habere causam mediatam & immediatā: & si manet immediata cā, & remouetur causa remota vel mediata, adhuc ponitur effectus, sed non eo modo sicut poneretur posita cā prima & respectu illius effect⁹ mediata. Exēplū. luna recipit lumē a sole destructo sole ꝑ possibile vel impossibile vel eclipsato sole & salua luce lunę, luna illuminat aerē, ignis causat calorem, & per calorem sensationē, per sensationem dolorem. Posita ergo sensatiōe ignis & sublato calore: adhuc sequit⁹ dolor. Sol



illuminat: illuminando calefacit: calefaciendo generat. Si ergo in casu sol non illuminat profundum terrę: quia (vt dicitur) opacum nō est illuminabile: & tamē calefacit: generat nihilominus, minerā in intimis terrę. Ita in proposito (dicerent illi) calor ignis qui solet calefaciendo sensum immutare, & per hoc cum excessiuus est appetitiuę potentię dolorem inferre, si per diuinam potēriam suspenditur a calefactēdo, ita ꝙ non calefacit, & tñ immutat sensum, ęqualiter affliget illud quod immutat intētionaliter ac si calefaceret ipm. Afflictio enim videtur immediate causari a sensatione, & a causa imediata, vel ab obiecto sensato vt tali: & non a calefactione: ideo potest ille secūdus effectus poni posita sua causa immediata, sc̄z sensatione: & non primus puta calefieri. Non enim videtur conceptibile: quēadmodū appetitus sensitiuus posset moueri ab obiecto sensato non posita eius sensatiōe: immo videtur esse cōtra rationem doloris: & ideo sensatio videtur prę cise esse causa doloris: quia ea non posita omnibus alijs positis non ponitur dolor. Hinc vt videtur obiecti disconuenientis apprehensio sensitiua est causa immediata dolorificationis potentię appetitiuæ. Sed ꝙ deus possit facere sensationem ignis, sine eius calefactione ostendūt sic. Quia ignis ordine quodā se habet in genere causę efficientis respectu vtriusq;: ergo vnus effect⁹ pōt a deo ipediri sine alio. Sic sc̄z alia opinionē ponit ignis calefactio sine calefacti corruptione. Sicut ergo stāte tali vel tali dispositione terrę, sol calefacit, & nō illuminat: calefaciēdo generat: ita virtute diuina pōt impediri prim⁹ effectus ignis circa damnatos qui est calefacere: & nō secūdus qui est sensum immutare: ex cōsequente nec tertius qui est dolor appetitus. Cęus ergo secūdū eos, secundum cōem cursum naturę dolor sensibilis esse non possit sine lęsione carnis, lęsione in quā reali: secus tamē ordinatione & virtute diuina. Cum subiūgitur ꝙ actio intentionalis aliqđ potest conueniēs potentię: Dicendū ꝙ operatio intentionalis proportionata respectu obiecti cōuenētis & delectabilis cōueniens est potentię: improportionata vero nō est delectabilis: qualis est sensatio obiecti excellentis, et improportionati. Nec mirum: quoniā operatio nō est delectabilis nisi circa obiectum delectabile. In ꝓposito vero obiectum, vt sic, id est vt sensatū, est disconueniens: ideo cōtristari vel dolorem inferens. Immo est ex natura disconuenientis appetitui sensitiuo: quia ipsummet vel comitans ipsum est de se natura lęsiuum & corruptiuū: & dato ꝙ istud comitans quandoq; non comitetur, semper tamē manet disconuenientia prima realis & naturalis, manente obiecto vt tali: id est vt sensato. Vt in ꝓpo sito: esto ꝙ nō comitet imoderata calefactio: manet tamē disconuenientia obiecti sensati calefacere habentis & potētiā intentionaliter solū transmutantis. Cum ergo dicitur receptio intentionalis & perfectio potentię, verum est si fuerit obiecti proportionati & cōuenientis. Notanter vero obiectum, dū potentia fertur in ipsum apprehēsiue &c. ¶ Ad aliud, vbi est cōmunis causa erit cōmunis effectus: esto ꝙ ita sit cū cętera sunt paria, & vbi nullum est impedimentum vel dispositio cōtraria impediens actionem vnius & non alterius: tamē in proposito, sicut ignis combussit olim Chaldęos & nō pueros cōtristauit Chaldęos, lętificauit pueros: licet fuerit ignis eiusdem rationis & susceptiuū caloris hinc & hinc: ita ignis non calefacit damnatos in inferno nec beatos secundum illam opinionem: aut calefacit dānatos non beatos: infert tristitiam illis, & non istis: tamē immutat intentionaliter: quia quo ad illos apprehenditur vt lęsiuum nolitum: non sic in alijs. Vnde beatus etiam transmutaretur ab igne sicut damnatus: cæteris paribus, si esset in igne infernali. Qđ aūt in eo nō sequitur dolor, causa est: qa beati habent dotem impassibilitatis, non sic dānati. Hęc imaginatio pulchra est & conformis actiuitati ignis citra corruptionē: & est possibile ꝙ deus ita posset eos cruciare ad præsensionem obiecti & cōcurrere ad productionem vnius effectus nō alterius: sed factum non claret. ¶ Ad aliud, nō ꝓpter diuersimode apprehēdere, sed diuersimode recipere iudicatiue sensationem ignis appetitus sensitiuus dolet. Beatus em̄ recipit sensationem volens gaudenter & lętanter deo sic volēte vt pfectionem potentię: dānatus vero odiens & nolens vt afflictiuam & punitiuam tanq̄ instrumentum diuinę iustitię: & ideo non lędentur per hoc precise ꝙ apprehēdunt ipsum vt lęsiuum vel vt iudicant ipsum ignē, tanq̄ lęsiuū: nec est in eorū potestate nō apprehendere vel non iudicare, aut pati ignem, vt instrumentum diuinę iustitię. Aliter dici potest: vterq; cōgnoscit ignem qualis est, & ꝙ est punitiuus & calefactiuus de sui natura si bi ipsi derelictus: Immo corruptiuus. Beatus vero ex dote impassibilitatis nullatenus horret aut timet ignē, sed delectatur in eo, vt in creatura dei sibi in nullo cōtraria ex ordinatione diuina. Damnatus timet et exhoret ignē, vt ab eo affectione cōmodi summe nolitum. Nollet em̄ determinari a creatura viliori ad sui cōsiderationem precise: vt sic libere quę vellet concipere posset: per consequens, nec ab eo effectiue puniri ex superbia qua tumet vt supra cōclusione quinta. Nulit ergo ignē & odit: sed sic apprehensum vt iustitię diuinę instrumentum. Et sic in damnato ex diuina iustitia sequitur sensationem simul tempore

afflictio & dolor iterior & exterior: ad quæ sequit̃ appr̃hēsio vera vt actu lędentis instrumēti diuinę sententię: a qua se excutere non possunt, sed nolentes apprehendunt cum dolore & tristitia. & sic non est falsum iudicium, nec actus prędedit obiectum. Sicut etiam homo prius dolet q̃ percipiat tudicatiue se dolere, non tamē prius dolet q̃ percipiat materialiter id qđ est causa doloris. Non tñ oportet q̃ iudicet illud esse causam doloris quousq; experiatur. Exemplum de dormiēte cui applicatur aliquod combustibile quod statim incēsum agit in dormiētē, & ipsum excitat a somno cum lęsione. Per hoc ad formam argumenti. apprehensio iudicatiua dānatorum vera est: & causatur a sensu vel deo p̃ qualitate delicti cum dolore conuenienti peccato illi. ¶ Ad aliud: esto q̃ ita sit saltem in aliquibus sensibus: nō tamen ex hoc sequit̃ q̃ omnis immutatio dolorosa & dolorem inferens fiat per immutationē realem. Sic enim sensus corporis glorificati non perciperet calorem nisi per immutationem realem calefactiuā. Vnde notat Palude pro defensione illius opinionis q̃ omnis sensatio fit per immutationē intentionalem per se, & formaliter etiam in sensu tactus. Dicerēt ergo sic opinantes q̃ frequēter cū immutatione intētionali comitatur ante vel post realis: sed illa non concurrit necessario ad dolorē: quia sine ea posito obiecto disconuenīente & posita immutatione intentionali, adhuc fit dolor & non sine ea. Ideo ponitur intētionalis necessaria ad dolorem & sufficit. Realis vero non est necessaria, vt iusit vel ieē possit dolor. ¶ Ad aliud: nō habet pro inconuenienti hęc opinio dicere q̃ possit in aliquo esse dolor sine quacunq; lęsione alteratiua vel corruptiua carnis: sed non secundum cōmunem cursum naturę. Deus enim id efficere potest, & vt creditur efficit circa damnatos. Et si quęritur: an illa positio possit sustineri: ita q̃ non habeat pro ratiōe principali cessationem motus cęli: Dicendum q̃ sic. Vnde possent dicere ad auctoritatem philosophi. viij. Physi. in qua quidam se fundant: q̃ non fuit de mente eius: si cælum staret ignis nullam haberet actionem in stupam vel in aliud. Vnde a domio Stephano episcopo Parisiensi excommunicatus fuit ille articulus vt refert dist. presenti: Si cęlum staret ignis in stupam nō ageret. Sed intellect⁹ ei⁹ est, stāte cęlo nō esset alteratio vel vicissitudo diuersarum alterationū prouenientiū a principio generali & naturali extrinseco. Vel secūdum mētem Palude. quęst. vj. qui refert hic vnam singularem opinionē q̃ scilicet fuerit de mente aliquorum ignem non posse virtute diuina quod potest virtute naturali. Et sic dicebāt stante cęlo ignem nō posse vrere: qđ falsum est. Sed dicere q̃ ignis hoc nō possit p naturā suam, cessante coactione diuina, nō est erroneum: sicut virgo nō potest parere per naturam solam, sed virtute diuina. Volens tenere oppositum diceret intentionalem requiri ad dolorē simpliciter. & licet deus potest supplere vicem agentis naturalis in genere causę efficientis: hoc tamē pro statu illo nescitur quomodo futurū sit citra reuelationem. Et licet stante fide ponatur corporum in pœnis perpetua conseruatio, et actiuitatis ignis in ea forte suspensio: non tamen sic constat de causando dolorem sola actione animę sine reali passione vel actione. Ideo nō oportet secundum cōcedere sicut primū. ¶ Quartum dubium: An ignis infernalis sit corporeus & materialis eiusdem rationis cū nostro igne: & an idem sit ignis oim damnatorum, tam hominū, q̃ spirituum. Hic respondet Durañ. quæstio. ix. & post Palu. quæstio. vj. Quis non possit conuinci per scripturam: ignem infernalem esse corporeū: est tamen hoc tenendū auctoritate patrū & sanctorum: vtputa Beati Augustini. xxj. de ciui. dei. cap. x. Et q̃ idem ignis est dęmonum & damnatorū. Itē beati Grego. iiij. dialo. cap. xxx. Idem habet Holkot. lect. clxxxix. sup Sapientiales & alij. Et Damas. lib. iiij. cum inquit, Non materialem qualis est apud nos. Q̃d notāter addit, quia nō indiget fomenti appositiōe vt persistere possit, sed a Deo factus est perpetuo duratur⁹ sine alicuius extrinseci fomēto: quomodo etiam corpora humana post resurrectionem dicuntur spiritualia: quia nec cibo indigent, nec potu, quasi sint spiritualia facta. Itē ignis noster est consumptiuus & corruptiuus: ille vero potius dicendus est cōseruatiuus & punitiuus corporum ad perpetuam pœnā et nō consumptiuus, nec defectiuus, sed stabiliter permanēs & semper crucians vt instrumētum diuinę iustitię peccatores. Forte ad hunc sensum dixit Augusti. lib. xij. super Gene. ad literam cap. xxxij. infernorum substantiam non corporalē esse: sed spiritualem. Et ante hoc dicit: q̃ ea quibus animę afficiuntur non sunt corporalia, sed corporalibus simillima: tametsi ibi vera molestia sit. Sed id vltimum Augu. dictū nō facit ad propositum. Potest enim intelligi de cruciatu dęmonum & animarū non corporum: vel q̃ nominat illum ignem spiritualem & similem corporali, quia semper manet vt spiritus nullo extrinseco fotus, & cruciat damnatos sicut corporalis suo modo. Ad idem Greg. super Iob. li. xvij. §. l. Cū sit corporeus & in se missos corporaliter exurat: non tamen humano succenditur studio, sed creatus semel durat inextinguibilis: succensione nō indiget & ardore non caret. Ratione cuius potest dici spiritualis, vt supra. Durandus dicit eum esse corporalem solum, ex eo quia afflictur⁹ est corpora post resurrectionē. q. xj. Cū illa patrum sententia, q̃ ignis ille sit corporeus futur⁹: stat dictū bti Aug. lib. xx. c. xvj. de ciui. s. neminē scire nisi p̃ reuelationē cuiusmodi sit ille ignis & i qua mūdi vel rerū pte futur⁹. Clarū enī est Christū in gñe dicturū Matth. xxv. ad dæmones & hoies. Ite maledicti i ignē æternū. nō i ignes diuersos. q parat⁹ est diabolo & angelis eius. Potest etiam dictum Damasc. aliter intelligi: q̃ nō est materialis qualis est apud nos. quia licet inflāmet vt ille: nō tamē lucet: cū sint ibi tenebrę exteriores: & redit in idē cū priori dicto. ¶ Quintum dubiū. quare scriptores canonici & patres sancti obscure locuti sunt non explicādo modum punitionis aiarū & actionē ignis. Respōdetur. non fuit curę sanctis de hoc multa dicere: qđ noluerūt experiri. Aug. in Enchiri. capit. xcij. ait. Certa est eorū damnatio: nō ergo fatigare debet hoiem icerta eorū i pœnis habitudo. Desiderabūt. n. mori, & fugiet mors ab eis: dolorē sentiēt q̃ nō interimet, sed affliget in ppetuū. Satis ergo fuit eis id qđ futurū est referre, non curādo curiose de modo fiendi sic vel sic deo cognito. Sic etiā fecerunt Euangelistæ de factis & passis Christi, factum fideliter referendo, & eius passionē omisso crucifixionis modo &c. Et si allegetur dictū beati Gregorij iiij. Dialo. c. xxx. non est clarū an respiciat corpora, vel animas damnatorū. ait enim. Teneri p ignem spiritū dicimus, vt in tormēto ignis sit videndo atq; sentiēdo. Ignem nāq; eo ipso patitur quo videt: et qa concremari se aspicit, concremātur: sicq; fit vt res corporea incorporeas exurat: dū ex igne visibili, ardor ac dolor inuisibiliter trahit: vt p ignē corporeū mēs incorporea etiā incorporea flāma crucietur. Hinc parū sonat de cruciatu damnatorū quo ad corpora eo rūdē qualis sit, an realis, an artificialis: et ideo diuino cōmittat examini. ¶ Ad factū diuitis sepulti i inferno, q̃ se cruciari dicebat in flāma: facile dici potest cū Aug. lib. xxj. c. x. de ciui. dei. & beato Grego. q̃ nō habuit mēbra corporalia: qa nōdū resurrexit: sed est sermo metaphoric⁹. Sicut spūs sanct⁹ dr̃ digitus dextrę dei. Per flāmas. n. nobis exprimit immēsitas pœnarū correspōdēter ad peccatū cōmissū. Facit p̃ dictis beatus Aug. viij. sup Gene. c. v. cū inquit. Melius est dubitare de occultis, q̃ litigare de incertis. Illū quippe diuitē in ardore pœnarū: et illū pauperē i refrigerio gaudioꝝ itelligēdos eē nō dubito: sed quō intelligēda sit illa flāma inferni, ille sinus Abrahę, illa lingua diuitis, ille digitus paupis, illa sitis tormēta, illa stilla refrigerij, vix fortasse a māsuete q̃rentibus. a cōtētiose aūt cōcertātibus nūq̃ inuenietur. ¶ Sextū dubium. Si ignis agit i spiritū: ergo vel virtute corporali vel spūali. Nō corporali: quia sic oportet agēs habere ꝓportionē cū passo. Nec spūali: qa agēs nō est pstāti⁹ passo: qđ tū vt sit reqrit̃. Corporale vero nō est pstāti⁹ Ispūali: vt arguit beat⁹ Aug. xij. sup Ge. ad literā. c. xxxij. & ibidē. Nō sunt corpalia, sed corpalib⁹ sil'ia: qbus aię exutę patianī. Itē oē agēs agit p cōtactū: corpale nō tagit spūale. Itē agēs itēdit sibi assimilare passum &c. ¶ Dicēdum. ignis agit in spm̃ vt supra patuit actiōe itētionali. Ad diuisionē, dicūt q̃ nō est sufficiēs: qa datur pticipās cū vtroq; agēte. Sed Tho. Argē. breui⁹ dici pōt: detinēs ptin cipale & efficiens ipam formalē in igne detentionem, & ad locū certum determinationem est deus ratione ignis: nec obiectū aliquod vt tale aliud a deo. Ignis vero est instrumentale agens direct⁹ a deo iuxta demerita peccatoris. ergo & pricipale agēs est spirituale & simpliciter nobilissimū. Et posset dici: agēs esse partim corporale, ptim ipūale: quia deus est principale agēs detinēs & determinās effectiue: ignis solū formaliter detinet: vt instrumētū dei. Nec sequit̃, si ignis nō detinet effectiue, sed tm̃ formaliter: ergo nō cruciat effectiue animā: qa ignis vt formaliter detinēs spm̃: & vt instrumētū dei ad hoc deteriatū, est obiectū summe nolitū, ideo vt sic infert tristitiā causatiue sicut obiectū nolitū vt sic: et vt obiectū volitū, qa de se nō est disconueniēs spūi. Si. n. aliqs sctōꝝ intelligeret diuinū velle q̃ deberet ibi ppetuo esse, nō haberet de hoc tristitiā neq; nolitionē: qa licet sit in eo libertas naturalis vel indifferētia ad locū, tñ i esse ibi vel ibi p̃cise nō cōsistit i actu eius pfectio natural'. Ideo deteriatio illa q̃ fieret a Deo nō esset cōtra suā naturalē iclinationē, nec cōtra suā volūtatē. Agit ergo ignis i spm̃ vt supra, ptim spūaliter, ptim corpaliter: verius spūaliter. qa de⁹ detinet ipm̃ effectiue: & ignis est detinēs instrumētale ex ordinatione diuina determināte spm̃ ad illū locū cōtra suā supbā & iuidiosam volūtatē Deo cōtrariā. cruciat tm̃ ignis effectiue. Insup hic est ꝓportio q̃dā agētis ad passū: agētis dei ꝑ demerito puniētis & ignis instrumētaliter detinētis. Cū dicit̃: agēs est pstātius passo. verū est de agēte principali, de instrumētali nō oportet. Pręterea q̃is agere in cōi nobilius sit pati in cōi: aliqđ tm̃ pati est nobili⁹ aliquo agere. Siqdē nobilissimū agēs est nobilius nobilissimo passo. si tm̃ sensus & intellect⁹ eēt potētię pure passiuę, nobili⁹ eēt recipere itellectionē i se q̃ agere obiectiue. Ad auctoritatē beati Aug. qua ꝓbare nitit̃ corpus nō agere in spm̃. Respōdet Tho. Argen. q̃ intelligit̃ de agēte naturali qđ innitit̃ suis ꝓpriis viribus. Ignis vero est agēs instrumētale. Scotus

dicit q; intelligitur de agẽte æquiuoco & totali seu principali. Ignis vero non est agens principale. Ad aliud: non sunt corporalia, sed corporalibus similia: patuit dubio quarto. Ad aliud: agens corporale agit per contactum: verum est virtualẽ vel machinatiuũ: hoc est habet virtutẽ agẽdi i passum debite disposituũ, & approximatũ. Et sic agit ignis in dãnatos p cõtactũ virtualẽ, qa vult deus in igne detineri dãnatos: & ipm formaliter detinentẽ esse obiectum nolitũ. Ad aliud: agens assimilat sibi passum: non formaliter, sed virtualiter, vel scdm qd: qa agit in aliud: vel ẽ obiectũ nolitũ aut volitũ. Ita põt cõcedi de agẽte naturali & cã efficiẽte maxie creata. Posset ẽt negari vlr: si calor i subiecto ꝓducit calorẽ, i alio ñ ꝓducit. Nec illę auctoritates Philosophi q̃ loquunt̃ de actiõe naturali reb⁹ dimissis suis naturis habẽt hic locum: nã principale agens detinẽs & determinãs effectiue est deus, & nõ creatura: q̃ solũ est agẽs instrumẽtale, & vt formaliter detinens, vel poti⁹ vt retinens in se obiectiualiter id qd a deo effectiue in ipo positũ est.

P ¶ Septimũ dubiũ, An ignis infernalis purgatorij, & ignis corporeus mũdi huius sint eiusdẽ speciei essentialis. Videt q; sic, ex dictis Aug. & Greg. ꝑallegatis. Btũs Aug. dicit se ignorare nec alicui cõstare nisi p reuelationẽ. li. xx. c. xvi. de Ciui. dei. & hoc plus placet. Potest tñ deus p ignẽ alia opari ꝓ statu futuro q̃ hic &c. ¶ Octauũ dubiũ: quia ex fide scimus infernũ eẽ, vbi ẽ.

Q De hoc distinguẽnti, de receptaculis aiarũ. ¶ Nonũ dubiũ, an eodẽ mõ puniant̃ i igne corporeo aia sepata, & dæmon. Durãdus tenet q; nõ. Nãq; rõ ponẽdi ignẽ esse corporeũ est, vt corpa post resurrectionẽ ardeãt in igne. Nã si solę aię essent puniẽdę citra corporũ resumptionẽ, null⁹ ponere tur illũ ignẽ esse corporeũ. Cũ aũt dęmõ non habet nec habebit corpus, ideo solũ punit̃ spualiter, & nõ a corpore vel igne. Sed post resurrectionẽ corporũ, dãnatus homo punieẽ realiter per ignẽ in corpore. & hoc mõ timet: quia scit se corpore arsurũ: et sic aia scdm veritatẽ in corpore suo patieẽ post resurrectionẽ: dæmon nõ sic. Nã quẽadmodũ quis tristat̃ de ꝓsenti malo, ita timet futurum malũ infallibiliter futurũ. Hic timor erit vel maior vel minor scdm q; sciunt se pro demerito plus vel min⁹ arsuros. Patet hoc: quia sicut augebit̃ gaudiũ beatoꝝ cum habebũt corporũ resumptionẽ in re, quã nũc habẽt in spe: ita & pœna damnatoꝝ augebit̃ cũ habebũt malũ in re: qd nũc timẽt infallibiliter futurum. Secus de dæmone: cui nũq; vnieẽt corp⁹ vt forma & ps compositi. Ideo eius pœna dicit̃ a Durãdo p quãdã adaptationẽ & sil'itudinẽ. Cõcludit itaq; q; animę dãnatoꝝ q̃ corporibus reunientur ad pœnã, patientur ab igne corporeo scdm veritatẽ: quia ignis ante resurrectionẽ vere generat in eis horrorẽ & timorẽ mali pœnæ infallibiliter futuri citra corpoꝝ exustionem: nõ sic dæmones corpus nõ habentes. Et cũ homo ardet scdm corpus & in inferno, potest dici et animã esse in igne ꝓpter corpus cui vnitur: licet ignis ipam non alteret vel afficiat realiter. Alia ratio scdꝫ Durã. Pœna correspõdet culpę: sed dęmon nũq; habuit delectationẽ carnalem vel corporalẽ: ideo etiã de his nõ habebit pœnã nec tristitiã, sed solũ de amore sui ipius inordinato & de superbia ac dei cõtẽptu: ratione cuius priuat̃ ęterna beatitudine. Vnde plurimũ tristat̃ de carentia visionis dei: q̃ est pœna grauissima & maior omni sensibili pœna: sicut & delectatio quã excludit maxima est. cuius dicti intellectus supra patuit. ¶ Dicũt q̃dã pœnã dęmonũ eẽ p oppositũ ad gloriã angeloꝝ: q̃ nõ ẽ de re corpali, sed de visione btifica dei. Ideo illoꝝ tristitia, solũ erit de carẽtia eiusdẽ. Et si angeli dicunt̃ q̃nq; risisse, vel comedisse: & ita habuisse delectationẽ carnalẽ: dicũt hoc eẽ intelligẽdũ nõ scdm veritatẽ, sed scdm similitudinẽ. Quicqd sit de illo, beatitudo essentialiter consistit in visione dei, & angeloꝝ, & hoim qcũq; saluabunt̃. Forte posset ad hoc adduci dictũ beati Augu. xxi. de ciui. dei. c. x. cum dicit. Corporeus erit ignis, & cruciabit corpora dãnatoꝝ, aut & hoim & dæmonũ, solida hominũ, aerea dęmonum: aut tñ hoim corpora cũ spiritibus. Dęmones aũt spiritus sine corporibus hęrẽtes cruciant̃, sumẽdo pœnã, nõ imptiendo corporalib⁹ ignibus vitã. Hęc ille. ¶ Cõtra istã opinionẽ posset dici. Tã etsi habere beatificã visionẽ sit habere summũ & omne bonũ: nõ tñ sic est de carentia tanti boni q; sit summũ malum. Non enim est ꝓfecte miser q caret visione dei beatifica cũ adhuc habet naturalia perfecta & integra quo ad vsum & opationẽ: vt patet de pueris in limbo. Sicut ergo beatitudo cõsistit i ꝓfectione naturaliũ vl' visiõe dei: ita & dãnatio i carẽtia vtriusq;. Debẽt ergo dęmones iusto dei iudicio priuari: nõ solũ beatitudine supnaturali: sed etiã naturali, q̃ est in cõtẽplatiõe sui, & ꝓlatione creaturę corpalis. Coguntur subesse ignì detinenti vt instrumento de iure iustitiæ. Maxima vero pœna est domino elato & superbo fieri seruũ vilioris vernaculi. Item diceret qs q; sit eadẽ pœna animarum, spirituũ, & damnatoꝝ quãtum est de se ꝑcise quia spiritualis. Anima vero quia deliquit in corpore, patieẽ in corpore &c. ¶ Ad id de correspondentia pœnæ ad culpam dicitur, q; non requiritur in omnibus identitas, sed secundum quantitatem culpæ sufficit esse quã-



titatem pœnę. Cũ autem angelus peccauit per superbiã, debuit iuste subijci creaturę vilioris ministerio. ¶ Alia est opinio Aegidij Larẽ. de aia sepata & dæmone, vꝫ tenens q; .s. patiunt̃ ab igne corporeo nõ scdm se, qa corpus vt sic non põt agere i spiritũ: sed vt ab instrumẽto diuinę iustitię: patiunt̃ iquã ꝑ inissionẽ. Hãc opinionẽ Larẽ. impugnat Paltu. q. vij. ostẽdẽdo q; agẽs principale nõ imprimat instrumẽto nouã formã aliã a sua forã naturali, nisi solũ materiã localẽ Ponit exẽplũ de dolabra &c. Et sil' Durãd. q. xj. ¶ Alia est opinio Hẽrici & sequaciũ, q; .s. spũs sepatus a corpore & dęmõ patiuntur ab igne corporeo ꝑ veritatẽ: qa .s. virtus diuina infundit vel spiritui sepato, vel dęmoni aliquã qualitatẽ seu habitũ supnaturalẽ: rõne cui⁹ habitus sic infusi dęmõ vel aia sepata põt ab igne pati, & sine quo nõ posset ab igne corporeo pati. Nõ. n. vt videt portuerit illi aliq̃d ponere i aia vel dęmone: rõne cuius possit ab igne affligi. Istud videtur mere voluntariũ. Quę riẽ de infuso: an sit corporeũ vel spũale. Si spũale, est par rõ vt supra, q; non põt affligi ab igne corporeo. Si corporeũ, vel ergo cũ aia cõstituit vnũ cõpositũ. Si nõ, nõ videtur quomõ rõne eius cum sit vere extrinsecum animę: aia dicat̃ pati ab igne corporeo. Si sunt vnũ cõpositũ vel suppositũ: ꝗro cui inhęret ille habit⁹: vel aię, vel aia est i habitu vt i subiecto. Nõ põt dici q; hit⁹ sit subiectũ ipsi⁹ aię sepatę, vel dęmonis: qa aię est subiectũ corp⁹ suũ altera pars cõpositi. Preterea aia sepata hoc mõ nõ est sepata. Si vero ille habitus q ponitur corporeũ quiddã, inhęret aię vt subiecto: tũc est par ratio q̃rẽdi vt supra: quõ aia põt in se recipe hoc corporale, & nõ caliditatẽ ignis. ¶ Quarta opinio ponit speciale modũ punitionis aię sepatę i inferno, vtputa ꝑ retẽtionẽ potẽtiarũ sensitiuarũ. Cũ enĩ scdm illos potẽtię sensitiue sint accidẽtia absoluta, põt deus illa accẽtia absoluta seperare a suo subiecto, puta a toto cõposito: & cõseruare in aia sepata. Et sic aia sepata ꝓpter potẽtias sensitiuas retẽtas in ea põt pati ab igne corporeo. Hęc positio ponit plura, q̃ nõ admittunt̃ &c. Et posset q̃ri vt supra: an sit corpale qd an spũale &c. ¶ Quãta opinio est quã tãgit cõclusio quinta supra posita: q; .s. patiunt̃ ab igne corpeo spũs sepati & dęmones p modũ detẽtionis &c. Et hoc videt ꝓbabile scdꝫ Durã. Post resurrectionẽ vero aia habebit vere dolorẽ in corpe resumpto citra corruptionẽ: scdm Aug. in libello de triplici habitaculo. c. xx. vbi dicit in inferno duo esse principalia tormẽta. .s. frigus iterminabile, & calorẽ in extiguibilẽ. Matth. xiij. Ibi erit fletus & stridor dẽtiũ. Fletus nãq; & liquefactio oculoꝝ ex calore nascit. Stridor dẽtiũ ex frigore. Ad hoc Iob xxiiij. Et ex illis dicit depẽdere innũera tormẽtoꝝ genera, quoꝝ plura hic recitat: quę fere oĩa sunt corporalia. Insup dicit dolorẽ ibi esse sine remedio, lachrymas, suspiria, gemitus, pœnã sine fine &c. Sat est recitasse illas diuinationes. Et tantum de ista distinctione.

## Distin. XLV.

Ręterea sciẽdũ est. Supra Magister egit de corporũ resurrectiõe. nũc de statu aiarũ ante corpoꝝ resũptionẽ. Et primũ de statu purgatorij dist. pñti. xlv. Dehinc de statu aiarũ i inferno, dis. sequẽti. Sũmariũ textuale his trib⁹ colligit̃ cõclib⁹. ¶ Prima. Defunctoꝝ aię i charitate defunctę habẽtes aliq̃d expiabile, possũt ofonibus ecclesię salutari sacrificio, ac eleemosynis, dũ ꝓ eis fiũt, iuuari: et nõnũq; diues celeri⁹ q̃ pauper de purgãdoꝝ receptaculis liberari: nõ aũt põposa funeris sepultura. ¶ Scda cõclusio. Mediocriter boni q repient̃ in fine mũdi, possunt ꝓ ignẽ trãseuntẽ merito & intercessione ecclesię saluari. ¶ Tertia. Sãcti glorificat̃ cognoscunt supplicãtiũ ꝑces in verbo, intercedunt q; ꝓ eis affectu & merito. Extensionẽ harũ conclusionũ textus habet.

### ¶ Quęstio. I.

A Circa cõclusionẽ textualem primã hęc mouet̃ quęstio generalis, Vtrum defuncti habẽtes adhuc aliq̃d pœnarũ luere, possunt a suis pœnosis receptaculis liberari viuoꝝ suffragijs. Hęc quęstio supponit eẽ aiarũ receptacula: quęrit de liberatiõe earũdẽ. Pro pte suppositi est hęc q̃stio, vtrũ sint ponẽda, & vbi & quot receptacula sepatarũ a suis corporib⁹ aiarũ, aut etiã post resurrectionẽ resumptarum.

¶ Quãtũ ad articulũ primũ supponunt̃ dicta in scdo collecto. dist. ii. q. ii. quõ angelus sit in loco: & dist. ꝑced. de pœna sensus & dãni. Deinde notandũ q; aiarũ decedẽtiũ a corporib⁹ suis, diuersa ponunt̃ receptacula: & scdm Rich. q̃dã cõia, q̃dã specialia ex singulari ordinatione diuina, & nõ de lege cõi. Prima & cõia receptacula sunt quatuor: q̃ fuerũt dedicata aia-

bus ante Christi aduētū. Tāetsi Aug. alia rōne ponat solū duo extrema. in de triplici habitaculo. Et. xxj. de ciui. dei. c. xxiij. A eternū. s. suppliciū, & vitā æternā, siue gaudiū. ex textu Matth. c. xxv. Primū receptaculū scdm eū oēs um locus btōz, secūdū infern⁹ dr. Primū est locus glorię, secūdū locus pœnę. Et licet cōiter ponant quatuor receptacula pœnalia: tn multū sunt inter se dra: & singulū eoz qnq; venit noie infernus. Nō de loco glorię, sed pœnę hic dicēdū. Prim⁹ loc⁹ pœnę ppetuę damnatoz est, in quo est & pœna sensus & dāni ppetua: & hūc occupāt de cōi lege, qui cū peccati mortalis culpa decesserūt in finali ipœnitētia. Scds loc⁹ est pœnę tpalis: hūc tenēt purgandi, q in charitate mortui sunt: qui pœnā habēt, sed tpalē sensus & dāni: ppter aliquid expiabile vel culpę venialis vel mortalis: cuius pœna ęterna cōmutata est in tpalē ex diuina misericordia, & hois pœnitētia dimissa culpa p gratiā gratū faciētē. & hęc receptacula debētur p pctō actuali. Tertius est limbus pueroz & vsu rōnis carētiū nōdū regnatoz remedio deleti uo originalis culpę. Hi pœnā sensus nō habēt: sed dāni tn & ppetuā: quia nō nouerunt actuale pctm. Quia tn sunt debitores originalis iustitię: ideo saluari nō possunt, ttāte lege: sed semp manet i eis carētia iustitię originalis cū debito habēdi. Quartus locus dr limbus patrū, in quo fuerūt sācti patres nō hītes aliqd expiabile añ Christi mortē: ianuæ aptionē: ac chirographi decreti solutionē. Hi dūtaxat habuerūt pœnā dāni tpalē, & expectabāt Christi ascēsionē, ac hūane liberatiōis cōsūmationē. Hic locus alio noie dr sinus Abrahę: quia Abrahā fuit pr multarū gētiū. Ro. 4. & prim⁹ recepit signaculū circūcisionis, deū coluit, ac ab ifideliū cœtu se segregauit. Et qa ad hūc locū mittebāt liberati a pctis: et i Christū credētes, & ad vitā pdestinati: ideo dicit sinus Abrahę. Verū post Christi mortē & regni aptionē locus glorię dr qnq; sin⁹ Abrahę: vt patet i cātic̄is ecclesię, p defunctis, hoc est perpetuę reqetionis. Sic habent. iiii. loca infernalia large sumēdo nomē ifernus, p loco pœnę. Raro em vel nūq; repit nomē infern⁹ accipi in bonū scds Aug. ad Dardanū Epla. lvii. Prim⁹ locus habet pœnā ppetuā sensus & dāni. Scds pœnā tpalē sensus et dāni. Tertius qui limbus puerozdr, pœnā ppetuā dāni, nō sensus. Quartus q limbus patrū, pœnā tpalē dāni. Hūc Christus destruxit patres liberando, & vectes ferreos cōfringēdo. Hinc ait Aug. in sermone de descēsu Christi ad inferos. Oēs iustos, q i originali pctō tenebant astricti, absoluit. Iustos inquit. i. gratiā gratū faciētē habētes. Vñ recte p Osee dr Ero mors tua, o mors. Morsus tuus ero inferne.

possent omnino a pœna liberari: quia taxatũ est a deo, q; tãtũ pœnarum debẽt tolerare & nõ plus: ita q; secundum suffragium non tantũ tollit de pœna quãtum primum, nisi solum secundum partes proportionales, non secundun quãtitatem. Exemplum: si vna linea diuiditur in duas medietates, & quelibet medietas i suas medietates. Et sic secunda linea non tãtũ tollit quãtum prima: nisi secundum proportionẽ. Consequenter ponit differentiam iuuaminis horum qui sunt in purgatorio & qui in inferno: quia existentes in purgatorio possunt totaliter iuuari & liberari: qui vero in inferno sunt, non liberantur sed iuuantur: vt mitius puniantur. Et sic illa suffragia dicunt eis valere quantum ad pœnę sensus mitigationem sed non ad totam liberationem: quia sunt in termino. Admittũt etiã q; in inferno est redemptio aliqualiter mitigãs & relaxans, non ex toto liberans. Et licet constituti in inferno non sint de iurisdictione Papæ quo ad pœnę totalem liberationem: sunt tamen de eius iurisdictiõe quo ad pœnę qualemcunq; mitigationem: saltem illi qui existentes in via in charitate meruerunt sibi illa ecclesiæ bona applicari &c. Albertus nominat illam opinionẽ, & non ab re, fictionẽ. Non enim datur ratio quare secundum suffragium non tñ valet, cæteris paribus, sicut primum nisi secundum proportionem: cum in omni natura æqualiter agentia, æqualiter tollant & abijciant de passiuo. Et possunt illa suffragia fieri pari voluntatis conatu, consimili charitatis feruore &c. Volunt in summa q; suffragia ecclesiæ valent damnatis pro diminutione pœne secundum partes proportionis, sed non eiusdem quantitatis. Cantor Parisiensis & Stephanus Cantuariẽ. tenent q; primum suffragium non minus nec plus confert q̃ secundum: & q; secundum tãtũ valet quãtum primum &c. procedendo: & q; suffragia possent ita multiplicari: q; tota illa pœna tolleretur a damnato. Sed tunc relabuntur in priores damnationis pœnas. Et sic dicunt pœnam illã aliquando suspendi: & damnatum relabi in idipsum. Nemo enim liberatur a pœnis siue relapsu, nisi per gratiam dei, cuius facti sunt indigni. Ad sic dicendum mouentur dicto Ioan. Chrysosto. supra exposito: ponentis duplicem misericordiã, liberantẽ ex toto. & relaxantẽ quę semper punit citra cõdignum in omni iudicio. Allegant plura alia quæ non cogunt: quia dei misericordia semper punit citra condignũ: sed videtur mirum quomodo stat cum misericordia q; relabũtur in pœnã iam liberati: & q; punit deus bis in idipsum. Quis iustus iudex infligit rursus pœnam post solutionem & acceptam satisfactionẽ? Item dixerũt quidã: vt refert Guiliel. Altiss. lib. iiij. titu. de damnatione reproborum, q; suffragia ecclesiæ valent dãnatis ante iudicium extremũ: sed nõ post iudicium. Prepositinus vero tenet q; ante & post iudiciũ valent damnatis si fiunt pro eis: & tãtũ quãtum meruerunt in via. Hinc refert idem Prepositin⁹ q; legitur in vita sancti Brandani, q; Brãdanus viderit Iudam incedẽtem per prata, & cum quæreret ab eo cur non esset in inferno, respondit se ad tẽpus habere refrigeriũ: propter bona quæ fecerat Albertus Magnus: vt supra post prefatarum opinionum recitationem dicit Guilielmũ Altiss. magnum doct. tenere, q; pro certo pœna ignis non diminuitur: nec suspenditur a dãnatis per ecclesiæ suffragium: tñ prodest vt tolerabilior sit eorum damnatio: quia confortat patiẽtem: vt confortato vigore leuius ferat ignis incẽdium. Exemplum: cum alicui valde grauato sub pondere infunditur aqua ad faciem infrigidans eum. hic quidem refrigeratur & confortatur ad leuius sustinendum pondus ipsum: & tamen pondus non diminuitur. Et hoc similiter dicit Albertus esse fictionem. Nescio vbi Guilielmus hanc ponat opi. sic enim legitur in libris eius vbi supra libro quarto. titu. de damnatione reproborum. Dico sine prejudicio melioris sententiæ, q; opinio dicens suffragia nõ prodesse damnatis, probabilior est, & magis consona diuinis eloquijs. Vnde cum in inferno nihil de culpa diminuitur per suffragia, nihil de pœna per eadem remittitur. Si vero & vbi aliam (quam ei Albertus ascribit) teneat opinionem: non legi: tametsi profuse hanc pertractet materiam, recitando varias opiniones. Manet ergo conclusio vera auctoritate ecclesię: q; in inferno nulla est redemptio, quantũ ad status mutationẽ Dicit enim Christus. Matth. xxv. Ite maledicti in ignem æternum. Ad idem Augusti. xxj. de ciuitate dei capi. xxiij. vbi allegat scripturã multipliciter ad hoc. Siue intelligitur de pœna damni, siue sensus, neutra illarum minuitur in inferno quo ad damnatos, sed manet perpetua: presertim quo ad eam quæ infligitur pro mortali peccato non remisso in via quo ad culpam, vtputa cum quo decessit. Quod notanter dicit propter opinionem aliquorum tenentium pœnam mortaliũ & venialium quo ad culpam in via remissorum finem in inferno habituram cũ iam satis passę sint pro illis secundũ dictamen diuinæ iustitiæ. de quo infra dist. xlvj. Secus de mortalibus & venialibus hic per contritionem non deletis quo ad culpam. Attamen non obstante ista opinione q; tales pœnę sint habituræ finem in inferno, non prosunt eis suffragia ecclesiæ, sicut prosunt ijs qui sunt in purgatorio ex ordinatione diuina: quia damnati sunt omino in termino: & perpetui inimici dei: nec meruerũt propter gratiæ defectum, q; talia possent eis pdesse, si cõtingeret pro ipsis fieri suffragia.



¶ Secunda conclusio. Omnibus & solis defunctis qui decesserunt in charitate, aut gratia gratum faciente, prodesse possunt (si habẽt aliquid extensibile) suffragia ecclesiæ. Probatur, suffragia ecclesiæ possunt aliquibus prodesse: vt habet ritus & auctoritas ecclesiæ. sed nõ beatis nec damnatis ex prima conclusione: ergo illis qui sunt i purgatorio. Ad hoc sunt auctoritates plurium sanctorum patrum: tametsi auctoritas ecclesiæ sufficit cum Paulo. j. Corinth. iij. cum loquitur de ædificatione super fundamentum, lignum, fœnum, stipulam, q; salui erũt per ignẽ. Ad hoc Augustinus vigesimoprimo de ciuitate dei capit. vigesimosexto: item de cura pro mortuis. capi. vltimo: & in quæstionib⁹ Dulcitij quęstione secunda: in enchiri. capit. cx. item decimatertia quęstione secũda. Diony. ad idem capi. septimo. Ecclesia. hierarch. cum Vercelleñ. Et propheta. Particeps ego sum omnium timẽtium &c. Dicitur, possunt prodesse: sed quando & quomodo facta? Respõdetur, defuncti in charitate qui sua finali perseuerãtia in charitate meruerunt, tum propter charitatis communionem, tum propter facientis supplicationem piam & deuotam, tum propter meritum ac vt supra dictum est facientis applicationem. Nec obsunt auctoritates allegatę. Opera eorũ sequuntur illos &c. Intelligũtur enim de prẽmio essentiali & status mutatiõe: item post iudicium vel vt supra. hic vero locus est suffragij. Et licet bona quæ agit homo sint scdm predicta ipsius operantis, potest tamen ea dare alteri quo ad pœnę remissionẽ &c. qui dum viueret in via, meruit sibi posse prodesse: si pro eo fiant cum effectu post mortem. Sed contra hanc conclusionem videtur esse Ecclesiastes nono. Mortui nõ habent partem in hoc seculo. Item Ezechie. decimoquarto. Si fuerit hi tres viri &c. ipsi sua iustitia liberabunt animas suas, Suas inquit non alienas. Itẽ peccator absolutus a sacerdote si emẽdam impositam acceptat, tenetur eam adimplere per se, & non potest auctoritate propria eam, cũ sibi imposita est exequi per alium. Alias diuites & carnales homines possent omnes corporis castigatiões facere per alium: & sic maneret in eis malum impunitũ. Item pœnę purgatorij sunt formaliter opera pœnalia: ergo non possunt tolli, nisi p equiualens formaliter: & ita per sola pœnalia: ergo non videtur sufficere orationes & oblationes &c. Item nullus potest pro alio pati pœnas purgatorij: quia non est in potestate detenti in purgatorio alium surrogare: qui pro eo ibi patiatur: ergo etiam viuus non potest satisfacere pro detẽto in purgatorio, pari ratione: eo q; mortuus tenetur per se satisfacere. Item opus est habere secundum strictam iustitiam equualentiam naturalem vnius ad alterum: sed pœnæ purgatorij cum pœnis huius mundi, nullam habẽt similitudinem: alibi eñ sola anima, hic corpus dolet & anima torquetur &c. Item homo non potest pro homine confiteri vel contritionem elicere, ita vt alius ad ea, stãte culpa propria non teneatur: ergo nec satisfacere: cum satisfactio ipsa sit pars pœnitentiæ sicut confessio & cõtritio. ¶ Ad primũ: Ecclesiastes loquitur vt concionator: nec loquitur hic in persona sapientũ, sed stultorum. Sed si in persona sapientis dictum est, intelligitur post iudicium: vel de præmio essentiali augendo vel nouo merito acquirendo ad status mutationem vt supra notabili secũdo. Cõsimiliter intelligitur Ezech. xiiij. & xviij. Ad aliud: tenetur implere per se, si tenor iniunctionis hoc habet: & si potest per se implere: & si eam acceptauit non prẽuentus morte: vel aliqua corporis valetudine aut impedimento consimili. Sacerdos enim nõ potest peccatorem obligare ad impossibile. Debet ergo illa esse mens discreti sacerdotis: vt per seipsum si potest, aut per alium si per se non potest, satisfaciat, ei cũ hoc innotescẽdo sibi pœnam purgatorij: quã habet luere post mortem, si hic non satisfaciat in via pro culpis commissis. Est enim rationi consonum & liberalitatis diuinæ: vt cum amicus dei per gratiam morte præuentus non potest hic satisfacere, sed cogitur alibi satispati habeat, qui pro eo suffragiũ faciat amici, dando pro eo quod per se dare non potest. Q; si alicui imponitur emenda ad cautelam culpę futuræ aut pro corporis sui castigatiõe, & eam acceptat: tenetur per seipsum implere cæteris paribus: nisi concedatur ipsi eam tollere aliquo opere priuilegiato vel per indulgẽtiarũ concessionem. Dicitur, & eam acceptat: quia si quis renuit accipere emendam propter corporis teneritudinem, infirmitatẽ, paupertatem &c. nihilominus est absoluendus secundum Gerso. in florib. Et sanct. Tho. iij. quodli. quæstione vigesimaoctaua. Sacerdos non debet onerare pœnitentẽ emenda intolerabili: sed ei indicare pœnitentiam: & si vult ad suum arbitrium ponere: si potest illa facere &c. Cæteris paribus dictum est: vt in coniugio vel in casu consimili: vbi de hoc magnum oriretur scandalum: vel

timeretur malum verisimiliter futurum: quia tunc potest petere commutationē. Si enim quis piam commutaret emendā sibi impositā & per se fiendam non amore carnis proprię: sed ex causa alia & pietate quadam, maxime vsus consilio sapientum. aut sacerdotis auctoritate qui eā imposuit, volens interim (sine salutis iactura) salubrioribus intendere ex maiori charitatis affectu: vel forte vt euadat notam & scādalum, & nihilominus illa explere per aliū, non peccat: sed satisfacit. In hoc enim casu iudicat ille hanc cōmutationem deo fore plus gratam & ecclesiæ magis proficuam. Nec ex hoc sequitur corporis lasciuia, sed potius donatio & ad vtiliora (magis necessaria) roboratio. Possunt dari exēpla de pugnātib⁹ pro fide catholica, tum armis, tum doctrinationibus, disputationibus, lectionibus, concionibus &c. Cum ergo confessor nō habet alicui infligere pœnā purgatorij, sed proponere & ante oculos reducere pœnam luendam in purgatorio quam hic non diluit: nec eum ducere in barathrum desperationis: sed erigere baculo consolationis: nō debet infligere alicui pœnam quam non vult aut non potest ferre vel implere: sed nec deus (ex sua misericordia) obligat eum ad hanc pręcise: sed dat alterātiuam: vt vel hic satisfaciat, vel alibi satispatiatur, donec viuorum suffragijs inde liberet. ¶ Ad aliud, non opus est hic esse ꝙuialētiam formalem vel naturalē huj⁹ ad aliud: sed sufficit diuina acceptatio quæ hoc acceptat pro illo: nec ex hoc relinquitur malum impunitum: sed punitur in acceptatione diuina huius pro illo. Et licet pœnæ purgatorij sint formaliter opera pœnalia, nō sic orationes, lectiones, disputationes, &c. hoc nō impedit in proposito: quia secundum Gers. in florib. huiusmodi opera spiritualia pro statu illo habent annexam corporis fatigationē: & cōtrariantur affectioni commodi, vt notum est: ideo sunt pœnalia. Præterea secundum Maximinū in sermone: tota christiani hominis vita crux est & martyrium: & militia est vita hominis super terram. Deus enim iudex iustus est & misericors: per suam passionem & mortē meruit nobis, ꝙ deus pater vult pro illo acceptare hoc. Statuit quoq; ꝙ in purgatorio patiantur: donec habeant redimentem & soluentem vsq; ad minimū quadrantē: Matthei quinto. ¶ Et si adducitur ꝙ licet in contractibus quis posset pro alio satisfacere, & de delicto quādo est obligatio ad pecuniam: secus de delicto quo ad pœnam corporalem. Sic enim pœnæ tenent suos actores. Dicendū ꝙ illa iuris regula nō habet locum in proposito inter Deū & homines: quia Christus non plene liberasset genus humanum a debito originalis culpæ: nec meruisset nobis gratiam primā: nec adulto baptismus cōferret gratiam primam sine condigna satisfactione pro peccatis & formaliter pœnali. Regula iuris non loquitur de pœnis quibuscunq; & pro quolibet foro: sed intelligitur, nisi dominus legis voluerit eam ipsi vel remitti vel commutari: aut hoc tanq̄ ꝙuialens in sua acceptatione pro tanto recipere dum offensa est remissa & facta amicitia: nec restat nisi soluendum aliquid, qđ potest & per alium fieri. ¶ Ad aliud: cōcedit ꝙ nullus potest purgatorium intrare, & ibi pœnas eiusdē pro alio sustinere. Secus in hac via: nec est par ratio, nā vnum placet deo non aliud: & vnum vult fieri non sic aliud: cum non est de foro meriti vel satisfactionis, sed passiōis. Nec mortuus tenetur per se satisfacere, sic ꝙ ali⁹ non possit sibi esse suffragio: verum si suffragium in effectu deest tenetur per se satispati, donec de⁹ remittat. ¶ Ad aliud, negat. Sufficit enim ꝙualitas in diuina acceptione: vt solet dici de merito distin. xxvij. ij. sen. ¶ Ad aliud, dicēdum ꝙ non est simile. Ratio est natura rei sic institutæ a deo: quia respectu confessionis & cōtritionis homo se habere debet actiue: vt gratiam consequatur ex ordinatione diuina. Nec merentur actus illi proprie dici confessio, vel contritio: nisi sint actus personales. Satisfactio vero dici potest, etiam dum fit per alium, & alter illud acceptat quasi factū per seipsum. de hoc supra habetur distinctione decimasexta questione secūda huius collectorij. &. xxiij. quæst. ij. de satisfactione vnius pro alio, & operum duplici pœnalitate. ¶ Et quia plurimi docto. vtputa Palu. distin. xx. questione secunda. Gers. in florib. Hostien. in sum. de pœni. & re. §. quæ pœna sit pro peccatis imponenda. Item. §. quis sit effectus. in ver. sine. §. flagella. eo. titu. S. Tho. quodli. iij. q. xxviij. volunt ꝙ plus valet emenda imposita per sacerdotem in confessione virtute clauiū, q̄ sponte assumpta a confitente. Ideo est secundum eos salubre consilium, ꝙ sicuti secūdum ritum ecclesiæ est bifaria confessio peccatoris, generalis & specialis, & confitens aliqua in genere, aliqua in particulari cōfitetur: Sic & sit impositio emendę generalis & specialis: vt cum imposuit emendā specialem pro peccatis, dicat Opera bona quæ fecisti, & adhuc facies, siue actu, siue proposito & voluntate, item mala pœnę & corporis cruciat⁹ quoscūq; sustinebis, prosint tibi in remissionē peccaminum, & in satisfactionē. Non tñ debet sacerdotis intentio esse, ꝙ velit ad hoc obligare confitentem ꝙ illa omnia faciat & patiatur: sed si fecerit ea aut passus fuerit &c. sint ipsi satisfactoria ex sacerdotis ordinatione, & ita virtute clauium, per consequens est satisfactio sacramētalis. Gerson in floribus, de pœnitentia. vult ꝙ illa generalis iniunctio quæ bene fieri solet vt omnia bona facienda cedant in remissionem, prosit & sufficiat vt indulgentię quæ referuntur ad pœnas iniunctas in hac vita, vt habet communiter series verborum concessionis, valeant & prosint alicui, vbi etiam pœnitentia specialis totidem dies quot sonant indulgentiæ nequaq̄ iniunxisset vel iniunxit. Ecce & hic doctor generalem iniunctionem pœnitentiæ laudat: & premisit ꝙ virtute clauium & meriti Christi dantur in qualibet confessione sacramentali indulgentiæ: sed quāte, deus nouit. Et sanctus Thomas ad idem quod. iij. questione vigesimaoctaua. Hinc quidam habent illum morem, ꝙ etiam tempore indulgentiarum cum habentur remissiones plenarię, imponunt peccatori pœnitentiam canonicam & septēnem: ita tamen ꝙ eandē quātocyus redimant faciendo id ratione cuius datę sunt indulgentię. Et videtur non esse ab re, si ille modus etiam seruetur circa morituram absoluendum vigore indulgentiarum plenariarū. Addit Palud. quæstio. tertia. articulo secundo. Dum aliquis absoluit moriētem cum ipsi tam innotescit pœnitentia quā facere deberet generali iniunctione, vt supra, debet velle ꝙ omnia quæ per ipsum fuerint ordinata, & omnia suffragia q̄ sibi fuerint impēsa sint sibi in remissionem peccatorum &c. Insuper debet hortari vt hæredibus & executoribus imponat plurimorum vt poterunt suffragiorum impensionem sine dilatione: ꝙ si tenetur ad aliquid & id intungit præuentus morte viuo, sed viuus negligit, torquebitur in purgatorio, prout Dei misericordia & iustitia exigit pro delicto. Debuit enim non peccasse: & vitæ breuitatem præuidisse. Nec impotentia ipsi valebit ad satisfaciendum: licet valuerit ad merendum. Præterea si ille cui committitur executio a morituro non potest per se facere: potest surrogare alium sine fraude & dolo qui non peior prior re: quia ideipsum placuisset morituro, si cogitasset illum euentum futurum. Si autem quis pro mortuo facit pœnitentiam quam ille non fecisset nec imposuisset, non prodest mortuo virtute clauium vel per modum sacramenti: sed solum per modum suffragij: sicut prosunt suffragia defunctis, licet ab eis postulata non fuerint. Hęc ille. Ad propositum Durandus in distinctiōe vigesima & alijs. ¶ Si quęritur, an vixisse in maiore charitate sit causa ꝙ plus prosint alicui suffragia si fiūt pro eo post mortē: Respondetur ꝙ non: quia est meritum conditionatum ꝙ valent ei si pro eo fiunt. Ergo decessisse i charitate est causa sine qua nō. Et in illa non valet arguere a simpliciter ad magis. Pręterea qđ sic est causa, non ponit effectū nisi extante conditione. Si quęritur, quomodo suffragia liberant animas a peccato: sensus est, liberant ab obligatione ad pœnam debitam ꝙ peccato olim commisso. Et sic a pœna peccati liberant: quādoq; per modum meriti: qñq; humilis supplicationis vel purę solutionis. Quomodo tollunt maculam peccati: dicendum: nō proprie, sed metaphorice: quia tollunt carentiā gloriæ tunc debitę. Dicitur enim res maculosa non solum positiue, sed etiam priuatiue ex carentia gloriæ tunc inesse debitę: si non esset impedimentum. sicut & homo mortuus dicitur ex carentia gratię gratum facientis quę est vita animę & decor. ¶ Si dicis, iniustū est innocentē mulctari pro nocente: Dicendum, in casu non est iniustum: dum innocens causam alterius facit suam sine sui iactura, sed cum lucro. In proposito faciens suffragium pro alio non priuatur essentiali præmio beatifico: sed communicat alteri bona sua ad remissionem pœnæ cum augmento meriti qđ habet tū grę, tū premij essentialis &c. ¶ Tertia conclusio. Est probabile dictu: suffragium factum per malum ministrum mortali culpæ subiectum posse defuncto prodesse quandoq;: tum ex opere operato: tum ex opere operato: tum via supplicationis vel humiliationis aut protestationis catholicę fidei: & non via meriti vel vnionis charitatiuę. Malus minister est peccator mortali culpę subiectus. ¶ Dicitur ex opere operato quod intelligitur vt supra notabili quarto. Sic enim semper valet altaris sacrificium ex opere operato a quocunq; ministro fiat. Est enim idem sacrificium a quocunq; dispensetur malo vel bono ministro. de quo in expositione canonis missæ. lectione quinquagesimasexta. & quinquagesimaseptima. Item octogesimaquinta, & octogesimasexta. Sic & sacramentalia aliqua valere creduntur ex institutione ecclesiæ, et similiter ex opere operato, vt aquæ benedictę aspersio, & benedictio, oratio dominica &c. Sic de eleemosynis ex quarum largitione contrahitur quasi debitum morale: ita ꝙ percipiens vice gratitudinis tenetur orare pro illo defuncto cuius vice dantur.



G H C

¶ Dicitur ex opere operante. Vno modo, ex opere operante alterius a ministro executore. Alio modo non alterius ab executore. Si primum, hoc est dupliciter. Nam ille alius ab executore, quandoq; est ecclesia vniuersalis Deo semper placens: quæ per ministros licet malos sæpe operatur ministerium. Item potest esse alius operans ab ecclesia vniuersali, vtputa instituens, ordinans, mandans &c. Si primum, ex quo ecclesia principaliter agit per suum ministrum: & semper placet deo: ministerium quod sic fit vice ecclesiæ ab eius ministro, semper placet ex opere operante ecclesiæ vniuersalis. Et hunc valorẽ non impedit malitia ministri: qa non gerit vt sic personam suam: sed vices ecclesiæ. Sic vigiliæ & similia ab ecclesia instituta vt suffragia pro defunctis valẽt dum fiũt a malo ministro ex opere operante ecclesię vniuersalis. Et videtur probabile dictu: sicut in ordinatiõe sacerdotum dicitur generaliter: Accipe potestatem offerendi pro viuis & mortuis: ita & sacerdotibus generaliter datum est vt ministris ecclesię ratione ordinis & officij publici facere sacrificium pro viuis & mortuis quicunq; sint, nisi ex demerito spectaliter phibeantur. Hinc mali licet non mittantur spectaliter ab ecclesia ad officia sua: tamen generaliter & ratione officiorum missi dicuntur. Et generaliter loquendo videntur omnes ordinati ab ecclesia (siue nunc possunt aliquid de facto quod prius non potuerunt de facto, vt sacerdotes ordinati qui sumpto charactere sacramentali conficiunt eucharistiam, quod non poterũt de facto: siue ex officio quod prius non poterant ex officio, sed solum de facto: vt legere euangelia, epistolas portare, ampullas &c. quod de facto etiam possunt laici facere) dum faciunt id quod ratiõe suscepti ordinis eis cõpetit facere, actum sui ordinis, & veluti ministri ecclesiæ, licet mali, siue faciunt cum vel sine solennitate, cum vel sine habitu clericali, in vel extra templum: dummodo non sunt alias protunc rite & legitime prohibiti vel suspensi. Et idem videtur esse de laicis facientibus aliquid ab ecclesia institutum tacite vel expresse, seu pia cõsuetudine pro loco & tempore inductum: vt suffragium defunctorum: & ab ecclesia frequẽtatum. Et sic videtur intelligendum dictum vulgatum plurimorum: q eorum facta valeant dum faciũt actũ sui ordinis. Alias legentes vigilias extra ecclesiam, vel deambulando ad extra non seruando solennitates, non facerent actum ordinis: et sic nõ prodessent ex opere operante ecclesiæ. Cohibet vero ecclesia excommunicatos ab actibus publicis, non semper ab occultis. Tenetur enim excommunicatus legere horas, vigilias, & similia: sed prohibiti sunt a sacramentorum perceptione & collatione: excommunicatio non debet eos releuare. Et non videtur quomodo verum sit illud dictum: faciens actum sui ordinis in mortali, peccat mortaliter. nisi in certo casu cum scandalose facit vt notorius & fornicarius &c. cum remorsu conscientiæ, simultate, & Pharisaice simulans sanctitatẽ ad extra &c. Non cñ concedendum est excommunicatum peccare mortaliter, cum ad partem legit horas suas, aut vigilias &c. facit enim id ad quod tenetur siue pro viuis, siue pro mortuis. Hinc stat quẽ facere actum ordinis & ordinantis debitum, & non incurrere irregularitatem. Patet de legente orationes suas in ædibus cum est excommunicatus. Nec videntur soli illi actus dicti actus ordinis in quos nunc potest cum effectu, & prius simpliciter non potuit. Sic enim soli actus sacerdotales, dicerent actus ordinis contra ritũ multarũ ecclesiarũ: vbi & subdiaconis & diaconis p̃bentur pro suis ministerijs p̃bendæ, vel manuales distributiones &c. cum interfunt vigilijs vel officijs &c. ¶ Videtur, salua maiorum sententia, dicendum. Sicut in confessione facta ab homine peccatore, imponitur ei emenda generalis conditionaliter & generaliter: sic q omnia quæ facturus est, aut passurus, sint ei virtute clauium in remissionem peccatorum, vltra valorem operis ex operante: Ita ecclesia vult omnium suorum ministrorum officia & actus ordinis quos facturi sunt citra prohibitionem eius valere quasi eius nomine facti sint defunctis &c. Consimiliter dicendum videtur de actibus pijs & deuotis suorum filiorum laicorum ab ea institutis explicite vel implicite. Hoc scholastice refero & maioribus examinãdum cõmitto. ¶ Alio modo operans qui est alius ab executore, potest esse is qui mandat, rogat, aut instituit vel iubet suffragium fieri pro se vel alio per ecclesiæ ministrum. Quod enim quis sic per alium facit, ipsemet censetur fecisse. Et hoc dupliciter: quia quandoq; mandans malus est: quandoq; bonus. Si bonus, est concors omnium sententia, q valet. Sic bonus dominus quandoq; meritorie per manũ mali hominis dat eleemosynam. libro sexto de electio. capit. Vbi maius periculum. Papa in concilio Lugdunensi mandat pro defuncto Pontifice exequias fieri: &



superiores subditis imponunt orationes generales pro pace &c. Sic concionator aut curatus in commemorationibus mortuorum &c. Quæ omnia faciunt vt ministri ecclesiæ, quæ talia quasi instituit fieri laudata consuetudine. Hoc modo suffragia facta per malos ministerialiter valere possunt ex opere operante principalis actoris boni alterius ab ecclesia vniuersali: qui mandauit instituit iussit aut ordinauit ipsum fieri, si tempore quo mandauit instituit &c. fuit bonus. Sic tenent Palu. & Thomas. ¶ Sed diceret aliquis: esto q, aliquis non instituit actu & voluntate elicita: sed solum secundum mentis præparationem, an hoc sufficiat? Q; sic, videtur. quia secundum Palu. & alios doctores præuentus infirmitate censetur petere extremam vnctionem cum vita ipsius fuit talis q, præsumitur si cogitasset de euentu illo insperato petiuisset tunc sibi dari nunc. Ita loquitur de eucharistiæ sumptione, dum alias sumere potest. Ita in genere quilibet catholicus vult voluntate humili implicite sibi suffragari omnia ea quæ ab amicis pro eo fient, & omnia obsequia ecclesiæ vniuersalis. Habent enim tacite voluntatem & effectum ad illud. quia requisitus, si vis pro te fieri suffragia solita ecclesiæ: & pulsatiões campanarum: item diem exequiarum &c. dixisset vt catholicus, vtiq; volo & instanter peto. Videtur ergo illa omnia implicite mandasse. Sic de præuento morte cuius semper fuit vita laudata, qui neglexit aut non potuit instituere pro se exequias fieri solitas &c. quia ratione caruit vel loquela &c. ¶ Dicendum videtur, huiusmodi institutio quæ est solum secundum mentis præparationem, non sufficit in operibus satisfactionis: in quibus voluntas non reputatur pro facto: alias volens secundum mentis præparationem benefacere, iam faceret opus, & suffragium impartiretur alicui: ita q si prius decederet, esset suffragium quasi consummatum. Requiritur ergo institutio actualis, credo tamen sufficere in casu virtualem: quam præcessit actualis tanq; causa, vt cum homo quærit cum effectu modum congruum instituendi præuia voluntate efficaci de voliti consummatione. Nec est simile de vsu sacramentorum quæ valent ex opere operato, & operibus satisfactionis in remissionem pœnarum: quia in his requiritur factum si pœna debet solui. Verum licet non valent ex opere operante mandantis: valent tamen huiusmodi suffragia ex causa alta defuncto, scilicet ex opere operante vniuersalis ecclesiæ cæteris paribus, cuius more & quasi institutione fiunt: et cum hoc quandoq; ex opere operante ministri exequentis. In his videtur esse concors omnium sententia de valore ex opere operato, & opere operante ecclesiæ vniuersalis: et similiter mandantis principalis, dum est in gratia tempore mandati. Sic notat quæstiuncula tertia, quæstione secũda. sanctus Thomas. Opus suffragij quod fit a malo ministro: vltra hoc q, dicitur valere ex opere operato, potest in eo considerari opus operans: & hoc dupliciter: quia operatio peccatoris facientis suffragia quandoq; est eius, idest præcise fit a malo ministro, qui est principalis actor et executor operis. & sic secundum illum doctorem nullo modo est meritoria nec sibi, nec alij. Et hoc verum est secundum eum: quia non dicitur meritum nisi meritum condigni. Ad idem est Durandus quęstione prima, dicens q, nec valet ad meritum de condigno facienti, nec ei pro quo fit. Alio modo consideratur in quantum est alterius: quod contingit dupliciter. Vno modo inquantum factor operis gerit personam ecclesiæ totius. Et quia ille dicitur facere cuius vice aliquid fit: hoc modo valet ex opere operante ecclesiæ vniuersalis, non obstante malitia exequentis. Sic secundum Durandum oratio publica ministri mali semper valet: quia fit nomine ecclesiæ. Alio modo inquantum est alterius vt instrumenti. Et quia opus ministerij magis est principalis agentis & mandantis q̃ instrumenti: si instrumentũ (hoc est minister exequens motus & directus a principali actore & mandatore) non est in gratia, sed actor & mandator principalis cum mandauit fuit in gratia, potest actio illa esse meritoria remissionis pœnæ ratione principalis agentis vt loquitur sanctus Thomas: sicut cum dominus bonus existens in gratia dat eleemosynam per seruum malum. ¶ Ex his possunt colligi aliqua corollaria. Primum corollarium. si aliquis existens in gratia gratum faciente mandat pro se fieri suffragium, mandat inquam manens protunc in gratia cum mandat, si posterius eo mortuo, cum fit suffragium pro eo executor operis est in peccato, nihilominus valet ipsi defuncto suffragium ad remissionem pœnę, q̃uis ille per quem fit sit protunc in peccato. Sequitur enim oratio cõditionem principalis agentis seu mandantis, & non instrumentalis. ¶ Corollarium secundum. si quis decedens in charitate ordinat tunc cũ est in gratia gratum faciente suffragium pro se fieri, id non impedit malitia

Universidad de Deusto
Biblioteca



exequentis quo ad opus operans ipsius instituentis seu mandātis. Magis tamen valeret principali actori: si & executor tunc esset in gratia gratum faciente: quia tunc ex duabus partibus posset ipsi prodesse, scilicet ex opere operante sui instituentis: & ministri exequentis. ¶ Corollarium tertium. Si tempore mandati mandator non est in gratia gratum faciente, non prodest ipsi suffragium mali aut boni ministri factum pro eo ex suo mandato vel opere operante dicte: secus forte per accidens: vt si datur tempore executionis suffragij eleemosyna pauperi qui prouocatus orat pro eo. Sed ille effectus dicitur operis operati, non operis operantis. Et dato q̄ mādator iustificetur ante executionem per ministrum: quia tamen opus sequitur conditionem mandantis tunc inexistentem dum ordinauit illud suffragium fieri, non prodest ipsi defuncto ex suo opere operante: quia tunc caruit gratia gratum faciente, cum fecit mandatum vel institutionem. ¶ Corollarium quartum. Suffragiū a quocunq; fiat ministro pro defunctis, si fit vice ecclesiæ vniuersalis, sic semper valet ex opere operante. Dicitur autē fieri vice ecclesiæ, quando est actus ordinis, & fit a ministro ecclesiæ, aut quando est ab ecclesia directe vel indirecte institutum. Vt est suffragium mortuorū, vt vigiliæ, thurificationes ecclesię, pulsatio campanarū & si milia multa, quę habet vsus ecclesię vniuersalis, vel particularis pro defunctis. Videtur enim p̄babiliter dicendum, quęcunq; bona opera ab ecclesia (vt sunt mortuorū suffragia) directe vel indirecte instituta vel laudabili consuetudine introducta possunt valere defunctis ad remissionem pœnę ex opere operāte ecclesię vel illius particularis agētis, & dici fieri vice ecclesię, vt supra. Immo in genere quęcūq; fiunt ex p̄testatiōe, credulitate, aut fide ecclesię catholicę a quocunq; filio ecclesię: vt infra dubio nono. Si vero fit ex mandato persone priuatę p̄cise & non vice ecclesię vt causę sine qua non, sequitur conditionē tunc inexistentem principalis agentis, vtputa si tempore mandati fuit in gratia non impedit malitia ministri exequentis. si non fuit in gratia, nō valet ex opere operante mandātis: sed solum boni ministri exequentis. Attamen si mandator & ordinator id quod olim existens in peccato mādauit, de nouo mandet: vel prius mandatum & ordinatum innouet cum iam est in gratia gratum faciente: perinde est ac si constitutus in gratia mandasset suffragium pro se fieri. Ita videntur tenere vt supra sanctus Thomas, Durand. & Palu. Sed cum idem est mandans & exequēs, & in mortali peccato constitutus: aliter respondet sanctus Thomas & eiꝰ sequaces. Aliter Scotus. Secūdum opinionē sancti Thomę talismodi suffragiū nullum est defuncto. Oportet em̄ satisfactionem fieri in charitate. Secundum aliam opinionem habitā supra, distinctione decima sexta. quęstione secunda. & Gersonem de pœnitentia in floribus, & particula. xlviij. de solicitudine ecclesię, & de oratione parte secunda, Durand. distinctione decimasexta. quæstione secūda. dici potest: Sicut peccator potest alicui defuncto in charitate consequi indulgētias per modum suffragij: ita videtur p̄babile dictu ipsum posse satisfacere citra reconciliationem & meritum proprie dictum pro suis vel alterius defuncti peccatis quo ad culpam dimissam. Prima pars manifeste claret ex determinatione Cardinalis Raimundi nostro quo tēpore Sixti quarti, & Innocentij octaui transiuisse per vniuersum orbem. Secunda pars: quia non videtur ratio diuersitatis loquendo de satisfactione non meritoria nec reconciliante. Sic Gerson parte secunda de oratione ponit plures modos quibus oratio innititur & satisfactoria compensatio: & q̄ quandoq; procedit ex fide informi: sicut ex spe quadam. Et secundum Augustinum cap. quinto de cura pro mortuis, credere quem posse iuuari precibus sanctorum, est quędam supplicatio. Et ideo dictum fuit in conclusione tertia: Tum via supplicatiōis vel humiliatiōis &c. Ad hoc videtur esse communis ritus & obseruātia fere totius ecclesiæ: & dicenda infra dubio nono iuxta finem. Non enim facturi suffragium defuncto tale vel tale prius confitentur aut conteruntur vt eorum opus quod facturi sunt sit proprie meritorium, & p̄cedat ex gratię inclinatione: sed passim & indifferenter faciunt fideles oblatiōes pro defunctis ad altare: sequuntur cadauer in officio sepulturæ: astant pulsui: intersunt thurificationi: mortuorum officijs: & similibus multis: scandalizarentur plurimi: si quis prædicaret talia nihil conducere defuncto ex supplicatione & deuotione sic agentium. Quicquid sit de opere operāte ecclesię hęc instituentis nisi factor sit in charitate, omnes clerici curati silent, sinunt talia fieri & religiosi, & ita videntur populum decipere, & in ignorantia fouere &c. Præterea videtur illud proximum esse errori Vvicleff condemnato in concilio Constant. qui dixit sacerdotē mortali peccato subditum, nec baptizare, nec ordinare, nec cōsecrare &c. Quō clerici satisfaciunt legēdo horas & mortuorum officia &c. cū non sunt in charitate, si non stat quem posse p̄cise citra reconciliationē cum Deo, suorum fundatorum & patronorum &c. pœnas soluere, vt habet Paulus Hebræ. v. Omnis pontifex &c. Dona & sacrificia pro peccatis non solum vt nō aggrauēt peccatum faciendo ad literam actus subtātiam ad quod tenentur: sed vt vere soluāt ad mentem fundatorum? Præterea diligenter respiciendo dicta sancti Thomę, distinctio. decimaquinta. quęstione prima. articulo tertio. quęstiuncula prima. vult q; vbi est offensa, ibi est inęqualitas dupla, vtputa iustitiæ & amicitiæ. Si ergo debent tolli per satisfactionem, oportet restituere amicitiam. Hoc clare sonat de satisfactione reconciliante: secus de soluēte solū. Sed in proposito defunctus pro cuius peccatis oratur, est cum Deo reconciliatus, & non habet nisi nude soluere pœnam debitam sine specificatione qualitatis personę: quę pro eo pœnam subit. De hoc enim nulla scripturæ auctoritas expresse videtur loqui. Et cum deus multa tēporalia malis largitur: cur non idē hic dicitur de pœnarum solutiōe ad preces mali ministri, vt supra? Quam mētem videtur tangere quęstiūcula quarta. cum inquit. Iustitia vno modo respicit debitum ex parte recipientis: alio modo similitudinarie ex parte dantis. Decet enim aliquid dantem dare respectu cuius recipiens nō habet debitum. Seruis intelligo, id est meritū p̄prie dictum: quod est condigni. Meritum enim congrui secundum eum non est meritum saltem proprie dictum. Sic dicit Anselmus. Deus iuste facit hoc, id est decet deū hoc facere. Et ipsemet sanctus Tho. sic exponit ponēs duplex meritū, condigni & congrui. Primum exigit gratiam & amicitiam dei: secundum vero non: & per consequēs admittit q; opera bona extra charitatem facta aliquid improprie merentur non ex merito, vel debito gratiæ: sed ex decentia liberalitatis diuina, & via supplicationis: vt supra notabili secundo, siue orationis. Sic secundum eum peccator improprie dicitur mereri temporalium abundantiam non de cōdigno: ergo pariformiter pœnæ nudam solutionem, cum ad hoc non sit scriptura in contrarium, nec auctoritas cogens, nec diuersitatis ratio &c. Sed quia illud meritum nō est p̄prie meritū: dicit q; talia opa bona in peccato facta nihil mereantur, scilicet merito proprie dicto. Præterea peccator meretur de congruo peccati remissionem & primam gratiam nō merito proprie dicto: alias gratia non esset gratia: ergo & solutionem pœnæ faciendo bonum op9 de genere, et ex quadam morali vel naturali affectione bona. Nec requiritur hic forte tanta & talis dispositio ad pœnæ solutionis impetrationem: sicut ad gratię consecutionem. ¶ Secundū hoc, posset non inaniter poni duplex acceptio Valere ex opere operante, scilicet meritorie de cō digno: et non meritorie de condigno. Et hoc dupliciter. Vel ad gratiæ consecutionem: vel ad cuiusdam boni liberalem donationem aut mali ablationem, quomodo deus peccatoribus propter bona de genere quæ faciunt, largitur temporalia bona fortunæ. Aut negetur secundum Durandum, quęstione tertia. distinctiōe decimaquinta. Et illa regula habet hic locum stante quodam Dei honore, aut diuinę magnificentię recognitione in huiusmodi suffragijs. Potest & alia quandoq; habere locum &c. Idem videtur velle Palud. distinctione p̄senti. quęstione prima. articulo primo. dicens q; suffragia per malos defunctis valent: non per viam meriti, aut vnionis charitatiuę, sed quandoq; per modum impetrationis. Idem autem est secundum eum vt videtur, meritum congrui, & via impetrationis. Ostēdit insuper q; oratio peccatoris quandoq; est impetratoria pro se & alijs. Patet de miraculis quæ quandoq; fiunt per malos ad conuersionem infidelium. Sic Iudas cum alijs Apostolis sanabat infirmos. Dehinc ponit quandam suffragiorum comparationem quę plus valent: dicens primo & maxime valere suffragium boni, bono: quia via meriti, vnionis, & impetratiōis. Dehinc bonum malo: quia per modum frequētis impetrationis. Voluntatem enim timentium se faciet. Dehinc mali pro bono: demum mali pro malo, sed non tantum, nec tam frequenter: quia deus peccatores non exaudit. sic scilicet vt iustos exaudit. Hæc ille. Ecce modus tertius, mali pro bono, ad nostrum facit propositum. Ex illo videtur q; idem volunt in re doctores illi: etsi dissentiant in sermone: si sane respiciuntur. eorum dicta. Durand. distinctione decimaquinta, quęstione secunda dicit illam opinionem esse tutiorem & securiorem ac plus consulendā quę exigit gratiam in satisfaciente: sed aliam non esse condemnandam. Nec valet dictum Palud. q; confessor obliget hominem vt faciat pœnitentiam sibi iniunctam in gratia gratum faciente, cum illa non sit in hominis potestate, & nemo obligatur ad impossibile. Si allegetur, deus peccatores nō exaudit. Ioan. ix. Respondetur dicendo. a quo cunq; dictum sit id verbum siue a Christo, siue a cæco: intelligitur non exaudit merito condigni ex debito iustitię vel gratię. Secundum beatum Thomam distinctione præsenti: non ex eorum meritis: sed sua clementia. Non exaudit placatus: secundum Palud. sed sępe iratus non exaudit vt iustos. Si dicitur, peccator nihil est: ergo. Dicendum, valet tantum, peccator est peccator: vel demeruit sui annihilationem. Est nihil, id est priuatus est vita gratiæ, est nihil coram deo

ad gloriæ perceptionem: quia caret vita gratiæ. Dicitur tum via ſupplicationis: de qua infra dubio ſecundo. notabili ſecundo. Dicitur tum via ptestationis aut recognitionis fidei: de quo infra dubi. ix. & de cura pro mortuis. capit. v. & ſuper Geneſin queſtio. clxxj. ¶ Secūdū hoc, intelligendum venit dictum ſupra notabili quarto, q̄ conditiones propter quas ſuffragia viuorum poſſunt prodeſſe defunctis, ſunt charitatis cōmunio, intentiōis directio, meritum, & pia ſupplicatio ſiue oratio. Prima clauſula videtur poſita ſecūdum eos qui tenent primam opinionem: ſcilicet q̄ oportet ſatiſfactionem & pœnæ ſolutionē fieri in charitate, & eſſe communionem in charitate inter eum qui facit ſuffragium, & illum pro quo facit: cuius contrariū oſtenſum eſt. Nā beatus Auguſtin⁹ nihil aliud videtur ponere niſi q̄ defunctus meruerit ſibi poſſe prodeſſe ſuffragium viuorū: ſi fuerit pro eo factum: & ipſi applicatum per actorē. Hoc autē meritum quod poteſt ipſi prodeſſe ſi fit pro eo: ſolū conſequi pōt in via. In Enchirid. c. centeſimodecimo: non dicit quippiam de cōmunione charitatis: hinc inde inter facientem ſuffragium & defunctum: ita q̄ vterq; ſit in charitate: ſed dicit de merito defuncti hic obtento in via q̄ poteſt ſibi prodeſſe, cū pro eo fit a viuis. Q d nō videtur eſſe aliud niſi deceſſiſſe finaliter in charitate. Poteſt ergo hinc inde dici probabiliter q̄ requiritur charitatis cōmunio, ſi quis vult per modum meriti proprie dicti alteri ſubuenire in ſolutione pœnę, ſiue hoc meritum ſit actus orationis ſiue ſupplicationis: ſecus dum eſt nuda oratio vel ſupplicatio formaliter vel implicite, aut proteſtatio, cōfeſſio vel recognitio diuinę magnificētię, fidei catholicę, reſurrectionis mortuorum, & ſimilium vt dicetur. Hoc voluit Durandus. queſtio. prima. dicens, q̄ ſuffragium fit animabus orando & ſatiſfaciendo. Oratio ipetrat remiſſionē pœnę ex ſola liberalitate dei qui oratur. Satiſfactio idē impetrat p meritum ſuppoſita diuina acceptatione. Et puto eū loqui de merito condigni. Subiungit. Et vtro q̄ iſtorum modorum poſſunt viui prodeſſe defunctis, nō autem defuncti viuis, niſi ſint beati, nec vnus defunctus alteri: quia ſtatus merendi de cōgruo vel condigno eſt ſolum pro vita preſenti. Hęc ille. ¶ Hęc dicta cōtinēt in ſe dubia: faciunt tamen ad propoſitum: q̄ viui poſſunt facere ſuffragium defunctis in remiſſionem pœnę merito congrui & condigni: & vta duplici oratione ſcilicet quę innititur liberalitati dantis, & ſatiſfactione quę innititur iuſtitię. De ſecūdo. ſ. intētionis directione non eſt diuerſitas inter doctores. De tertio, quod duo complectitur membra, ſcilicet meritum & ſatiſfactionem, quę videntur eſſe idem: & de oratione & ſupplicatiōe patuit. Et ſatiſfactio ſcđm eos exigit meritū proprie dictū ſi debet dici ſatiſfactio. Neſcio ſi habeam mentem iſtorum doctorum: prout verba videntur innuere ita eos intelligo. Forte poſſet dici ſecundū eos: oratio aut ſupplicatio humilis merito congrui impetrat ſolutionē pœnę: ſatiſfactio vero merito proprie dicto. Secūdum hoc, dicta prius veniunt moderanda: vbi doctores nō ſane intelexi. Demū venit addendum. Si ſecundum Auguſtinū cap. v. de cura pro mortuis. credere poſſe defunctum iuuari precibus ſanctorū, eſt quædam ſupplicatio: cur non ſimiliter omnia facta Chriſtianorum, quibus profitētur carnis reſurrectionem & ęternam beatitudinem, & ſimilia, quę ſecūdum ritum eccleſię fiunt a fidelibus licet malis pro defunctis, poſſunt dici ſupplicationes & quidem nō inanes? Exemplū. ſecundi Regum ſecundo. & ſecundi Regum tertio. de Dauid & Adonia. Ad hoc plura allegātur infra dubio nono. vbi Dauid ſepelientibus Saul regem promiſit a Deo miſericordiam & veritatem, a ſe gratię retributionē. Ex quo ſequitur q̄ etiā informes atteſtationes reſurrectionis mortuorum aliquid impetrant a Deo & ab homine, cū fiunt ab infidelibus & neſciētibus fidem: ergo magis cū hoc faciunt fideles quadā deuotiōe pro honore dei & cultu latrię. ¶ Si dicis, mali phibentur ab actibus eccleſiaſticis maxime publicis, non autē priuatis: quia excōmunicatio nō debet eos releuare ab onere debito, vtputa a lectione horarum, vigiliarum &c. ergo etiam prohibētur a ſuffragijs. Reſpōdetur negando conſequentiam maxime de ſuffragijs occultis: & in occulto ad quę tenetur ex ordine ſeu profeſſione: ſecus de publicis. Hoc autem non eſt ex eo præciſe q̄ cæteris paribus eorum ſuffragia non valeant: ſed quia eccleſia non vult eis coagere ad peccatum. Peccant enim faciēdo officium ſuum indigne & cū peccato: & hanc offenſam dei cohibet eccleſia, & quandoq; deteſtatur. Ordinator teſtamēti vel teſtator &c. qui vult ſuffragium pro ſe fieri rite & legitime citra offenſam dei, poteſt tamen in caſu bene vti alterius malo. Nec eſt ſimile de influxu vitali in corpore myſtico & reali: quia in vno eſt mere voluntarius, in alio naturalis: & ideo poteſt eius iuuamen ſi vult in actu bono de genere prę ſtare per putridum membrum: non ſic in corpore reali. Sic etiam intelligitur dictum beati Gregorij. Cum is qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Verum eſt quādo ex propria perſona & ſuo nomine preſumit petere vt dignus audiri. Secus ſi



poſtulat vt nuntius miſſus ab eo cui placet ex merito proprio. Sacerdos malus quādoq; mittitur ex ordine & officio. Intelligitur de prohibito per excommunicationem, aut alias ab officij executione ſuſpenſo. ſic enim dupliciter peccat intercedens. Verum eſt etiam de mittente indignum ſcienter & complacenter in malo eius: ſecus dum eius malo bene vtitur in neceſſitate & pro ſui indigentia. Exemplum de recipiente mutuum ſub vſuris in neceſſitate cum gratis haberi non poteſt. Nemo eñ peccat vtendo iure ſuo. ſi enim peccaret non vteretur ſuo iure: quia nemo habet ius ad peccandum.

K ¶ Quantum ad articulum tertium eſt dubium primū: an obſit defuncto & in quo, ſi omittantur a miniſtro ſuffragia per eum dū viueret fieri ordinata vel teſtata pro ſe ſuis hæredibus aut in genere pro defunctis fidelib⁹. Reſpōdetur per aliquas doctrinas. ¶ Prima. Contingit nōnunq̄ aliquem carere bonis ſpiritualibus ſibi debitis ex culpa & negligentia alterius. Exēplum. mandator vel teſtator &c. ordinauit pro ſe aut ſuis fieri ſuffragium poſt mortem: & mandatarius id negligēter omittit. Q̄uis eñ mortuus meruit vt ſibi prodeſſe poſſit, nō tamē niſi cōditionaliter ſi fiat. alias non plus prodeſſent facta q̄ non facta. Quo ad meritū eſſentiale qđ debetur operi operanti actoris principalis: qđ totum hic in via acquiritur: nihil deperit ipſi cum alias legitime facit hmōi ordinationes in charitate & gratia: etiam ſi omittat mandatarius ad qđ tenetur. Bona enim voluntas ſua pro facto habetur in hoc. Secus de ſatiſfactione vbi requiritur factū: & ideo eſſentiali ſuo prēmio nō caret. Si quę ritur an ne ex illa omiſſione eius pœna intendatur: Reſpondetur, pœna eius ex hoc non intenditur in purgatorio: quia egrediente anima iam taxata eſt, vt nec augeri poſſit eſſentialis pœna. Sed nec perpetuatur pœna. Si eñ aliquis habet ſtare in carcere pro debito qđ alij ſoluendū cōmiſit, alio non ſoluente perpetuo ibi manebit ſi per ſe non ſoluerit. Sed ſi ſic manēdo in carcere ſolueret ſatiſfaciendo: dato q̄ procurator non ſolueret liberatur expleta huiuſmodi ſolutione per ſeipſum facta. Ita eſt in ꝓpoſito. Si autem quis mandat fieri ſolutionem pro malefactis, & tamē non fit ſolutio: ſi fuit in mora dum hic viueret, & nō pœnituit de negligentia, punietur de mora & negligentia: quia non ſtatim ſatiſfecit nec prēuidit mortis incertitudinem quando futura ſit Stabit ergo in purgatorio pœnis p delicto. Minorem tamen habet pœnam, ſi mandauit & ordinauit fieri ſolutionem, q̄ ſi per volūtariam culpam nec ſoluiſſet, nec mādaſſet ſolui per alium. Inſuper nocet ei, ſi tardius ſoluitur: aut ſi mandauit tardius ſolui dum debuit, aut potuit ſtatim ſoluere in vita, vel poſt mortem per ſe vel alium. ¶ Eſt ergo reſponſio ad dubium. Q̄uis ſuffragiorum omiſſio teſtatori vel ordinatori non obſit quo ad præmium eſſentiale correſpondens operi operāti actoris principalis: nocet tamen & obeſt quātum ad pœnę abbreuiatiōnē, beatificationis acceleratiōnem &c. Et ita quo ad prēmiū accidentale item priuatur gaudio accidentali correſpondēte actui exteriori & operis executioni. Item nocet quo ad effectum debitum operi operato. Neglecto enim ſuffragio nullum eſt opus operatum. Sic ſpoliatur effectu orationum communium miniſtrorum eccleſiæ & aliorum, quas facturi erant vel ex deuotione perſonali vel ad exhortationem miniſtri eccleſiæ. Item dum non dantur eleemoſynę (gratia exempli) nō obligantur pauperes ad orandum p defuncto vice gratitudinis. Si dicitur. Culpa non nocet niſi actori. Dicendum: Nocere quandoq; eſt inducere reatum peccati aut culpę: & ſic verum eſt. Quando q̄ eſt impedire a conſecutione voliti aut alicuius rei alias debiti, & ſic culpa parentum quando q̄ nocet filijs, ſic filij hæreticorū priuantur hæreditate paterna. xxiij. quæſtio. ſeptima. ca. primo. Sunt enim cōfiſcata. Sic de filijs ſacerdotum & ſpurijs. Sic negligētis mandatarij culpa nocet teſtatori. ideſt detinet eum in pœna & retardat a gloria cum omittit ſuffragia. Ad hoc quarto dialogo. Grego. Item decimatertia quæſtio. ij. capi. Qui oblationes. Poteſt dari exemplū. Dominꝰ poteſt iuſte excommunicari & de cōtumacia notari vera vel preſumpta dum citatus non comparet, nec per ſe, nec per alium. Sed ſi procurator ſuſtinet negotium & citatur non dominus, licet nomine domini, iam dominus non excommunicatur: cum non fuit contumax ſed negligens, eligendo deſidem miniſtrum. Mortuus vero tenetur, vel per ſe, vel per alium ſatiſfacere. q̄ ſi nec per ſe, nec per alium ſatiſfacit: detinetur in carcere quouſq; ſatis patiatur. ita in propoſito. ¶ Secunda doctrina. Stat ſuffragiorum debitorum executionem tanto tempore omitti q̄ mandator penitus fruſtratur eorum efficacia, dempto prēmio ſuo eſſentiali ſibi pro ordinatione eorundem debita: vt cum quis ſecundum iudicium dei ſatis punitus eſt in purgatorio: & eo iam liberato fit primum executio mandati & ſuffragiorum. Sic enim non proſunt ipſi quo ad ſui a pœnis liberationem: quia prævenit patiendo eorū efficaciam. ¶ Tertia doctrina. Stulte agunt plurimi, teſtamentorum conditionem, ordinationem, eleemoſynarum ſolutionem, ablatorum reſtitutionem ſi qua reſtituenda ſunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca



committendo suis hæredibus, vt restituant ea, condant, ordinent, soluant, eleemosynam tribuant: pro qua petuntur spiritualia suffragia &c. Nam si per se soluerēt: & de suis cum effectu darent, possent habere vltra remissionem pœnæ etiam augmētum gratię & glorię essentialis, quo carent si cōmittunt hęredibus vt talia faciant de substantia quā relinquūt tunc non sua. Et dato q̄ viuens ordinet illa sic fieri debere post mortē suam: ita q̄ solum teneat sibi vsum rerum, tunc dandarum cum effectu: tutius tamē & melius est soluere cum effectu, q̄ committere alteri vt pro se faciat: cum tam rei dominio priuatus est. Item datio exterior quandoq; ex opere operato aliq̄d habet vltra voluntatem interiorem: vt obligationes pauperum quatinus pro se intercederent ad dominum. Hęredes quoq; parum curant de voluntate defuncti: et substantiam derelictam vt suam proijcere recusant: transit denique defuncto rum memoria cum pulsu cāpanarum. Insuper quis mandat hæredibus, vt voluntatem defuncti exequantur: forte non curant si sint tunc in gratia, vel non saltē volūt aliquid fecisse. ¶ Tūc stat dubium: An idem sit quo ad prēmiū essentiale & gratię augmentum ordinare pro se suffragia fienda post mortem rite & legitime cū obligatione ad dandum tunc tempore executionis q̄d testatum est: & cum abdicatione pro nūc dominij rerū, retēto vsu solo vsq; tūc: ita q̄ primū tempore executionis suffragij vult cum effectu vsum rei differenter cuius dominium prius resignauit deo: et dare iamiam eleemosynā aut sustētationem ministri cum effectu. Sicut idem videtur eē velle dare obligatorie cras eleemosynā: et dare hodie cum effectu. Ponatur casus q̄ aliquis habendo talismodi voluntatem bonam p̄ueniatur morte, priusq̄ det eleemosynam cum effectu, an voluntas pro facto habebitur. Dicendum: vtiq; plus facit qui cum effectu nunc dat & rei dominium & vsufructum, q̄ qui translato solo dominio reseruat sibi vsufructum ad tempus vitę, aut committit hęredib⁹ vt se mortuo dent. Tunc enim non dat de suo: sed datur pro eo de non suo. Item qui nūc cedit dominio, reseruato vsufructu, minus dat q̄ qui totum nunc alienat propter deum & dimittit. Item plus dat qui nūc cum effectu prorsus cedit q̄ qui spondet se daturum cras vt videtur: quia adhuc vsq; cras habet dominiū rei suę. Si ergo testator vult certus esse de voluntatis suæ executione: et præcauere ne contingat suam voluntatem vltimam calumniari, cassari fraude vel dolo aut machinatione versipelli hęredum vel successorum: qui mallent totam substantiam retinere q̄ aliquid pro dispositione vltimę volūtatis testatoris in pios vsus etogare: expedit vt nunc cum effectu det &c. quia etiam ex hoc pauperes percepta distributione eleemosynarū prouocantur ad orandum pro testatore. Itaq; nō est idem quo ad prēmium essentiale, si quis in tali casu p̄ueniē morte: quia datio effectualis non fuit per eum facta, sed dilata pro tunc, cum reipsa iam vti non potuit. Hoc fecisse legit Gerso Pari. Cāc. in epistola ad Chart. super acceleratione suffragiorum sibi post mortem oblatorum cum inquit. Venit in cor meum fiducia petendi accelerationem qualemcūq; me viuente suffragiorum illorum quæ post mortē sunt oblata: quatinus impetrēt spirituales amici viuere & mori in gratia dei. Nisi enim gratia dei comitetur obitum meum, nulla erit vlterius redemptio. Denique iustorum assidua deprecatio p̄derit spero mihi ad meritum proprium cumulādum in via: quale esse non poterit extra viā quæ meriti nullius locū habet. Hęc ille. ¶ Q d autē allegatum est. Voluntas apud deum habetur pro facto cum non stat per eum &c. Dicendum, illa propositio indiget sano intellectu. Manifestum enim est q̄ in largitione indulgentiarum ex certa subuentione &c. non procedit. Et sic melior est conditio diuitis & dantis secundum tenorem bullę q̄ pauperis. Item fallit de aureolis quæ debentur facto. Procedit tamen quo ad deū de prēmio essentiali, stante vtrobiq; voluntate æque intensa & amorosa. Item non est idem velle legere missam & id ipsum cum effectu implere: p̄ęsertim quo ad pœnę solutionem. Item baptismus fluminis in proposito cum baptismo flaminis in actu non videtur tollere omnem pœnam peccato debitam, sicut sacramentum baptismi.

¶ Quarta doctrina. Stante opinionū varietate est salubre consilium & via tutior quatinus testator seu ordinator suffragiorū pro se post mortem fiendorum tempore mandati seu ordinationis testamenti conscientiam suam purget ad minus peccatorum contritione. Sic enim prodesse poterunt ei suffragia: et nunc cū ordinat ad gratiā & gloriā: et de post etiam si fiant per malū ministrū ad pœnę remissionē secūdum omnes. Patet ex dictis. Expedit itaq; testatori vel ordinatori: si tempore ordinationis vel testationis nō fuit Deo reconciliatus per pœnitētiā, q̄ posthac forte tēpore executiōis releuet neglectum, & sese cū deo componat: sic quoq; de nouo deo offerat & instituat vel ratificet &c. ¶ Quinta doctrina. Cum curatus vel sacerdos in exequijs defunctorū: vtputa in primo, septimo, tricesimo, aut anniuersario mandat populo vt commendatam habeat animā defuncti, legendo Pater nr̄ &c. q̄ mandatū illud fit ex laudata cōsuetudine ecclesię deo semp placētis & nōnunq̄ boni ministri eccle



siæ et⁹ vices gerentis: valet huiusmodi suffragiū defūcto ex ope operāte eccl'ię, ac etiā ministri boni, & ex ope opato, ad sensum pri⁹ tactū: tametsi orantes pro tūc non sint in charitate. Sic similiter dicendum cū in conciombus fundunt preces pro defunctis, aut aliqua necessitate. vt in ca. Vbi matius. de elect. lib. vj. in quo disponit generale concilium, q̄ tempore electionis summi pontificis debent populis indici orationes, & quādoq; ieunia. ¶ Sexta doctrina. Videt esse tuti⁹ ordinare suffragia quæ ecclesia instituit pro defunctis fienda, vt altaris sacrificium & officia funeralia & per clericos ordinatos q̄ per laicos, aut indifferēter quęcūq; bona opera pro defunctis non instituta. Ita videtur sentire Gerson in de oratione par. ij. Huius ratio est: quia mandans & actor principalis est ecclesia semper placens: etiam cū minister displicet. Item ex opere operāte eccl'ię, & ope opato videtur habere quendam effectū: vt officia priuilegiata. Item clerici sunt ad sortem domini specialiter assumpti, & generali missione destinati: vt ecclesię ministrēt. ¶ Ex illa doctrina sequitur responsio ad dubium moueri solitum: si intersit quale officium dicatur pro defunctis: an solū Requiem vt dici solet: vel de virgine Maria, aut patrono defuncti &c. Dicunt aliqui. In missa duo fiūt principaliter: sc̄z sacrificium & orationes ecclesię. Sacrificium q̄d est principiū in missa passiue, est Christus deus & hō. Hic ēn offertur patri in oīni missa æqualiter sine differentia, quantū est ex parte signi & signati, quicquid sit de sacrificante ministro actiue. Et sic vna missa tātū valet defūcto quātū alia: & est ab ecclesia pro defunctis ordinata. Orationes vero sunt diuersę in diuersis missis: & trahit sua quēq; voluptas: et forte plus mouent intentionem orantis orationes speciales pro defunctis, q̄ alię: & videtur affectum orātis plus facere attētum, cōpassiuū &c. Ad quod facit opus operans totius ecclesię orantis in hoc officio a se ad hoc instituto per suum ministrum specialiter. Et sic videtur præcellere officiū defunctorū. Sed posset illa præualentia compensari deuotione particulari ministri, quā habet in illa vel illa missa: item oratione & intercessione sancti alicui⁹ qui fuit patronus defuncti: quē in via præ cęteris coluit: qui tūc inuocatur: vt oret deū pro defuncto &c. Sed videat lector si opus operans totius ecclesię, quæ specialiter hoc officiū pro defunctis instituit, possit compensari & quādo merito personali, & operi operanti vnius ministri. Est enim ecclesia fidelium multitudo &c. Forte si pauci essent de ecclesia & p̄cellēs sanctitas ministri, procederet id commune dictum doctorū de compensatione. ¶ Septima doctrina. Testator habens quędā restituenda si præuenitur morte ante eorū restitutionē, nō detinebitur in purgatorio, cęteris paribus p̄cise propter neglectā per mandatarū restitutionis executionem: donec fiat cum effectu: si ad hoc viuens fecit diligentē & debitā p̄uisionē pro restitutione rei ablatę: vel in se si haberi pōt, vel in æqualenti si corrupta est vel amissa. Staret enim casus q̄ nunq̄ posset restitui: & potētia est ipsi ablata: nec obligabit ad impossibile. Hinc sicut restitutio præcise nō est opus superogationis sed necessitatis: ita nec est opus expiationis: sicut nec est p̄prie pars pœnitentię, sed quoddā p̄miū pœnitentię. Et sicut celeritas restitutiōis non diminuit pœnā: ita nec tardatio auget vel intendit pœnam. Et ideo sicut in via fuisset cōsecutus expiationē pœnæ per restitutionem celerē: ita nec post mortem accresćet pœna ex nō restitutione p̄cise donec restituat. Tenetur siquidem per se vel alium restituere, si adest potestas. Si tñ alter restituit, vult deus suam bonā & inculpatā & quantū in se est efficacem volūtatē acceptare p̄ facto. Stat tamē eum fuisse tepidū, desidem, negligentē, aut culpabiliter ignorantē citra mortalē culpā: & pro illo satisfaciet, pœnā luendo: nisi faciat suffragiū. & ita non p̄iudicat ipsi illa dilatio mādatarij: pręuia diligētia debita, quo ad augmentū pœnæ intensiue vel extēsiue. Ex illis doctrinis patent multorū dubiorum solutiones, & respōsio ad motū dubium an obsit, & qualiter, vel in quo defuncto si omittātur suffragia per eum fieri mandata &c. ¶ Secundum dubiū principale est. An ne hmōi suffragia sic facta & applicata defunctis etiā prosint faciēti: & in quo seu ad quid: et an ex eo q̄ sic applicātur alijs, minus prosint ipsi. Ad hoc dubiū respōdetur lec. lviij. in expositiōe Canonis missę. & dist. xvj. q. ij. huius collect. Ideo hic breuiter dicendū post illam conclusionē vnicā: Nulla actio meritoria quę est cum hoc etiam satisfactoria, siue ex se se, siue ex applicatiōe faciētis pro alio: est ex hoc minus meritoria quia est & satisfactoria, & pœnæ tēporalis debitę pro peccatis ad culpam remissis ablatiua. Patet locis allegatis. Hinc sequit̄. Quicūq; ex gratię inclinatione elicit actū bonum & meritorium per quem vult satisfacere, siue pro se siue pro alio viuo an mortuo, potest nihilominus si est in gratia mereri sibiipsi augmentum gratiæ & gloriæ. Sed cū satisfacit pro alio, & satisfactionem totam applicat alteri: licet mereatur sibiipsi, non satisfacit pro seipso: sed tñ pro illo cui applicat, secūdū Duran. q. iij. Vnde quo ad satisfactionem pro seipsomet ita tenetur ac si nihil actum esset. Ita etiā habet Palu. dist. xx. q. iij. ar. iij. & dist. præsenti. q. j. art. j. Si ēn a, & b. teneor decē Florenis, & singulis eorum. x. ego dādo. x. pro a. nō satisfacio pro b. Ita si ego teneor ad aliquid, satisfaciendo pro alio, non satisfacio pro me. Nisi enim

sic dicaꝫ quo ad præmiū,cū priuatio minimi gradus gloriæ mator sit omni pœna tēporali,potius sustinēdum esset purgatoriū q̄ satisfactione cōpēsandum quodcūq; delictum. Pręterea secundum Gers.par.ij.de oratione & eius valore: nullū præmium accidētale impedit vel minuit essentiale, si alteri actioni vltra essentiale præmiū debetur & accidentale vt aureola.de quo infra dist.xlix. Itē inaniter legeret ecclesia dominicā orationem,quo ad vltimas clausulas respicientes ea quę sunt nostræ salutis: nec danda esset pœnitentia vel emēda(vt dicitur)cōfitenti sua peccata.Nec dilectionem dei imperficit dilectio proximi ꝓpter deum. Hinc nō nunq̄ aliquis celebrando pro se & alio,plus mereꝫ apud deum,q̄ celebrando pro se tm̄: quia ex maiori charitate,& compensationē expectat a proximo. & ita stat cōclusio. ¶Tertium dubium principale.Quia non minus prēmij essentialis & accidentalis debetur actioni meritorię, quæ cum hoc est & satisfactoria, q̄ si esset tm̄ meritoria:& facto operis nihil deperit de prēmio gratię & glorię,cū opus suffragij transfert in alium:Quid de valore solutiōis pœnę: an min⁹ sit sibiipsi satisfactorū eum dat alteri,q̄ si pro se solo satisfactionem,aut solutionem faceret.Et an posset totum transferre in alium quo ad valorem illum qui dicitur a doctoribus solutio pœnę,vel satisfactio pro peccatis:aut totum sibi reseruare quo ad hoc, ita ꝙ alij nihil solutionis pœnarum,aut nihil satisfactionis directe & ex intentione agentis de hoc leuare possint. ¶Notandū ꝙ duplex est valor suffragiorū secundū Duran.q.iij.scilicet gaudium vel consolatio quā habēt omnes existentes in charitate de alterius bono. et sic suffragium plus prodest illi, qui est in maiori charitate:quia plus diligit proximum propter deum: per cōsequens plus gaudet de eius bono:quia gaudium sequitur charitatem & amorem rei habitę.Et secundū Sā.Tho.q.vij. dicitur interior consolatio. Alius valor est satisfactio & compēsatio pœnę.& sic solum valet actori vel illi cui per intentionem agentis applicaꝫ. Palu.dicit suffragium posse considerari:vt opus bonum reddēs faciētem ipsum laudabilem. Sic est actus ille bonum cōmune oim existētium in charitate,& veluti bonum speciale ratione vnionis & meriti.Et plus gaudet de hoc qui ē in maiori charitate q̄ quicunq; existens in minori. Alio modo potest considerari:vt actus factus pro aliquo pręcise ex intentione facientis ad remissionem peccati,vel solutionem pœnę.& sic est bonum illius cui datur ab actore operis.Sic plus est opus id amabile illi pro quo fit q̄ alteri.Quilibet em̄ plus diligit rem propriam q̄ alienam quantum ad appretationem. ¶Secundo notandum secundū Gersonē de oꝛone par.ij. Triplex ponit facies oratio



nis:hoc est, triplici modo contingit quē aliq̄d impetrare.Primo pro modo liberalissimę donatiōis, & ille respicit liberalissimā donantis misericordiā sine respectu ad meritum petētis(loquitur de merito proprie dicto)quo modo orādi forte sępe vsi sunt patres & prophetę.Sic dicitur orare ois ille q̄ facit bonum opus de genere relatum in deum:sic omne opus virtutis pro honore dei,aut eius recognitione dr̄ oratio.Hoc mō quantus sit valor orationis, solus deus nouit.Sic quandoq; liberaliter aliqui captiui emancipantur a principe:alij flagellis percutiuntur,aut pœna alia mulctant̄. ¶Secū do pro modo meritorię actiōis:& vt sic:potest valere tripliciter.s.specialissime quo ad præmiū gratiæ & glorię.sic dūtaxat valet illi qui facit bonum opus meritorium:nec vt sic potest in alium transferre.sic dicitur, Opera eorum sequuntur illos.licet quis posset alteri mereri gratiā primā, qua habita iā est filius glortę. Generalissime:sic valet toti ecclesiæ ratione vnionis & charitatis,& omnibus qui sunt in charitate.Nam ꝓpheta,Particeps ego sum omnium timētium te &c. Nec aliquis potest excludi habens charitatē,& quem ecclesia non excludit.de quo alibi. An vero ille valor hoc modo sit remissio pœnæ, vel gaudium, dubitant aliqui. Specialiter vel medio modo,sic valet tātū factori vel cui dederit factor operis in solutionem pœnę. Et dicit Duran.q.j. Si tale opus est equatum reatui alterius pro quo fit,dūtaxat satisfacit pro illo & nō pro alio:quia pœna quę equatur reatui vni⁹ non æquatur reatui duorum. Satisfactio vero cū est actus iustitiæ consistit in quadam æqualitate. Hęc ille. ¶Tertio mō valet pro modo satisfactorię compensationis. Sic est inuenire excedens & excessum in genere operū, & multiplicem distinctionem.Quandoq; enim suffragium vel oratio procedit ex fide informi, seu innititur spei ac fidei informi. Sic dicit Augu.ca.v.de cura ꝓ mor. Si animam filij credidit precibus sancti martyris adiuuari:hoc ꝙ ita credidit supplicatio quædam fuit.Et ita posset dici de multis operibus fideliū quæ procedunt ex fide informi.Quandoq; opetum pœnalitati & corporis afflictioni:vt est in ieiunio,peregrinatione &c.aut operū fructuositati: vt dum corporales,aut spirituales : aut operū dignitati:vt cū procedunt ex humilt affectu deuotionis in deum:aut priuilegiationi, seu diuino instituto:vt indulgentię, sacramenta, sacramētalia, bñdictiones,oꝛones istitutę ab eccl'ia.&c. ¶Istis sic pręmissis respōderi potest ad dubium citra assertionem, certis propositionibus. Prima. est ꝓbabile dictu viuorum pro mortuis suffragia non valere defuncto,nisi ad pœnę solutionē,vel gaudij accidentalis augmentum:aut ad quandam cō solationem,seu beatitudinis accelerationē. Patet ex notabili primo ex sufficiēti inductiōe. Nec em̄ statum mutant,nec merita noua acquirunt. ¶Secūda propositio.Suffragium viuorum,siue in ratione meriti,siue non in ratione meriti,sed satisfactionis in genere,est actus finitus valoris finiti,& determinati,respectu pœnę soluendę:tametsi posset dici infiniti valoris syncategorematice.Actus enim nostri sunt personę finitę ꝓ finitis acceptatę,maxime quo ad remissionē pœnæ.Et licet illa oblatio altaris nunc eos operatur effectus quos prius,sed non æque perfectos ꝓ oia,accedit tamē ad illam,quanto illam plus rēpsentat.& eius virtute ipetrat, & obsecrat. Si ergo illa est finita, & ista de qua sermo. ¶Tertia propositio.Vnus faciēs opus suffragij pro defunctis,potest(si vult) totū eius valorem medium correspondentem pręcise suo ꝓprio opti vti,& deuotiōi ꝓprię se si idiget retinere:aut in aliū ex toto,vel ex parte trāsferre : & suo iuri in hac pte penitus cedere.Patet ꝓpositio. Dr̄ vt valet medio mō, secus vt valet specialissime,vel gñalissime. Dr̄ si idiget. Si em̄ nō indiget, reuertit in sinū suū. Hęc enim est habitualis intētio factoris.Sic si non est capax. Dicit correspondentē pcise suo operi operāti: secus quo ad opus operans ecclesię,vel institutionis Christi &c.vt infra dicetur.Et licet sic totum transferat quantum ad valorem directum:potest tamen indirecte sibi fieri compensatio:quia ille liberatus vices rependet in beatitudine,sumendo affectum pium pro effectu.Item ex opere operato fit ipsi refusio : vt supra.Meretur factor suffragij per hoc ꝙ & ꝓ eo fiēt suffragia tempore opportuno &c.de alijs clausulis patebit infra. ¶Quarta propositio. Suffragium factum ex intentione & speciali applicatione facientis in solutionem pœnę dūtaxat peccati alieni,vel non valet, vel minus valet saltem directe factori operis ad expiationē peccati proprij: secus indirecte. Fallunt̄ ergo secundū Gersonem in floribus pluriml,q habētes sustentationē bonā se alienorum peccatorum solutioni deuouent, & obstringūt:cū nec satisfacere possunt ꝓ propriis. Per hoc em̄ retardātur a beatitudine. Ista propositio vt prior intelligitur de suo & proprio operāte, seu quantum ptinet pręcise ad deuotionem propriam agentis.Alias non videtur ad quid valent spectales applicatiōes & Collectę. Dicit dūtaxat, & solum pro peccato alieno. Potest.n.pro alieno & proprio fieri delicto:sed sic non valet intantum singulis,quantū valeret si pro altero eorum dūtaxat fieret.Dicitur directe:quia potest aliunde fieri compensatione,& ex opere operato: vt supra:cū dat vt recipiat:recipit vt det. Dicitur vel non valet:ex propositione tertia: vel minus,si in plures partit̄.Et cū est valoris finiti pōt equari alteri⁹ reatui in ratione solutionis pœnę:& sic nihil superest in ea parte. ¶Quinta propositio. Suffragium ꝓ intentionem facientis in plures mortuos translatum secundū eius valorē mediū vt est remissiuū pœnę pręcise,minus valet singulis eorundem ad pœnę solutionem q̄ valeret si vni tm̄ ex ea multitudine totaliter,& specialiter quantum ad totum valorem istum fuisset impensum.Ita habet Gerson par.iij.&.xlij. vt supra patet ex propositione secunda. Et videntur omnes doctores sic sentire,dempto forte Prępositino cuius originale nō vidi. Et dicitur si aliter & aliter eum referunt.Exē plum.decē debitores vinculati: tenet̄ singulus dare centū Florenos. si quis misericordia motus ꝓ omnibus simul soluit cētū,minus valet eis q̄ si ꝓ singulis singulatim dedisset centum.minuitur qdem eorum pœna,sed non redimuntur:qa singulus adhuc tenetur.xc.Et non sic possunt omnes animę defunctorum vna missa redimi,& non eēt valor duarū missarū in hac parte efficacior vna: & nullę essent quo ad hoc missarum multiplicationes. sic tricesimus,septimus,& exequiarum dies &c.Et nullum esset dictum Greg.in.iiij.Dialogorum de redemptione animarū per tot vel tot missas.Q; autem Prępositinus quandoq; referꝫ dicere cōtrarium,quo ad collationem boni, nescio qd sit illud bonum aliud a prædictis notabili primo, scilicet a gaudio,vel pœnarum solutiōe.Quo ad primū, omnib⁹ prodest:& plus iis qui sunt in maiori charitate:sed hoc est obiectiue, & ita ē paritas gaudij:quia propter charitatis vnionem oēs gaudent de bono proximi:secus quo ad pœnę remissionem,quę fit secundum debitum iustitię. Verū gaudium illud non est proprie effectus suffragij: sed quasi naturaliter comitatur ipsum, stante cōmunione charitatis: nec id erit æquale omnib⁹,nisi obiectiue: vt infra dist.xlvij.Quilibet em̄ plus appreciatur suam beatitudinem q̄ alterius:& gaudium maius venit ex maiori charitate,nō ex maiori bono volito. Item exempla sua de lumine & candela & voce non sunt ad ꝓpositū:quia suffragium est solutio pœnę:quę maxime fit secundū intentionem soluentis & acceptantis. Istæ autem res naturaliter suum producūt effectum in subiecto dispositio: & matorē in magis disposito. Sic melius videt habens bonos oculos,aut aures &c. Nec secūdū intētionē ponētis candelā illuminat &c.sed suffragiū scdm̄ ītētionē faciētis & acceptātis valet illi aut illi. De spiritualitate satis respōdet Sco.Quodlibet.q.xx. Vnus em̄ spūs nō est ali⁹. Et sicut secūdū Auguſt. li.vij.ca.vj.de trini.plus sunt duo homines q̄ vnus hō:ita duo spirit⁹ plus sunt q̄ vnus solum. Item est spirituale indiuisibile:sed pars vt anima,& spiritus, & spirituale attributiue diuisibile. Sic res dedicatę diuino cultui spirituales dicuntur:licet sint res corporales in se.

Universidad de Deusto
Biblioteca



¶ Ad auctoritatem beati Hieronymi (quę intelligitur citra obligationē, voto, ordine, vel iuramento &c. fulcitā) respondet glos. de cōse. dist. v. Non mediocriter. Duran. q. iij. dicit q; intelligitur quantum ad effectum gratulationis, consolationis, vel gaudij: quā habent oēs charitate vniti, de bono proximi, & opere bono ex charitate pro defuncto elicito: sed non est equalitas valoris quantum ad effectum solutionis pœnę: quia potest eius valor equari pœnę debitę in vno solo. Dantur & alię solutiones: videat Gerson. par. xlvij. de solli. eccles.

N ¶ Sexta propositio. Habēs speciale suffragium sibi soli, aut cum paucis secundū valorē eius medium applicatum, & cum hoc cōmune cum cæteris, citius liberatur a pœnis, cæteris paribus, q̄ habens dūtaxat cōmune & nullum speciale. In quo melior est cōditio diuitis q̄ paupis: Diuitis inquā qui est pauper spiritu, quorum est regnum cælorum: citra hoc q; de⁹ sit acceptor personarum: qa valor suffragiorū est ex merito cōditionato si fiūt pro se: vt supra. Cætera patēt. ¶ Septima ꝓpositio est de valore illo q dicitur generalissime: an sit remissio pœnę vel gaudium tm̄ vel vtrūq; simul vt participet cū modo qui dicitur specialissime, & medio qui est remissionis pœnę. Nolo hic aliqd assertiue dicere: sed dūtaxat dare occasionem vberius aliquid cogitandi. Propositio est hęc. Est probabile dictu q; valor suffragiorum, vt valet generalissime, est non solum gaudium, gratulatio, vel consolatio omnium charitate vnitorum ex facto pro defuncto: sed etiam solutio pœnę vel satisfactio pro pœna defuncti. Sunt qui tenent contrarium vt patet ex notatis supra, circa dubiū istud. Quibus in suo valore dimissis videtur dicēdum primo. Gaudium nō est effectus suffragij: sed comitatur suffragij impensionem, & pœnę solutionem. Secundo. Ille valor dictus generalissime cōplectitur nedum opus operans priuatę personæ: sed totius ecclesiæ. Nam ecclesia & si faciat per suum ministrum suffragium pro defuncto determinato principaliter & in primo gradu (vt quidā dicunt) tamē vt cōmunis annectit alia quę respiciūt in genere omnes defunctos. Sic in fine horarum legit Fidelium animę &c. In vigilijs, orationibus pro fidelibus defunctis: in missa &c. Requiē dona eis domine &c. Item memoriam specialē. quæ habent suam solutionem pœnę & satisfactionem cōmunicandam per ecclesię ministrum omnibus fidelibus post applicationem specialem & primariam officij alicuius quātū ad id qđ præcise pertinet ad opus operans illi⁹ ministri specialiter celebrātis pro aliquo defuncto ad eius iussum vel ordinationem. Sic dicitur in missa instituta a Christo & ecclesia pro omnibus viuis & defunctis: Memēto famulorum famularumq; &c. Oīa sonāt respectu totius ecclesiæ &c. & oīm astātium. Qđ non videtur esse aliud nisi q̄dam ministri petitio, & supplicatio vicaria pro oīnibus fidelibus vt eorundē de⁹ misereatur. Sic in collectis generalib⁹. vult enim deus quędam dare rogatus alias nō daturus ea. Quę enim a deo sunt, ordinata sunt. Sic & astantes cereos ac thura incēdētes, offerētes &c. cum sacerdote petunt. Ordinat ergo ecclesia tales modos generales obsecratiōis in officijs diuinis pro tota ecclesia, & omnibus Christifidelibus: isto saluo q; dominus operis illi⁹ suum personale meritum prædise vt suę correspondet deuotioni priuatę pro se reseruet quo ad meritum gratiæ & glorię: sed quo ad remissionē pœnę & modo medio, vel pro se reseruet totum, vel alteri cōmunicet aut resignet in solutionē pœnę. Reliquum vero vltra nunc dicta correspondens merito ecclesiæ quę facit hoc sacramentum per suū ministrum, ac Christi institutioni vult ecclesia esse commune omnibus in solutionem pœnę. Vt gratia exēpli: si possent a se inuicem separari in aliquo ope suffragij seu altaris sacrificio, meritum ministri præcise vt deo dilecti, a merito ecclesię cuius vice agit & petit minister. Dicit si possent separari saltē ad imaginationem. Nam sicut aliquis homo particularis existens in charitate non mereť nisi actuali gratiæ inclinatione vel quādoq; virtuali quę præsupponit actualem velit aut imperet bonum: sic etiā ecclesia vniuersalis non habet meritum abstractū extra homines particulares: sed eius meritum est meritum personarum & membrorum ecclesiam cōstituentium. Hinc meritum ecclesię vno tēpore potest esse maius & præcellentius alio tēpore, cum sunt plures sanctiores vno tempore in ecclesia q̄ alio. Secundum veram iustitiam attributiuam nō datur maius præmium minori merito, & minus maiori. Istę vero personę constituentes ecclesiam quæ deo gratę sunt & placent propter charitatem infusam per Spiritū sanctum qui sanctā facit ecclesiam, non semper seipsis exhibēt ministerium, orationem, vel supplicationē dño deo: sed maxime per ecclesię ministros ad hoc ordinatos charactere indelebili, & destinatos. de quo conclusione tertia in arti. ij. Et licet cum minister exhibens officium, vel ministerium est malus, non habeat aliquid meriti correspōdens suo opi operanti: est tm̄ ibi meritum & petitio ecclesiæ vniuersalis: cuius fert nuntium ad dñm. Etusmodi enim non suo ꝓprio petit nomine cum facit officium sui ordinis a Deo vel ecclesia institutū explicite vel implicite, aut laudata & vetusta christianitatis obseruantia inductum, & obseruatum. Et illi correspondet remissio pœnę apud deū: quā nō meretur ille minister prędise. hinc nec sibi vel alteri prędise appropriare eam potest: sed est omnium christifidelium



charitate vnitorum qui ea indigent. Et de merito tali remissionis pœnę vt est ecclesię præcise puto summū Pōtificem quandoq; facere bonorū quæ fiunt in ecclesia dei participationem & cōmunicationem. Sic posset consequenter dici citra assertionem. Cum ecclesię minister facit suffragium ꝑ defunctis ab ecclesia vt supra institutum, approbatum, vel vetusta consuetudine obseruatum: si est malus, nullum habet opus operans: saltem secundum vnam opinionem, nisi per viam impetrationis: clarum est q; non meretur proprie cum caret gratia gratum faciente. Potest tamē humiliter petere & dei magnificentiā ꝓfitēdo velle fieri liberā a deo pœnarū remissionē &c. vt supra. Si est bonus: nā gerit vices ecclesię, & vices ꝓprias: vt gerit vices ecclesię non est per oīnia dñs illius boni: puta solutionis pœnę, ad bonū intellectū: vt vel totum sibi reseruet: aut vt voluerit per omnia aliter appropriet. Hoc em̄ est contrariū cōmunioni charitatis in qua fundatur & subsistit ecclesia. Vt autē gerit vices proprias & suo libero arbitrio actū illū elicuit quo ad eius substantiā: sic est dñs illi⁹ operis, & solutionem pœnę sibi vt sic coram deo correspondentē potest dispēsare vt vult in toto & taliter. Eapropter in oratiōibus & suffragijs ecclesiasticis a deo vel ecclesia institutis vtitur verbo pluralis numeri: oramus, petimus, q̄simus. Et si militer petit pro multis in numero plurali: tametsi etiam reperiantur orationes directę quasi ad vnā animā vt manifestum est sine habituali exclusione cæterorum charitate vnitorū: vbi vt videť mādans qui mittit ministrum illum, vel ipsemet minister qui est missus a dño tantū recipit ad imaginationē remissionis pœnę: quantū precise correspōderet suo opi operāti, si ipsum ꝑ se solo fecisset (per possibile vel impossibile) absq; hoc q; gerit vices ecclesię. Et forte in plurali numero petit cum adiectione alicuius collectę specialis vel memorię, aut rei consimilis: quæ omnia sunt omnīū charitate vnitorum. Ita videntur doct. intelligendi secundū triplicē distinctionem præmissam: vt modus seu valor specialissimus respiciat gloriā & gratiam operantis: medius valor remissionem pœnæ: Gñalissim⁹ nō solū cōcationē gaudij: sed & solutionē pœnę. In his oīnibus nihil assero: sed maiorū sententiā peto: & si non omnes doct. hæc dicant: nullus tamen videtur negare vt dictū est. Nec omnes ponunt illū trifariū modum Scot. & Gers. sed in genere ponunt duos tm̄: vt in principio huius dubij. Nec propter hoc modus ille quo valet generalissime supfluit: licet nō tā sit remissiuus pœnę: vt patet intuenti. Insuper ponunt aliq differentiam inter valorem suffragiorum priuatorum, & publicorum, seu priuilegiatorum ex Christi vel ecclesię aut eius hierarchiæ institutiōe: quia prima possunt ipsi soli appropriari: non sic alia. ¶ Si opponit aliquis: est cōtra charitatē fraternā velle prędise procurare sui ipsius liberationem de pœnis purgatorij, nō sic aliorum: ergo suffragia sunt penit⁹ cōmunia oīnibus: Negeť assumptū: Cū tamen quis nō vult alterius liberationem impedire nec odit eā, sed ordine recto quilibet plus appreciatur salutem ꝓpriā q̄ alienam. Si alleget tenor p̄cepti dilectiōis ly sicut valet. i. ad qđ te ipsum. Insuper sic includit mediorū volitionem ꝓ loco & tempore: semper tamē secundū mētis præparationē. Si dicitur: bonum quāto cōmunius, tanto diuinius: valet: quanto plus diffunditur citra ipsius deperditionem & diminutionem: tanto plus habet similitudinem cum bonitate essentiali diuina. Nec tamē ex hoc sequitur q; maior sit ei⁹ bonitas intrinseca. Nec sequitur: aliquid est melio⁹: ergo melius illi, quia arguitur affirmatiue a superiori ad inferius. Stat em̄ aliquid esse melius: sed nō illi: vt melior est punitas malorum q̄ impunitas: sed non ipsis qui puniuntur. Itē dictum Philosophi intelligitur non de quolibet bono cōicato alijs. Alias cū inquit in topicis. Bonum proprium est magis eligendum. cōtradiceret sibiipsi. Est em̄ bonum qđ cōmunicatum alijs minuiť in se, & est qđ cōmunicatū nō minuitur. Primum est bonum suffragij. Sic bonū proprium est magis diligendum. Secundū vero multiplicatū crescit: & ideo quanto cōmunius tanto melius & essentiali cōmunicationi bonitatis diuinę similius. Prętea multę reperiuntur causæ speciales: quare quis plus tenetur vni q̄ alteri facere suffragiū: vtputa recepit ab eo bona mētis, fortunę: ei⁹ eruditione, educatione, donarijs &c. hoc vel hoc adept⁹ est: tēporalia recepit refusurus spūalia: fuit alteri occasio peccati, est ipsi propinqu⁹, cognat⁹, parēs &c. ¶ Si dicit: nullus potest alteri mereri quin & sibi ipsi mereatur vt manifestum est: ergo etiā nullus satisfacere potest pro alio quin & pro se satisfaciat: per consequens non potest totum dare alij. Respōdet San. Bona. Non est simile: quia opus meritorium est opus procedens ex charitate: quę facit omnia cōmunia habētibus charitatē: & ita cōicatur tale opus omnibus habentibus charitatem. Sed opus satisfactionis est opus tustitię & soluto rium pœnæ. Iustitia vero exigit pœnā pro merito culpæ: ꝑ maiori maiorem, pro minori minorē: ideo per eandem pœnam non potest quis simul duo debita soluere, & ex æquo. Si ergo satisfacit pro se, nō satisfacit pro alio: quantum ad totum valorem satisfactionis. Si pro se & non pro alio, meretur sibi gratię augmentum, & pœnę remissionem. Hęc ille. ¶ Quartum dubium est de applicatione suffragiorum: An per solum sacerdotem in missæ officio: An in genere q̄libet pōt sui suffra-

Universidad de Deusto
Biblio



gij valorem vt vult aliꝭ applicare,siue fiat sermo de opere operãte ministri pręcise,siue totius eccle siæ quæ per ipsum facit officium : & an obest de functo,si suffragia seu bona alicuius quę facit,nõ applicant pro eo. Itẽ de gradibus scdm modũ loquendi multorũ:scdm quos sic vel sic dicunt̃ applicare suffragia in primo,secundo,aut tertio. Itẽ an ex æquo vel non ex æquo. Notãdũ ꝑ intellectu terminorũ. Aliquid valere ex æquo põt duobus. Quãdoq; exponitur affirmatiue.i. & illi & isti eodem modo valet vel applicatur. Quãdoq; negatiue,& hoc dupliciter:quandoq; quia nulli determinate & pręcise datur:sed in genere duobus simul: quandoq; quia dispensatio cõmittit̃ deo vt dispẽset sicut nouit. Nunc ad q̃sita. ¶ Ad primũ,est ꝑ babile dictu:sicuti sacerdos vt ecclesię aduocatus ex ordinũ susceptione habet missę valorẽ disponere:ita & aliorum suffragiorũ factores & domini possunt sua bona opera vt sua sunt cæteris dare in solutionẽ pœnę in gradu tali vel tali. Patet: qa nõ videtur ratio diuersitatis. Licet Palu. hic dubitet, vult tamen ꝙ factor operis posset suam operationẽ interiorem quę est opus operãs,sic diuidere vt dicat ꝙ principaliter valeat illi: & si quid superest valeat & aliis. Illud dictum si sane intelligit̃, confirmat dicta prioris dubiꝭ:quia quantum præcise correspõdet suo operi operãti & merito: tãtũ dare potest vt vult,cum vt sic actus est eius. Secꝰ de merito ecclesię in hoc bono opere,quæ per sacerdotẽ licet malũ hoc facit officiũ defunctorũ siue suffragium. ¶ Secundũ dictũ. Sacerdos potestatem apostolicã habet a deo aliquo mõ illimitate & nõ limitate pręcise, sic.s.q; illi soli habeat applicare cui deus dispẽsaret cessante sacerdotis applicatione:quia citra reuelationem non nouit nec scire tenetur diuinam in ea re volũtatem : nec vnq̃ scire posset se iculpabiliꝰ egisse. In sacerdote puto includendos & alios suffragantes, mandãtes, ordinãtes,testãtes &c. ¶ Tertiũ dictũ. Qui pro se ordinat aut instituit missam specialem, aut collecte impositionẽ,vel alteriꝰ suffragij executionem debere fieri per ecclesię ministrũ, potest illęsa charitate velle ꝙ totum id qđ pręcise operi operanti ministri in talis suffragij sui cõstitutione correspõdet quo ad pœnę remissionem sibi soli applicetur & detur totũ, saluo illo qđ debetur illis suffragijs ex opere operante ecclesię,seu vt illa fiunt vice & nomine ecclesię,seu ratione vnionis charitatis ecclesiæ. Siquidem manet ius suum saluũ,& singulus eorum de bono ministri recipit̃ prout ad se ꝑtinet pręcise de ope operãte actoris) aliq̃d memoriæ specialis, & petitiõis peculiaris. Hic recipit valorem specialem collecte, quę etiã est ecclesiæ. hic de alio &c. scdm diuersitatẽ suffragiorum specialium quæ cum hoc sunt cõmunia. Et secũdũ hoc intelligenda sunt doct. dicta de ordine in applicatione suffragiorũ, quo ad diuersa personarũ merita:quę se habent sępissime vt excedens & excessum. Cũ em̃ aliqui dicunt ꝙ totum suffragiũ potest dari vni,non potest intelligi de ea totalitate q̃ includit opus operans ecclesię, & vt valet ratione vnionis charitatis. Sic est em̃ oim filiorũ ecclesię. Siue intelligitur ille valor solũ esse gaudiũ vel cõgratulatio vt quidam dicunt, vel etiam remissio pœnę. An vero factor operis ita posset dispensare meritum prout est totius ecclesię, cum non est hierarcha ecclesiæ,sicut meritum suum propriũ, maioribus cõmitto. Forte posset ex parte dispensare pro loco & tẽpore: maxime ijs qui fuere operis illius causa, vtputa fundatorib⁹ ecclesiarum, beneficiorum &c. & eorum cognatis, & attinentibus &c. Non enim videtur ꝙ illo modo vt eis correspondet opus operans ecclesiæ pręcise,æqualiter valeant omnibus defunctis ad solutionẽ pœnę in eodem gradu pręcise post priorem applicationem,& dispensationẽ,quæ est pręcise ratione operis operantis ministri vt talis:quia fundator si est in gratia participat etiam vt membrum eccl'iæ de merito ecclesię quo ad remissionem pœnę vltra particulare meritum ministri. Dictum est cum non est Hierarcha ecclesię:quia summus Põtifex hic solet facere participationem & cõmunicationem bonorum ecclesiæ. Si enim omnibus ꝑsunt ęqualiter, frustra fit illa cõmunicatio. Potest ergo gradualem,& in tanto pro loco & tempore facere cõmunicationem. Eam ob causam vt videt Gers. par. xliij. de solli. eccle. & par. ij. de oratione suadet vt totum deo cõmittatur quo ad gradualem ordinationem. Is em̃ nouit distribuere singulis prout iustum & æquum est, saluo tamẽ iure illorum qui pro se specialiter ordinarunt hoc vel hoc suffragium fieri,dando tẽporalia non vt pretium laboris vel operis:vt inde recipiant spiritualia:seu vbi habetur consuetudo loci, aut vetustissima ecclesiæ obseruantia,aut modus præfixus certus & determinatus de suffragiorum applicatiõe,quo ad modum & ordinem,cui nõ licet contrauenire sine superioris concessione. Idem in floribus ca. de sacramento Eucharistię dicit esse tutum ꝙ cõmittatur deo:vt ipse valorem suorum operum dispenset quantum & qualiter se videt obligatum benefactoribus suis. ¶ Quartũ dictum. ob charitatis defectum,aut nõnunq̃ ministrorũ desidiã,& torporem pariter & negligẽtiã,seu etiam vt minister certior reddatur,quæ sint per eum ex fundatione facienda: vtq; nihil negligat:sed scire possit se consummasse oia debita: vtq; sollicitius inuigilet ad particularia q̃ ad cõfusam obligationẽ: vt denicq; cæteri ad similia alliciantur & inducantur:expedit & vtile est,quatenus fundator aut testator,seu patronus suam explicet intẽtionẽ,circa ea quæ vult fieri per ministrum a se constitutum in suffragiorum exhibitione tẽporali vel perpetua. Forte ad illa quę sic sunt facienda fundator tenetur voto,iuramento,vel promissione &c. Item affines hoc vidētes laudant deum,& grati sunt fundatori,qui pro se & suis talia ordinat: excitantur deniq; ad similia vt mos habet ecclesię in fundatione monasteriorum,collegiorũ &c. Ait Paulus. Si nos nobis spiritualia seminamus,magnum est si vestra carnalia metamus? q.d. non.j. Corinth. ix. Nec est ab re si ad hoc quandoq; (cessante pompa) ponit̃ sepultura in loco certo cum inscriptione tituli: vt monimenti perpetui cum appensione armorum suorum: vt qui de sua sunt familia excitentur ad sucurrẽdum amico,cognato, affini &c. more sanctorum patrum vt fertur qui saltem & ipsi curauerunt sepulturas,& sepelirẽdi locum & modũ vt dicetur. ¶ Quintum dictum. Habẽs certam & expressam ordinationem & obligationem ex tẽporalium receptione ad repẽdẽdũ spiritualia in missarum vel quorũuis suffragiorum applicatione, certis & determinatis personis,nõ potest ex æquo, & aliꝭ in primo vel eodẽ applicare gradu. Ita habet Palu. q.ij. & Gerl. vt supra par. xxxtj. & Sco. Nam vel defraudat priores vel posteriores nulli vt tenetur totum dãdo vt supra deductũ est dubio pręcedenti. Dicitur in eodem gradu vt supra: secus in diuersis. Hinc Palu. Soluẽs ꝑ multis qđ debet pro vno illorum & non plus,liberatur dum modo principaliter fiat ꝑ illo ꝑ quo debet fieri, & pro aliꝭ secundario ad sensum prius datum. ¶ Sextum dictũ. Sacerdos obligatus ad celebrãdum æque pro multis,& pro singulis æqualiter singulas missas dicere in æquali gradu, nõ satisfacit regulariter in toto legendo pro oĩbus vnam in æquali gradu:sed aliquo modo in tanto : vt dicit Palu. Primũ patet ex dubio tertio. Nam particularis solutio multa habet incõmoda . vt si debeo a. cẽ & b. decẽ: & c. totidem: vt redimar a carcere, si hodie soluo tm̃ decem omnibus illis in genere,& cras decem illis tribus,minus do q̃ si singulis dedissem decem prima die. Si enim prima die dedissem singulis decẽ, fuissem mox liberatꝰ. Ex quo sequitur: soluẽs pro multis tot suffragia quot debet omnibus & singulis singulatim & cuilibet insolidũ,minus perfecte soluit:nec æquiparat̃ hmõi pœna solutoria reatui. Soluit enim aliquo modo in tanto,non in toto. Dictum est in primo seu æquali gradu. potest enim quis facere suffragium vnum pro multis quod debet ꝑ vno illorum, in alio & alio applicationis gradu: vt supra. Exemplum: lego specialiter missam & principaliter,immo totaliter vt possum pro fundatore: aliorũ habeo memoriam: aut pro eis impono specialẽ collectam &c. aut verba collectarum vel aliarũ oratio num quæ sunt de officio suffragij multiplico &c. aut de merito eccl'iæ eis aliq̃d pręceteris dono ex causa vel consuetudine loci: quia parochiani fundatores patroni &c. vel ex suphabũdanti qđ adiecti ad officium ad qđ non teneor &c. Sic dicũt doctores. Applicatio facta aliter in gradu posteriore non ꝓiudicat priori. qđ sano indiget intellectu. Quis em̃ nouit aut distinxit & determinauit gradus illos cum teneor totum officium, vt ad me ꝑtinere potest in solutionem pœnę illi merito fundatori applicare? & missa est operis finiti tõe operis operantis & operati vt supra : nisi dicam, domine deus, valeat illi quantũ valere potest ex mea deuotione: si quid superest ratione huius vel illius annexi distribue inter a. & b. vel valeat illi pro sua medietate alteri pro alia quota. ¶ Sed diceres: possunt ne dari casus in quibus quis non tenetur ex obligatione priori celebrare primę uam ordinationem? Respondet Palu. ꝙ sic. Posita fuit in dicto priori regula: & est causa prima: necessitatis ꝑ uenientis quãdoq; ex impotentia vel infirmitate: quandoq; ex demolitione ecclesiarum, hereditatũ vel prouentuum ordinatorũ pro sustentatiõe ministri. Beneficium em̃ datur propter officium: qđ si deperit non tenetur quis cæteris paribꝰ cẽ astrictus ad officiũ, nisi obligatio ex alio maneat salua: ¶ Scda causa est, vtilitas vrgẽs siue necessitas aut decentia rationabilis: quę quãdoq; aliud petit pro temporis successione: & tunc vt dicitur alia tractio reformabit pactum. Sic multa quæ sunt voti aut iuramenti fiunt pro loco & tempore nulla. inutilia, moribꝰ dissona, salutis impeditiua aut maioris boni. Exemplum. vult aliquis cotidie pro eo legi Reqẽ, vt dicitur vel hac die determinata: possibile est, incidit festum Natalis domini: & cõuenientibus populis non est ꝙ celebrare velit aut possit nisi ille debens legere Requiem: quis iudicaret æquum hoc die legere Requiẽ: & populum sine missa diei dimittere &c. Vtilitas itaq; petit ꝑ tunc fieri cõmutationẽ, citra culpam: sic & de similibus festis & causis cõsimiliter dici potest. ¶ Tertia causa est dispensatio superioris, maxime quãdo est dubium de prioribus duabus causis. Tutꝰ tamen est dispensationem recipere, seu commutationem superioris q̃ auctoritate propria sentẽtiare. Sic cõtingit nonnunq̃ cum ex ecclesijs & beneficijs simplicibus fiunt prębẽdę, & collegia, seu monasteria. Verum propter hoc defunctorũ animę non sunt priuandę suffragijs ex institutione sibi debitis: quia tales mutationes vltimarum voluntatum debent fieri cum fiunt auctoritate superioris: & in melius vel saltem in non minus bonũ commutari sine præiudicio defunctorum: nisi fiat aliunde compensatio. Forte nunc auctus est ꝑ

sonatū numerus,& dicūtur in choro collegialiter cū punitione cōdigna negligētiū q̄ prius poterāt dici i priuato,& qñq; negligēter. Oportet itaq; oia sic moderari,prout mator vtilitas & necessitas tūc requirit. Nūc decē intersunt vtgilijs, tunc vn⁹ aut duo &c. Possunt ergo accumulare p ministrorum numerositate. Defunctus em̄ instituit pro se per vnum sacerdotē aut duos(vt pono) legi vigilias & alter similiter,& alius cōsimiliter: & id qđ est sustentationi ministrorum debitum exile est & pauc̄is satisfactorium. leguntur ergo simul illæ vigiliæ partiales per collegium &c. seclusis fraude & dolo,aucto personarum numero. Palu. adiungit causam aliam: vtputa consuetudinem sctam & cognitam: scienti enim dolus non infertur. Scitam inquam vel sciti debitam & a suffragium petente & a facturo. Sic passim curritur ad curatos & petuntur indies missę in exequijs, in anniuersarijs &c. Sic in collegijs, & relinquit collegio quid faciēdum veniat. Sic cū aliquis instituit pro se specialem diem obitus sui,posterius adiunguntur alij, & iterum alij &c. saluo iure primi quo ad gradū primū. Detur oppositū: tā damnat qs fere oēs cathedrales ecclesias vetustissimas,monasteria magni tēporis,collegia &c. ecclesias parochiales, cōuentus religiosorū. Et nō est verisimile q̄ oēs illi posteri velint sibi fieri spectales exequias: qm̄ antidotum qđ offertur,tenue est ad sustentationē ministrorū insufficiēs:& obligationes illę cōditionē reciptūt implicitā:etsi nō semp exprimatur:nec dies anni ad hoc sufficerēt. Si aūt offerēs tēporalia nescit illā vetustam consuetudinē & ecclesię illi⁹ obseruantiā,& fertur intentio dātis tēporalia ad hoc,q̄ oñi anno p se solo fiat anniuersarius dies,nihil tñ explicatur p eū sup hoc:recipiēs vult agere secūdū cōsuetudinē loci: bona fides & equitas recipientiū saluat in sua consuetudine secundum Gers. par. xxxvj. vbi supra. Si aūt fiat mutu⁹ & expressus cōsensus inter dantē & recipientem, tñ videtur consuetudo prævalere vt obitus alterius priori iungat secundū eūdē doct. Nō em̄ pōt alijs salua iustitia, suffragia p̄missa & debita subtrahere. Ad idē ca. de Eucharistię sacramēto in floribus. In anniuersarijs ecclesiarum & receptione missarū p vno pcio suę sustētationis & in sibi interpretatio viri sapientis locum habet. Alioquin non videtur quō sex aut septē anniuersaria in ecclesijs cathedralib⁹ licite simul eodē die iūgi possunt. ¶ Sed qd si oēs dies anni occupati sūt veterib⁹: ita q̄ nō possūt fieri noue institutiones peculiares,& p se dūtaxat, vt dictū est? Videt cū reuerētia maiorū q̄ i hoc casu q̄ prior est tpe, potior est iure, & q̄ ppter supuētionē posteriorū ptiores nec debēt nec possunt iure suo priuari in gradu eis debito. Sūt.n. ministri ecclię prioribus certo mō obligati, qui nō recusarūt alios adiungi in gradu alio,iure suo saluo. Forte qñq; fit cōpensatio dū crescit numerus clericorū: et p cōsequēs augetur diuinus cultus: ita q̄ & cæteri possunt eis adiungi in gradu equali. & non refert quid ex equipollētib⁹ fiat. ¶ Diceret aliq̄s: p̄sumit nūc de liberatione priorū: tum ppter multiplicationem suffragiorū: tum forte ppter indulgētias datas p mortuis: tum quia secūdum Altisio. vt refert Palu. q. ij. nulla missa celebrat p qua non plures de purgatorio liberant. Sūt.n. ibi qui diu passi sunt aut qui pauca habent purganda. Sed ista non cogūt: esto q̄ sit pręsumptio: sed non habetur certitudo de liberatione: ideo nō pōt nec debet defunctus priuari iure suo: & dato q̄ p eo factę sunt indulgentię p modū suffragij: adhuc potest eē dubiū si fuerit tunc capax indulgentiarum. Et cum indulgentię qñq; sic, qñq; aliter dant, potuit nō fecisse oim peccatorū cōfessionē, nec recepisse sufficientem pro peccatis pœnę iniūctionē. Volunt.n. aliqui indulgētias vt tollāt dūtaxat pœnā iniunctā. Si datę sunt indulgētię pro eo p modū suffragij, consimiliter dubitari pōt &c. Si opus suffragij sit legitime factū secūdū tenorē Bullę. Et dato q̄ illorū habeat ꝓbabilis cōiectura & verisimilis: tñ ritus ecclesię est in cōtrariū, & nō inaniter. Et licet forte cōditiōaliter, supposita aliorū oim liberatiōe, p qbus tūc tenet minister, posset illi dare totū officium vt supra in eodē die obit⁹: sed nō absolute nō posita liberatione priorū. Quid si sacerdos nō habet certā normā, p quibus fundator voluerit pricipaliter fieri suffragiū, an p se tātū & sibi cōiunctis, amicis, cognatis: an in gñe p oībus defunctis: aut p oīb⁹ parochianis hui⁹ ecclię? Nescit em̄ q̄ fuerit eius intentio nisi in cōfuso. Item an ex liberali spōsione se obligauit sine stipēdio: aut pro stipendio ad cōem intellectū p sustentatione ministri: non vt pcio operis. Item minister nescit intētionē suorū antecessorū, q̄ onus id in se susceperūt: quō & qualiter susceperint. Et ita de sibilibus dubijs q̄ solēt nōnunq̄ emergere. Dicēdum: recurrēdū est in his casib⁹ ad iudiciū viri sapiētis deū timentis, ad cōsuetudinē loci vel locorum: & maxime ad ordinarij, vel superioris declarationē: q̄ habet declarare auctoritatiue qđ facto opus sit, vel oportet deo cōmittere dispēsationē vt supra. Q̄ si minister cōtēdit fūdatorē nō voluisse instituere speciale suffragiū: vt forte habet cōis mos, vidē dū est vnde habet p̄sumptionē. Poti⁹.n. credēdū est q̄ primū voluerit pro se fieri & specialē: delūc saluo iure suo nō excludere alios. ¶ Quintū dubiū. An sicut oblit⁹ dicere vigilias mortuo⁹ satisfacit legēdo p choros cum alio vel alijs: sic sacerdos oblit⁹ dicere missam p defūcto, satisfaciat cantēdo cum alijs in choro. Et si sic, ergo in magno



collegio singulis obligatis ad celebrādum vno solo celebrante centum satisfacerent canendo cū alijs. Videndum est primū quę fuerit intentio, & quæ ratio obligandi personas collegij: vel vtsinguli singulas legant missas: & cum hoc cæteris astent in choro: vel q̄ curam habeant vt missa cantetur collegialiter, & ab vno fiat sacerdotum. Si primum, non sufficit canere cum alijs: sed tenetur vel ante vel post sacerdotem sacere singulus eorum secundum tenorem fundationis. Si secundū, scđm hoc agere curēt singuli: vt vno celebrāte cæteri cōcināt in choro: alias nō satisfaciūt. Si nō habeā norma expressa quō vel qualiter agendū, obseruet antiqua loci illius cōsuetudo seclusa fraude & dolo: aut recurrendū erit ad vicinas ecclesias. Et quicquid sit de illis, imitādus & seruādus est vsus ecclesiæ habentis q̄ horę & vigiliæ cōuētualiter legant: Missę vero sacrificiū ab vno fiat. Itē qñq; distributiones manuales tātę & tā pingues indicāt mētē dispēsantis: & qñq; expressa petitio fundatoris aut defuncti. ¶ Corollariū. Defraudāt plærique seipsos, & periculo cōmittunt graui sub interptationis cuiusdā velo, nō curātes quomodo vel qualiter sint faciēda aut applicāda suffragia ex fundatoris institutione, cōmutantes illa ex sentētia prout libet, aut prorsus omittētes, aut nō plus & prius applicātes fundatori principali q̄ cæteris benefactorib⁹ secundario, totū ex æquo dantes singulis & oīnibus, sat esse dicētes si lucrum habent in bursa: interrogare nolentes vt audiant quid facto opus sit ppter conscientiā. Patet corollarium. Licet em̄ dici solet: nemo sibi ipsi & volēti facit iniuriā: cōstat hoc dictū nō esse vniuersaliter verū. Pōt em̄ hois ad seipm esse fraus sicut & iustitia: vt cū vult multa permittere, vel dare &c. & sæpe mentit iniquitas sibi & proximo. Nec quęuis ignorātia excusat: nō crassa, nec supina: affectata vero auget culpā. Licet em̄ de⁹ nō indigeat nostra intētione vel oratione parati vt alijs sciat benefacere: vult tñ scđm ordinationē suæ sapientiæ aliqua dare ad suffragantis pticularē applicationē vel intentionē, alias non daturus. Et scđm p̄dicta meritū defunctorū est cōditionatū, q̄ possunt eis suffragia ꝓdesse si p se fiant ex intētione facientis. ¶ Sextū dubiū: an religiosi recipiēdo plures in suā fraternitatē, faciāt ex hoc suā partē semp deteriorē. Dicendū religiosi vel alij recipiendo ex charitate & pietate non ppter quęstū turpē plęroscp tam viuos q̄ mortuos ad suā fraternitatē, vel bonorū particip̄ationē in eodē vel nō equali gradu, non faciūt ex hoc semp suā partem & in oībus deteriorē: sed quandoq; longe p cōpensationem meliorē. Charitas em̄ ad proximū exhibita pie magnā reddit cōpensationē. De mortuis patuit. rependent em̄ liberati gratitudinis vices. De viuis ostēdi potest multipliciter respiciēdo vtilitates ex hoc natas sequi regulariter. ¶ Primo. Nō est vnius eiusdemq; hominis semper intendere diuinis obsequijs actualiter. A bono vero nostro quādoq; deficim⁹ ex parte, quotiēs vel corporis necessitatibus intenti aut rebus exterioribus plus debito impliciti quicq̄ agimus, quod nec actu nec habitu in deū referimus, nisi referre habitu extēdatur ad bonā mētis ꝓparationē: & vt habitu referri dicatur actus bonus de genere natus referri in deū. In hoc vero casu etiam a bono nō penitus deficimus dū per fraternitatis cōmunionē & bonorū cōmunicationē ex intentiōe facientis nostrum est nō solum generalissime: sed & specialiter in hoc vel illo gradu equali vel inequali scđm leges eiusdem, quicquid p singulos ad honorē fit dei. Et verisimile est semper aliquos deditos esse diuinis obsequijs. qui libet em̄ facere dicitur qđ per amicos facit: amicos inquā cōsanguinitate sibi iunctos. Sic dicēdum de discordātiū pacatione, fraterna admonitione, charitatiua correctiōe, dum scđm Apli verbū, qui spirituales sunt. i. pfectiores cæteris & eiusdem p̄lati: alios instruant in spiritu lenitatis. Sic & in tēporalibus subuentionibus dici posset. Curabit enim alter alterius onera portare. per consequens hoc valet ad magnam viuorum consolationem. ¶. Scđo ex hoc sequitur mutuę charitatis & dilectionis augmentum totius legis suppletio & cōplementum. Sicut em̄ charitas non quęrens quę sua sunt propria communicat, & inimica cupiditas quæ cōia sunt sibi appropriat: ita nihil intantū illęsam conseruat charitatē quantū fraterna cōmunio: nec aliquid ita charitatē lędit sicut proprietas vel possessionis vel volūtatis. ¶ Tertio. sequit ex hoc animarum salubris cura & prouisio. Curabunt enim mutuo sese iuuare, vel per humilem intercessionem apud omnium bonorum largitorē, vel per gratiæ primæ impetrationem eius ve augmentum, vel per satisfactoriam cōpensationem & solutionē. Et si mortui iam non possunt mereri nec fodere: meruerunt tñ bonum eis pro bono rependi ab his qui sunt fraternitatis vinculo eis obstricti. Ex his facile colligi potest fructus communicationis bonorum in fraternitatibus, & monopolijs. Nam ex hoc peccatores possunt consequi celeriorem conuersionem, & gratiæ primæ collationem forte ab eo qui liberatus per suffragia nunc est in patria: Iusti perseuerantiam per gratiæ augmentum, virtutum profectum, vitæ emendationem, ex mutua eruditione: pœnitentes remis-

Universidad de Deusto
Biblioteca



sionē pœnę p suffragiorum multiplicationem, finē gratiæ per multorū intercessionē, liberationē a purgatorio p viuorū suplstitū subuētionē, collationē maioris gloriæ accidētalis p charitatiuā bonorū cōmunicationem &c. Ex hoc patet responsio ad dubium, si expediat facere fraterni
S tates, & bonoꝝ cōmunicationē &c. ¶ Septimū dubiū: an magis ꝓsit testatori statuere eleemosynas & suffragia ppetuo duratura cū tēporis successione, q̄ mox simul oia fieri p acceleratā earūdē multiplicationē aut forte ꝑuentionē dū adhuc testatori subest vita, vt legit fecisse Ioānes Gerson: qui i vita iussit prose viuo (vt refertur dubio. ij.) fieri qđ posterius erat faciendū. Dicē dū: quantū ad p̄miū essentiale (si vtrobiq; est eadē charitas & volūtatis conatus &c. in testatore hoc instituente dū pro se viuo adhuc fiunt suffragia cumulate & copulatim, aut pro se iā mortuo p quēcūq; ministrum siue simul siue successiue p interualla temporū, & cætera alias sint paria) est idem p̄miū & meritū. Sic em̄ voluntas ꝓ facto habet: & est idē affectus: qui plus attendit q̄ operis magnitudo: vt patet de paupercula &c. Stat vero viuū visa suffragiorū expletione habere gratias & laudes deo pro collatis sibi beneficijs: vnde hanc facere potuit institutionem: & ex hoc cōcipere nōnullū feruorē in deū, sicq; mereri pœnarū remissionē: quā nō pōt sic habere cōstitutus i purgatorio dū ꝓ se iā fiūt a viuis suffragia. Stat similiter cognatos plus exardescere in eū ad orandū pro eo, cū adhuc sunt memores beneficiorū ꝓceptorū ab eo &c. q̄ incognatos & multo tēpore supuenturos. Item ꝓpositū & volūtas de velle missā legere nō p oia tātū valet: sicut lecta, maxime ad pœnę solutionē. Sic enim nō habet voluntas pro facto. Et idem esset velle quādoq; celebrare & celebrasse ꝓ defunctis: & velle suffragari & suffragiū fecisse. Quantū vero ad p̄miū accītale qđ ē liberatio a pœnis, pōt distingui: quia pōt instituens p̄cise intēdere celerē sui liberationē, & pro peccatis satisfactionē: aut dei gloriā, populi deuotionē, & diuini cult⁹ augmētū. Si primū, iterū posset distingui: quia si se solū itēderet & sui celerē liberationē: nescio si sit hoc circūstātia finis vltimi: et forte actus nō est meritorius. Et tūc pro diuersitate opinionū respondeat. Si intēderet sui liberationē propter deū dilectū: vt eū q̄tocyus cōtēplari posset & laudare, est laudabile ꝓpositū ex magno charitatis feruore ꝓcedēs. Si petit vt de⁹ tēpus pœnarū pœnæ acerbitate cōpenset, & sic abbreuiet: vt quantocyus Deum laudare possit, videtur melius esse instituēti facere suffragiorum multiplicationē celerem, q̄ diutinam successionem Sic em̄ ordinata charitas a se icipit: & quilibet plus appreciatur suā q̄ alterius salutē: et honor dei finis est & causa finalis. Si itēderet p̄cipue & principaliter honorem dei ac ecclesię profectū, sic glorios⁹ est laudare regē multo tēpore & honores eidē impendi a multis, q̄ ab vno solū. Sic expediet suffragia esse ꝓpetua & annalia. Neutrū itaq; condēnandū venit, & habēt se vt excedēs & excessum. Forte ecclesia in ritu suo plus attēdit Dei honorē, & iustitię rigorē q̄ celerē aiæ liberationē. valeat quantū pōt. ¶ Ex illo sequit: Stat duos habētes eandē pœnā luere, esse in purgatorio & vnū citius alio liberari mediante iustitia distributiua dei. Quis em̄ ꝓpter charitatis cōmunionē suffragia oibus ꝓsint generalissime: plus tn̄ illi & soli illi specialiter cui applicātur p ministrū facientē opus, sc̄dm. S. Tho. ij. quodli. art. xiiij. Nec in hoc de⁹ iniuste agit: qa sua iustitia respicit p se deteriatā pœnā, & nō id qđ p accns comitat pœnā. Sic nō retardat illū a gloria ꝓpter pœnā p̄cipue aut veniale peccatū cum tn̄ retardatio a gloria sit maxima pœnarū, sc̄dm Chrysost. sed iuste ab eo exigit pœnę solutionē ꝓpter quā nō est dignus vt ingrediat gloriā. Nihil em̄ inquinatū itrabit i illā. Apoc. xxj. T
¶ Octauū dubiū. An oē opus meritoriū etiam qđ est de p̄cepto dei vel ecclesię, possit eē satisfactoriū nō obstante q; est p̄cepti. Q; nō, videt ex definitione satisfactionis, vt patet dist. xvj. q. ij. Est reddītio volūtaria æquiualentis alias indebiti. Sed q̄ cadūt sub voto, p̄cepto, aut iuramēto sunt alias debita. Ad hoc Palud. dist. xv. q. j. cū inqt. In hoc q; homo implet id ad qđ p̄cepto tenet, nō satisfacit. Et infra. Aliqđ ē meritoriū, sicut impletio p̄cepti charitate formata. hic em̄ actus alias est debitus: & ita non satisfactorius. Aliud em̄ est facere fructus dignos, & dignos pœnitētię. Ad idem Alex. de Ales. p. iiii. q. cj. membro. ii. ar. ii. &. iii. cū disputat de ieiunio indicto ab ecclesia an sit satisfactorium. Sic de ieiunio indicto a cōfessore. ¶ In oppositū Augustinus in de vera & falsa pœnitentia cap. xij. Credendū est (inquit) & pietas fidei expostulat credere, q; omnes eleemosynę totius ecclesię & orationes & opa iustitię & misericordię succurrant recognoscenti mortem suā ad cōuersionem suam: ideoq; digne pœnitere non potest quem nō sustinet vniuersitas ecclesię. Vbi loquitur de digna pœnitentia per quecunq; bona opa in ecclesiæ vniuersitate facta. Isto stante arguitur. Debitum non tollit rationē meriti sc̄dm p̄dicta, quia non aufert rationem liberi arbitrij: ergo nec rationē satisfactionis saltē i genere: quia nō tollit liberum arbitriū. Cōsequētia nota: antecedens probat ex dictis. et accipiatur satisfactio large: vt patet: & vt includit actus interiores



& exteriores. Et licet aliquid qđ sc̄dm iustitiam p̄cise debitū est illi, non possit esse satisfactoriū per alios: quia potest p̄cise adęquari illi reatui & non alteri: reatus enim duorum peccatorum maiorem requirunt satisfactionē q̄ reatus vnius. Thomas. q. ij. q̄. iiij. adhuc tn̄ habet rationem satisfactionis vt dicetur, pro illo pro quo p̄cise debitum est sc̄dm iustitiam. Secundū Richard. dist. xv. art. j. q. iiij. satisfactio formaliter cōsistit in actu voluntatis. Nā flagella quæ deus immittit, de se p̄cise vt talia, nō sunt satisfactoria: sed quia patienter & voluntarie in solutionē acceptanē, tametsi homo ea effugere non possit. Hostiensis titu. de pœnitētia & remis. §. quis sit effectus verę pœnitētię. in ver. Flagella. inquit, q; sacerdos debet iniūgere pœnitenti, q; omnia opera bona per eū facta & facienda, & mala pœnę quæ sustinet, proficiant ei ad salutem: & tunc valebūt ei, & pœnitētia fiet deuota. Ad idē ex titu. quæ pœna sit pro peccatis &c. Item Alexā. par. iiij. q. cj. mēb. ij. art. v. ostendit ieiunium esse satisfactoriū: & dicit q; ꝑter gratiā operis, & charitatis formationē quæ requiritur ad omnē satisfactionē, oportet ipsum esse volūtarium: & q; sit efficax virtute clauium in generali & speciali. Si nō est voluntarium, non est satisfactio: sed satispassio. Pręterea nisi sic dicatur, nō videtur quomodo pati mortē pro Christo sit satisfactorium: ex quo homo tenetur mori in pœnam originalis peccati. Statutū enim est homini semel mori. Heb. ix. Scotus distin. xxj. q. j. in solutione vltimæ rationis inquit. Mors voluntarie susceptа, est pœna sufficiēs pro pœna cuiuscūq; peccati venialis: & forte pro magna parte pœnę debitę mortalibus dimissis. Nec obstat q; est pœna necessaria: quia necessariū potest voluntarie acceptari. hęc ille. Signetur homo qui debet pro delictis capitaliter subire sentētiā iudicis: hic tenetur sc̄dm sententiā in eum iuste latam subire mortem: nec licet ei effugere in omni casu cū magno dispendio custodum aut effractione turris: vt plures volunt: nisi sint negligentes. Tenetur quidem mortem pati cū velit aut possit consimile quid facere aut agere pro peccatis sc̄dm Holkot. q. vij. iiij. Sententiarū. Hic cum alias est debitor mortis ꝓ origiali pcto, nō posset dici satisfacere ꝓ pcto illo ꝓ quo plectēdus ē ex definitiōe satisfactiōis p̄missa. Sic dicendū de aliquo q subito rapit ad martyriū: & pr⁹ fuit magn⁹ pct̄or &c. ¶ Licet hic parūper exorbitādo q̄dā dicta doctoꝝ referre. Tenet aut tenere vidē Palud. q; latro crucifix⁹ cū Christo nō euolauit i cęlū quia crucifixus fuit, sed ꝓpter magnā cōtritionem quā habuit: & si Christus (vt idem doctor habet) cōtraxisset origiale peccatū, mors ei⁹ nō fuisset nobis satisfactoria. Ex quib⁹ magnum incōueniens posset elici, q; nullius sancti mors fuit nobis satisfactoria cōpensatio, & ita cōtra thesaurum ecclesiæ ex merito supererogatiōis sanctorū collectum: quia cōmuni lege oēs fuerūt debitores mortis propter originale peccatū. Vnde ergo colligitur thesaurus ecclesię? Itē sancti innocētes non essent dicēdi martyres propter debitum mortis &c. Et si quis sc̄dm doctorem faceret abstractionē mortis, vt est p̄cise separatio animæ & corporis, a languore & dolore precedente vel comitante mortem, dicendo primū esse debitum pro originali peccato, non secundū (saltem sc̄dm actum, secus quo ad aptitudinē. sicut obijsse fertur Sanctus Ioānes Euāgelista sine dolore: & virgo Maria: item quidā senio plurimū confecti, & exhausti) adhuc sequitur q; aliquis malefactor plectēdus capite nō soluere debitū originalis peccati moriendo, & ita nō satisfaceret: q̄uis forte per volūtariā pœnarū acceptationē pro peccatis suis posset facere cōpensationem, faciendo de necessitate virtutem. Per cōsequens plectēdus vltimo supplicio non deberet quasi i momēto gladio interimi. Breuē em̄ videtur moriendo pœnam habere: tametsi comitetur multiplex cōfusio: & opprobriū hominū, timor ac tremor ac horror mortis, q̄ possunt ab aliquo voluntarie pro peccatis acceptari. Per cōsequens sc̄dm Palud. plectēdus vltimo supplicio deberet prius ꝓfiteri religionē, vt habere posset remediū pro tollēdo debito pcti originalis. sic em̄ moreretur morte ciuili: q̄ mors secundū eū videt sufficere. immo oīs hō deberet monachari. Ait em̄ dist̄. xxxviij. q. iiij. art. j. q; professio regularium liberat hominē a pctō debito in foro dei & mūdi. Sāctus Tho. ij. ij. q. vlti. art. iij. dicit q; p ingressum religiōis aliquis cōsequit remissionē oīm peccatorū: & refert q; i vitis patrū legit, q; eādē gratiā cōsequant intrātes religionē, quā baptizati. ¶ Quęrit incidēter pro horū intellectu, quid hic veniat noīe ingressus religionis & ꝓfessiōis regularis: an solū ꝓfessio ipsa sine executiōe actuali operū pœnalium sc̄dm tenorē regulę: vtputa qa forte ꝓuenit morte. ergo pariformiter si qsnūc i piculo cōstitutus vt euadat mortē, spondet vere religiōis ingressum & nō ficte, liberat ab oīni pœna si morte ꝓuenit, & euolat ad patriā. immo si post mutata volūtate apostatat, videt esse immunis a pœnis tunc debitis pro peccatis pręteritis cęteris paribus. Pari ratiōe si mādator suffragij mādat i gratia fieri suffragiū, nō debet sētire aliqđ ꝓiudiciū remissiōis pœnæ ex alteri⁹ negligētia ex bona voluntate quam habuit contra prius dicta: nisi dicatur hanc professionem esse priuilegiatam.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Et si dicitur q; meritum defuncti est conditionale non absolutum: Dici potest contra illos docto. Regularis ꝓfessio absolute facta etiam est conditionata quo ad valorem remissionis pœnæ: quia si non deducitur in effectum, non sufficit vt satisfactio pro omnibus peccatis. de pœnitentia distin.j.§.His auctor. Item.xxxiij. q.ij.c. Admonere. de Aistulpho: cui Papa psuadet religionē & ingressionem: publicam pœnitentiā remittit, & in opera pœnalia monastica cōmutat: & expresse dicit. Si sic & sic &c. egerit scdm monasterij regulam obseruando imperata, recipiendo fratrum intercessionem &c. forte diuinā sentiet misericordiam, & peccatorum remissionem. Nō loquitur de nudo & solo ingressu aut professiōe: sed adiuncta vita monastica. Cōtinua pœnitentia est eorum vita. Pręterea nō opus esset religiosis cōsequi indulgētias. Et forte ratione illius dubitarunt antiqui: an religiosi possunt cōsequi indulgētias: vt infra dicitur. De prędicto essentiali non est sermo: sed solū de satisfactione & remissione pœnę. Si autem nomine ingressionis aut professionis &c. veniunt opera pœnitētialia cum effectu, & obligatio voluntaria, habetur ꝓpositum q; consequitur quis satisfactionē & remissionem pœnę, si fiant opera satisfactionis cū effectu. ¶ Ad ꝓpositū redeū do, omni actioni meritorię correspondet apud deū non solum p̄mium essentiale gratiæ & gloriæ: sed etiā accidētale & remissionis pœnę. Ois obseruātia p̄cepti nō solū naturæ, hoc est qđ est ex instinctu naturæ seu moralis p̄cepti: vt dicit Palud. sed etiā disciplinæ, vtputa voti, iuramēti, indicti vel instituti etiā hūani, est vel esse potest meritorium: ergo omnis obseruantia prędicti naturæ & etiam disciplinæ meritoria, etiam est vel esse potest satisfactoria. Cōmuniter oīs de possibili habet vnam de p̄senti vel verā vel possibilem. Si dicitur, actio p̄cepti est actio meritoria nō satisfactoria scdm Palud. dist. xiij. q. j. & maxime actio p̄cepti naturę scdm Alexandrum: Contra. nō videtur ratio diuersitatis (ceteris paribus) de vno plus q̄ de alio, loquendo saltem de satisfactione in genere: vt includit actū interiorem & exteriorem. Præterea sicut p̄ceptū disciplinę fuit indifferens ante sui institutionē: ita videtur posse dici de p̄ceptis moralibus decalogi saltem antiquis, q; sint dispensabilia & mutabilia: licet nullum vnq̄ fuerit reuocatū, sed forte circa aliqua iteruenit dispēsatio. Nec sunt propositiones simpliciter necessarię: sed contingentes: nec in omni sensu præcise obligatorię. Pręterea, videtur q; deus possit creaturam suam simpliciter deobligare a lege per nō imputationem ad culpam. hęc enim videtur potissima ratio culpę. Psal. Beatus vir cui nō imputauit dominus peccatum &c. de potentia absoluta dei: sic de ordinata. Nōne posset dici oē p̄ceptū dei contingenter ab eo esse datum? ¶ Pro respōsione ad dubium est notandum, sectando nunc cōmunē loquēdi modum, licet nō per omnia verum de rigore, q; i actu p̄cepti est inuenire duo: sc; operis substātiā p̄cise, ad cuius executionē homo tenetur p̄cepto, voto, vel iuramento &c. & modū agendi, vtputa q; assint illę & illæ circūstātię, q; fiat hilariter ex deuotiōe, ex charitate, ex magno feruore &c. Quo ad primū: Si hodie teneor ieiunare p̄cepto ecclesię, non redimor per hoc ieiunium mihi a sacerdote inunctū: vt hoc die faciā ieiuniū, sed teneor die alio &c. Et ita ille actus potest dici nō satisfactori⁹ quo ad hoc. Quo ad secundū: pōt dici satisfactorius, & q̄libet meritorius aut pœnę solutorius. Sic hō tenetur seruare decalogū ad literam, sed nō ex gratia gratū faciente, vel ex charitate. alias seruādo decalogū nō ex gratia gratū faciēte peccaret. Si autē vult per eā mereri vitā, tenetur habere gratiā. Sic de ieiunio ecclesię & similibus. Cum ergo quis facit opera nedum quo ad substantiam actus prout tenetur ex lege: sed etiam quo ad cæteras circūstantias ad quas prout nunc non tenetur tenore p̄cepti, potest per hoc mereri de cōdigno & satisfacere ex intentione pro peccatis confusę tm̄ licet forte non pro alio quo ad operis substantiam nisi pro quo opus illud p̄ceptum est, vel institutum. Sic operi illi bono correspōdet apud deum nedum p̄mium gloriæ, sed & remissionis pœnę, & satisfactionis: vt specialiter valet factori. Sic non videtur posse negari quin omne opus p̄cepti posset dici & esse satisfactoriū & meritoriū. Sic dici posset de actibus fidei p̄cise vt sunt adhęsiones diuinarum veritatum & cū volentes ꝓpter deum ingeniū nostrū captiuamus in obsequiū Christi, vbi humana ratio nō habet experimentū. Primo modo sunt actus intellectus p̄cise. Secūdo actus volūtatis eliciti vel imperati & meritorij, immo vt sic satisfactorij, vt patet in.iij. dist. xxv. Sic videt intelligēdum dictū sacerdotis. Bona per te facta & faciēda & mala quæ sustinebis, sunt tibi in remissionem peccatorum. Q̄d Palude dicit intelligendum de bonis supererogationis. Potest enim opus aliquod esse voti, p̄cepti, iuramēti, indicti &c. quo ad operis substantiā p̄cise & executionem, sed non quo ad modum talem vel circumstantias alias. Sic enim est supererogationis, & non est debitum debitione prędicti: & potest esse satisfactorium & realiter & sacramētaliter: vtputa quia forte pœnale: & qa sacerdos voluit q; si quis fecerit idipsum, sit sibi satisfactorium.



ad quæ tenemur lege diuina, licet sint alias debita, possunt dici supererogationis. Potuisset enim nos dominus deus obligasse tentione prędicti ad multa, & cum diuersis circumstantijs: sed nostræ miseriæ compatiens tantum ad aliqua nos obstrinxit, licet quicquid possum⁹ & sumus, teneamur deo tentione cōgruitatis: & vt oīa in eius laudē faciamus, scdm Aplm: sed nō tentione necessitatis & p̄cepti. Tenemur autē semp & pro semper vitare eius opprobriū & contēptū, & nō odire ipsum. Ad primā rationē, licet opus p̄cepti sit alias debitū quo ad substantiā operis: est tm̄ indebitū vt sic fiat hilariter ex charitate & fide, vt multi loquunt. Et sic pōt hō mereri solutionē pœnæ, & satisfacere per hunc actū licet p̄cepti ex comitantia vel imperio diuersarū circūstantiarū alias indebitarū. Et ita intelligēdus est Richardus: qui etiā dist. xx. art. j. q. iij. dicit q; ille qui satisfacit pro alio p hoc directe non satisfaciat pro seipso p id opus vt sic debitū alteri. Est tm̄ idē opus aliquo modo pro se satisfactoriū ex diuina misericordia: item vt meritū cōgrui. Item dist. xxj. art. j. q. j. Licet pœna mortis naturalis sit debita pro pctō originali, & vt sic nō satisfaciat pro peccato actuali, attamen pœna mortis volūtatię pro Christo ppessa, & ex charitate in pœnā peccati cōtra deū &c. quā hō libēs, patiēs, & ex charitate suffert, p deo, satisfactoria est. Pręterea doctores aliter & aliter accipiunt nomē satisfactio: vt patet respiciēdo eorū dicta. Et cum pace dixerim, videtur q; aliqua opera spiritualia, qualia sunt contemplatio dei, amor dei, speculatio, scripturarū interpretatio, lectio theologicaliū veritatū &c. veri⁹ sint satisfactiones q̄ plerūq; opa pœnitētię de genere opis pœnalis. Exemplū de Maria Magdalena cui dimissa sunt multa pctā. i. pœnę: qa multū dilexit. Luc. vij. Pietas em̄ ad oia vtilis: corporalis exercitatio nō plurimū valet, nisi subseruiendo, & vt materia satisfactiōis. Siquidē actibus spūalibus, & pietatis, p statu isto annexa est multa corporis fatigatio & rebellio: cū intellect⁹ & volūtas sese abnegādo totos dedicāt, & captiuos tenēt in obsequium fidei, & charitatis, parati firmissime credere, & Deo viuere, propter solā reuelationē Dei quē diligūt, aut ecclesiæ mandatū cui obtēperare volūt ꝓpter Deū. ¶ Corollariū. Oīe opus meritoriū potest etiā esse satisfactoriū ad sēsum tactū. ¶ Corollariū scdm. Oīe opus p̄cepti etiā cuiuscūq; pōt esse satisfactoriū licet sit alias debitū. ¶ Nonū dubiū de sepelitione, & loco sepulture: an prosit, & qualiter, defunctis an vsuis, & ad quid: an afferat aiab⁹ aliquā miseriā si earū corpora nō fuerint sepulturę tradita. De sepelitione peccatoris in locis cōsecratis, & apud memorias sanctorum, an obsit vel prosit. Plura de hoc August. lib. j. de ciui. dei. c. xij. & in de cura pro mortuis. Seneca de remedijs fortuitorū. Gregorius. iiij. dial. cap. lij. & sequentibus plura ponit exempla & gesta propter sepulturā ecclesiasticā malorum. ¶ Prima ꝓpositio. Carētia sepulturę non obest per se respectu vitę futurę defunctis quomodocūq; cor⁹ corpora proijciant vl' deuorent a bestijs & tyrānis. Patet auctoritate scripture. Capillus capitis vestri nō peribit. Et iterum. Nolite timere eos qui corpus occidunt: animā non possunt occidere. Luc. xij. Matth. x. Et postea nō habēt quid faciāt. Aliquid em̄ faciunt mali corpus occidendo, in quo est sensus. In corpore occiso nō est sensus. Vltra pœnarū oīm terminū iste locus est secūdū Senecā. Et in Psal. lxxxvij. Posuerunt mortalia seruorum escā volatilibus cæli. Carnes sanctorū tuorū bestijs terræ. Effuderūt sanguinē eorū &c. & nō erat qui sepeliret. Verum hoc erat apud homines opprobrio, cū apud deum mors sanctorū sit p̄ciosa. Ad hoc August. vt supra. cap. ix. de cura pro mortuis. Præterea p̄ciosa sepultura im pijs nō ꝓdest: ergo vilis aut nulla nō obest pijs & sanctis. Patet de diuite & Lazaro, quorū vn⁹ creditur habuisse solennes exequias, & sepultus est in inferno: alius viles aut nullas, & collectus est ab angelis i sinum Abrahę. Luc. xvj. Q; autem deus ꝑmittit suos quandoq; a bestijs deuorari, accidit ad ostensionē & exaggerationē crudelitatis illorum qui talia fecerunt, non ad infelicitatem illorū qui talia ꝑpessi sunt: licuitq; de hac re plausibiliter dicere illud Lucani. Cęlo tegit qui non habet vrnā. & illud Virgilij. iij. eneidos. Facilis iactura sepulcri. Idem allegat Seneca: vt supra. Tametsi Virgili⁹. vj. æneidos dicat q; carētia sepulturę per se noceat mortuis: vt patet in fabula quā refert ibidem, q; aię insepultorum donec sepeliantur, errant centū annos circa fluuium infernalē, qui dicitur Cocytus, & circa stygias paludes: nec possunt infra cētum annos transire ad sedes optatas. Hoc esse falsum docet August. cap. ix. de cura pro mortuis. q; insepulti nō poterant transire infernalem fluuium. Sic em̄ & martyres insepulti fuissent impediti, nec trāsissent ad loca optatę requiei. ¶ Secunda prositio. Damnatis decedentibus sine charitate non prodest sed obest sepultura ecclesiæ. Probatur per locum a maiori. Maius non prodest eis, puta suffragium ecclesię: ergo nec minus. xiij. q. secunda. ca. Quib⁹. & cap. Cū grauia. & in epistola Cyrilli ad Augustinū de obitu Hieronymi. & iiij. dialog. Gregorij capi. lij. Nec valet hic dicere: vinum non consecratum admixtum consecrato contrahit aliquid sanctitatis. Sic

de aqua benedicta, oleo, vino non consecrato cui immergit hostia cōsecrata ī Parasceue. ergo & in ꝓposito. Nā sanctitas ꝓprie dicta nō acquirit nec cōtrahitur, nisi per gratiā gratū facientē, & nō ex cōtactu cuiuscūq; rei sacrę. Sāctitas deputationis qua aliquid dicit sanctū quia deputatū ad actus sacros & officia sacra, etiā nō cōuenit dānatis ꝑcise ab ecclesia. Vsus vero ecclesiæ ꝓcedit nonunq; in liquidis cōsone & alludēter ad legē veterem: nō sic in rerū aliarū mixtione vī vsu. Alias oēs vestes hoim indui solitę ī die festo essent dicēdę sacrę. Esto etiam quo ad primā ꝓpositionē q; nō sepeliri quādoq; afferat tristitiam viuenti, scdm eū affectū quo nemo vnq; carnē suā odio habuit. Ephe.v. hoc est affectu naturali & hūano: attamē cū homo mortu⁹ est, corp⁹ caret sensu, nec habet tristitiā: vt deducit Seneca vbi supra. & Aug.c.iij.de cura ꝓ mort. & cap.vij. Sic cū hō audit q; sepeliendus est cū suis, habet inde cōplacētiā, & e regione tristitiā de nō sepeliri. Exemplū.iij.Reg.xiij. de quodā ꝓpheta dñi, cui dñs cōminatus fuit carentiā sepulturę: vt sic haberet obiectū cōtristās. Secundū hoc dici posset q; carētia sepulturæ nocet: vt obiectū cōtristans. Sed ex hoc nō inferē: ergo sepeliri lętificat: quia dānati nō sunt habituri vllam lętitiā: nec deus vult eis coagere ad quācūq; lętitiā habendā. Sic etiā non sepeliri vel proijci de monumētis, nocet sepultis. i. qñq; est opprobriū hoim: & affert quandā tristitiā & humanā cōpassionē viuis: sed nō proijci, nō remittit pœnam, nec generat ꝓprie lętitiam. Nec regulariter sciūt cū proijciunt de sepulcris. Et si adducitur Topica Aristotelis. Sicut ꝓpositū in ꝓposito &c. intelligit de terminis cōtrarijs, nō de cōtradictorijs. Per sepultūrā hic non intelligit officiū funerale: sed ipsa tumulatio, & in terrā sepelitio. Dicit, sed obest. Siquidē scdm Augu. nihil ꝓdest infidelibus sepultura. c.ix. Et si in gñe non ꝓdest: nec ecclīastica ꝓdest. immo obest eis ecclesiastica sepultura: secus de ꝓphana. Hinc excōmunicati in loco ꝓphano sepeliunt: & desperātes qui intulerūt sibi mortē. Item pueri nō baptizati &c. Plura de hoc refert facto beatus Grego. iiij. dialog. c. lij. & sequēti. ostendēdo q; ecclesiastica sepultura cedit malis ad maiorē cumulum dānatiōis. Beatus Tho. dicit sepulturā ecclesiasticā ideo nocere malis: quia eā sibi indignam ꝓpter humanā gloriā cōparant. dist. ꝑsenti. q. ij. art. iij. q̄st. iij. ¶ Tertia ꝓpositio. Sepultura ecclesiastica & locus sacer sepulturę etiā apud memorias sanctorū nō ꝓdest per se & directe spiritib⁹ defunctorū: sed indirecte pōt ꝓdesse & nō obesse nedū mortuis, sed & viuis ac defunctorum cognatis. ¶ Prima pars est August. c. iiij. cū in quit. Si deessent illę supplicatiōes q̄ fiunt fide recta ac pietate pro mortuis, puto q; nihil, pdesset spiritib⁹ eorum q̄libet ī locis sanctis exaīa corpora ponant. hæc ille. Ideo p se non prodest eis talismodi sepultura vbicūq; fiat. ¶ Scda pars, q; indirecte: quia dū recolunt viui charorū corpora ibi esse reposita: puta apud memoriā sancti alicui⁹ spe opitulatiōis habēdę & intercessionis a sancto illo, vt dicit August. in q̄stionibus Dulcitij. &. c. v. de cura pro mor. ecclesiā visitāt, intercessiones & ꝑces faciūt, & quasi suuādū defunctū ei⁹ oratiōib⁹ cōmēdāt. Q d etsi fieri posset in locis alijs, attamē cū affect⁹ deuotiōis trahit ad locū illū, expedit ibi fieri. Pręterea cū amici & cognati sese solēt loco illo visitare, volunt ibi habere quasi memoriale ꝑpetuū charorū ibi sepultorū, ne obliuiōi dētur: sed viso monumēto reminiscant beneficētię, sicq; ad suffragādum excitent. Hinc & sepulcra monumēta dicuntur, quia monēt ne defunctorū nos capiat obliuio. De hoc Augu. vbi supra. ca. v. Cū fidelis mater defuncti filij corpus desiderat in basilica poni, si quidē credit defuncti aīam meritis matris ad iuuari, hoc q; ita credit, supplicatio q̄dā fuit: & hæc ꝓfuit si quid profuit. Et q; ad idē sepulcrū recurrit aīo, & filiū ꝑcibus cōmēdat, adiuuat defuncti spiritū nō mortui corporis locus: sed ex loci memoria vnic⁹ matris affectus. hęc ille. Sic itaq; sancto illi aut hoibus deuotis loci illi⁹ recordātis & ꝑcantis affectus defuncti aīam cōmēdat: & vidēs monumētum ad suffragandū excitat. Hinc & ecclesia in oībus officijs generalē habet memoriā defunctorū quib⁹ nō sunt vlli superstites facturi pro eis speciale suffragium. Sic ꝓdest defuncto ad gaudiū cū in his honor dei querit: & dñs laudat in sanctis suis. Sic quia solēt illuc multi ppli cōfluere, & fideliū orationes multiplicari: qui viso monumento saltem aliquē habent pium in defunctos affectum. Et verisimilius est illic multiplicari q̄ in loco priuato. Pręterea aliqua facta aut etiam facienda in loco tali vel tali, homines mouent ad pietatē. Sic Ioseph. Gene. xlvij. vocatur ab Iacob iam morituro: & recipitur ab eo iuramentum ne sepeliat eum in Aegypto, sed in sepulcro maiorum suorum, hoc est in terra promissionis, in qua sepulti erant Abraham & Isaac. Non tamen propter illos principaliter elegit locum illum: sed propter redemptionem humani generis quā in spiritu pręuidit ibi fiēdam per Christum. Et forte q; multi sanctorū ibi essent cum eo resurrecturi. Matth. xxvij. de quorū numero esse voluit: & ideo locū illū elegit tanq̄ singulariter a deo electū vt opus redēptionis in eo fieret. Dicit Augustinus in quæstionibus sup Gene. q. clxxj. q;



prętergressi sunt locū sepulturę plusq̄ trigīta milia. tantū enim distat locus sepulturę patriarcharū a loco de quo venerant. Gene. l. Volebāt ergo patriarchę vt eorum cadauera (quæ peccatū dessignāt) conderētur in loco quo peccata erāt abluēda sāguine Christi. Dicit a loco q Abrahamiū vocatur (vbi cōdita sunt eorum corpora) distare locus crucifixionis Christi fere triginta milibus passuum scdm Gloss. Crediderūt siquidem vbicūq; mortuos resurrecturos: sed pietatis affectu Christo incarnando volebāt aliquo modo associari. Et Abraham vxorem suā Sarā ponere voluit (Gene. xxiij.) in spelunca duplici in qua erat sepulcrum Adæ. non emendo sepulcrū Adę vel speluncā duplicē in qua erat sepulcrum Adę: sed agrum ipsum seu fundū, in quo ordinare voluit locum sepulturis fidelium, ne infidelēs sibi ius sepulturę in eo vēdicarēt. ¶ Ex quo colligitur & alijs. Gen. xxv. q; & patres habētes fidem resurrectionis propter astruendā resurrectionis fidem curarūt sua funera pietate officiosa, exequias celebrarunt, sepulturas curauerūt, & de hoc suis mandauerūt. Et scimus ex scriptura huiusmodi facta esse circa Christū, & ꝑ eum laudata. Matth. xxvj. Ioan. xix. Dictū est pietate officiosa: quia nihil ad eos de pōpa humana & ritibus superstitiosis &c. Hinc August. inquit lib. j. c. xij. de ciui. dei. & de cura pro mort. ca. ij. Curatio funeris, cōditio, pompa exequiarū, magis viuorum solatia sunt q̄ subsidia mortuorū. Quod verū est quātum ꝑcise ptinent ad solēnitatē quandā & tristitiæ leuigationem: secus inquantū fiunt ex pietatē ad pauperū subuentionē, ecclesiarū ędificationē, diuini cultus augmētum, aliorū officiosam suffragationē, vt sic excitentur ad orandū pro defuncto &c. Quandoq; vero necessitas, decētia status, merita ꝑsonę, maiorū auctoritas aliud expostulat: & facit necessariū necessitate decētię, & cōgruitatis, qd alias esset prophanū: maxime cum intēditur pietas & honor dei. Nonne decens est vt corpus id quod fuit spūs sancti instrumētum, & perpetuo glorificabitur ac ꝑmiabitur a deo, honeste condatur? Si eñ vestis paterna plus diligitur quia pater ea vsus est, aut aliud consimile derelictū ab amico multum accepto, cur non & fidelium corpora officiose sunt sepelienda in loco sacro, cum & Christus id circa se futurū quādoq; laudauerit? Ioan. xij. Et Tobias sepeliēdo mortuos deū ꝓmeruit āgelo teste. c. ij. & xij. Iuniori quoq; Tobię mādauit dicēs. Cū acceperit deus aīam meā, corp⁹ meū sepeli. c. iiij. Nō ergo proijcienda sed reuerēter cōdēda sunt defunctorū corpora. Hinc cū cōstat de sanctitate defūcti, reliquię ei⁹ valde venerant &c. Itē. ij. Reg. ij. Dauid laudat eos qui sepelierūt Saul regē, spondēs eis a deo miam & veritatē, a se gratię retributionē. Ad idē. ij. Reg. iij. de Dauid & Adonia. Cuius ergo sepultura defunctis nō opituletur de se, culpanda tñ irreligiositate contēnitur scdm August. ca. x. de cura pro mort. cū rite haberi pōt. Martyres sæpenumero nō poterāt habere: ideo posthac quādoq; apparuerūt āgelo⁹ ministerio, aut reuelatiōe diuina, petētes corporū trāslationē &c. Sic & Dauid affectu humano cōpatiebat Sauli defūcto, sed nō sepulto: hinc ꝓmisit eis quandā remunerationē qui eū sepelirent. Item voluit quandoq; de⁹ talia fieri p nescientes, ad astruēdū vel indicādum resurrectiōis fidē. Et quia illi suo facto astruebāt resurrectiōis fidē: & cōpassiōe hūana sepelierūt Saul: ꝓpter illā fidē resurrectiōis quā vident credidisse & affectū & cōpassionē hūanā, ꝓmisit eis Dauid miaz a Deo. ¶ Decimū dubiū: quō pro sint mortuis, oleū, cęra, vinū, panes, & similia, q̄ scdm morē patrię in exequijs defuncto rū offerunt, aut supra tumbā ponunt. Dicendū: solū per accidens ꝓsunt, aut etiā ecclesiæ merito seu deuotiōe faciētis inquātū offerunt vt ibi ardeant in diuino cultu: in qualicūq; ꝓtestatione syncerissimę veritatis fidei, vel inquātum sunt eleemosynę pauperū orare debentiū pro defuncto. In terris vero illis vbi vinū & panes ponūtur ad tumbā, si nō sunt stipendiū ministrorū ecclesiæ, possunt rep̄sentare viuificū altaris sacrificiū, qd̄ credūt mortuis ꝓfuturū scdm Augu. vt supra: & petūt p hoc aīarū redēptionē a pœnis. Olim fuit consuetudinis tpe beati Gregorij q; hoies portarēt ad ecclesiā panes & vinū ꝓ oblatione altaris. Hāc forte rep̄sentat oblatio panis & vini: & affectū hūilē, quatinus altaris sacramētū deo p̄i ꝓ defunctis offerat p eccl'ię ministrū, & eis subueniat ad remissionē pœnarū. Possent & alię rationes dari ꝓ diuersitate regionū. Et vide ad hoc eē Tob. iiij. Panē tuū & vinū sup sepulturā iusti cōstitue: & noli ex eo manducare & bibere cū ꝓtōrib⁹. vbi Lyra. Ex hoc sumētes occasionē errādi, solebāt sup sepulcrū parētū defunctorū cibaria ponere, quasi mortui indigeāt cibis corpalib⁹. Quē morē improbat Aug. sermone de Cathedra sācti Petri, dicēs. Miror cur hodie tā pniciosus error interuenerit vt sup tumulos cibos & vina cōferāt, quasi egresse de corpib⁹ aīę adhuc carnales cibos requirant &c. Et iubet abstinēdū esse a tā pniciosō ritu infideliū. Alij vero fecerūt magnā pōpā & ostētationē i morte parētū, vt ide i pauptatē redigerēt. & forte de hoc aliqd fuit i obseruātia ppli cū quo degebat Tobias. Verū morē illū ipse non p̄cepit obseruari: sed voluit viuificū altaris sacrificiū rep̄sentare & significare: hinc peccatores excludi iussit.

Aut voluit illa in pauperū eleemosynas erogari. Aut forte habebant simul tenuem refectionem pro lenienda tristitia superstitum de morte parentum: quem morem aliquoties vidi: quia statim post sepulturā reducto superstite ad ędes proprias cum honesta comitantia, ductus fuit a vicinioribus & propinquis in tabernā. Huic aliquo modo alludit Hugo posti. dicēs. Aliquē ritum nobis ignotum innuit: vel forte ad cōsolationem parentū post sepulturā iubet fieri cōuiuia, qđ opus est misericordię: vel forte super tumulos mortui iubet fieri eleemosynas. Nec id ē vsquequaq; execrādū. Forte ī illis cōuiuijs fuit factus ꝓ cōsolatiōe supstitis sermo cōmēdatiꝰ de honestate vitę defuncti &c. Ita eñ conuocato cœtu populi cum aliquis sepeliendus erat in primitiua ecclesia, teste Dionysio in de ordinibus hierarch. & Vercellen. lectiones primū fiebant & cantica de resurrectione mortuorum: de hinc mortuorum sanctorum concelebratio: & iā defunctū magna laude prosequebantur pro quā
Z titate status sui: deinde terrę tradebant &c. ¶ Vltimum dubium. An indulgētiæ etiā possunt dici defunctorum suffragium. Dicendū. Indulgentię formaliter prosunt defunctis. hoc est pœnarum solutiones & thesauri ecclesiæ cōmunicationes factę eisdem prosunt eis: sed non meritorie: vt quidam loquuntur. i. non possunt facere opus pro quo dātur indulgentiæ: sed alius pro eis per modū suffragij: cum id tenor apostolicę bullę concedit. meruerunt tū in via constituti ꝙ indulgētiæ per modum suffragij possunt eis ꝓ desse dum opus & conditio indulgentiarum fit per alium pro eis: cū ipsi per se opus facere non possint. De quo latius infra in qstione tertia.

## Quęstio Tertia.

A Ertio quęritur de suffragio qđ potest dici indulgentiæ eccl'iæ: Vtrū viui & hierarchæ ecclesiæ militantis pñt p modū suffragij aut alias auctoritatiue dare vel impetrare indulgētias defunctis. ¶ Articulus primus terminos exponet q̄stiōis. Nomē indulgētia vel indulgentię diuersimode inuenit accipi secundum doctores iuris & grāmaticos. Quādoq; est liberatio a pœna. inde dicit. ij. qstio. iij. si quē. §. Indulgētia. Indulgētia quos liberat a pœna notat. Quādoq; est cōcessio gratię: vt lite pēdēte. c. fi. de priui. dudū. Quādoq; ē dispēsatio. lxxvij. dist. c. finali iuxta finē. vbi dare indulgētias alicui, est cū eo dispēsare super aliquo. De electio. dudū el. Q ñq; est ius cōe. xxxiij. q. ij. Interfectores. Secundū grāmaticos & alios indulgētia in illo capitulo dicit quandā delicatā & mollē cōcessionē: cū sc; quis vult alteri obsequi propter eiꝰ fragilitatē, vt supra dist. xxvij. patuit sup illo Apli. Hoc autē scđm indulgētiam dico non secundū imperium. Vbi loquitur de matrimonio instituto in remediū: & de cognoscere suam nō propter plem. Ita in ca. allegato: vbi fit sermo de occisoribus cōiugum suorū, ꝙ non possunt alibi cōtrahere &c. Ad idē. xxxv. q. viij. de gradibus. Quādoq; dicit dare operam illi, vel illi disciplinę. sic dicit ille indulgere gulę quę, Veneris amica est, qui vacat gulę. In ꝓposito dicit remissionē pœnę debitę pro peccatis cōmissis remanētis maxime post sacramētalem ꝑfessionis absolutionē, scđm Frācisci Mar. in tractatu de clauibus. & Angelū in summa post Frācisci: q dicit illā descriptionē colligi ex notatis ca. Qz autē de pœnitētijs & remissiōibꝰ. Iacobꝰ Cardi. in tractatu de indulgē. & iubileo ponit aliā notificationē post Henri. Gandē. in quodlibetis. & illā. Est remissio pœnę tpalis ꝓ peccatis actualibus debitę, nō remissę in absolutione sacramētali, facta a ꝑlato ecclesiæ ratiōabiliter & ex ratiōabili causa in cōpensationē de pœna indebita iustorū. Gerson in de absolutiōe cōfess. sacramētalis, dicit. Dare īdulgētias nō est ꝓprie absoluere a peccatis: sed est de pnia debita relaxare, vel in toto, vel i pte. Hinc nō requirit debita forma verborū, sicut in sacramēto: sed sufficit explicare scđm intentionē Papę dantis, ꝙ dātur tali tales indulgētię. hæc ille. Consonat Palud. dist in. xx. dicens. Dare indulgentias nec est ligare nec soluere: sed thesaurum ecclesiæ posse cōmunicare. Durādus dist. xx. q. iij. dicit. Indulgētiæ sunt cōicatio pœnę Christi & sanctorū ad satisfaciēdū pro nostris peccatis. Dicit primo ī notificatiōe est remissio pœnę, nō culpę. Hinc sequitur: modū illū loquēdi plebeorū esse falsum: cū dicunt esse indulgentias a pœna & culpa. qui forte ideo inoleuit: quia cū dant indulgētię plenarię, cōcedunt cū hoc regulariter facultates plurimę: vt peccator posset absolui a culpa: qua nō remissa manet pœna culpę debita, & pœnæ remissio ꝑsupponit remissionē culpę. ¶ Scđm hoc possunt tria cōsiderari in peccato mortali: vt quidā dicūt. Primū est culpa siue actus peccati: quæ & dicit pctm. Secūdū: reatus culpę siue obligatio ad pœnā æternā pro culpa cōmissa. quia eñ peccator deū offendit legis eiꝰ trāsgressione, exigit diuina vindicta vt peccator ꝓ culpa pœna plectat ęterna. Et quia æterna per cōtritionē aut sacramentalē absolutionem sępe cōmutat in temporalem, est tertium reatus pœnæ temporalis.



¶ Culpam nō tollūt formaliter indulgētiæ, nisi prout nomen indulgentia æquiuoce accipitur pro facultate absoluēdi a peccatis: sed ꝑexigūt eius remissionē. Sed nec pœnā æternā, quæ est damnatoꝝ, ad quos ecclesię suffragia se nō extēdunt: quia in inferno nulla est redēptio: sed reatum pœnę tēporalis. ¶ Pœna æterna potest tolli p contritionē & pœnitētiā, & in temporalem mutari: non autē p indulgentias. ¶ Dicitur ꝓ peccatis actualibus debitę. Nō enim indulgentię tollunt pœnam peccati originalis: nec oēs pœnas temporales, sed solū debitas ꝓ peccatis actualibus. Dicitur non remissę in absolutione sacramentali: quia prius remissam pœnā etiam per opa pœnitentię quę egit homo, nō tollūt. Hęc enim opa pœnitentiæ includūtur in noie absolutio sacramētalis: et illa iam sunt remissa. Notanter dicitur non remissę in absolutione sacramentali: & non adiūgitur Seu nō iniūctę &c. Est enim inter pleroscq; magna dubitatio si indulgentię tollant dūtaxat pœnam iniunctā: et a quo, an a iure vl' iudice, an generali vel speciali iniūctione: et si generalis quę est citra obligationē, sufficiat. Hinc Gerson ī florib' ait. Dies indulgentiarum referūtur ad pœnitētias ꝓ hac vita iniunctas. sic enim textus sonat. Verū hoc non fit in concessione iubilei aut plenissimarū indulgentiarum: secus de ꝑticularibus, vt in ꝓpositione. xj. ¶ Cum ergo indulgentiarum concessio non extendit se ad pœnas contractas per peccatum originale: Non enim tollunt famē, sitim, fomitem peccati, mortem &c. sed dūtaxat ad pœnas peccato actuali debitas: cuius remissionem necessario ꝑsupponit, vel in foro secreto conscientię & dei, vel in foro etiam exteriori confessionis sacramentalis de facto, vel in voto seu ꝓposito: et sępius in facto iuxta dispositionem bullarum: ita ꝙ non sufficit esse in charitate ad consequendū indulgentias peccatoꝝ cōtritorum non cōfessoꝝ de facto: sed requiritur cōfessio de facto peccatoꝝ ꝓ quibus quis vult indulgentias cōsequi, vt dicetur: Ideo dictū in definitione est remissę pœnę, nō culpę temporalis, non æternę & infernalis. Nec cuiuscunq; pœnæ sed determinatę ꝓ peccatis: non in genere, quia non originalis, sed actualis peccati tm̄: non remissę in absolutione sacramentali. ¶ Sixtus papa. quartus in iubileo qui fuit in diœcesi Constantiēsi in Vrach Anno dñi. M. cccc. lxxx. &c. expresse cōcessit ꝙ cōtribuentes ad fabricā hoc tempore determinato, poterant indulgentias cōsecuturi p octo dies ante id tempus vel post tēpus indulgentiarū confiteri sua peccata. Necessarium vero erat ꝙ essent vere pœnitentes cum fecerunt opus indulgentiarū. Sed non requiretur confessio pręuia in actu: sufficit pœnitentia in actu, et confessio in voto certo tempore fienda. Ad hoc Gerson. vbi supra, cum inquit. Q ñq; dātur indulgentię sub certis conditionibus si sint confessi & contriti: si dederint manꝰ adiutrices. Q ñq; dātur existētibꝰ in gratia, vel si infra mensem habuerint gratiam, ita ꝙ tunc dum habēt gratiā recipiant indulgentias sine alio actu confessionis vel sacramentalis absolutionis. Et scđm Durā. dist. xx. q. iiij. contritus non confessus etiā sine ope indulgētiarū potest indulgentias consequi si concessio papalis ita canit. Dicitur facta a ꝑlato ecclesię, ad differētiā remissionis pœnę quę fit in foro secreto dei & virtute contritionis aut sacramenti pœnitētię. Illa enim remissio quę fit ꝑcise virtute cōtritionis aut sacramentalis absolutionis, non dicitur indulgentia ꝓprie: sed illa quę fit auctoritatiue a ꝑlato ecclesiæ de his pœnis peccatoꝝ quæ remanēt post confessionem & sacramentalē absolutionem aut contritionē pręuias scđm aliū & alii bullarū tenorē. Dicit rationabiliter & ex causa rationabili. Circa qđ notādū: ꝙ idulgētiarum concessio debet esse rōnabilis: vt vero sit talis, ꝑsupponitur in conferente indulgentias auctoritas, in suscipiente idoneitas: in causa pietas: scđm Durā. scilicet honor dei & vtilitas ecclesię. Oportet primū adesse auctoritatē a Christo collatā, & in Euangelio fundatā, vt puta Matthei. xvj. promissam Petro. datā Matth. xvj. & Ioānis. xx. gñaliter. Specialiter vero & excellēter data est hęc potestas clauiū: dum post resurrectionē interrogato vice tertia Petro de dilectione: dixit Christus, Pasce oues meas, agnos meos pasce. Tūc enim scđm Ioānē de Turrecremata, in Summa de ecclesia lib. ii. c. xxix. Petrus factꝰ est a Christo princeps, pastor & epūs ecclesię vniuersalis Christo iam volente in cęlū ascendere. Dicens enim Petro, Pasce agnos meos: dicere voluit: potestatē accipe pascēdi gregē meū pastura ꝓ omniū administratione sanctoꝝ, qbꝰ ecclesia pascenda est. Et idē doct. ibidē nititur ꝓbare Petrū non fuisse epm, vt aliquid addit epūs ad sacerdotiū & pastorē vniuersalē, ante Christi resurrectionē. Et licet scđm Durā. q. iii. dist. xx. pauca possint dici de indulgētijs p certitudinē: attn̄ cōiter dicit ꝙ potestas cōferēdi eas fundet in his verbis: cū Christus inquit. Accipite spiritū sanctū: quoꝝ remiseritis peccata &c. Nomē pctm̄ sępe dicit & pœnā peccato debitā & pctm̄ ipm̄. Hinc Lu. vij. Dimissa sunt ei peccata multa. i. pœnę pctoꝝ: quia culpa tūc erat p cōtritionē remissa. Et ita sumitur frequenter in bullis: dū dicunt indulgentię dari in remissionē pctoꝝ. Et. j. Pe. ij. Peccata nostra ipe ptulit in corpe

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſuo ſup lignū.i.pœnas peccatorū ſcđm Gloſ. ¶Item exigitur ſecūdo i ſuſcipiēte idoneitas, vtputa q̄ ſit ſubditus. Non em̄ proſunt indulgentię nō ſubdito,niſi de licētia ꝓprij epiſcopi aut iudicis.c.Q đ autē.de pœni. & remiſſ. Item q̄ nō ſit in mortali pct̄o:ſed ſit vere pœnitēs. Sine hac conditione nō valerēt alicui indulgētię. Eſt autē vere pœnitens, qui contritionē habet peccatorū ſuorū:quę includit confeſſionē ad minus in voto:quā non oportet quādoq̄ de facto prēmittere,dū id explicant literę apoſtolicę: ſed ſemp in voto.quādoq̄ vero & regulariter oportet confeſſionem prǽmittere, ſaltem ad hoc vt peccatorū actu cōfeſſorū quis cōſequatur indulgentias. Poteſt em̄ quis,ſi eſt nūc cōtritus, peccatorū olim cōfeſſorū cōſequi indulgētias. Item q̄ faciat ōpus ratione cuius cōcedūtur indulgētię p ſe vel p aliū,vt dicit. Hinc melior eſt conditio diuitis q̄ pauperis,valentis ambulare ad eccleſiā q̄ claudi &c. ¶Tertio requiritur pietas cauſę.ſ.honor dei,& vtilitas eccleſię ſuę. Non tñ requiritur certa & euidens notitia cauſę,ſed exiſtimatio bonę fidei ſufficit, & ꝓbabilis coniectura ſcđm Gerſo . quemadmodū in diſpenſatione theſauri materialis de fiſco regio vl' eccleſiaſtico, Papa vel rex aut alius cui⁹ eſt diſpēſare animaduerteret. ¶Hic ſunt opiniōes doct. An ſcilicet cauſa rōnabilis requirit ad ſolā peccati vitationē,ne daturus indulgentias, nō curando de cauſę rationabilitate,veluti dilapidator theſauri eccleſię incidat in culpā: vel an requiratur ſimpliciter & abſolute ad hoc vt datio habeat effectū & valorē. Dicūt quidā q̄ non requiratur abſolute & ſimpliciter ad cōceſſionē indulgētiarum cauſę rationabilitas: ſed q̄ conceſſio tenet de facto,ſtante auctoritate cōcedentis:dū ſaltē is cui cōcedūtur indulgētię nō dedit ſciēter operā per ſe vel aliū ad habendū eas,ſciens nō ſubeſſe cauſam rōnabilē. vti ſi Papa p̄ciſe motu ꝓprio concederet alicui indulgētias de poteſtatis plenitudine & ex vera ſciētia, nō ad cuiuſcūq̄ oblatę petitionis inſtantiā &c.dū forte iam cōſtitutus eſt in mortis articulo,& recipiēs eas crederet bona fide Papam hoc rite poſſe facere. Hoc modo ſcđm plures valent indulgentiarū conceſſiones. Quis em̄ eccleſię theſaurus nō ſit prodige cōmunicādus:attamē ſi fit, tenet:& nō videt prodige fieri q̄d ad ſalutē hominis fit. Ad hoc em̄ theſaurus ille habet in eccleſia . Allegant de cōferente ſacramenta cōtra ꝓhibitionē:ſaltem vbi non poteſt impediri de facto effectus collationis. Dictū eſt:dū quis nō laboraret ꝓ habēdis indulgentijs,ſciens nō ſubeſſe cauſam cōceſſionis.ſi em̄ hoc ſciens vult fraudem cōmittere, iā peccat,& nihil recipit,ſed ſeip̄m & concedentē decipit:nec reportabit lucrum de malo ſuo. Sic ſi nō crederet indulgētias habere effectū talem, ſed eſſe fideliū deceptiones,nihil conſequeretur ſcđm Aug.vt infra ꝓpoſitione.x. Indulgentię em̄ nō valet vt ſacramēta ex ope opato , ſed ope operāte, p̄ſertim Chriſti & ſanctorū,ſtāte debita peccatorū qualificatione. de quo latius infra ꝓpoſitione.x. Itaq̄ ſcđm illos cęteris paribus nō requirūt cauſę rationabiles vt indulgētię valeāt de facto. ¶Alia opinio tenet,q̄ oportet ſubeſſe cauſam rationabilē,ſi conceſſio debeat valere & eſſe efficax:quā dictabit ꝓ loco & tempore iudicium boni viri,& qualitas emergētis cauſæ, ꝓ honore dei & eccleſię,effectu,nō vt laxentur frēna peccatis. ¶Secundū primā opinionē poſſet Papa (cū aliquē ſacramentaliter abſoluit) dare eidem indulgentias omnis pœnę determinatę ꝓ peccatis de facto: & teneret conceſſio. Secus de ep̄o vel alio nō habēte indeterminatam auctoritatē largiēdi indulgētias plenarias. Huic opinioni videt fauere Palu.ſcđm illđ Apl'i. Diſpēſatio mihi credita eſt. poſt ſanctū Tho.di.xx. art.iii. q̄ſt.iii.in ſolutione primę rationis. dicit em̄. Si quis inordinate remittit,ita q̄ ꝓ hoc laxentur frēna peccato,& indulgētię habentur ꝓ nihilo:peccat faciēs tales indulgētias. ſed factū tenet. Eſt em̄ diſpenſatio bonorū cōmuniū eccleſię in poteſtate diſpēſantis:& in eius arbitrio eſt indulgentiam taxare. ¶Secunda opinio placet Rich.diſ.xx.ar.v.q.j.cū dicit:q̄ nec bonus nec malus dare poteſt indulgētias ſine rōnabili cauſa. Idem videt velle ſanctus Bona.eadē diſt. Itē Anconit. q.xxx.ar.iiii. &.v.de poteſtate eccleſiaſtica. Durā.q.iiii.diſt.xx.Gerſon tract.de indulg. videtur aliquo modo ad idē eſſe. clarius in opuſculo de abſolutione confeſſionis ſacramentalis, cū inquit. Poteſtas p̄latorū in dando indulgētias, nō eſt niſi quędā poteſtas diſpēſationis,q̄ debet eſſe rationabilis ad ędificationē. Et ideo ſi dent ſine rationabili cauſa has vel illas indulgentias,vtputa ꝓ ſolo intuitu fauoris humani,vel alio tali modo,non oportet q̄ valeant tantū indulgentię quantū ſonāt. Propterea fatuę ſunt & ſuperſtitioſę q̄dā intitulationes de indulgentijs viginti milium annorū: vel talī modo, ſi quis dixerit Pater noſter coram tali vel tali imagine.eſſetq̄ ꝓ p̄latos p̄uidendū:qa cedit hoc in contemptū & deriſionem indulgētiarum,nec continet veritatē. Vnde plerięq̄ indulgentię vix ſolebant dari pro paſſagio terræ ſanctæ. Hæc ille. In hoc dicto tangit quaſi opinionē mediā ſi rite inſpiciunt eius dicta:q̄ tangitur lib.vj.c.Indulgentię. de pœnitentia & remi. Non enī dicit eas nullius eſſe momenti ſed non tantū valere, hoc eſt in tantū nō valent in-



quantum ſunt exceſſiuę & indeterminatę ꝓportionis. ſecus prout non ſunt exceſſiuę. Hinc addit q̄ factum ꝓ quo ſunt indulgētię,magis priuilegiatum eſt q̄ aliud cęteris paribus. ¶Si q̄ritur de cauſę rationabilitate: dicendū poſt doct. q̄ poteſt eſſe duplex conformiter ad ciuiles & curiales donationes:quæ quādoq̄ fiunt ꝓ oſtenſione magnificentię regalis : exēplū de Aſſuero Heſter.j. quandoq̄ ꝓ vtilitate,cōmoditate,neceſſitate,aut ꝓfectu reipub. vt ad repellendū hoſtes, ad tuendum loca &c.ad reparandū vel ędificādū neceſſaria rei politicę. Et in genere ait ſanctus Tho.diſ.xx.ar.iii.q.ii.Quęcūq̄ cauſa aſſit quę in vtilitatem eccleſię vergit,& honorem dei, ſufficiens eſt ratio indulgentias faciendi. ſecus de cauſa effectiua remiſſionis pœnę, quę eſt abūdantia meritorū eccleſię: nō autē deuotio & labor recipientis. Sic in ꝓpoſito pōt dici, q̄ cauſa eſt oſtenſio maximę charitatis & ſupabū dātis ſatiſſactionis Chriſti ꝓ omnibus hominibus,præſentibus,p̄teritis,& futuris: oſtenſio magnaliū ꝓ eccleſię vtilitate quæ Chriſtus opatus eſt in ſanctis ſuis : laus & honor dei in ſanctis eius:in ſua benedictiſſima incarnatione: pro quorum reminiſcentia ꝓpetua eccleſia diuerſa ſanctorū & Chriſti feſta iſtituit, iuſſit ędificari tēpla, domus, ornamenta, paramenta in auro & argento. Ideo ꝓ talium habitione,cōſtructione,reparatione,beneficiorum & miniſtrorū eccleſię inſtitutione & multitudine, eccleſiarum & ſctorū viſitatiōe, verbi dei ꝓmulgatione,ſtudij literarij promotione ſcđm. S.Bona. quo maxime opus habet eccleſia, captiuorū liberatiōe, infidelium conuerſione,apoſtatārū & ſchiſmaticorū reductione , fidei defenſione, & ſimiliū, dātur indulgentię . nō quaſi illa temporalia ſint precium vel appreciatio indulgētiarum veluti merces: ſed ly ꝓ, dicit ꝓuocationem quādam. Gratis enim dantur indulgentię,vt ꝓ eas populus animetur ad faciendū hoc vel illud honori dei aut fidei eccleſiæ vel vtilitati reipub.neceſſarium: vtq̄ ſuę ipſius gerant curam ſalutis:& vt dicitur in quibuſdam bullis, eccleſia quodāmodo nititur p̄uenire fideles myſticis benedictionū muneribus de theſauro eccleſię, vt Dei honor ꝓmoueatur,vt deniq̄ animentur ac proni reddantur ad faciendum illud temporale ꝓ quo dant indulgentiæ,quo tūc opus habet eccleſia. Non ergo emuntur indulgentię, S. Bonauē. ait. Eccleſia nō intendit datum ſed fructum,hoc eſt fidei pietatē,ex qua procedat illa tēporalis ſubuentio ꝓ conſequendo ſpirituali volito. Sic in dulgentię dantur quādoq̄ ꝓ re mere ſpirituali, vtputa orantibus ꝓ ſummo Pontifice,pro pace eccleſiæ,pro ſalute alicuius principis, vt refert Angelus datas eſſe indulgentias ab Inno.iiii. orantibus ꝓ rege Francię.et Tho.diſ.xx.ar.iij. q.iii. Sic noſtro quo Alex.vj.conceſſit indulgētias ꝓ diuerſis ſpiritualibus exercitijs deuotorū &c. ¶Dicit cōſequenter,in compenſationē. Cū enim homini culpa remittitur a Deo, cōmutat pœna ęterna in temporalē:cum vero recipit indulgentias non abſoluitur ſimpliciter ab eo ad qđ ꝓ ſuperiorē obligatus eſt : ſed datur ei vnde pœnam ſoluat:& ſic facit quādam compēſationem,dū modo delictū qđ in ſe cōmiſit,punitur in alio: et alterius ſupabundans ſatiſſactio eſt vnde recipit vt faciat ſolutionem pœnę debitæ quadam compenſatione pia. Siquidē dare indulgentias,nec eſt ligare nec abſoluere:ſed theſaurum eccleſię auctoritate ſibi collata cōmunicare & diſpenſare in remiſſionē pœnæ ꝓ peccatis debitę. ¶Dicitur, de pœna idebita iuſtorū. Pro huius intellectu dictum eſt ſupra: q̄ opera pœnalia ſanctorum quę nonnūq̄ dicuntur ſatiſfactoria,ſiue quo ad ſubſtantiam opis,ſiue quo ad aliquam circūſtantiam & agendi modum ad quem operans non tenetur, poſſunt dupliciter conſiderari. Primū, vt ꝓcedunt ex inclinatione gię gratū faciētis:& vt ſic,ſequūtur opis auctorem,cui ꝓ hoc debetur gratia & gloria eſſentialis & accidētalis,dempto merito Chriſti, q̄ ſibi & aliis meruit : de cuius plenitudine omnes accepimus gratiam ꝓ gratia.Ioan.j. Sic itelligit Opera eorū ſequūtur eos. Hoc modo nullus ali⁹ a Chriſto plus meruit q̄ receperit,vel receptur⁹ ſit in ſeip̄o. Alio modo nō obſtante ratione meriti,ſunt etiā ſatiſfactiua vel expiatiua pœnæ: non minus q̄ ſi non fuiſſent meritoria. Hinc ſi cuti oratio cōuertitur in ſinū ꝓprium ſcđm dictum Prophetę,ſi alter ꝓ quo fit nō indiget:ita ſi factor operis non indiget ſatiſfactiōe vel expiatiōe,cedit ſolutio ſatiſſactoria cōmuni vtilitati indigentiū ex diuina miſericordia nolente aliquod bonū eſſe irremuneratū. Chriſtus de⁹ & homo ꝓ nobis factus eſt peccatum:ideo ſolius eius ſatiſſactio ꝓpter ꝓfundæ infinitatē maior fuit in valore omni pœna ad quā obligātur oēs homines,etiā ſi mille mūdi adhuc futuri eēnt ſcđm Durā.diſ.xx.q.iii.fuit em̄ acceptationis infinitę. Et licet meritū ꝓprie dictū nō poſſit vt ſic tranſfundi i ꝓſonā aliā , tñ ſatiſſactio poteſt tota dari alteri & tranſfundi in alios. ¶Si dī, Reatus pœnę nō diminuit niſi quia pœna ſoluitur:Chriſtus aūt nō habuit pœnā damni,ſed ſenſus tātū:ideo nō videtur in hoc ſatiſfeciſſe pro oib⁹. Item pœna purgatorij maior eſt omni pœna mūdi:& pœna ifernalis æterna maior eſt omni pœnalitate quam ſuſtinuit Chriſtus ſiue intenſiue ſiuę extenſiue : non ergo videtur quo

modo satisfecerit etiã ꝑ pœna sensus. Aequalitas. n. satisfactiõis attẽdi debet scdm cõparationẽ pœnę ad pœnã. hic aũt nulla videt esse æqualitas. ergo &c. Dicendũ, negando maiorem. Vel si admittitur, potest solutio fieri in alio: vel dari ab aliquo alicui vnde faciat compensationem pœnæ. Præterea solutio tam partis q̃ totius pœnę potest solui liberali remissione alterius, vel spontanea acceptatione huius ꝑ illo, absq; hoc q̃ pœna formaliter & realiter soluatur in illo q̃ deliquit. Placet enim Deo cum peccatũ remittit quo ad culpã, q̃ pœna soluatur vel per hunc qui deliquit vel ꝑ alium eius nomine qui se ꝑ eo fecit debitorem. Nec vt sic aliquod malũ manet impunitum. Sufficit eñ q̃ fuerit punitum in acceptione diuina huius ꝑ illo in Christo & sanctis ei⁹. Christus eñ est suppositũ infinitũ, & actiões pariter & passiones tãti suppositi sũt infinitę quadã denoiatione extrinseca. Acceptat aũtẽ a Deo infinite ꝓpter infinitatẽ suppositi agentis vel patientis infiniti: et ita fuere meriti infiniti, & similiter infinitę syncategorematice satisfactiones in acceptatione diuina. Et q̃ passio Christi in sacramẽtis nõ soluit ꝑ omnibus, causa est acceptatio diuina & misericordia, q̃ ex ope opato gratiã confert in sacramẽtoꝝ ꝓceptione: per cõsequẽs in sacramẽtis gratia gratis datur. Nec ad plenã satisfactionẽ opus est Christũ habuisse pœnã dãni. hoc eñ impficeret supositũ diuinũ. Nec ei⁹ pœna fuit maior formaliter quacũq; pœna infernali vel purgatorii: sed maior in acceptione diuina: quia tantũ placuit quantũ summũ patiens & agens: et ita acceptata fuit ꝑ infinitis syncategorematice. Solet eñ qualitas psonę æstimationẽ augere: & respectu filij dei nulla est æstimatio, qui totũ sanguinẽ pro nobis fudit: & ꝑ oĩbus factus est peccatum: cũ peccatũ nõ fecit, scdm Aplm. Cũ tñ ꝑ oĩbus peccatis vna sola guttula sanguinis eius sufficisset scdm Anselmũ. Ideo eius satisfactio non potest euacuari ꝑ quotcũq; peccata. Stat etiã aliquos, licet mortis naturalis debitores, vltra q̃ eis necessariũ fuerit satisfeciſſe pœnarũ volũtaria ꝑ Christo perpessione. Sic de virgine Maria, patribus, patriarchis, aplis, martyribus, virginibus, viduis, confessoribus, monachis, religiosis, castimoniã & sanctimoniã sectãtib⁹ modo tali vel tali superogationis ex magna Dei dilectione & proximi salute &c. ita q̃ feruor ille charitatis omnẽ pœnarũ syluã extinguere potuit. Quia ergo sancti plurimi plura expiationis opa impleuerũt q̃ necessitas eorum exegit et (si quã habuerũt) peccati culpa, id primũ cessit eis, vel cedere potuit ꝑ sui indigẽtia: deinc & alijs. Sicut cum quis debitor vult satisfacere creditori, & dicit, tantũdem do, et si quid superest pauperũ esse debet. ¶ Dicitur tale remanens post solutionem ꝓpriam pœnę & culpę, thesaurus ecclesiæ: qui nihil aliud esse videtur q̃ aggregatum ex meritis & satisfactionibus pœnalibus superogatorijs Christi & sanctoꝝ, quib⁹ non indiguerũt ꝑ reatibus suorum peccatoꝝ ad beatitudinis consecutionẽ, reseruatũ a Deo in satisfactionẽ & solutionẽ pœnarum omniũ indigẽtium in ecclesia militãte. Sicut sponsus moriens dicitur quandoq; relinquere innumeras diuitias sponsę suę & filijs eiusdẽ, vt eis bene vtantur pro necessitate. ¶ Si dicit, qd̃ est plene remuneratum vel remunerandum in faciẽte, nõ potest esse satisfactoriũ pro alio: sed quicqd̃ sustinuerũt sancti, est plene remuneratum in eis vel remunerandũ resumpto corpore: ergo de illo nihil restat ꝑ nobis: ita q̃ possunt dicere cum prudentibus virginibus. Ne forte non sufficiat nobis & vobis: ite potius & emite vobis. Respondetur. si maior esset vera, etiam nihil restaret de merito Christi: quia vel est plene remuneratũ in eo, vel remunerandum cum effectu. Ad minorem: Sancti nunc sunt remunerati iuste & sufficiẽter stola animę ꝑ suo merito gratię & glorię essentialis: qd̃ etiã fuit satisfactoriũ & expiatiuũ pœnę ꝓprię si habuerũt: vel qd̃ ex diuina misericordia cũ hoc alienę, si nõ habuerunt propriã. Multi vero nõ indiguerũt tanta pœnalitatis satisfactione pro se aut suis delictis. Voluerũt itaq; intẽtione habituali propter charitatis cõmunionẽ sua opa quę eis nõ fuere necessaria ad ꝓpriã satisfactionẽ, cedere vt sic i vtilitatem ecclesię. ii. Timo. ii. Omnia sustineo ꝓpter electos, vt & ipsi salutẽ consequãtur. Et ita licet sit eis condigne pro merito psonali facta remuneratio glorię animę: & quãdoq; futura in corpore sine omni detrimento alicuius eis debiti: nihilominus & alijs ex eo quo nõ indiguerũt, recipient satisfactionis beneficiũ. Pręterea verũ est q̃ de plenitudine Christi oẽs accepimus gratiã pro gratia: attamen cũ hoc etiã de satisfactione sanctoꝝ recipim⁹ beneficiũ. Ex his colligi potest fons & origo indulgentiarũ post diuinã misericordiã. s. de pœna indebita Christi & sanctorũ. Nec sufficerẽt ad hoc merita membrorũ sine capite: qd̃ est suppositũ infinitũ, eiusq; actiões & passiones ifinitę acceptationis. Et tãtũ de notificatione nominis indulgẽtia. ¶ Secũdo notãdũ post. S. Bona. dist. xx. Indulgentię collatio duo dicit. s. thesauri ecclesię cõmunicationẽ: & cũ hoc quãdã iudiciariã absolutionẽ. Idem dicit relaxatio: & ita ꝑ eodẽ habet relaxatio & indulgẽtia. Alex. pte quarta. q. lxxxiij. mẽbro. iij. ponit differentiã inter cõmunicationẽ & relaxa-

D



tionem. Nam relaxatio plus dicit q̃ cõmunicatio, auctoritatem. s. ratione cuius potest indulgẽtia ꝑstari: Ideo licet quilibet possit alteri sua bona cõmunicare, vt fit in fraternitatibus, non tñ quilibet põt relaxationẽ facere: hoc est ex iurisdictione quã habet in alium vt sibi subiectũ, pœnã de thesauro ecclesię soluere ꝑ eo, & tãtũdẽ de thesauro sibi cõmunicare. Auctoritas enim hoc faciendi non est omnibus data a Christo. Reperitur tñ nomen relaxatio sumi multipliciter apud Doct. Large dicit in genere cuiuscũq; auxilij impensionẽ & bonoꝝ ecclesię cõmunicationem. Proprie sumẽdo duo dicit. s. iudiciariã absolutionẽ. i. quãdam superioritatẽ priuilegiatam, & cõmutationẽ in pœnã aliquam voluntarie & cũ deuotione assumptã. Ex quo colligitur duplex modus conferendi indulgẽtias. s. auctoritatiue seu iudicialiter, & ꝑ modum suffragij. Attamen si diligenter inspiciantur dicta Doct. non differunt illi modi, quasi in vno sit auctoritas, & quædam superioritas respectu alterius cũ dantur auctoritatiue: non sic in alio per modũ suffragij. Nam Papa etiam potest dare indulgẽtias per modum suffragij pro viuis, respectu quorũ opus est habere superioritatẽ, c. Q̃d aũt. de Pœ. & remi. Vt cum claudus non potest ꝑ se intrare ecclesiam, vel facere talem peregrinationem, quæ est opus indulgentiarũ ratione cuius dãtur, Papa annuit vt per se vel alium id faciat. Sic si pauper nõ habet dare decẽ solid. & diues dat pro eo, auctoritate & concessione Papę sunt indulgentiæ per modum suffragij illi pauperi. Vtrobiq; requiritur in dãte esse superioritatem, & scdm aliquos vniuersalem curam in alios si vult dare vniuersales indulgentias, siue pro viuis siue defunctis. Sed illud dictum per modũ suffragij, nihil diminuit de auctoritate vel idulgentijs: sed arguit vel ostendit solum impossibilitatem ex parte alterius ad faciendum opus indulgentiarum per se: & q̃ ex concessione Papę alter pro eo facere posset opus indulgentiarũ, vt declaratum fuit tempore legationis Raimũdi in Iubileo qui fuit anno. MD. ab eodem cardinali theologiæ magistro. Vt sĩ lex dicit, quicunq; ingreditur ecclesiam sancti Georgij in Tubinga, et cõtribuit decem sol. pro fabricę cõsummatione, habet indulgentias plenarias &c. Claudus & pauper nullũ horũ per se potest, sed nec defunctus aliqs: ideo Papa annuit vt quicunq; hoc facit per se vel alium, tantũdem habeat cæteris paribus. Iam defunctus, claudus, & pauper consequuntur indulgentias non minus alijs per se facientibus opus indulgentiarum ꝑ modũ suffragij. Non ergo ab re locutus est. S. Bonauen. dicens vt supra. Si quis contendat vicarium Christi quandam habere potestatem iudiciariam super eos qui sunt in purgatorio, non est ei multum improbe resistendum: nam vtrobiq; requiritur auctoritas & superioritas in dante, & idoneitas in suscipiente, tam respectu viuorum q̃ mortuorum. Insuper mortui in purgatorio meritam habent conditionem vt sibi possint prodesse cum pro eis fiunt suffragia. Ad hoc. c. Q̃d aũtẽ. vt supra. Sed pro mortuo, claudo, & paupere facit viuus &c. auctoritate & concessione Papę, qd̃ per se adimplere non potest cum effectu. Hæc est differentia inter dare indulgentias auctoritatiue, & per modum suffragij. In vno consequi volens indulgẽtias, per se facit opus indulgentiarũ. In alio alter facit ꝑ eo accedente licentia superioris, & non alias. ergo ille modus videtur habere maiorem auctoritatem q̃ primus. Aliud exemplum, a detinetur in carcere donec soluat vel per se vel per alium decem florenos. venit Ioannes motus misericordia, & dat decem florenos ꝑ eo: mox data pecunia Princeps absoluit eum auctoritatiue, & Ioãnes de voluntate & approbatione Principis ꝑ modũ suffragij. Sic Papa auctoritatiue dat indulgentas: annuit autem vt cum quis ꝑ se non potest implere operis conditionem, alius ꝑ eo faciat. Et hoc est Papam dare indulgentias per modum suffragij siue pro viuis siue pro mortuis. ¶ Corollarie sequitur. Omnis cocessio indulgentiarũ per modum suffragij, potest etiam dici auctoritatiua ad bonum intellectum, & nõ ecõtrario: qa in vno concedit Papa de potestate plenaria q̃ opus indulgentiarum fiat per alium: non sic in alio. ¶ Corollarium secundum. Dare indulgentias per modum suffragij, nõ est nude facere suffragium pro alio seu purum suffragium: sed dare auctoritatiue alicui peccatorum remissionẽ ex merito satisfactorio Christi & sanctorum cum permissione auctoritatiua, vt si ꝑ se non potest implere conditionem operis, alter pro eo idipsum faciat. Aliqui nominant illam concessionem per medium aut ꝑ accidens, aut ꝑ modum auxilij: & dicunt nõ esse relaxationem. Nomina sunt ad placitũ. De hoc latius infra conclusione. v. quomodo Papa habeat iurisdictionem in mortuos &c. ¶ Tertio notandum, q̃ illa nomina indulgentia plena, plenior, plenissima, ab aliquibus notificantur: sed parum certitudinis de hoc haberi potest citra declarationem summi Pontificis, aut vetustam obseruãtiã, siue altas. Immo summi Pontifices non eodem modo vtũtur vocabulis. Nã Bonifacius. viii. Paulus. ii. Sixtus. iiii. Iubileum nominant plenariam remissionẽ. Sed Bonifacius in Extrauagante Antiquorum. posuit

E

Universidad de Deusto
Biblioteca



plenã, largiorẽ, & plenissimã. Innocẽtius.viij. iubileum nominat plenariam, & quandoq; plenissimam. Alexander.vj. plenissimam. Ideo notificationes Doct. videnẽ esse volũtarię. Palud. vult plenam esse rãtũ de iniunctis mortalibus: pleniorem de iniunctis venialibus & mortalibus, plenissimam de iniunctis & iniungendis venialibus & mortalibus. Durãd. q. iiij. vult q; indulgentię tollant pœnitẽtiã iniũctã a sacerdote. Nam ius non iniungit pœnitentiam: sed indicat iniũgendam. Alij aliter dicunt disputãtes de illarum indulgentiarum differentia: an sit extrinseca vel intrinseca: sed res videtur fundari sup nihili: nisi habeatur declaratio & mẽs summi Pontificis concedentis indulgentias. ¶ Q; autem iuxta Extrauagãtis Antiquorum finem. c. Post q̃. instituẽdo Iubileum. in quo nõ solum plenam & largiorem, immo plenissimã concedit veniam peccatorum: nec addit ly iniũctis. Vnde argumentum sumi potest q; indulgẽtię plenissime oĩa peccata, sed pticulares solum iniunctas tollunt pœnitẽtias. Q; ergo dicitur: Vnusquisq; plus merebitur & indulgentias efficacius consequetur, qui basilicas ipsas amplius & deuotius frequentauerit. puto verum esse, nõ ad sensum extortum aliquorum, sed vt litera iacet. Nam frequentans opera indulgentiarũ, plus meretur gratię & premij essentialis & accidentalis, vt notum est: efficacius quoq; consequetur indulgentias stante deuotione: quia & suo satisfactorio, & cum hoc auctoritatiua concessione prelati: ita q; illud qđ est debitũ sibi modo vno: fiat & debitũ modo alio: sicut dicitur in tertio, de merito Christi &c. licet vna remissio sibi sufficeret. ¶ Posset & aliter dici scđm varietatẽ opinionũ, si in remissione venialium aliud sit remissio culpę a pœna: vel an idẽ sit remissio culpę & pœnę in venialibus. Dicerent forte aliqui, q; nõ: & q; culpa venialis nõ plene remissa: plene remittitur accedẽte deuotiõe. Sed hoc est diuinare: quia indulgentię non tollunt pœnam nisi remissæ culpæ: ergo si culpa adhuc staret, & pœna maneret: per consequens non essent plenissimę. Adducere possem q; semiplena remissio & contritio venialiũ fit plena, accedente Papali absolutione. Sed cõtra: non fit capax indulgentiarũ adhuc stante culpa talis peccati. Aut dicat q; in peccatorũ absolutione fit plena: sicut accedente pœnitentię sacramẽto scđm aliquos attritio fit contritio. Consequẽter dicere oportet indulgentias etiã esse a culpa venialium, sed non mortalium, stante contritione mortalium cũ venialium remissio pœnalis nondum est expleta.
F Valeat si valet. ¶ Q uarto notandum, q; illa nomina carena, quadragena, septena, quandoq; reperiuntur esse nomina indulgentiarum tantam vel tantam pœnam quæ dicitur Carena, quadragena &c. tollentium. Quandoq; sunt precise nomina pœnarum. de accusa. c. Accusasti. de sponsa duorũ. c. Accepisti. Carena dicitur tẽpus. xl. dierum in pane & aqua, cum septem sequẽtibus annis. sic dictum a carẽtia hominũ: quia acturi pœnitentiam, quasi solitarij secludebãtur a populis. Hęc pœnitentia regulariter iniungebatur pro quolibet mortali. xxxiii. q. ii. Hoc ipsum. Quandoq; vero pro qualitate criminis ius maiorem imponit pœnitentiam. vt in. c. Qui presbyterum. pœnitentiã. xii. annorum. de pœni. & remiss. Colligit Hostiensis plures casus tales in ti. de pœ. & re. Potuit tamen ex causa sacerdos eam abbreuiare & certos dies ieiunij prefigere: quia non tenebantur semper ieiunare scđm Panormi. Intelligo: ius informat sacerdotẽ, vt pro qualitate delicti & pœnitentis pœnitentiam tẽperet. §. Hoc aũt. xxxiii. q. ii. Adducunt Doct. de Maria sorore Aaron ducta ex mandato domini per Moysen extra castra septem diebus, & post tãtũ tẽpus reducta: qđ exponitur de annis septem. Sic ergo Carena nomen est. xl. dierum & pœnę septem annorum. Cum autem in literis Papalibus datur Carena, tollitur per indulgentias septennale tempus: & sic est nomen indulgẽtiæ correspondens præfatę pœnæ quã ex concessione Papali tollit. Est etiam Carena in Glossa c. Accusasti. vulgare Lõbardorum. De illa pœnitentia (dicit Glos.) loquitur. ca. In capite. dist. l. Et videtur q; nomen Carena complectatur quadragenam, & septenam: quorum vtrũq; quã doq; est nomen pœnitentiæ, quandoq; indulgẽtiæ tollentis talem pœnam. Notat Iacobus Car. in tractatu de indulgentijs, (vnde vero sumpserit nescio, nisi forte ex gestis summorum Pontificũ) q; Clemens Papa primus primo instituerit quadragenam: p quã designauit pœnitentiam. xl. dierum, cum. vii. annis sequẽtibus: quã iniũgebat p vno peccato mortali. Nam per illos dies. xl. excludebantur ab ecclesia, & incedebant nudo capite aspersо cinere: deinde iniungebatur eis pœnitẽtia septennalis per sacerdotem. Et ita pro quolibet mortali iniungebatur olim pœnitentia septennalis scđm Hostien. in ti. de pœni. & remis. §. Q uæ pœna sit p peccatis. xxxiii. q. ii. c. Hoc ipsum. &. §. sequẽti. Hoc aũt. xxii. q. i. c. Prędicãdũ. nisi maior vel minor reperiatur in canone exp̃ssa. Innocentius primꝰ iniũgebat p mortali vno septenariã modo certo pagendam: quę dicebatur Septena vel septenaria Innocentij. Forte igitur & Papa determinat quid singulis diebus erit p hebdomadam a peccatore tali faciendum. Et sic septena, quadragena, sunt nomina indulgentiarum p quas tolluntur pœnitentiæ dictæ, septena, quadragena. Verum Palud. vtitur illo nomine Q uadragena pro indulgentia. xl. dierum. distin. xx. q. iiij. ar. ij. cõclusione. iiii. nihil supaddendo de septẽnali pœnitentia subsequente. Forte illa nomina olim sic fuerũt in vsu. Cũ autẽ pœnæ sunt arbitrariæ & hominũ vita breuis, dederũt. s. patres indulgentias hincinde p huiusmodi pœnarũ sublatione &c.



G ¶ Quantũ ad articulũ secũdũ est cõclusio prima. Christus p̃misit se daturum, & dedit ecclesiæ & suo vicario in terris potestatẽ clauiũ & iurisdictionẽ quãdam nõ sacramentalem conferendi indulgentias & pœnę peccatoꝝ relaxationem. Patet ex notabili primo & auctoritate totius ecclesię. Matth. xvj. promissa. Matth. xviii. Ioan. xx. collata est. Hęc autẽ potestas vetius est potestas iudicialis & iurisdictionis q̃ ordinis: nec est sacramentalis. Dictũ est in conclusione, relaxationẽ & non cõmunicationẽ. Q; uis em̃ homo vt supra notabili. ij. vel collegiũ aut monasteriũ potest alteri vel alijs in fraternitate constitutis dare bonoꝝ suoꝝ pticipationẽ & cõmunicationem quę sunt etiã satisfactiones pœnales: non tamen potest de thesauro ecclesiæ & meritis Christi ac sanctoꝝ indulgẽtias dare. ¶ Secũda pposítio. Indulgentię rite collatę valent, & in foro dei & in foro ecclesiæ. Patet. nisi sic: solutũ in terra nõ esset solutũ in cęlis: & indulgentię non essent nisi fidelium pię deceptiones, si valerent in foro ecclesię & nõ dei: vtputa tollendo pœnas iniunctas canonis ab ecclesia: sed non liberando a purgatorio: & p consequẽs in omnibus illis officiose mentiretur eccl'ia vel prelatus, vel mendacium faceret. Valent ergo in vtroq; foro si rite fiũt, vt habet rit⁹ & vsus ecclesię: non obstantibus diuersis opinionib⁹ pluriꝝ diuersimode de effectu & valore indulgẽtiarũ opinantiũ: quarũ recitatio hic omittitur. Siquidem deus non indiget nostro mendacio. Iob. xv. Et Paul⁹. Si inanis est p̃dicatio nostra, inanis ẽ & fides vestra. j. Cori. xv. Ecclesia vero quę regitur spiritu sancto, dicit indulgẽtias valere in foro dei & ecclesię. Dicit em̃ quosdã quã doq; euolare: itẽ ab omni pœnitẽtia vię liberari indulgẽtiarũ plenariarũ cõsecutione. ergo &c. Patet in multis cõcessionibus summoꝝ Pontificũ. ¶ Tertia pposítio. Simpliciter & absolute loquẽdo de indulgentiarum collatione & susceptione necessario requirit in conferẽte auctoritas, in recipiente charitas, ex pte causæ pietas. Hęc necessario assunt: ita q; sine altero eoꝝ non valent, nec ex pte dãtis, nec recipiẽtis eas. Non em̃ habẽs auctoritatẽ dandi, nihil dat. Q ui caret gratia gratũ faciẽte, nõ est capax thesauri ecclesię: quia nõ est mẽbrũ viuũ ecclesię. Q ui dat vel recipit cõtra dei honorẽ aut ecclesię vtilitatẽ, q̃ qñq; dicit necessitas vtilitatis, nihil agit. Illę conditiones necessario assunt: ita q; sine eis nihil fit: quicq̃d sit de alijs cõditionibus. Hinc dicũt qđã, in suscipiente requirit idoneitas: ex parte causę vero honor dei vel ecclesię necessitas vel vtilitas, vt loquit. S. Tho. ij. Quodl. q. xvj. Q đ alij exprimũt p illa noĩa, pietas, ratiõabilitas. Ita sentiũt Doct. fere oẽs. Alex. in pte. iiii. q. lxxxiii. mẽ. v. S. Bona. post eum. S. Thomas dist. xx. ar. iij. q. ii. & i Q dlibeto allegato. Durã. q. iiii. dist. xx. Palu. Thomas Argẽti. eadẽ dist. Gerson in de Indulgẽtijs, & alij. Sãcti em̃ noluerũt suas pœnalitates cõicari malis & pctõrib⁹, sed nec cõtra dei honorẽ aut ecclesię vtilitatẽ. ergo &c. Hãc ppositionẽ generalius ceterę sequẽtes explicabũt. ¶ Q uarta pposítio. Auctoritas cõferẽdi indeterminate & indepẽdẽter p̃ sua, vt libet volũtate indulgẽtias & relaxationes quascũq; ab omni pœna & culpa apud solũ Christũ deũ & hominẽ credit residere. Patet. Hic em̃ solus habet principaliter & indepẽdẽter ligare & soluere, ac peccata dimittere: hierarchę ecclesiæ ministerialiter ac pœnã æternã i tpalẽ cõmutare vel remittere &c. Dicit Papã habere plenitudinẽ excellẽtię respectu potestatis eẽalis: q̃ nominat potestas plenitudinis sufficiẽtię cõferẽdi indulgẽtias scđm. S. Bona. dist. xx. q. iii. ¶ Q uita pposítio. Auctoritas cõferẽdi vl'r indulgẽtias quascũq; tã p viuis auctoritatiue q̃ p defunctis in charitate, aut etiã viuis p modũ suffragij soli Papę vicario Christi in terris credit esse data & cõcessa a Deo Pontifice summo & maximo. Ista cõclusio põt i genere p̃bari suppositа collatione ac p̃missione clauiũ facta Petro vt supra. Nam solus Papa vl'r præest toti ecclesię veluti rex in regno scđm. S. Tho. dist. xx. ar. iiij. q. iij. Episcopi em̃ assumpti sunt i ptẽ sollicitudinis dũtaxat: ergo ad eũ dũtaxat ptinet vl'r quo ad oẽs q̃bus thesaurus ecclesię dispẽsari põt, eũdẽ vel plene, vel plenissime dispensare, prout vult, causa tñ existẽte legitima, maxime q̃ est honor dei & vtilitas ecclesiæ: quæ qñq; dicit pietas cõi vocabulo: maxime q; indulgẽtię nõ sint cõtra pietatẽ & dei honorẽ. Q; p viuis auctoritatiue & iudicialiter conferãtur, patet ex notabili ii. immo nõ solũ auctoritatiue: sed etiã p modũ suffragij saltẽ a summo Pontifice. Sunt ad hoc crebrę plenariarũ indulgẽtiarũ: immo plenarũ concessionũ a summis Pontificibus factę p diuersis causis. De mortuis olim aliqui Doct. dubitarunt, forte nescientes facta prioꝝ Pontificũ

Universidad de Deusto
Biblioteca



& frequentatã quę post venit talium indulgentiarum ꝑ mortuis concessionem. Fundatur hęc potestas quo ad mortuos ſcdm Gerſonē in de absol. Carth. in illo articulo. Credo ſcłōz cōmunionem. vbi ponit duplicem modum absoluendi exilentes in purgatorio ꝑ modum ſatisfactionis: aut cū priuata ꝑſona, aut congregatio aliqua, aut caput eiuſdem meritū ſuę ſatiſfactionis applicat defuncto: aut cū Papa de theſauro eccleſię cōmunicat ei ꝑ modū indulgentię: qđ & facere poteſt idirecte. Nec videtur vlla ratio cur Papa nō poſſit ita theſaurū eccleſię deriuare in mortuos ſicut in viuos: dū hinc & hinc obſeruatur ordinatio hierarchicę eccl'ię &c. Ad hoc Chryſoſt. ſuper illo Matth. xvj. Tibi dabo claues regni cælorum. cum inqt. Homini mortali cęli & terrę & omniū quę in eis ſunt cōmiſit poteſtatem deus, & eccleſiā validiorem cęlo demon ſtrauit. Ad idem ſunt facta ſummoꝝ Pōtificū. Nā Calixtꝰ dedit pleniſſimas idulgētias Hiſpanis i eccleſia cathedrali Tiraſonēſi. Itē repit in Vrbe i eccleſia. S. Praxedis Paſchaſiū Quitū de diſſe idulgētias ꝑ modū ſuffragij ꝑ mortuis in purgatorio: quā. XI. ſummi Pontifices cōfirmārūt: put legit in authētica lra in introitu capellę in qua eſt colūna ad quā fuit ligatꝰ Chriſtus in domo Pilati. Et fuit idulgētia data ſub hac forma. Quicūq; celebrauerit vel celebrari fecerit quīq; miſſas pro aīa parentis aut amici exiſtētis in purgatorio, dictus Paſchaſius dat remiſſionem plenariam per modū ſuffragij tali animæ. Et ibi habetur q; dictus Paſchaſius poſt mortem ſui nepotis dictas quīq; miſſas ꝑ anima eiuſdē nepotis in dicta Capella celebrauit. Scribitur ibi (vt fertur) q; poſt celebrationem quintę miſſę, dū eſſet adhuc in altari dictæ Capellæ, apparuit ipſi ſupra altare in teſtudine feneſtræ q̄ eſt ante altare, Virgo Maria viſibiliter extrahens animam nepotis a purgatorio. Hæc ſunt verba approbata & authētice ſcripta i introitu dictæ Capellæ: et de mandato domini Cardinalis Raimundi vt ſupra impreſſurę tradita, & ꝑ vniuerſum orbem terrę promulgata tempore Iubilei an. MD. Item ſummi Pontifices dederunt indulgentias pro animabus defunctorum plenarias, viſitantibus eccleſiam ſancti Laurentij extra muros Vrbis in hunc modum, prout legitur in duplo bullæ coram magno altari, ſub quo iacent corpora ſanctorum Laurentij & Stephani Protomartyris. Quicunq; ſingulis quattis feriis totius anni dictam eccleſiam deuote pro anima patris aut alterius exiſtentis in purgatorio viſitauerit, dicti ſummi Pontifices dant remiſſionem plenariam animæ illi pro qua fideles dictam eccleſiam viſitauerint: & hoc ꝑ modum ſuffragij. Et idem dicitur eſſe de celebrantibus vel celebrari facientibus in altari Sancti Sebaſtiani pro anima defuncti, extra Vrbem. Idem legitur in Capella in qua Sanctus Petrus primam miſſam ſuam celebrauit in Vrbe, vt canit impreſſio præfata. Referunt quidam Guilielmum Altiſiodorum dicere, q; poſt tempora beati Gregorij, qui in Vrbe inſtituit Stationes, & dedit indulgentias pro viuis, manſerunt ſuper ea re brigę in populis ad centum annos de poſſibilitate & auctoritate huiuſmodi relaxationum & indulgentiarum. Nec impedit q; ante pauca tempora a ſummis Pontificibus datæ fuerunt indulgentiæ plenariæ pro viuis & non pro mortuis, vtputa contra Bohemos tempore Martini Quinti. Contra Turcas tempore Pij Secundi, pro reductione Græcorum tempore cōcilij Baſilienſis, in Iubileo. MCCCCL. anno: vbi nullæ datæ fuerunt pro mortuis. Locus ab auctoritate non tenet negatiue. Potuit enim Papa tunc dare ſicut nunc. Item Sixtus Quartus dedit indulgentias plenarias per modum ſuffragij pro defunctis. Item Innocentius Octauus. Alexander Sextus Anno Domini MDIII. Iulius Secundus, & Leo Decimus pro eccleſia Conſtantienſi: anno. MDXIII. &. MDXIIII. Quibus vtiq; ſtādū videt: nō minus q̄ btō Gregorio, q dedit ꝑ viuis & mortuis. iiii. Dialo. c. lvij. De indulgētijs Stationū vrbis. S. Gregorij multis cognitū eſt: quę & poſterius ꝑ ſummos Pōtifices ad alias ꝑſonas extrā vrbem ſunt trāſlatę & cōceſſę. Cū beatꝰ Gregoriꝰ iuſſit legi. xxx. miſſas ꝑ fratre defuncto, ſine intermiſſione opus indulgētiarū ꝑ modū ſuffragij i eū cōtulit: & ſic de purgatorio liberauit. iiii. Dialo. ca. lvij. Itē lib. ii. Dial. c. xxij. Petrus eius diſcipulus mirat aīas defunctoꝝ i inuiſibili iudicio cōſtitutas potuiſſe abſolui ab hoīe ꝑlato eccleſię adhuc in carne mortali degēte, ſicut factū retulit btūs Greg. de ancillis dei, q̄ poſt mortē ꝑ oblationē eius cōmunioni ſunt reſtitutę. Refert ēm btūs Greg. ſuo diacono Petro de qbuſdā ancillis dei ſolitis virū quēdā religioſum, q eis vtę neceſſaria miniſtrabat, icautis ſermonibꝰ ſępe ad iracundiā ꝓuocare. Hic viro dei id indicat: qui mādauit eis, dicēs. Corrigite liguā veſtrā: alias excōmunico vos. qđ itētādo dixit, nō ſentētiā ferēdo. Illę nō correctis moribꝰ mortuę ſūt, & i eccleſia ſepultę. Cū aūt diaconus ex more iter Miſſarū ſolēnia clamaret, dicēs: Si qs non cōicat, det locū: nutrix earum quę pro eis oblationem domino ferre conſueuerat vidit eas de ſepulcris progredi, & eccleſiam exire. Quod dum crebro fieri vidit & audiuit, cœpit reminiſci verborū viri Dei. Corrigite linguam veſtrā, alias



excōmunico vos: iſpmq; viro dei indicauit. Qui manu ſua protinus dedit oblationem dicens. Ite & hanc oblationem pro eis domino offerri facite, & vlterius excōicatę nō erunt. Quo facto, ad vocē diaconi amplius nō exierunt. Poſt hoc ſuo diacono Petro dixit illud Chriſti verbū, Quodcūq; ligaueris &c. eſſe dictum ad Petrum adhuc degētem in carne mortali: & vt tāta poſſet homo in terris, deſcendiſſe Chriſtum ad terras de cęlis &c. Ecce textus ille hic punctatim poſitus: nedum abſolutionem ab excōmunicatione, ſed etiam indulgētias per modum ſuffragij datas a beato Gregorio inſinuat: ſi bene attenditur ratio verborum cū vtitute ſignorum. Item in Compē. Theolo. li. vij. ca. vj. ſic dicitur. Papales indulgētię proſunt defunctis in purgatorio: quia crux aliquādo datur pro duabus aut tribus, aut. iiij. vel. x. animab⁹ &c. Valent ergo indulgētię per modum ſuffragij defunctis. Nec ex hoc ſeq̄t q; Papa eas ꝓprie abſoluat: qa nec ligat, nec abſoluit proprie defunctos: ſed dat eis indulgentias per modum ſuffragij, hoc eſt recipit de eccleſię theſauro, & communicat eis vt de ſoluant pœnas ad quas tenētur. ſicut creditor quandoq; abſolute remittit debitū, & abſoluit debitorem: quandoq; amicus aliquis offert creditori pro debitore aliquid, per quod facit eum cōtentum, vt deinceps debitor in nullo ſit ei obnoxiꝰ. Ita in ꝓpoſito: ſuppoſito ex notabili. ij. quid eſt indulgētiā dare ꝑ modū ſuffragij. Pro iſto dicto ſunt Alexander de Ales. parte. iiij. q. lxxxiij. mēbro. v. Sanct. Bona. diſt. xx. Sanct. Tho. diſt. prę ſenti. &. xx. Frāciſcus Maron. in tractatu de clau. Nec bene imponitur ipſi q; teneat contrariū: oſtēdit enim duo eſſe hoīm gña, quibus prodeſſe poſſunt indulgentię: ſecundū id Eſaię cap. lxj. Spūs domini miſit me &c. vt mederer contritis corde. qđ de viuis. & prędicarem captiuis indulgētiam. qđ de mortuis exponit. Dicit vero iuxta finem libri q; mortui non ſunt in ſtatu merendi indulgētias. hoc verum eſt: quia non poſſunt facere opus indulgentiarum: ſed per modū ſuffragij proſunt eis: vt ſupra notabili ſecundo. Itē Durandus diſt. xx. quæſt. iiij. Aegidius de Roma, Richard. Thomas Argen. Palu. Petrus de Taren. diſtinct. xx. Ioannes de Turre cremata in Sūma de eccleſiaſt. liber. li. ij. ca. xij. Augu. Anco. q. xxix. articu. iiij. in Summa, Antoninus parte. j. titu. x. Panor. ca. Cū ex eo. de pœnitē. & remiſ. Iacobus Carthuſieñ. in tractatu de Iubileo. Gerſon de abſolutione defuncti Carthu. & de indul. cōſi. xj. Demū ac principaliter auctoritate eccleſiæ, & plerq; ſummorū pontificū bullę Innocētij Octaui, Sixti quarti, Alexādri Sexti, Iulij. ij. Leonis. x. Quibꝰ nō fuerunt ꝙo in cathedra Sancti Petri. ¶ Si quęritur, Cur prio res patres non dederunt indulgentias pro mortuis ſi valent defunctis? Preterea cur non dederunt pro viuis mox in primitiua eccleſia vſq; ad tēpora beati Gregorij, qui dedit in ſtationibus ſeptennes indulgētias? Dicēdum. Olim ſanguis Chriſti caluit in cordibus hoīm, & ſummopere cauerunt pctīm: & ſi lapſi fuerunt, ſtatim feruore charitatis totū abſterſerunt. Nunc vero mundo in maligno poſito, vt allegat beatꝰ Greg. peccata frequēant & facile recidiuāt hoies. Itē ſecundū opinionē aliquorū in mortalibus conſtituti non poſſunt propeccatis ſatiſfacere, nec pœnā ſoluere. Dantur ergo indulgētię, vt cōfeſſi & cōtriti ſtatim ꝑ indulgentias redimāt pœnas pro peccatis debitas ante q̄ relabantur. Sic dici poſſet de mortuis, quorum fuit bona vita, & talis q; ꝑ contritionē oia ſoluerunt. Videmus in alijs q; multę veritates, & articuli fidei temporū ſucceſſu (prout emerſerūt hominū hęreſes multifarię) venerunt in lucem: de quib⁹ pri⁹ nō fuit cogitatū. Sic ait Paulus. j. Cori. xj. de Eucha. loquēs. Cętera cū venero diſponā &c. Non ergo ſequit id eſſe nullū: quia ptiores nō dederūt indulgētias &c. Maluerunt hoies pœnitere in primitiua eccl'ia, & charitatis augmentū habere ex bonorū operū frequētatione. Forte habuiſſent pro factura ita conſequi indulgentias, & dimittere opa pœnitētię. Inſup timor trāſgreſſionis mādatorū dei erat inducēdus. Hinc graues pœnitentię iniungebātur, & multorū annorū. Itē peccātes q̄q; ſtatim a Deo fuerūt interēpti. patet de Anania, & Saphyra. Act. v. vñ magn⁹ timor venit in eccleſiam dei. Act. vij. Et cauendum eſt ne claues dentur ludibrio, & contemptui. Hinc oſtenſa veritate non iniungunt nunc pœnitentię ſeptēnales ſicut olim, ſed arbitrarię: & melius eſt peccatorē cū parua pœnitētia mittere in purgatorium, q̄ cum grandi in infernum. Populus nunc tepuit & elanguit in ijs quæ dei ſunt: ideo eccleſia volens eos animare ad ea quæ ſunt ſalutis & honoris dei, primo quaſi reſuſcitaret a torpore & dormitione dedit indulgentias: vt ſic ſaltem intuitu taliſmodi remunerationis ſpiritualis, frequentare curent certa bona opera pro dei & ſanctorum gloria. Is ēm eſt finis principalis collationis indulgentiarū, honor dei, & ſalus animarum non queſtus vel pecunia &c. Item quia defuncti in charitate meruerunt q; viuorum ſuffragia eis poſſunt ꝓdeſſe ſi & inquantum fiunt pro eis, ne ergo ex torpore viuoꝝ icōmodū ſentīāt: voluit pater miſericordiarū &c. & pia mater eccl'ia mortuorū gerere curā, & viuos ꝑ indulgētiarū collationē quaſi aīare ad ſuccurrē dū defunctis. ad qđ etiā trahit affectio naturalis, & debitū gratitudinis moralis &c. Cū ergo iudicia dei abyſſus multa, ideo ſingula ſingulis tpibus ꝑ hominum ſalute profluxerunt in vſum eccl'iæ militantis: nec pia mater eccleſia vnq̄ neglexit

Universidad de Deusto
Biblioteca



suos:sed edocto pro tempore per spm̃ sanctum pro necessitate populi:tam hoc vel illo vsa est re medio.Nec obstat auctoritas Christi sepe allegata.Q dcũq; ligaueris super terram &c. Nã secũdũ Gregorium:vt supra:Christus dedit potestatem Petro ligandi aias tã in inuisibili dei iudicio cõstitutas.qd nõ videt intelligi posse de sola excõicatiõe & absolutiõe.Et ita Papa habet ligare aliquo modo animas,non proprie sed improprie,nõ cõcedẽdo eis cõmunicationẽ thesauri spũalis ecclesię ex causa ratiõabili,& soluere.hoc eñ meruerũt merito conditionato:immo & ipsę quodãmodo sunt in via:quia ad patriã tendunt prius purgandę.Hinc Frãciscus Maron.purgatoriũ noiat partem militantis ecclesię,Et ita possunt dici esse sup terram quo ad auctoritatiuam thesauri ecclesię cõmunicationẽ:non aũt sacramentalem absolutionem. Sed Gerson de sacramẽtali absolutione: & de absolutione defuncti Carthusieñ. verba Christi intelligi ait de absolutione sacramẽtali.Hic posuit quadruplicẽ absolutionẽ.Q uędã est sacramẽtalis in foro cõscientię,& illa nõ cõpetit defunctis: & de illa intelliguntur verba Christi. Q uodcunq; ligaueris super terrã.nõ sub terra. Alia est iudicialis in foro ecclesiæ,& illa potest esse defunctor; quo ad corp⁹ & aiam: vt habet cõis practica. Alia est satisfactoria:& per hanc põt defunctus absolui a pœna multipliciter, dum particularis psona meritum suum illi applicat,aut totum collegium vel caput congregationis:aut Vicarius Christi de thesauro ecclesię per modum indulgẽtię. Alia est deprecatoria,& consistit in p̃cibus & suffragijs viuorũ p defunctis.Et ita auctoritas Christi nõ impedit.Nã illa adiectio sup terram,põt determinare ly tu,vt sensus sit,Q uodcũq; tu existẽs in terra meus vicarius ligaueris aut solueris &c. erit solutum.& ita habet beatus Greg.iij.dialog.Vel potest determinare ly quodcũq;:vt sit sensus,Q dcũ q;,qd solui potest super terrã,solueris ac ligaueris &c.vsq; ad ingressum regni,p modum suffragij, aut deprecationis,vel collationis indulgentiarum &c.Et sic videt sumere Gerson in de absolutione defuncti Carthu. Similes expositiões habet Alexan.vbi supra. Secundũ Duran.q.iiij.dist.xx.in
H dulgentię possunt dari absq; opere aliquo.¶ Sexta ꝓpositio. Tametsi solus Papa habẽs potestatis ecclĩastice plenitudinẽ nedũ sufficiẽter,sed etiã excellenter, possit plenarias seu plenissimas indulgentias in toto orbe & viuis & mortuis capacib⁹ dare:videtur tamen aliquibus non esse negandũ, quin & alij episcopi habentes potestate ordinaria indulgentias dare pro viuis, possint etiam p modũ suffragij deriuare eas in mortuos.Prima pars est conclusio precedens. Secunda pars,q; episcopi habent potestate ordinaria hoc: quia habent tu



minate quascunq; & quotcunq;,sed secundũ taxam iuris sibi datam.c. Cum ex eo.& nõ nisi subditis.ca.Q d autem.de pœni.& remiss.nisi accedat consensus proprij iudicis, qui ipsi subijcit materiam vt et conferat indulgentias.Et si sic potest vt uis indulgentias dare auctoritatiue: cur non põt consimiliter dare per modum suffragij suis mortuis olim sibi subiectis, per suos subditos viuos: immo & mortuis non sibi subditis per suos subditos:si accedat consensus proprij iudicis secũdũ formam iuris cõmunis? Non videtur esse aliqua prohibitio de iure scripto. Sic argumẽtantur qui sunt de opinione illa. Verum hoc videtur supponere q; episcopus iure episcopalis dignitatis habeat indulgentias dare secundũ determinationẽ & limitationẽ Papę: & q; illa iurisdictio potest restringi per superiorem:licut sacerdote absoluente peccatorem,si habet subditũ. San. Thomas dist. xx.ar.iiij.q.ii.ait.Facere indulgentias pertinet ad clauem iurisdictionis non ad clauem ordinis. Sic enim auferri nõ posset:licut nec character:in quo fundatur. Palu.ca.dist.q.iiij.art.ij. dicit q; est iurisdictionis:immo solius iurisdictionis, & vniuersalis in Papa,qui potest vniuersaliter indulgentias dare. In alijs est solum particularis iurisdictionis. & illam iurisdictionem particularẽ episcopi põt Papa vel in totum,vel in partẽ auferre ab episcopo si vult. Vnde sicut Papa potest facere q; sentẽtia lata ab episcopo sit nulla,sic & indulgentias.de pœnit.& remiss.lib.vj.ca.vlti. Indulgentię vires nõ obtinent si statutum excesserint concilij generalis. exponit Dominicus. in totum annullantur,& nõ valent &c.Cum ergo ius commune dat certã moderationem collationis indulgentiarum episcopis vltra quã agere non possunt:& non fit prohibitio de mortuis:immo nec concilium generale in cap. Cum ex eo.de pœ.& remiss. loquitur expresse de viuis aut mortuis:sed in genere.sic & ca.Q d aũt. generaliter loquitur:nec illos excludit. Item li.vj. Indulgentię. eo.titu.non videtur quin etiam episcopi possint ecclesię thesaurum in mortuos deriuare per modum suffragij, in mortuos inquam subditos & non subditos per suũ subditũ accedẽte cõsensu & approbatione proprij iudicis. Et nõ est simile de ordinũ collatione(quæ fieri potest de facto etiam ab episcopo excommunicato & ab eo qui renunciauit loco & dignitati episcopatus: vt supra.distin.xxv.licet non de iure.de ordi.ab episcopo qui renũ.ca.j.&.ij.) & indulgentiarũ collatione.Primum enim recipit episcopus indelebiliter in sua cõsecratione vel ordinatione passiua: ita q; iure suo hoc potest. Secundũ vero est oino iurisdictionis,secundũ plures doctores : quia etiã quidam non episcopi dant indulgẽtias.de ex.prę la.cap. Accedentes.Hęc solum recitatiue ex alijs

dicere placuit. His quæ nunc dicta sunt videtur alludere Hostiensis:titulo de remiss.§.Q uis possit facere.Nomine episcopalis dignitatis non venit ordo episcopalis:sed iurisdictio episcopalis.& sic electi confirmati non episcopi possunt dare indulgentias:vt habet consuetudo approbata:qa sunt iudices proprij.ca. Q d autem. de pœni.& remiss. Notandum q; iurisdictio sumitur quandoq; pro exercitio seu iurisdictionis vsu, quo carent nõ habentes subditum &c. Et ita aufertur ab episcopo potestas dandi indulgentias. ¶ Septima propositio. Sicut sacerdos eucharistiam per se consecratam sumit,& dat ceteris:ita ecclesię prælati habentes thesaurum ecclesiæ dispẽsare, possunt inde cõmunicare alijs,& pro semetipsis recipere vnde soluant: non obstante q; dare indulgentias est iurisdictionis. Prima pars manifesta est:secunda pars videtur fundari in dictis Apostoli Hebrę.v.Q uiẽ admodum pro populo:ita etiam pro seipso offerre pro peccatis &c.& in compen.theologię. li.vij. ca.vj. Ad idẽ Richar.dist.xx. Pręterea nisi sic,caput ecclesiæ esset peioris conditionis q̃ sint membra:cum non posset ecclesię thesauro vti q; semet ipso.Item indulgentię non dantur per modum p mulgationis sententię,sed auctoritatiuę cõmunicationis.Ideo sicut põt dare alteri de thesauro ecclesię vnde soluat:ita & pro se inde soluere. Id eñ vnde fit solutio,est in eius potestate quo ad dispẽsationẽ. Pręterea dat vt caput ecclesiæ, vel vt habẽs auctoritatẽ dispensandi: vtif & accipit pro se vt membrum ecclesiæ.Non tamen oportet q; sicut dare indulgentias est iurisdictionis,ita etiã vti indulgentijs pro se,sit iurisdictionis. Posset enim quis dicere q; primũ est iurisdictionis & auctoritatis,secũdũ auctoritatis & cõcessionis.Hoc eñ cõcessum est capiti ecclesiæ & quibusdã alijs,vt ipsi met inde recipiant & vtantur pro se, vnde cõmunicant alijs. Secus in sacramẽto pœnitẽtię cũ a sacerdote profertur & promulgat sententia in peccatorem. Sic Papa habẽs potestatẽ clausum potest eã dare alteri in sese,& sese alteri vt mẽbrũ ecclesię subijcere. Indiget eñ & ipse sacramẽto pœnitẽtię si peccat,& id nõ põt sibi cõferri a sese:qa nemo põt dicere sentẽtiã in seip̃m. Cui⁹rõ potissima est institutio diuina,& natura rei. Sic nullus potest seipsum proprie excõmunicare,nisi causaliter cõmittẽdo culpam propter quã fertur excõmunicatio a iudice superiore.¶ Sed tunc est dubiũ an sicut prælatus daturus indulgentias dat eas implẽti talẽ vel talẽ(prout sonat concessionis forma)cõditionem:ita & ipsemet dispensator, cum vult p sese de thesauro ecclię quãdã remissionẽ pœnę,q̃ est immediat⁹ effect⁹ idulgẽtiarũ,recipe,tenet talẽ cõditionẽ cũ effectu iplere. Scdm Durã.dist.xx. q.iiij.indulgentię possent dari absq; aliquo opere.

Universidad de Deusto
Biblioteca



San. Thomas. dist. xx. ar. v. q. iiij. videtur sentire q̄ non. Indulgentię enim dātur pro pia causa ad excitandū fideles ad actum aliquem qui vergit in honorem dei, & vtilitatem ecclesię. Prælatus vero cui ecclesia est cōmissa, nō habet causam vt sead hoc prouocet. Secūdū Duran. dist. xx. indulgentiæ possunt dari absq; ope aliquo. Itē Palu. ea. dist. q. iiij. ar. iij. principali, inquit. Illi qui dedit indulgētiā valet si implet conditionē: quia sibi pōt homo accipere de bonis communibus sicut alijs dispensare, q̄uis sibi non possit dare, eo q̄ inter dantem & accipientem debet esse personalis differētia. Idē vult Richar. dist. xxiiij. ar. iiij. q. iij. dicens Papam posse vti indulgētijs p se sub ea forma qua dat cęteris. Verū hoc dictū posset dupliciter intelligi. Vel q̄ tantūdē potest pro se recipere & vti, quātū dat alijs, vel q̄ præcise eādē impleat cōditionē quā & alij implere tenent pro indulgētiarū cōsecutione. Primū placet: secundū non oportet: q̄ idē in specie sufficiat in ęquiualente prout congruit prælato hoc vel illud facere corporale vel spirituale p honore dei. ¶ Ex præmissis aliquot possunt elici corollaria. Primū. Licet existens in mortali peccato nondū per cōtritionē deleto non potest indulgentias siue a semetipso, siue ab alio recipere: potest tn cęteris paribus alijs indulgentias dare. Dicitur cæteris paribus, hoc est, si alias habet auctoritatē dādi indulgentias, & non est vsus iurisdictionis in subditos ligatus q̄diu ab ecclesia toleratur in officio, etsi non vitę merito. Prima ps patet ex cōclusione tertia, & notabi. primo & tertio. Scda pars: quia cū dare indulgētias est iurisdictiōis, nō amittitur potestas illa per pctm̄. Itē dans indulgentias nō dat aliquid de suo: sed de merito sanctorū auctoritatiue dispensat: & ideo si non est ab ecclesia p̄cisus, ita confert indulgentias malus sicut bonus. ¶ Secūdū corollartū. Mortalis culpa, etsi impediat propriam vtilitatem in suscipiente, non tamen auctoritatē, vel iurisdictionem in indulgētiarum collatore quantū est de se precise. ¶ Tertium corollarium. Maius est dare indulgentias q̄ recipere pro se: aut vti pro se quantū ad auctoritatem: sed minus quantum ad propriam vtilitatem. Primum patet: quia dare est potestatis & cuiusdā iurisdictionis: sed recipere vel vti est cuiusdam cōmunicationis passiuę. ¶ Quartum corollarium. Excommunicatus aut precisus ab ecclesia, & qui non habet subditos quo ad vsum iurisdictionis, non potest per se indulgentias alijs dare: tametsi possit suum subditū (si habet) alteri episcopo ydoneo pro indulgentijs suscipiendis subijcere. Primū patet. ca. Q̄ aut̄. de pœ. & remiss. Nam dare indulgētias est iurisdictionis. Nemo potest ligare vel soluere, nisi suum subditum in quem habet iurisdictionis vsum non ligatū nec prohibitum.

Hinc indulgentię tātū prosunt subditis illius qui facit indulgentias, non extraneis. ca. Q̄ aut̄em. de pœni. & remiss. vt supra. Oportet enim suscipientem tunc cum suscipit esse subditum danti. Sic subditi archiepiscopo, sunt omnes sui prouinciales. cap. Nostro. vbi supra: & omnes diœcesani etiam exempti, suo episcopo. In hoc enim noluerūt eximi quo ad indulgentias. Hinc indulgentię prosunt exemptis cum dantur ab episcopo diœcesano iure communi, & non solum de licentia superioris. Attamen sicut non possunt ligari a suo diœcesano, a quo sunt exēpti: ita nec in foro cōscientiæ absolui. Conferre vero indulgentias nec est ligare nec soluere, sed thesaurum ecclesię communicare, secundū Palu. Et licet vsus iurisdictionis sit in excommunicatis ligatus: possunt tamen suos subditos alteri idoneo prælato, si habēt subditos, subijcere pro indulgentiarum susceptione ab eo: vt curatus non sacerdos: qui mittit alīū sacerdotem vt absoluat suos. Hoc em̄ (puta absoluere) plus est ordinis quē habet, q̄ iurisdictiōis qua caret, nō subiecto sibi peccatore vt materia. Ideo de voluntate Curati non sacerdotis potest alius sacerdos idoneus suo iure eos tunc sibi subiectos absoluere. Sic de episcopo annuēte vt alī⁹ episcopus suis subditis conferat indulgētias. Verum sicut in sacramento pœnitentię suscipiendo homo non potest seipsum subijcere cui vult contra voluntatē Petri & successorū eius: ita nec in indulgentiarum consecutione, sed requiritur licētia & voluntas sui superioris, episcopi. s. secūdū opinionē cōem: si vult ab alieno iudice seu episcopo indulgētias nāciscī. ca. Q̄ aut̄. de pœ. & remiss. ¶ Quintum corollarium. Solus Papa pōt omnibus generaliter & vniuersalem indulgentiam dare: cæteri vero ep̄i, & ecclesię prælati solis suis subditis, aut protūc subiectis dūtaxat particulariter & limitatam. Prima pars patet ex conclusione. v. Quia respectu Papę q̄libet est subdit⁹: ideo respectu indulgētiarū ab eo concedendarum nō fit differētia inter subditos & non subditos: nisi indulgētia esset restricta ad habitatiōes loci alicuius: q̄d secūdū Panor. raro fit aut nūq̄: sed generaliter cōcedunt. Scda pars. c. Q̄ aut̄. de pœ. & remiss. vbi habet q̄ indulgētię q̄ concedunt p̄ platos nō subditis, non p̄sunt sine licētia iudicis, p̄rij: prosunt vero eis, si iudex p̄rius hoc cōcesserit, vel indulserit. Verū quis sit ille iudex, dubiū est. Glos. dicit Iudices. i. episcopi. ca. Q̄ aut̄. quia alij inferiores prelati carētes episcopali dignitate, huiusmodi remissionē facere non possunt: nisi ex causa legitima. c. Accedē. de ex. p̄la. Vel (dicit Glos.) Iudices. i. proprij sacerdotes cū iniungūt pœnitētias suis parochianis, possunt eis concedere q̄ tales remissiones sibi prosint: si de bonis suis cōtulerint præ



dictis locis. Idem tenet Palu. dicens. Videtur sufficere licentia curati. Sicut enim curatus non sacerdos potest licentiare sacerdotem non curatum vt absoluat suos sacramētaliter, cum hoc facere potest iure suo habita materia subiecta: sic & hic sibi subditum alteri tradit, & ille cum sit episcopus iure suo dat indulgentiam, quā tradēs vel subijcīes non posset dare. Propter quod curati absoluētes debent eis iniungere omnes indulgētias quas poterint obtinere. Hęc ille. Hoc autem fit cū dicunt. Bona quæ feceris, & adhuc facies sint tibi &c. secundum Gers. Panor. huic transit & non exponit nomen Proprius iudex. Dicit tamen esse tutissimum, q̄ volēs peregrinari & visitare loca pia, habeat licentiam a proprio iudice, & gratiam percipiendi de alienis indulgentijs. Q̄d intelligī non a papa concessis: quia Papa est superior vniuersaliter. Hostiēsis in Summa. de pœnitētia & remiss. §. quæ pœna sit pro peccatis &c. ait. Post absolutionem peccatorū dicat Sacerdos. Cōcedo etiam tibi q̄ quocunq; ieris remissiones prælatorum tibi factę possint tibi prodesse, quæ alias non prodessent tibi. Hæc ille. Dominicus super. vj. ca. Indulgentias. de pœni. & remiss. refert quosdam tenentes. q̄ simplex sacerdos potest concedere q̄ sui subditi remissionibus non suorum iudicum vti possunt. Idem Felinus de indulgentijs. Ex illis sequitur q̄ forus pœnitentialis in multis regulatur ad modum fori iudicialis & contentiosi. Sicut enim in foro contentioso non potest quis absolui vel ligari a non suo iudice: ita & in pœnitentiali foro. Nec valet hic dicere q̄ reus sortitur forū delicti: ergo vbi quis peccauit, ibi recipiet & remissionem & absolutionem. Nam in foro pœnitentiali non sortitur quis forum ex actu cōmisso infra limites alienę parochię. Sicut enim per actū meritorium & bonum quem quis exercet in aliena parochia nō subijcitur per hoc illi⁹ iurisdictioni: ita nec per malum actum in foro pœnitentiali. Hinc si quis delinquit in limitibus illius diœcesis vel parochię, non propter hoc tenetur illi episcopo vel curato sub cuius limitibus peccauit, sacramentaliter confiteri, aut relaxationem ab eo petere vel indulgētias. ¶ Sextum corollarium. Indulgentię ab alienis episcopis concessę possunt non subditis vere prodesse, si proprius iudex hoc cōcesserit, & suū subditū alteri episcopo idoneo, veluti materiam subiecerit. Patet ex dictis. ¶ Septimū corollariū. Nullus potest alteri indulgentias dare, nisi sit suus subditus: aut saltem ad hoc protunc a suo iudice proprio subiect⁹. Patet. Dare indulgētias est cuiusdam iurisdictionis: ergo requirit subditū. ¶ Octauum corollarium. Episcopus potest in casu alicui qui nō est suus diœcesanus indulgentias dare, dūmodo est sibi p̄tunc ad hoc subiectus. Patet ex dictis. ¶ Nonum corollariū. Non sunt synonyma nomina subditus & diœcesanus. patet. Regitur ergo ad collationē indulgētię necessario, q̄ ille cui dari debet: sit subditus dāti: sed nō suus diœcesan⁹. Hoc em̄ nō requirit necessario. Item patet de Archiepiscopo q̄ pōt dare omnibus suis prouincialibus. ¶ Octaua propo- K sitio. Papa, Concilū generale, Patriarchę, Primates, Legati, Summus pœnitētiarius, Cardinales, Ep̄i etiā nōdū habētes ordinē sacerdotalē, & forte quidā alij possunt dare indulgentias, si iurisdictionem habēt, vel iuris taxationē, vel papę commissionē: non aūt sacerdotes simplices illis inferiores, nisi dūtaxat virtute clauium in absolutione sacramētali. Legati dñi Papę, cū sunt in termino suę legationis, possunt facere ppetuas indulgentias. in Glos. de officio legati cā. vltimo. Archiepi scopi in sua prouincia tota: ita tn q̄ statutū generalis concilij non excedant. cap. Nostro. de pœni. & remiss. Episcopi in sua diœcesi, dūmodo nō excedant summā. xl. dierū. Et ista est gñalis summa quā cōmuniter dāt: sed in die consecrationis Basilicę, seu dū Basilicā consecrāt, & solū in hoc casu, dant vnū annū: in alijs quibuscūq; causis siue sit vnus siue plures, ac in anniuersario dedicationis xl. dies. de pœni. & remiss. ca. Cū ex eo. A. dicit idē ca. Indulgentię. eo. ti. lib. vj. De Cardinalib⁹ patet ex ritu ecclesię. Hi omnes episcopali dignitate fulgētes possunt indulgētias facere. ca. A cceden. de ex. præla. vel iuris taxatione, & dicit iurisdictio ordinaria: vel particulari cōmissione, & dicitur iurisdictio delegata. & illa secūda potissimū est in legatis & forte in q̄busdā p̄latis alijs quibus fiūt speciales, & particulares cōmissiones & cōcessiones. Prima vero quę est iuris taxatione, est etiā episcoporū electorū nōdū consecratorū: itē Cardinalium, summi pœnitētiarij: vt dicit Palu. Insuper sacerdos simplex pōt quēlibet in extremis absoluere secundū Palu. a peccatis q̄buscūq;, & censuris sacramentaliter, & in foro pœnitētiali: de iure cōmuni. & nō datur hęc potestas p mortis articulo p indultū speciale. Potestas specialiter data vel cōmissa sacerdoti electo in confessorem vigore literarū apostolicarū vel confessionalis, nō videt se extendere ad peccata p̄cise vigore talis indulti specialis cōmissa: vt patet sępe: immo ex forma idulti. Pōt tn absoluere in morte ab oībus peccatis ppter generalē iurisdictionē quā habet ptunc sacerdos in p̄cōrē morituū. Dilatat etiā secundū eundē clauis iurisdictionis in sacerdote in mortis articulo ppter indultū speciale tūc datū morituro quo ad remissionē pœnarū, & indulgētiarū collationē q̄si q̄. Et sic simplex sacerdos ex cōmissione speciali dat vere indulgētias, vel facit illum participem indulgentiarum secundū tenorē indulti: vt habet

Gerſon de abſolutione defunct. Nec oportet q̄ tunc confiteatur alias rite confeſſa alicui ſacerdoti. Q̄ ſi talis amiſiſſet loquelam, ſed non rationis vſum, confiteatur per nutus & ſigna, & habebit indulgentias cæteris paribus, ſi confeſſionale non eſt in contrarium loquens de cōfeſſis ore &c. Q̄ ſi non poteſt ſignificare ſacerdoti ſua peccata nondum ore confeſſa, eliciat contritionem pro remiſſione culpę, expectando a patre miſericordia tū liberalē vbi & put voluerit remiſſionē pœnæ. Indulgentiarum enim non eſt capax, ſi forma indulti expreſſe & determinate vt fieri ſolet, canit cōfeſſis ore & corde contritis, & hoc quo ad non cōfeſſa. Si autem incurrit amētiā, & deſtituitur ratione poſt mortale commiſſum: lignum vbi ceciderit ibi erit: & qualis inuenitur, talis iudicatur a iudice ſtante lege dei. Attamen quia neſcitur an ſit p̄ditus mortali peccato (niſi notorius peccator euidat ac publicus) fiat ipſi ad cautelam indulgentiarum collatio inquātum fieri poteſt. Si enim eſt ſine mortali peccato, valebit ipſi indulgentia p̄ peccatis olim confeſſis: licet non pro nōdum actu cōfeſſis: licet contritis: quorū forte habuit memoriā & voluntatem confitendi: ſed nunc præuentus eſt rationis deſtitutione. Imputet ſibi q̄ nō ſtatim cōfeſſus eſt, ac celebri mente retinuit annotando ac ſcribēdo ſi poteſt p̄tm̄ id &c. ne decidat a memoria. Ita videtur ſentire Gerſon in de forma abſolutionis ſacramentalis ſecundū tenorē diſpoſitiōis aut conceſſionis indulgētiarū ſonātis de cōfeſſis. ¶ Sed q̄d ſi indultū habet q̄ pōt eligere confeſſorē vel ſacerdotem qui ei indulgentias conferat, ſed nunc p̄uentus deſtitutione rationis non poteſt eligere? Videtur dicendū: ſi prius elegit aliquē determinate, ille poteſt. Si nō elegit, caret. Diligenter reſpiciendū eſt ad tenorē indulti, & ſecūdū hoc agendū & dicēdū. ¶ Sed q̄d ſi nō adeſt nec haberi poteſt ad manū aliquis cui cōfiteatur ſacerdos? Dicunt quidā, q̄ tenet non confeſſa laico confiteri in abſentia ſacerdotis. Q̄d non placet: quia illa confeſſio nō eſt ſacramētalis, & ſufficit ipſi ad ſalutem contritio cordis coram deo. Subiungūt, q̄ talis laicus poteſt ei indulgētias vigore indulti dare. q̄d nō quadrat: quia (vt pono) indultum loquitur de ſacerdote, & de peccatis confeſſis &c. ore, & corde contritis. Videat tamē priuilegiū: an ne ſufficiat pœnitentia ſine actuali cōfeſſione. Antoninus par. j. tit. x. ca. iij. §. v. dicit. Nil nocet ſi fiat p laicum cū non poteſt haberi ſacerdos, & valeat quātum valere poteſt. Eſt cōmune dictum: indulgentiæ tantū valent quantum ſonant. De venialibus dicendum vt ſupra. Horum enim confeſſio non eſt neceſſaria ad ſalutem, nec ad indulgentiarum conſecutionem, ſtante eorundē diſplicentia generali. ¶ Corollarium primum. Licet viri ſancti magis ſint propinqui deo per charitatem, q̄ mali miniſtri: attamen quia non ſunt propinquiores malis, per auctoritatem iuriſdictionis nō poſſunt indulgentias dare, ſicut mali habentes iuriſdictionem. ¶ Corollarium ſecundum. Pro eccleſię ędificatione, ne claues contēnantur, & pœnitentialis ſatiſfactio enerueturꝫ vtq; omnia ex barba Aarō profluere videantur, aliquibus prælatis eccleſiæ, non omnibus de populo datum eſt ordinatione diuina indulgentias conferre. cap. Cum ex eo. de pœ. & remiſ. ¶ Corollarium tertium. Indulgētiarum collatio, quia non eſt ſacramentalis, nō ſequitur clauem ordinis, ſed poteſtatem iuriſdictionis. Si enim date indulgentias eſſet ordinis & ſacerdotalis, videtur q̄ omnes, & ſoli ſacerdotes habētes ſubditos poſſent dare indulgentias iure ſuo: cui⁹ contrarium tenetur communiter. & Hoſtieñ. de remiſ. Hinc poſſet dici: quantum eſt ex lege diuina ſacerdotibus ſimplicibus non repugnat: ſed competit dare indulgentias. Dant enim virtute clauium in abſolutione peccatorū quaſdam priuatas indulgentias ſuis ſubditis: quorum audiunt confeſſiones, ſiue vt Curati p̄prij, ſiue vt ad hoc pro tunc vocati per alium Curatum, ſiue ſacerdotem, ſiue non ſacerdotem. Et forte dici poſſet q̄ Chriſtus primum ſecundum habitum dedit omnibus ſacerdotibus poteſtatem conferendi indulgentias. Attamē ſucceſſu temporum, eorum poteſtas eſt per ſummum Pōtificem (cui data eſt a Deo cura & ſollicitudo totius eccleſiæ ꝯmitata, vel cōſtricta, & tradita eſt epiſcopis apoſtolorum ſucceſſoribus. cap. Acceden. de ex. prælato. & per conſuetudinem inductam quibuſdam aliis iuriſdictionem habentibus: ſicut in ſacramento pœnitentię omnibus ſacerdotibus data eſt poteſtas clauis remota ſecundum diſpoſitionem Petri, & ſucceſſorum eius. Ideo videre eſt Papam electum, ſeu etiam epiſcopum nondum conſecratos, item diaconum cardinalem &c. dare indulgentias auctoritate ordinaria. Habent enim dignitatem epiſcopalem, hoc eſt iuriſdictionem ſecundum Hoſtieñ. Si dicitur: iuriſdictio nō reſpicit forum pœnitentiale, ſed ſolum contentioſum, negetur: & manifeſtum eſt in ſacramento pœnitentiæ. Abſoluere enim peccatorem eſt iuriſdictionis non ordinis: quia requiritur peccator ſubditus, vt materia ſubiecta: & in aliis ſacramentis de neceſſitate miniſtri requiritur hominem eſſe ſubiectum collationi ſacramentorum. Exemplum de ordinatione, communione, vnctione &c. Eſt ergo iuriſdictio temporalis & ſpiritualis, & vtrobiq̄ requiritur (licet non per omnia conformiter) ſubiecto. Nec eſt ſimile de ordinis collatione, quam epiſcopus facit iimpedibiliter auctoritate ſibi collata in ſua conſecratione, & fundatur in characte-



re indelebili, & indulgentiarum collatione: quæ nō eſt ordinis, ſed iuriſdictionis: vt ſupra propoſitione ſexta. Hinc ſecundū, & non primum poteſt Papa auferre auctoritate ſibi collata a Deo. Et ſicut poteſt facere q̄ ſententia lata ab epiſcopo ſit nulla: ſic & q̄ indulgentiarum conceſſio ſit nulla. ca. Indulgentię. lib. vj. de pœnt. & remiſ. Indulgētiæ vires non obtinent ſi ſtatutum concilij generalis exceſſerint. ¶ Et quia ſupra dictū eſt quātā ſummā dierum epiſcopus poteſt dare in conſecratione Baſilicæ, ſiue vnus, ſiue plures ſint: quæri poſſet quantum dat ſingulus eorum, ſi a pluribus ſimul conſecratur eccleſia. Conſtat enim ex dictis & ca. Cum ex eo. de pœnt. & remiſ. q̄ in conſecratione Baſilicę epiſcopus poteſt dare vnum annū, in aliis etiam cum celebrat, duntaxat quadraginta dies. Eſto q̄ plures ſimul cōſecrent Baſilicam, & ſingulus conſecrantium dat pro ſeſe vnum annum: an teneat illa conceſſio contra concilium generale: cum iam ſumma trāſcēdit vnum annum, quem tranſcendere non poſſunt ſecundum ſtatutum concilij generalis. cap. Cum ex eo. vt ſupra. Gloſſa vult q̄ teneat, & Hoſtienſis ti. de remiſ. §. Poſſet quis fa. licet concedentes peccent, quia cō trauenium ſtatuto concilij generalis. Panor. ibidē rationem aſſignat Gloſ. eo q̄ non apponit hæc clauſula. Q̄ ſi ſecus factum fuerit, decernim⁹ inane. Vbi enim hæc clauſula non apponitur in mandato, licet fiat contra mādatum: tamē tenet qđ factum eſt. In contrarium videt eſſe ca. Indulgentię de pœ. & remiſ. lib. vj. Indulgentiæ vires non obtinent ſi ſtatutum generalis cōcilij exceſſerint. Si enim non obſtante illa clara ꝓhibitione adhuc valerent ſimpliciter & abſolute, non videtur quomodo Papa poſſit facere prohibitionem & limitationem quę ſit iure nulla, & prorſus inanis. Sed quo modo non obtinent vires? an quantum ad exceſſum vltra facultatem cōceſſam, an ſimpliciter, & omnino non valēt? Gloſſa ibidē ponit duas opiniones: & videtur illa ſatis mitis, q̄ non valeant quantū ad exceſſum vltra cōceſſam facultatem: maxime quando non apponitur prior clauſula irritans, vt etiam habetur in commentarijs regulārū Cancel. regula. lvij. qua decernitur eſſe inane. & ita cum ſingulus dat annum, non dāt niſi vnū annum, & non plus q̄ ſi daret vnus annum in cōſecratione Baſilicę. Ad hoc regula iuris in. vj. Vtile per inutile nō debet vitiari. Q̄d verum eſt quādo vtile poteſt ſeparari ab inutili: & ita eſt in propoſito. Et ita in ſimilibus dicatur ſecundum illam opinionem, quā ſequitur Panor. vbi ſupra. ca. Cū ex eo. Alia eſt: q̄ in totum nihil valent: & q̄ non obtinent vires: & tenere videtur Palu. quia neſcitur cuius datio valeat cum plures conſecrant &c. Hoſtienſis vbi ſupra refert aliam: ſcilicet q̄ tenent quo ad prędicta, licet ſint factę contra mētem concilij, & dantes peccant. Multa enim poſt factū tenent quæ fieri non deberent. Verum quicquid ſit ſtātibus dictis doctorum vt ſupra, opus eſt admittere q̄ Papa poſſet illā largitionē cōtra diſpoſitionem generalis concilij omnino irritare, & irritam declarare in futurum. Quę autem ſit mens legiſlatoris tan q̄ ſimpliciter non valent, an q̄ non valent quantum ad exceſſum vltra ſtatutum generalis concilij, pēdet ex declaratione Papę vel cōcilij: & cum eſt facti, ſciri nō poteſt ſine determinatione ſuperioris. Et plus placet opinio ſecunda q̄ ſimpliciter non valent, q̄ prima q̄ nō valent quātum ad exceſſum. Ratio eſt: indulgentię ſunt ſtricte intelligendę ſecundum eoſdem: & tantum valent quantum ſonant. Sonant vero, q̄ non obtinent vires, ſine quacunq; limitatione vel reſtrictione: & ita ſunt iure nulle ſimpliciter. Ad regulā iuris. Vtile per inutile &c. dicitur vt ſupra. Hic nullū eſt vtile: quia conceſſio eſt iure nulla. Item conceſſio nō eſt annus ſolus ſed plures. Sicut dicitur de hoſtijs conſecrandis in numero determinato ſecundum voluntatem conſecrantis, & reperiuntur plures: quia neſcitur ad quā non fuit directa intentio conſecrantis, ergo omnes habentur pro nō cōſecratis: Ita videtur & in propoſito dicēdum &c. ¶ Si q̄ritur, an in aliquo caſu plures epiſcopi poſſunt eidem loco pro eadem cauſa dare indulgentias vltra annum: hoc dubium poteſt intelligi de loco præciſe ad quem dantur indulgentię venientibus illuc de diuerſis dicœceſibus, ita q̄ ſingulus epiſcoporum ſuis ſubditis illuc vēturis & venientibus dat indulgentias, prout de iure ſecundū tenorē cōcilij poteſt. Poteſt etiam intelligi de hominibus loci illius, ita q̄ diuerſi epiſcopi diuerſarū dicœceſium dant habitantibus in loco illo tantum quantum ſingulus de iure dare poteſt ſuis ſubditis. Quo ad primū, dicēdum q̄ ſic ſecūdū Hoſt. vt ſupra: vt puta ſi in feſto alicuius ſancti, vel Marię virginis, ſingulus epiſcoporum de duab⁹ dicœceſib⁹ diſtinctis, dat ad locum illum pro ſuis ſubditis cū venient illuc vbi clarēt miracula vel ſimile quid, quadraginta dies, ſā ſinguli veniētes a ſingulis ſuis epiſcopis habēt. xl. dies. tātū enim poſſunt iure dare ſuis ſubditis, & tātū vni quātū alteri. Ita vero poſſunt dare loco extraneo vel exempto ſicut ſubiecto: qa illę indulgentię nō acgrunt ꝓprie loco: ſed ſubdito exiſtēti i hoc loco cū operis indulgentiarum expletione. Et ſecundū hoc, eſto q̄ ſit magnus populi cōcurſus in aliqua eccleſia dicœceſis Conſtantienſis, poſſet dñs Spirēſis dare ad locum illum indulgentias ſuis illuc cōfluentibus, ſicut cōfluentibus ad eccleſiā ſuę dicœceſis ꝓprię. Si intelligitur ſecūdo modo de hoībus loci illius, opus eſt accedat confirmatio & cō

sensus dioecesani, q̄ suos subditos illis episcopis subiiciat: quo facto iā singulus eorū iure suo proprio & non nomine subiscientis confert. xl. dies. Et ita possunt homines loci illi⁹ cōsequi. xx. quadragenas: si sunt. xx. episcopi dantes indulgentias de consensu dioecesani: q̄uis singulus pro se non habet dare nisi. xl. dies. Isti enim alteri episcopi iure suo dant cum habent materiam subiectam, & non iure licentiantis. & sic nullus illorum per se excedit numerum concilij: sed quilibet ipsorum dat quantum dare potest iure. Quem intellectum interpretata est consuetudo optima turis interpres secundū Hostien. vbi supra. Sic si ad eundem locum ac ecclesiā, & eisdem hominibus dioecesanus daret. xl. & Metropolitan⁹. xl. iam pro eadem causa haberent. lxxx. dies. dat enim quilibet vt dare potest: hic suis dioecesanis: hic suis p̄incialibus. Nec impedit q̄ oēs collectiue dant vltra annum: quia sicut extensio anni non extenditur nisi ad dedicationem Basilicę: ita nec restringitur. Vnde sicut vnus episcopus in festo alio præterq̄ consecrationis Basilicæ, nō potest dare annū sed duntaxat quadraginta dies: sic non prohibentur in festo alio plures episcopi dare vltra annū: dum tamen nullus excedat pro sese statutum generalis concilij: sed singulus det pro sese duntaxat quadraginta dies. Hæc est sententia Palu. q. L iij. art. ij. principali dist. xx. & Hostiensis. ¶ Nona propositio. Nulla indulgentia quantūcunq; fuerit plena vel plenissima, est a culpa & a pœna prorit plena vel plenissima, est a culpa & a pœna prorsus dicenda, tametsi dabilis sit quædam indulgētia tq̄ existens remissiua omnis pœnæ p̄supponit remissionem omnis culpę. Prima pars est in notabili primo. Secunda patet ex notabili tertio secundū imaginationē ibi datam secundū aliquos quid dicat indulgētia plena, plenior, plenissima. Hæc propositio procedit secūdū diuersum modum loquendi de remissione venialis culpę: de quo dist. xvj. q. v. an scilicet remissio venialis culpę distinguatur a remissione pœnę: & an culpa venialis remittatur sine pœna: vel non sit aliud nisi remissio pœnæ &c. ¶ Decima propositio. Si q̄s rite obtinet indulgentias decem annorum, is & in foro dei, & ecclesiæ liberatur a pœna vel pœnitentia decem annorum præsentis seculi sibi a sacerdote præsertim imposita: non autem propter hoc liberatur a pœna decem annorum futuri seculi, nisi ad sensum illum, liberatur a pœna futuri seculi correspondente pœnę decem annorum p̄sentis seculi. Hæc propositio est de mente Durā di. quæst. quarta. dist. xx. Nam secundum tenorē cōmunem sonant literæ de iunctis pœnitētijs. Ius non iungit, sed docet iniūgendam pœnitētiam, alias omnis peccator teneretur pro mortali ad septēnalem. Si ergo quis acquirit indulgentias decem annorum, is liberatur a pœnitentia sibi iuncta decem annorum secundum Durandum. & tantūdem valent illi decem anni indulgentiarū quantum valuissent decem anni in pœnitentia iunctī: si decem annis hic in via pœnituisset, alias ecclesia suos deciperet. ¶ Corollarium. Per vnū annum siue diem indulgentiarum tantū remittitur de pœna purgatorij quantum meruisset per vnum annum siue diem pœnitentiæ huius seculi sibi remitti secūdum Frācisc̄um Maron. Verum secundum Palu. distinct. xx. quæst. iij. arti. ij. hic est quędam differentia secundum diuersitatē pœnitentium. Nam sicut pœnitentia quāto fit in maiori charitate, tanto est magis satisfactoria: sic isti decem anni indulgentiarum: tanto sunt illi q̄ isti plus vel minus satisfactorij, quanto pœnitentia huius vel illius fuisset plus vel minus satisfactoria. Et ita plus tollunt pœnarū ab illo qui ex maiori charitate satisfeciſſet, & minus illi qui ex minori charitate. Hæc ille. Hæc dicta Palu. videntur esse dubia, & ex parte sequi opinionem sancti Bonauenturæ, hanc scilicet. Valor indulgentiarū attēditur penes laborem & pœnas, quem vel quas quis sustinet in opere pro quo dantur indulgentiæ: ita q̄ collator indulgentiarum secundum rectum iudicium considerat & ponderat causam p̄ qua dantur indulgentiæ: & secundum q̄ homines plus vel minus accedunt ad causam illā, plus vel minus participant de indulgentia. Hinc dicit stationes in vrbe esse constitutas pro peregrinis, & q̄ non tantū merentur qui sunt prope & in vrbe sicut venientes a remotis. Quantum ergo est ex parte dantis, tātū valent quantum promittunt: non tamen æqualiter omnibus: sed secundum existimationem eius qui dedit indulgētias: quā habuit vel habere debuit. Quā tñ non oportet exprimere: quia fideles debent credere q̄ dona spiritus sancti dantur æqua libratione. Hæc ille. Forte posset ad hoc allegari dictum Bonifacij viij. in extraua. Antiquorum. prius allegata notabili tertio. Plus & efficacius meretur indulgētias, qui frequentius & deuotius ecclesias visitauerit &c. Hanc opinionem videtur tenere Palud. cū inquit. Sicut pœnitentia facta in maiore charitate tanto est magis satisfactoria: sic illi. xv. anni lucrati tanto sunt isti plus vel minus satisfactorij q̄ illi, quāto pœnitētia istius fuisset magis vel minus satisfactoria q̄ illius. Videtur em̄ velle q̄ ille indulgentię vt tales, plus vel minus valent secundum q̄ opus indulgētiarum ex maiore vel minore charitate procedit. Possent etiam eius dicta hunc habere intellectum: q̄ opus indulgētiarum vt tale p̄cise, eodē modo est lucratiuū indulgētiarum vni sicut reliquo, non curando de maiore vel minore faciētis deuotiōe & charitate;



nec plus vel plures meretur indulgentias vni q̄ alteri, saltē cum indistincte dantur. Cum hoc tamen stare posse q̄ vnum & idem opus indulgētiarum, etsi sit aliaturum æqualiter indulgentias vni sicut alteri: diuiti vt pauperi, & econtrario: quia tñ ex maiori vel minori charitate, & voluntatis conatu procedit in diuersis, ē secundū hoc plus vl̄ minus meritorium: immo satisfactoriū. & ita simul stabunt paritas valoris indulgentiarum, vt talium p̄cise, & diuersitas meriti ac satisfactiōis ex bonitate opis pœnalis ex gratia p̄cedentis. Si Palu. intellexit dictum suum primo modo, & secundū opinionē S. Bonauēt. ex quo valor indulgentiarum est in potestate & in volūtate dantis p̄lati (Huius enim est taxare quantum pœnarum per indulgentiarum cōcessionē remittatur, secundum sanctū Thom̄. dist. xx. articu. iij. quęstiun. ij.) oportet p̄latum dantem indulgentias semper habere hāc intentionē in animo suo actualiter, vel virtualiter, cū dare indulgentias est opus humanum & cuiusdam iurisdictionis, q̄ velit eas valere pro diuersitate laboris & deuotionis maioris vel minoris charitatis, ac volūtatis conatus, quā solus deus qui nouit hominum corda conspicere potest. Et ita p̄latus nunq̄ posset determinate dare tantū, vel tantum indulgētiarum, immo raro vel nunq̄ (nisi casu) possent determinate dari equales indulgentię vt tales sunt p̄cise, non habito respectu ad meritū gratiæ, vel glorię &c. Ex consequenti videtur ecclesia fideles decipere. Insuper cum dantur. xl. dies pro vno & eodem opere, staret aliquem respectu alterius vix habere. x. Quō ergo stabunt remissiones plenarię diuersorum peccatorū, quorum vnus habet luere pœnam duorū peccatorum, alter. xx. vel. xxx? Vel posita paritate peccatorum stat vnum esse tepidum, alium charitate feruidum &c. Hoc modo potius indulgentiæ essent quędam merita p̄sonalia seu cōmutationes ac compensationes, q̄ liberales donationes, & cō municatiōes de thesauro ecclesię: immo nō differrent ab opere satisfactionis non priuilegiato vt videtur. Nec valet hic allegare opus pium indulgentiarum, ratione cuius dicuntur dari indulgentiæ: nam secundum Durañ. q. iij. vt supra, indulgentię tantū valent, quantū sonant, nō ex deuotione suscipientis, nec ex quantitate rei datæ, nec ex proportione ad causam indulgentię, sed ex abundantia meritorum Christi. Et secundum sanctum Thom̄. opus pium nō ponit vt sit mensura remissionis indulgentiarum, seu vt mensura remissionis indulgentiarum cōmensuretur labori p̄tuio, sed vt intentio illorum quorum merita cōmunicantur in indulgētiarū largitione, possit ad talem peruenire. Et alibi dicit. dissin. xx. ar. iij. Remissio nō proportionatur labori, sed meritis quę dispensantur. Ideo cletici & vicarij ecclesiæ ita consequūtur indulgentias sicut veniētes a longe cū indistincte dantur, nec plus indulgentiarum cōsequitur qui plus laborat secundum eundem, nisi bulla aliud canat. Sed id licet verum sit, non stat cum suo proprio dicto: cum dicit pauperem dando denariū vnū, tantūdem cōsequi quantū diuitem dando vnum florenum, cum literę loquuntur indistincte de porrigentibus eleemosynas aut manus adiutrices, sed non econtrario: puta q̄ tantū consequitur diues si dat denarium, quantum pauper donādo denarium. Nam frustra fit distinctio inter pauperem & diuitem quo ad hoc dum literę non canunt, & remissio secundū eum non proportionatur labori. Decet quidem diuitem plus dare paupere, sed non oportet, si literę nō distinguunt. Sic nec valet dictū Angeli in Summa, q̄ tantū valerēt venientibus de propinquo, & visitantibus &c. quātum a remotis: dum quilibet venit vt eum condecet. Ergo si Rex Roman. visitaret ecclesiā cū vno aut duob⁹ famulis nihil haberet: sic si ali⁹ ex humilitate p̄fecta pompa seculi humiliter veniret. &c. Quis em̄ dictabit & distinguet, cū bulla indistincte loquatur: quomodo veniendū sit ad visitandū locum illum &c? Tantum ergo valent pauperi vt diuiti, & ecōtrario: cū idē opus faciunt cęteris paribus, & bulla nihil distinguit. Secus cum bulla differenter iniungit opus indulgētiarum diuiti & pauperi. Item in articulo mortis sæpe dantur indulgentiæ vbi nihil operis p̄tūc fieri potest, sed forte olim aliquod factum est, ratione cuius Papa de thesauro ecclesiæ cōmunicat illi merita Christi satisfactoria. Clare pro nūc dictis est Franciscus Maronis, vt infra dicetur, iuxta finem huius propositionis. x. & Hostien. Illa clarēt etiā ex bullis summorū Pōtificū in iubileo & aliis datis, in quibus quādoq; pro ecclesię necessitate diuersa pro diuersis imponuntur: quādoq; non diuersa, sed sola visitatio Vrbis ad limina Sanct. Pet. & Pau. Nec p̄sumendū vllatenus q̄ Papa velit decipere ecclesiam, aut min⁹ valere q̄ valeant indulgentiarum concessiones. Item Alex. vj. dedit indulgentias iubilei visitantibus certa altaria in suis locis, secundum ordinationem legati. Item religiosis & fratribus mendicantibus & alijs nihil habentibus, si secūdum determinationem cōmissarij vel legati orent pro Papa, pro pace ecclesię, si confessionem audiāt, indulgentias denunciēt &c. quę tamen opera respectu itinerationis romipetarum fuere fere nulla. Et ideo sicut lex vniformiter datur multitudini & æqualiter, quę in multis est tolerabilior diuiti q̄ pauperi: ita de indulgentiarum concessio-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ne liberali suo modo dicēdum, nisi literę apostolicę aliud canant. Non ergo videtur valere dictū Palud. pro intellectu primo, sed pro secūdo. Sic enim est opus indulgētiarū, & cum hoc est opus meritorium & satisfactorium. nec minus est meritorium ac satisfactorium: quia priuilegium & opus indulgentiarum, vt supra. Consimiliter dicendum de opinione San. Bonauen. Ad sensum quem verba eius pretendunt non placet: secus si vt supra notabili. iij. intelligūtur & modo nunc tacto. Pariformiter videtur intelligendū dictum Richar. distin. xx. cum inquit. Quantū ad remissionem extensionis pœnę, pares sunt qui min⁹ dant & qui plus, si hoc cōtinetur in forma indulgentię. Sed quātum ad remissionem intensionis pœnę, & quantū ad sui dispositionē ad recipiendum augmētū gratię, impares sunt. Sic eñ plus cōsequitur qui plus dat: nisi in casu quo minus datum, esset maius per comparationē ad dantē, q̄ maius datum per cōparationē ad dantem: vt in paupercula quæ Matth. xij. plus omnibus misit in gazophylaciū. Pro cui⁹ intellectu faciūt dicta quęst. precedente dub. viij. an opus precepti etiam sit satisfactorium: & quō contingit quē facere aliquod opus quo ad substātiam operis ad quod tenetur cum multis circunstātijs bonis ad quas nō tenet, ratione quarum potest dici opus supererogationis. Et ita puto intelligendam bullam Bonifacij. viij. in qua habetur q̄ quis efficacius alio indulgentias mereatur: vtputa quia frequentius ecclesias visitat & deuotius. Nā respiciendo precise operis indulgētiarum substantiā: si capax est indulgentiarum inde habet indulgētias. Insuper respiciendo bonā operātis dispositionem & operis circūstantias ad quas non tenetur: inde habet similiter suam remunerationem.

¶ Corollarium primum. Indulgentię non necessario consequūtur diuersitatē & excessum boni operis vel meritū ꝓprie dictū operātis: sed potissime stāte pietate causę, & subiecti capacitate auctoritatem dantis, indulgentias de thesauro ecclesiæ liberaliter cōmunicantis. Fran. Maro. tracta. de Claui. inquit. Indulgentię de bonis meritorijs non proficiunt secundum excessum talis meriti Q̄ñq̄ enim datur indulgentia mator ꝓ minori, & econtrario: quia nō proficit ad tollendam pœnam ex merito operis vel operantis, sed auctoritate dantis. Et subiungit cōcordando cum Duran. quęst. iiij. distin. xx. q̄ indulgentiæ absolute datę proficiunt: q̄uis non sint alicui bono operi cōnūctę. Exēplificat de articulo mortis. Pro quo facit Alex. vj. qui dedit in iubileo. anno. M.D. plenarias remissiones bellaturis cōtra Turcā, aut victualia, aut alia necessaria mittentibus: etiam si cōtigerit eos mori in itinere post arreptū iter. Ad idem San. Thom. distin. xx. artī. iij. quæstiun. ij. Causa remissionis pœnę in indulgentijs non est nisi abundantia meritorum ecclesiæ: quę sufficit ad totam pœnam expiandam: non autem causa remissiōis effectiua est deuotio, aut labor, aut datum recipientis, aut causa pro qua fit indulgētia. Vnde non oportet ad aliquod horum ꝓportionari quantitatem remissionis: sed ad merita ecclesię quę semper superabundant. Et ideo secundum q̄ applicantur ad ipsum, secundū hoc cōsequitur remissionem &c. Idem vult Durañ. q. iiij. vt supra. ¶ Corollarium secundum. Stat aliquos duos facere idem opus indulgentiarum, & eosdem in ęquali numero extensiue dies indulgentiarum consequt: & tamē vnum plus alio remissionē pœnarum intensiue per opus indulgē tiarum mereri. Hæc corollaria possunt colligi ex dictis Hostiesi. in Sum. titu. de remissi. §. Ad qd valent & inquātum. cum inquit. Valent ad id & inquantum concessę sunt: et inde sumens crucē pro subsidio terrę sanctę ex ordinatione Papæ, si moritur nō sentit purgatorium. Verū oportet hic directe considerare tenorem concessionis. Itē dās eleemosynas ꝓ indulgētia annali, lucratur eā & valet sibi ad releuandum onus pœnitentię. Itē dans septē nūmos pro acquirendis indulgentijs septēnalibus, liberatus est sine dubio quo ad ecclesiam militātem, ita q̄ non tenetur ad eam seu ieiunare. nam indulgentię tollunt iniunctas pœnitentias. Item maioritas & minoritas remissionis non attēditur secundum illa quę dixit Ray. puta deuotionē pœnitentis, maiorem vel minorem: sed secundū fidem pœnitentis & voluntatē siue auctoritatē dantis. Attamē prelatus indiscrete faciēs remissionē hmōi onerat se. Et iuxta finem. §. vult. si sacerdos simplex limitet pœnitentiam & iniungat certam, puta triennalem: relinquā remittat auctoritate sua & ecclesię, hac completa non est credēdum q̄ in purgatorio affligatur: licet presbyter se oneret & fatue agat, pœnitentiam sic remittēdo. Ecce dictum singulare de sacerdote simplici: & q̄ causa non necessario requiritur in cōcedente. Q̄z dicit fidem pœnitētis, puto duo includi, scilicet credulitatē nudā q̄ claues ecclesię se ad hoc extendant. Vnde Augusti. Christus dedit claues ecclesię: vt qui credūt in eis dimitti peccata, percipiant indulgētiam. qui non credunt, nō percipiant. Secundo includitur charitas: quę requiritur ex parte suscipientis, secundum prędicta. Quibus additur auctoritas cōferentis: quę in prima conditione fidei includi potest. Illa enim, absolute loquendo, sufficiunt & requiruntur ad indulgentiarum consecutionem & collationem, tametsi Papa posset aliter disponere. Gerson in de absol. Carth. & de indulgentijs



dicit non esse curiose scrutandum de indulgentiarum precisso valore: sed conandum q̄ homo indulgentias consequatur, secundum qualitatem suę vocationis: reliquum deo cōmittat qui oīa
M fecit in numero, pōdere, & mēsura. ¶ Vndecima propositio. Tametsi non sit dubium indulgētias rite concessas tollere omnes pœnitentias rite iniunctas vt tenor plenariarum concessionū cōiter habet: attamē indulgētię plenissimę tollūt omnē pœnam etiam iniungi debitam: vt tenor concessionis indulgentiarū indistincte clamat. Prima ps habetur ca. Cum ex eo. de pœnitētijs & re. Secūda pars claret ex bullis, quę indistincte loquuntur sine specificatiōe de iniunctis pœnitētijs. Ex parte indulgentiarū nō est repugnātia: quin ita possint respicere iniungēdas vel iniūgi debitas claue nō errāte sicut iniūctas. Ergo sūmus Pontifex & generale concilium, vnum potest vt reliquū. Forte inferiorum concessiones per generale conciliū & Papam sunt magis restrictę quo ad pœnitentias iniunctas. De illo etiam loquitur prius allegatum. cap. Cum ex eo. §. vltimo. Ex illo sumi potest intellectus huius dicti: do tibi indulgētias. xl. dierum, secundum opinionē communem, q̄ indulgentię valent in foro dei & ecclesię, do seu cōmunico tibi de ecclesię thesauro tantū, q̄ pœnitētiā. xl. dierū iniunctā, quā luere deberes ex iniuncto pro peccatis tuis quæ cōmisisti, possis soluere & redimere faciēdo hoc vel illud opus indulgētiarū vt literę canunt. ¶ Si quęritur, an cōsecutus indulgentias plenarias, adhuc teneatur ad quādā pœnitentiā subeundam: Respōdetur. cōsecutus indulgentias plenarias tenetur quidem adhuc ad pœnitētiam preseruatiuam a peccatis, aut etiam medicatiuam, sed non tenetur necessario ad satisfactiuam. Nam post indulgentias acceptas ad huc retinet habitus vitiosos & inclinationes prauas. Hinc solent imponi post consecutionē plenariarum indulgentiarū pœnitentię preseruatiuę de voluntate & cōsensu peccatoris, et quādoq̄ humiliatiuę hois pro gratiarū actione, ac beneficiorū remin: scentia: sed non proprie satisfactiuę: qa ex hoc opinari posset eas non fuisse plenissimas. ¶ Corollarium primum. Etsi concessiones particulares indulgentiarū vt cōmuniter sonant de iniunctis pœnitentijs, possunt tamē indulgētię Papales etiam tollere: si forma concessionis admittit vel nō excludit pœnas iniūgi debitas. Q̄z aūt patres vtūtur vocabulo Iniunctis, puto hoc esse in fauorem indulgētiarū. cap. Cum ex eo. de pœ. & re. Et est dispositio concilij generalis, ne ecclesię claues contēnentur, & salutaris pœnitētia eneruetur. Nō tamē ob hoc indistincte q̄uis iuris pœnitētia est peccatori imponēda obligatorie, nisi ad manum habeat indulgentiarū concessionē qua re dimat eam, aut alia quęuis a peccatore nolita iuste & rationabiliter. ¶ Corollariū secūdū. Quia secundum prædicta & iuris cōmunis dispositionē indulgentię saltē particulares tollunt pœnā iniunctā, & non additur a quo, an a sacerdote, vel iure, vel dei iustitia: quia tamē omnis peccator ad condignam tenetur pœnitentiam, quā deus iusto iudicio cuilibet imponit, et ab eo si saluari vult exigit & requirit: ideo dici posset probabiliter siue assertione: q̄ omnis peccator habet pœnitētiam iniunctam per indulgentias redimendam: et per consequens q̄ pœnam canonicā, ius scriptū vel nō scriptum cuilibet pro suis peccatis, citra tamē obligationem operosam pro statu viæ imponit aut saltem ostendit quid agendum sit pro peccatis. Posset tamen aliquo modo cōcedi, peccatorē ad hanc esse obligatum, si vult saluari, vel ad ęquiualens. Exēplum de decalogo, si quis vult saluari. Q̄z autē nomen iniungere sic sumatur large, patet ex diuersis bullis: in quibus dicitur. Et in remissionem iniungimus peccatorū. ca. Cū ex eo. de pœni. & remissio. vbi Papa solū hortatur ad eleemosynas, & non ponit obligatorie. Sic ergo posset cōcedi q̄ deus offensus, tus scriptū, & cōfessor imponunt pœnitentias pro peccatis: quarum quęlibet sufficit ad indulgentiarū cōsecutionem: et illa ois indulgētia, tollit pœnā iniunctam &c. Sed hic non assero quippiā ductus ignorantia. ¶ Corollariū tertiū. Licet tutum sit, secūdum Palud. non tamen est necessariū ad indulgentiarum consecutionem, cum homini imponitur a iudice pœnitētia pro peccatis: q̄ illa iniunctio fiat cum disiunctione: vt q̄ faciat illam emendā vel opus ęquiualens indulgētiarū. Fit eñ in potestate peccatoris illam emendam assumere vel non assumere secundū prædicta: nec confessor potest eum ꝓprie ad purgatorium ligare, nec ab indulgentiarū perceptiōe (si potest facere opus indulgentiarum secundum formā concessionis) prohibere cæteris paribus: licet monachus posset recludi in claustro & prohiberi ne illuc &c. vadat. Ratio mouens Palud. est: quia tunc cum confitetur præsumit esse in gratia: et si ipsi tunc imponitur pœnitētia sub disiunctione vel opus indulgētiarum, magis erit securus de indulgentia. Et licet secundū Hostieñ. vt supra, corollario quīto propositionis septimę, necesse est peccatorem recipere licentiam a suo curato cum vult peregrinari, vel a suo iudice secūdum alios: quatinus possit fieri particeps indulgentiarum hincinde, vt peccator episcopo alieno sic subijciatur quo ad indulgentiarum cōsecutionem: non tamen oportet a sacerdote pœnitentiā iniungente recipere fauorem vt opere indulgentiarum vti possit pro pœnę per eum iniunctę remissiōe. ¶ Corollarium quartum. Est salubre cō-

Universidad de Deusto
Biblioteca



stium(stante opinione q̄ quis non possit satisfacere pro peccatis cum est in peccato mortali cōstitutus)cum iniungitur alicui pœnitentia grauis quā spote suscepit forte annalis,quātocyus quęrere pœnitētiæ illius per indulgentias remissionē: aut cum confessor non vult quēpiam absoluere nisi subeat hanc grauem ac quasi intolerabilē pœnitentiam &c.aut cum quis p̄sumpsit melius de se,sed non potest ferre pœnitentiam. q̄uis alias in genere loquendo, si opera pœnitentiæ faceret prout deberet,multa & plura cæteris paribus posset mereri,q̄ opus priuilegiatum vt tale p̄cise faciendo. ¶Corollarium quintum. Indulgētiarum opera ad non priuilegiata comparata habent se regulariter vt excedens & excessum. Nam prima sunt celerioris liberationis : & quandoq; quia nō multiplicātur fiunt minoris meriti & gratię & gloriæ. Item prima habent effectū ex merito passionis Christi & sanctorum vt sunt priuilegiata p̄cise. Alia etiam ex merito personali. Item acquisitio gloriæ est melius bonum remissione pœnę.

¶Corollarium sextū. Quia bona voluntas sufficit apud deum ad merendum,sed non ad satisfaciendū, non potest indulgentias consequi qui opus pro quo dantur indulgentię non adimplet. nisi liceat equiualens aliq̄d facere de superioris cōcessione. Indulgentię enim tantum valent,quantum sonant . Sicut non est in potestate cuiuscūq; opus indulgentiarum in alium transferre sine auctoritate superioris indulgentias dantis: ita nec equiualens prout libet assumere pro indulgentiarum consecutiōe dimisso opere priuilegiato si est
N per p̄latum institutū . ¶Corollarium septimū. Si vera sunt dicta doctorum, vt supra, q̄ ad indulgētiarum collationem & receptionem sufficit in dante auctoritas,in causa pietas,in suscipiente charitas,quantum est de se, nisi ordinatio prælati aliud habeat circa operis pro quo dantur modificationē & peccatorū actualem confessionem,sine quibus Papa potest dare indulgentias : et q̄ maioritas indulgētiarum non oritur p̄cise ex deuotione suscipientis,nec quātitate rei datę,nec ex p̄portione ad causam indulgentię,sed ex abundantia meritorū Christi: possunt plęraq; doctorū dicta quę a multis floccipenduntur, bene interpretari & saluari: vtputa cum dicit San. Thom. Durā. & Palu. Cum dātur indulgentię indistincte ad aliquem locum porrigentibus manus adiutrices,intelligitur secundum suam conditionem, et q̄ est ei cōueniens qui porrigit manum adiutricem. Vt si Rex dat pauperi vnum nūmum,non censetur fecisse auxilium:quia decet eum secundum statū suum plus dare. de quo supra propositiōe. x. Sic & dictum San. Bonauent. cum inquit. Nō solum falsum est,sed etiā irrisione dignum dicere, q̄ aliquis pro tribus obolis vel denarijs possit redimę re mille peccata:q̄q; mali reportarent cōmodum ex malitia sua : cum alicui remittitur tertia pars pœnarū,alteri quarta,aut sexta. &c. Et diues dās obolum habet tantū,quantum paupercula. Intrā tes a longe ecclesiam & de p̄pinquo venientes, tā tundem habēt.quę secundū eum sunt abusiones. Quibus consonat Gerson tracta. de indulgentijs consid. viij.& deinceps,cum inquit. Solus Papa Christus potest illam tot dierum & annorum mille millium indulgentiam concedere,qualis reperitur in diuersis concessionibus summorū Pontifi cum & aliorum sub diuersis tēporib⁹, locis,& cautis. Et forte talis enormitas concessionis ab aliquibus quęstuosis aut alias male motis conficta est. Et consi. x. Indulgentiarum concessio per tot milia nedum dierum sed & annorum, videtur difficulter saluabilis post remissionem eternę pœnę & cōmutationem in temporalem. Cōstat em̄ q̄ nec potest nec debet homo singularis in hac vita ad tot annos obligari agere pœnitentiam, cum non sit victurus per millesimam partem tot annorum:et nemo ligatur ad impossibile. Ad idem in de forma absol. sacr. dicit tales concessiones cum duo milia annorū dantur legentibus Pater noster &c. corā tali imagine, esse fatuas & superstitiosas, vt supra notabili prio tactū est. ¶Ista dicta nunc recitata possunt rite saltem aliqua defendi a falsitate & ludibrio. Potest enim aliquis tribus obolis redimere mille peccata ad bonum intellectum cō muniter haberi solitū:immo minori: vt cum Papa in extremis constituto dat plenariam remissionem alicui sine opere indulgētiarum p̄cuto secūdum Durañ. & in similibus. Sufficit em̄ ad absolutā cōcessionem fides pœnitentis, & auctoritas dantis, secundū Hostien. q̄uis passim & regulariter illa fieri nō debeant propter causas tactas de pœ. & re. cap. Cum ex eo. ne pœnitentialis satisfactio eneruetur,& claues contēnantur. Et p̄lati in discrete agentes:non respiciendo p̄cise honorē dei & ecclesię vtilitatem,non euadūt culpam. At tamen(secundū multorum opinionē)cōcessio tenet,maxime dum subest causa pietatis:& p̄sertim cum non est destructiuum cultus diuini, nec impedit ecclesię vtilitatē &c. Et p̄sumitur maxime de Papa Christi vicario q̄ sit fidelis dispensator. Nec peccator reportat cōmodū de malo : nec eneruatur: sed saluatur ordinatio dei. Deus enim remittendo culpam & obligādo ad pœnam,non ordinauit eam non posse vel debere solui per aliū eius nomine : sed exigit solutionem, siue per se, siue per alium. Itaq; satisfit deo,cum facta est solutio pœnę. Et dicit Durand. quęstio. iij. Si peccator cōsequitur remissionē peccatorū tribus denarijs,non est nimis magnum forum de misericordia dei:dummodo sit debita causa hoc faciendi, quia multo plus fuit misericors Christus pro nobis passionem(cuius virtute fiūt indulgētię) sustinendo. Ideo cum secundū p̄dicta indulgentiarum collatio nō innititur merito particularis hoīs indulgentias cōsequi volentis, sed auctoritati dispensantis & meritis sanctorum quorū Papa est dispēsator suppositā causa legitima,potest Papa pro loco & tempore ad promouendum dei honorem & ecclesiæ vtilitatem indulgentias largas dare pro re minima vt vulgus loquitur, citra clauium contemptum & ludibrium. Et quale inconueniens:si dicatur Papā posse absolute purgatoriū euacuare? Exēpli causa:sint in purgatorio mille aīę:& vadāt assumpta cruce viuoq; centū:sitq; ordinatio Papæ q̄ singulus possit decem animas liberare &c. Hoc enim & illi concedunt. iam purgatorium euacuatur. Si ergo potest hoc Papa, vt fecit Alex. vj. in iubileo, dando indulgentias morituris in itinere &c. cur nō hic? Et sicut in hoc casu nō respicit magnitudo laboris, sed sufficit bonū propositum bellandi:& auctoritas cōcedentis pariter & fidei vtilitas & necessitas:ita & in proposito dici potest. Cum hoc stare potest,q̄ nōnunq̄ aliqui talia confinxerint. vt in cap. allegato. Cum ex eo. & in Cle. de pœni. & remiss. capit. Abusionibus. vbi multę abusiones recitātur. Sic ordinari posset quo ad clericos pugnaturos exhortātes, docentes in fide &c. Nec impedit si opus indulgētiarum est spirituale vel corporale:dū saltē auctoritate concedentis indulgentias est priuilegiatū. Item cum dicunt alicui remitti mille peccata aut tertiā partem peccatorum:si intelligitur de remissione culpę,cōcedit q̄ est falsum: quia indulgētię respiciūt pœnę tēporalis & non culpę remissionē: sed p̄supponūt eā. de pœ. & re. in Cle. c. Abusionibus. De diuite & paupe patuit. Sic de iuuātib⁹ ecclesiā de p̄piquo & remoto. Cōsequūt q̄dē easdē indulgentias, sed non habent idē meritū. Præmiū enim essentiale datur secūdū quātitatē deuotiōis, feruoris,& laboris &c.& p̄miū accidētale. Nec fit in hoc iniustitia:quia indulgentię non dantur ex debito,sed bn̄placito prælati, vt supra. Ad dicta Gersonis nō cōstat de huiusmodi concessionib⁹. Forte doctor ille nūero indeterminato p̄ determinato valde magno vtitur, vt sumi potest de forma absol. sacr. vbi idem sub alio refert nūero. Verum quicquid sit de illo, possunt fieri abusiōes & fictiones plurimę a quęstoribus. Hinc gn̄ale concilium, vbi supra, posuit legem prelatis & p̄fixit formā quæstoribus, quā proponere debēt & non aliam. sed per hoc Papę manus nō est clausa. Itē nescitur quot anni huius seculi in pœnitentia correspōdēt vni anno in purgatorij pœnis: & indulgentiarum dies sunt remissiōes pœnitētię, ac pœnarum huius seculi, secundum p̄dicta. propositione. x. Q̄z etiam dicit huiusmodi excessiuas cōcessiones esse supstitiosas & fatuas: potest aliquo modo admitti: qa sunt suspectę, aut quia nō sunt tantæ vt p̄dicantur ab ijs qui forte cōsinxerūt, cedunt deniq; in ludibrium clauium & pœnitētialis vitę eneruationem. & ita cauēdę. Suo modo dicatur ad dictū Palu. quęst. iiij. articu. j. Negetur q̄ Papa non possit sic dare: verum est pro causa iniusta non dat, aut forte dare non potest: vt causa iniusta dicitur quæ fouet peccatum & est contra honorem dei,& ecclesiæ vtilitatē. Cum vero dat, p̄sumendū est de causa iusta, dum saltem nō cōstat de iniusta. ¶Corollarium octauū. Etsi posset O vere dici indulgentiarum cōcessiones esse (maxime quo ad deum) opus liberalis remissionis : attamē dicunt aliqui: q̄ opus indulgentiarū est veluti meritū cōgrui:indulgentię vt p̄miū accidētale. Item opus indulgentiarum est veluti labor: quo promouetur laus dei & sanctorum, ac ecclesię vtilitas: indulgentię vt stipendium, stante ordinatione summi Pontificis. Ad hoc alludūt plęrę q̄ indulgentiarum bullę. cap. Si dent. de remissio. & ve. Cle. Vbi dicūtur indulgētię dari loco manualiū distributionum, vt per eas fideles aīentur ad diuinum cultum. ¶Corollariū nonū. Si quis consequitur indulgētias annales de iniunctis pœnitentijs, potest per eas redimere pœnitentias annales huius seculi sibi pro tunc iniunctas a sacerdote, vel eas ad futurum seculū reseruare p̄ multipliciū pœnarū, ad quas pro peccatis commissis tenetur, solutione. Patet ex dictis. Sed non potest huiusmodi indulgentiarū fructū reseruare p̄ peccatis quandoq; cōmittēdis pro absterſione pœnarum eorūdem sibi forte iniungēdarū. patet. Nam indulgentiarum concessio, est de peccatis præteritis & iniunctis: non iniungendis pœnitentijs. Hic enim intuitu indulgentiarum vult peccare in futurum: & deficit causa cōcessionis indulgentiarū: scilicet pietas & honor dei: deficit subiecti capacitas & carentia gratię. ¶Corollariū decimū. Indulgentiarum cōcessio non est paruipēdenda seu cōtemnenda: sed amplectenda deuote, in fide, spe, & charitate domini nostri Iesu Christi: qui potestatē talem dedit hominibus. ¶Corollarium vndecimum. Quia in moralibus tutior via eligenda est, expedit, & summopere conducit: ita iniriti indulgentijs p̄ticularibus, vel plenarijs vt nō omittantur prorsus, & totaliter pœnitentię opera peccatis debita . Patet respiciendo multa dubia quæ hinc inde occurrūt in indulgentiarū materia: an tollant solum iniunctā, & a quo: an etiam iniungi debitā pœnitentiā &c. tametsi de auctoritate dantis indulgentias viuis & mortuis, vt supra, nulla sit dubitatio: sed veritas &c. ¶Corollariū duodecimū,

Non opus est ad indulgentiarum collationē prelatum habere certam & determinatā verborū formam: sed sufficit prælatum in indulgentiarū collatione suam explicare & voluntatem & auctoritatem. Patet: quia collatio non est sacramētalis: sed cuiusdam voluntarię iurisdictiōis. Ita tenet Gerson. in de forma abso. confes.

P ¶Quantum ad articulum tertium est dubium primum de consequētibus indulgentias plenas in mortis articulo: an statim euolent. Circa quod videndum, quid venit nomine mortis articulus: quia nō solum vltima hora suspirij mortis: sed tempus illud quo probabiliter timet de morte, secūdum coniecturam humanā, vt cū aliquis constitutus est in periculo maris, in bello, in loco pestifero, in obsidiōe inimicorū, Mulieres prope partū vel in partu, vt habet cōmunis opinio, in periculosa peregrinatiōe, & ita de similib⁹. Item in senio magno & multorū annorū. Sic est dare verum articulum mortis & presumptum, cū quis timore mortis munitur sacramentis: licet resurgat a valitudinis lecto. Dubiū petit duo principaliter. vnum: an indulgētię date pro mortis articulo valeant toties quoties cōtingit quē in mortis articulo constitui vero vel presumpto, vel solum in vero mortis articulo, cū iuors quātocyus comitat. Aliud: an sic absoluti & indulgentijs donati euolent. Ad primū: hoc dependet ex mente legislatoris dantis indulgentias: quę nōnunq̄ clare exprimit in tenore concessionis: sicut declaratū fuit tempore Inno. viij. circa intellectū confessionalium, q̄ remissio valeat vigore eorundem toties quoties homo veriſimiliter habet timorē de morte sua: etiam si tunc non moriatur, ac etiam in vero mortis articulo. Idipm̄ explanat & determinat Alex. vj. in bulla sua contra Turcas. Cum ergo ex serie verborum constet de mente legislatoris, q̄ valent quoties cōtingit homines in mortis articulo constitui, non est vltra quærendū. Secus dum literę idipsum non explicant. In hoc casu videtur consilium: si indultum non sonat nominatim de vero mortis articulo: sed dūtaxat in genere de mortis articulo sine specificatiōe, toties quoties quis ad ipsum mortis articulum peruenerit, q̄ quis se faciat si op⁹ est absolui toties quoties vigore concessionis, & petat sibi indulgētias dari, si tenor concessionis habet q̄ potest eligere confessorem &c. qui sibi indulgentias tribuat & conferat, referendo intentionē suam ad mentem Papæ indulgentias plenarias cōferentis. hoc enī tutius est: & valet vt valere potest. Nec est simile de vnctionis extremę sacramento: quod valet toties quoties, licet sit sacramētū exeuntium. Hic vero expirat priuilegiū: cum quis eo semel vsus est in mortis articulo, quo ad remissionē plenariā, nisi textus indulti aliud habeāt. Q̄z si hmōi eger resurgit a valitudinis lecto, & nō est clarum quid venit in bulla nomine articulus mortis, an verus vel præsumptus: si prius absolutus fuit, forte non vigore specialis indulti: sed generalis concessionis, & dilatatiōis clauis vt Palu. loquitur in sacerdote pro articulo mortis, tutius est, immo debitum: cum absolutio non potest esse conditionata: & forte habet casus reseruatos, petat idoneū cōfessorē: qui se absoluat in reseruatis. Et cū principale, puta confessionis audientia quo ad casus reseruatos pręsertim nulla est, etiam accessorium, hoc est pœnitentię iniuncto, & indulgentiarum collatio saltē pro illis non confessis, quo ad hoc nulla est. Q̄z si morturus non habet de nouo cōfitenda: sed duntaxat prius rite confessa: non oportet vt tunc vigore indulgentiarum cōsequēdarum confessionē sacramentalē premittat. Nam illa facultas absoluendi datur ipsi in fauorē indulgentiarū, si opus habet cōfessione, & sacramētali absolutiōe. Si habet cōfitēda, sed oblita, aut loqui nō potest, dicat vt supra. Videtur enī ꝓbabile dictu, licet Papa possit alicui contrito habēti propositū & voluntatem confitendi dare indulgentias peccatorum nō confessorū actu, sed contritorū, dūmodo alias est indulgētiatum capax: sicut fecit Sixtus. iiij. in indulgentijs ecclesię Vrachensis diœce. Constan. Attamen cōmunes literę concessionum etiam Papalium loquūtur & sunt intelligendę de confessis actu, & nō solum proposito: sic q̄ licet alicui nunc non confesso sed contrito (gratia exēpli) pro cōsequutiōe indulgentiarū de corpore Christi &c. possunt dari indulgētię, & ipe consequi eadem pro peccatis olim cōfessis & cōtritis, non tamen pro contritis nondum confessis actu, nisi indultum specialiter hoc dicat. Nec impedit dictum Panor. ca. Omnis vtriusq̄. cū vult q̄ indulgentię cōcesse vere pœnitētibus & cōfessis prosint illis qui semel fuere cōfessi in anno & habent cōtritionem preteritorum & propositum confitendi &c. Nam intelligitur q̄ ꝑ illis quę confessi sunt, possunt nanciſci indulgētias, si sunt ꝑ tunc capaces indulgentiarum. Similiter nec dictū Antonini in expositione prefatæ Decretalis impedit: quia est intelligendum, vt dictū Panor. Sicut q̄ non confessa non impediunt indulgentias peccatorum cōfessorum actu dum quis est alias contritus, & capax indulgentiarum. Sed nō extēdunt se ad non confessa actu (cōmuni lege) ꝑ cōsequēs nec ad oblita, de quibus nō est facta cōfessio specialis & noiatim, sed forte solū gñalis, quia euaserūt hominis reminiscentiā & cogitationem. Imputet sibi cur non crebrius confessus est, aut peccata annotauit chartæ, si labilē habuit memoriam, & multis curis implicitus. ¶Corollarie sequitur. Rarissime consequitur quis in iubileo plenissimas indulgētias, non ex indulgentiarū defectu: sed propter sui negligentiā. Hinc nō abrenūtur sępenumero & imponūtur emendę pro peccatis &c. Papa vero dat plenissimas, ad hoc dispositis. Nec cogit glo. in Cle. Si diuinū. de re. & vo. dicens huiusmodi concessiones non esse amare intelligendas. Hoc enī est diuinare, vt videt, de mente & voluntate collatoris indulgentiarū. Satis enī est homini ad consecutionem gloriæ ęternę confessio generalis peccatorum quorū nō potest habere reminiscentiam post debitam conscientię discussionem. Ibi deus voluntatē bonā & inculpabilem pro facto habet: quia nemo obligatur ad impossibile in lege diuina. Secus in indulgentijs: qa requiritur secundum mētem prelati. Nec per hoc Papa ligat quē ad impossibile: quia dat capacib⁹, & sic qualificatis. Sicut Christus nō vult beatificare nō baptizatū in aqua & spū sctō, aut baptismo sanguinis aut flaminis. Qui enī nō est qualificat⁹ scđm illā constitutionē, non est de numero saluandorū stāte lege. Ita in proposito. Nec per hoc Papa facit cuiq̄ iniuriam nec acceptat personā &c. Et licet cōfessi in iubileo loci alicuius: si tempore confessionis nō reminiscūtur peccati alicuius qđ est casus reseruatus, possint idipsum posterius cū recordātur eiusdē confiteri idoneo sacerdoti, & vigore prioris concessionis absolui: non tamē possunt nunc consequi de nouo indulgentias ꝑ nūc confesso. Sed nec prius consecuti sunt ꝑ eodem indulgentias: si indulgentiarū concessio fuit solū pro confessis: quia hoc intelligitur actu: & non solum ꝓposito. Item intelligitur de cōfessione & absolutione sacramentali: qualis non est confessio seu absolutio generalis quę nōnunq̄ fit. Cuius ratio est: quia concessio non extendit se ad illa non confessa. Istud priuilegiū de cōfitendo posterius peccatum prius obliuioni datum tempore indulgentiarum, doctissimi Theologi practicarūt in indulgentijs Vracheñ. datis vt supra a Sixto quarto. Si videntur hęc dicta rigida, sunt tamen vera, salua maiorum sententia saniore. Ita etiam videt sentire Gerson. in de forma absol. sa. vbi vult q̄ non oportet addere ly oblitis: quia absolutio sacramentalis non est oblitorum: sed confessorum. Ad hoc facit tenor antiquorū confessionaliū dicentium. De quibus ore confessus & corde contritus fueris. Ita habent omnes antiquę cōfessiones quas ego vidi. Secundū hoc, dicta priora, si quādoq̄ videntur his nō consona, veniunt moderanda. Opus etiam est videre tenorem indulti, si op⁹ sit habere sacerdotem qui ei indulgentias tribuat, aut si eoipso q̄ capax est indulgentiarū & absolutus sacramentaliter a peccatis, tam particeps est in dulgētiarū plenissimarū & eas habet ꝑ nūc in habitu, vt quidā dicūt, datas sibi tunc a Papa, cum in vita olim fecit opus indulgentiarum: vt factū fuit vt supra in ecclesia Vracheñsi tempore Sixti iiij. Si vero quo ad secundā partē dubij talis euolet vel nō, difficile vel forte impossibile est nobis scire propter multa quę obstant. Si enim in vero mortis articulo consequitur indulgentias modis prędictis, stat q̄ euolet, stat & cōtrarium. Si enim rite & legitime cōsequit & recipit indulgentias plenas & plenissimas sumptis vocabulis vt supra notabili tertio: nec postea peccat: euolare creditur: quia sic liber est ab omni culpa etiam venali: quā secundū Gerson. consi. xj. de indulgentijs. plenissimę indulgentię tollunt: & ab omnis peccati pœna. Si vero postea peccat, habet pœnā ꝑ peccato sustinere. Si non rite consequitur eas: vel si in aliquo est defectus: quia non est confessus plene oīa peccata: sed multa transierunt &c. non euolat sed prius purgabit per ignem. Sic de culpa venialū si non est deleta, secundum aliquos, secundū generalem contritionem non euolat, sed prius purgabitur ꝑ ignē. Sic si in articulo mortis p̄sumptoh⁹ indulgentias & priuilegiū tunc expirat: vel nō moritur: sed resurgit a lecto &c. secūdū hoc dicat cōsimiliter prędictis. Plęraq̄ alia dubia sunt in materia indulgētiarū: ideo prę sumptionis est velle cū pręcisione ad dubium respondere, si euolat. si fecit facienda omnia euolare creditur. ¶Secūdum dubiū est. Esto: duo faciūt opus indulgentiarum per modum suffragij ꝑ defuncto, & singulus eorum sufficeret: nec constat alteri de suffragio altetius, cuius opus proderit defuncto. Dicendum, illud quod pri⁹ est tempore prodesse illi defuncto. sed respectu secundi se habet vt non indigens, & cedit in bonum factori, vt est pręcise opus pium, sed non vt est opus indulgentiarum: vel in bonū alterius, si conditionaliter dedit alteri, vt est satisfactiuū pręcise, veluti opus non priuilegiatū. Nec redit in thesaurum ecclesię, vt quidam videtur dicere: quia nunq̄ fuit in eo, nec inde receptum est. Nec est ille sensus cum aliqd dicitur recipi de thesauro ecclesię, q̄ aliquid inde realiter extrahat, sed q̄ opera supererogationis Christi & sanctorum sibi auctoritatiue aut per modum suffragij in remissionē & solutionem pœnę cōtantur vel dispēsantur, vt supra propositione. xj. Posset etiam dici esse locum grat. Potest enī deus cum suffragia equaliter fiūt a duobus acceptare pro tertio vel illud vel illud, vt sibi placet. Et similiter prelatus ecclesię vult auctoritatiue thesaurum ecclesię illi participare: si opus habet & capax est. & hoc sufficit defuncto: quod superest non deperditur. ¶Tertium dubiū. Esto, summus Pontifex in aliqua ecclesia dat semiplenam indulgētiā, hoc est relaxat

Universidad de Deusto
Biblioteca



medietatē pœnarū,non autem plenariam pro defunctis per modum suffragij:an duobus facientibus opus suffragij hoc modo ꝑ defuncto vel vno opus indulgentiarum frequentante vel gerente defunctus consequitur plenariam remissionem. Dicendum:oportet conspicere tenorem cōcessionis. Si enim est de mente indulti aut concedentis,ꝙ quis possit omni die & quolibet die huius hebdomadæ toties quoties lucrari semiplenā pro defuncto aliquo, vel defunctis amicis & cognatis,nō tamē habebit plenariam. Esto enim ꝙ aliquoties lucretur semiplenā,nō tamen nisi semiplenam illius totius quod pro tūc reperitur soluēdum:cum sit opus indulgentiarum secūdū partes proportionales. Si autem tenor cōcessiōis nō explicat quāto tempore & quoties quis possit lucrari: sed solū specificat & determinat tempus in quo talis indulgentia potest consequi,vt cum dicitur: Quicūq; a primis vesperis Lętare,vsq; Iudica hoc vel hoc &c.fecerit.nō consequitur semiplenam nisi semel. Ad hoc videtur esse Cancella. regula.lvij.sic canens.Voluit Papa: ꝙ in literis indulgentiarum ponatur clausula: ꝙ si ecclesiæ vel capellę,vel alias aliqua indulgentia fuerit per ipm concessa,de qua inibi specialis mentio facta nō est,huiusmodi literę sunt nullę. Si enim Papa habuisset notitiam primi priuilegij dati prius: forte non ita de facile dedisset secundū.Notantur dicit in regula, Per ipsum cōcessa. Secus si episcopus vel alius Romanus Pontifex cōcessit ibidem indulgentias.Tunc em̄ videtur valere nō facta mētione de priore concessione per verba regulæ. Ex illa regula,maxime ꝓpter clausulam Vel alias,videtur Papam velle ꝙ illa concessio non debet valere,nisi ad vnam semiplenam indulgētiam: quia ista idulgētia voluit remunerari (veluti dono spirituali)ecclesiam a.& nō maiori, vel hoies loci illi⁹. Si enim vult secundā cōcessionē a se factam esse nullam nisi de hoc fiat mentio,ne censeatur prodige agere,ergo vt videt & in ꝓposito idem intēdit.Et ita solum semel potest quis consequi semiplenam ex hac concessione & nō maiorē. Ad hoc alludit Tho.Arg.cū inquit.dist. xx.esse in ciuitate Spirēn.Ecclesiam dictā Sepulchrū dñi,in qua patētibus literis ostenditur ꝙ septem summi pōtifices dotarunt illam ecclesiam dando,& quilibet eorum seorsum relaxando septimā partē pœnitētiæ:sed solus primus:dehinc scāus septimā partē huius quod remāsit post remissionē primę septimę:dehinc tertius septimam proportionaliter. remanent sex partes proportionales totius pœnitētię postq̄ singulus eorū remisit septimā. ¶Quartum dubium. Quid de indulgentijs papalib⁹ datis visitantibus ecclesiā aliquam & porrigētibus manus adiutrices:legentibus sero aut mane de cōsuetudine ecclesię ad pulsum campanę salutationem angelicam:audientibus missam aliquam priulegiatam eodem die in diuersis ecclesijs: vtputa totum officium de corpore Christi in octaua nūc terminata:quod pleriq; frequētant & audiūt in diuersis ecclesijs successiue:comitantibus eucharistiam cum vel sine luminari accēso ad infirmos: an quis toties quoties audit officiū de corpore Christi etiam eodem die a diuersis ; item forte eodem tēpore celebrat sacerdos & interest diuinis: simili-
ter & laici:an ab omnibus illis actibus simul tempore habet suas distinctas indulgentias. Et sic de alijs multis consimilibus quęri posset. Ad illa difficile est respondere non scita mente concedentis: quę non est clara,nec in Cle. Si diuinū . de reli. & vene.sanctor̄.vbi Clemens refert constitutionē Vrbani. v. Nec in extrauagante Euge.iiij. referentis Vrbanum & Martinum.v.Dicit San.Thomas.dist.xx.& post eum Durand.quæstio.iiij.ibidem.Cū indulgentię sic dantur, Quicunq; vadit ad talem ecclesiam,vsq; ad tale tempus,habeat tā tum de indulgētijs: intelligitur semel tm̄ pro vno die.Forte ex eo secundū illum doctorem:quia nō addit tali hora, vel singulis horis, toties quoties: quę clausula nōnūq̄ solet addi: & vtiq; est alicui⁹ importātiæ & vtilitatis.Et indulgētiæ tantū valēt quantum sonāt.Palud.vt supra,pluries in die nō videtur sensisse:quia posset cedere in derisionem: quia non faceret homo nisi ponere pedem extra & redire.Videretur etiā non rationabile:si toties lucraretur.Et supponendū ꝙ Papa non potuit vel voluit dare indulgentias pro causa nō iusta. Hæc ille.Hoc vt supra facile infringitur : nec est in hoc causa iniusta,dum adest honor dei & vtilitas ecclesię,quę sufficiunt cęteris paribus.Nec oritur ex hoc ludibrium,sed excitatur deuotio populi:promouetur honor dei: propelluntur occasiones peccatorum & violatiōes festorum &c. Dicit Sanct. Tho.vt supra. Si in ecclesia aliqua sit perēnis indulgentia sicut in ecclesia San.Petri.xl. dierum: quoties quis vadit ad ecclesiam,toties indulgentias consequitur.Sed Durandus dicit ad illud dictum San.Tho.de ecclesia San. Petri, ꝙ nō potest sciri per certitudinem sine determinatione Papę.& ita nec ad priora potest dari quietans respōsio.Nec valēt dicta imaginaria.Sic si quęritur de indulgentijs datis ad magnū tempus:an vadens singulis diebus cōsequetur eas quoties vadit. Dicunt aliqui,quando indulgentia data est ad determinatum temp⁹,puta ad octo dies sic vel sic, nō percipitur nisi semel. Prorogatur autē ea de causa,vt non potens venire vno die ad locum indulgentiarum veniat alio die:& nō vt pluries veniēs pluries cōsequatur indulgentias.Quādo vero datur ad ſemper,potest quis singulis diebus habere



indulgentias : & sic iuxta dictum Thom̄. vt supra, & non singulis vicibus diei . Itaq; sæpe venientes, non carent suo merito cæteris paribus: sed de indulgentiarum repetita consecutione nō constat.Nec cogunt inducta quęcunq; cum non habetur ad hoc mens & constitutio ecclesiasticæ Hierarchię.Nec valet arguere per simile : quia in positis constitutionibus non valet dicere:vbi eadem ratio idem ius est.Nec mos populi,aut honor Dei &c. aliquid faciunt ad hoc. Pari ratione posset argui de quibuscunq; actibus ecclesiasticis &c. ¶De officio corpis Christi:quo ad missarum & horarum auditionē & celebrationem: Dicendum,secundum tenorem summorum Pontificum Eugen.iiij.qui refert Martinum quintū, & Vrbanum quintum.Item in capit. Si dominū. de reueren.& venera.in Clementi. Et primum de comitātibus eucharistiam ad infirmos,puto esse indulgentias perennes, vt loquitur Thom̄.& Palud.& ita valere pro qualibet vice hoc fit : nō tm̄ crebrius quo ad eundem hominē vno die : ita ꝙ pluries sequēdo vno die,pluries habeat indulgētias : sed singulis diebus pro semel haberi possunt,non curando qualibet vice diei vel mensis hoc fiat:ita tamen ꝙ non pluries in die.Sic de cō municantibus, & celebrantibus.Communicātes semel & celebrantes in die semel nāciſci possunt: licet & ipsi communicent, est tantum vnum officium sacerdotis.Ita videtur ꝙ non nisi semel in die ex horarum auditione singuli singulas consequūtur indulgentias.Attamē neglectum hic, potest alibi suppleri:quia textus loquitur generaliter in ecclesijs &c. Sic de missarum auditione etiā videtur dicendum: ꝙ vnius auditio missę indulgentias habet confuse tantum : stantibus dictis illorum doctorum:siue dicantur indulgentię perennes,siue temporales.Qz si qd minus bene actū est in illa ecclesia:potest alibi releuari ex horarū repetitiōe.Ad hoc videtur esse series textus tam in Clementi.Si dominū.q̄ in extrauagante.Si bene inspicitur. Et non sumitur hic auditio proprie: alias surdus consequi non posset : sed sumitur ciuiliter pro interesse diuinis in ecclesijs vbi officium de corpore Christi contingit celebrari. Sic enim loquitur textus , non de audientibus:sed de interessentibus . Sic dicitur quis quādoq; audisse missam:cum interfuit ecclesię in qua lecta est missa, licet missam nullatenus corporaliter audierit. Nec impedit vocabulum celebrare, vtputa dantur omnibus pœnitentibus vere & confessis qui interfuerint ecclesijs in quibus illud officium celebratur.quod vocabulum non dicit celebrationem conuentualem:quę sit a canonicis aut monachis. Sic enim in alijs priuatis ecclesijs nō posset quis consequi indulgentias dum plebanus quis solus officium legit in ecclesia. Præterea : si interessentes horis & officijs habent indulgentias , maxime celebrantes eaſdem:sed nō dupliciter: scilicet ex lectione & interessentia. Textus solum loquitur de interessentib⁹.Dicit ergo celebrare,officiū illud peragere. Restricte sumere vocabulū,videtur manifeste esse contra Papę mentem volentis per vniuersas ecclesias ciuitatū & dioceseōs Patriarcharū, Archiepiscoporū, Episcoporū &c.a clericis & populis hoc sacramētū venerari.Hic ad animandum populum,ad colēdūq; festum illud date sunt indulgentię interessentibus diuinis,sed nō habentur vbiq; cōuentus & collegia clericorum. ¶Sed quid si sacerdos priuatus ad partem legit in ecclesia horas canonicas , ante vel post horarum collegialem celebrationem,an cōsequatur indulgentias ex hoc cum forte prius non interfuit horis? Videtur ꝙ sic ex vi verborum bullę.Non tamen celebrans tempore horarum in ecclesia, aut officium faciens,duplices consequitur indulgentias,vt dictum est:eo ꝙ facit officium & interest officio suomet qđ faciti qa nō pōt officiū facere in ecclesia:nisi ingrediat ecclesiā . ¶Corollarie sequitur secūdū illos doctores.Qui ex pleno officio diei totius indulgentias nactus est in vna ecclesia,in qua officium fit de corpore Christi tempore determinato,non potest iterato & pluries in alia vel alijs ecclesijs eorūdem officiorum vel horarum indulgentias consequi, sed ex officio toti⁹ diei semel nāciſci potest indulgentias completas illi officio debitas: licet partem officij totius diei posset audire hic,aliam alibi &c. Occasione huius dubij aliud hic moueri potest dubium de simul legendo horas canonicas & audiendo missam ꝓ eodem tempore diei festi quo celebrantur diuina. ¶Quintum dubium. An aliquis qui die festo tenetur audire missam, possit sub eadē horas suas complere vt dicitur & persoluere,ad quarū lectionem tenetur. Videtur ꝙ nulli istorum satisfaciat. Si enim deuote vnū peragit,volens se auertit ab alio.Et si vnum illorum indeuote cōplet, peccat contra præceptum concilij generalis, capit.Dolentes. de celebra.missa. Precepit enim ibidem cōcilium generale in virtute sanctæ obedientiæ, vt officium diuinum , nocturnum & diurnum, inquātum eis deus dederit, studiose & deuote celebrent clerici & prelati ecclesię. Studiose, sine syncopatiōe aut alicuius omissione.Deuote,per attētionem cordis:ita ꝙ saltē volentes nō distrahātur. ¶Referūtur ab aliquibus super illo tres opiniones. Prima: ꝙ peccant grauiter qui contraueniunt præcepto concilij generalis. Secunda: ꝙ veniaIiter solum,moti illo verbo.Quantum deus dederit diutnum officium studiose & deuote celebrent.Tertia:ꝙ non incurrunt culpam,

Universidad de Deusto
Biblioteca



sed suspensionis pœnam sub qua id prohibetur. Cum reuerentia id vltimum non cogit. Nam pœna non adijcitur per modum disiunctiõis. In hoc enim casu, cum per modum disiunctiõis annectitur pœna in preceptis pœnalib⁹, sufficit pœnam dare, vt pluribus placet. Sed adijcitur absolute quasi inducẽs ad preceptum, ideo pœna huiusmodi non excusat, sed bene aliquo mõ fit cõpẽsatio, scdm Gerson in florib⁹. titu. de superbia. Quod autẽ dicitur: Quantũ deus dederit. nõ tollit precise culpam mortalem, sed admittit (secundum fragilitatem humanam) distractionẽ inuoluntariam: quę nõ subest nostrę potestati: aut forte non notabilem distractionem voluntarie assumptam, per quam mens non impeditur, neq; auertitur notabiliter a diuinorum officiorum expletione & horarum canonicarum integra prolatione, cui intendere habet studiose & deuote. Studiose, ne nimis festinet, syllabas aut dictiões collidat, truncet, omittat, ne deniq; non attendẽdo ad diligentem & integram textus lectionem periculo peccati se exponat præceptum ecclesiæ contemnendo. Deuote, idest secũdum Sanctũ Thomam Secunda secundę. quæstione octogesima secunda, articulo primo: q̃ velit hoc officium facere & complere sicut ab ecclesia institutum est fieri. Est enim deuotio secundum eum voluntas prompte faciendi id quod ad Dei cultum pertinet: & est actus virtutis religionis. Et forte fieri potest: vt quis audiendo missam non impediatur a deuotiõe & horarum completa lectione: sed vult tunc horas legere, vt in deuotione mentis permaneat, illuminetur &c. Ad idem Clementina Graui. de celebratione missarum: & alijs diuinis officijs. Quid de legentibus aliquas peculiares orationes tempore diuinorum, vel alia ꝓphana quędam, vt de plebejis legentibus pœnitentias sibi impositas, & forte supplẽtibus pro tota septimana tempore quo tenentur missam audire? Et q̃ talia non liceant, videtur esse beatus Bernardus super cãtica sermone quadragesimoseptimo, iuxta finem, cum inquit. Non solas dico vitandas cogitationes vanas & ociosas dum psallitis, vitandę sunt illæ etiam illa dũtaxat hora & illo loco quas officiales fratres pro communi necessitate quasi necessario frequẽter admittere coguntur. Sed nec illa quidem profecto tunc recipere consuluerim quæ forte pauloante in claustro sedentes in cocidibus legeratis: qualia & me nũc viua voce differente ex hoc auditorio spiritus sancti recẽtia deportatis. Salubria sunt, sed minime inter psallendum illa salubriter reuoluitis. Spiritus enim sanct⁹ illa hora gratum non recipit quicquid aliud q̃ debes neglecto eo qd debes obtuleris. Hæc ille. Potest (vt videtur) dari via q̃ talia nõ impediant ex nunc allegata doctrina beati Bernar. Sunt enim illa salubria, puta orationes peculiares & lectiones pœnitentiarum ac horarum: sed forte minime inter persoluendum ea ad quę quis tenetur, salubriter reuoluuntur, vtputa cum notabili aut omnimoda mentis distractione & elongatione ab his quę tunc hora illa sunt salubriter contemplanda: nec possunt ab orante debite ad propositum applicari sine impedimento illorum quę forte tunc legẽda sunt attente. Ergo si illa cauẽtur secus est. ¶ Pro cuius intellectu breuiter notãdũ. Licet quãtum est ex parte dei noscentis omnia priusq̃ fiãt non opus esset facere orationes vocales, & ita nominatim explicare coram Deo volita aut nolita: attamen supra corporale obsequium quod domino impendere tenetur homo pro loco & tempore, vult etiam fieri orationes vocales. Vtitur denicq; vocibus signis & mysterijs ac cerimonijs plurimis pro mentis nostræ illuminatione, affectus inflãmatione, agendorum eruditione, a vanis cogitationibus qualicunq; custodiat & cohibitione, preteritorum benefactorum gratuita remuneratione: & sic de alijs plurimis: vtq; rudes & indocti in huiusmodi signis sacris ac cerimonijs: veluti in libro quodam legis diuinæ mandata & per Christum humano generi exhibita beneficia intelligant & contemplentur oculis mentis & corporis. Cum autem inter omnia ecclesiæ officia & sacramenta id constet esse maximum quod in altaris oblatione celebratur, eo q̃ ad ipsum omnia ecclesiæ sacrificia & officia ordinantur: in eo denicq; tota Christiani populi deuotio colligitur, cõsistit, & conseruatur: ideo præcipuo mentis affectu summoq; perficiendum est studio & deuotione, tam a ministris ecclesiæ celebrantibus, q̃ a populis circunstantibus, suntq; remouenda & posterganda omnia impeditiua huiusmodi attentionis ac deuotiõis, ad mentis eleuationem cum affectu in deum: & oĩa quibus homo affici potest in deum, colligenda pro viribus. Cum vero ecclesia statuit missæ auditionem certis diebus & temporibus. de consecratio. distinctione prima. Missas. non solum voluit populum templis corporaliter interesse cum missa celebratur, quã non omnes aure corporis possunt audire, nec auditã intelligere, sed per hoc sacramentum quod celebratur exterius, estq; inuisibilis sacrificij sacramẽtum: idest sacrum signum, populum admonere, & quasi signo foris adhibito docere quẽadmodum cor contritum humiliatumq; spiritum suũ Deo offerre debeat, ipsumq; qui offertur cognoscere fide, spe, & charitate, vt summum, eternum, potentem, sapientem &c. suum creatorem, gu-



bernatorẽ redemptorem glorioſum ſanctificatorẽ reparatorem iudicem glorificatorem. &c. Item vult eccleſia per huiuſmodi cerimonias & vocales orationes commonere fideles qd cogitare debeant & petere dum hæc aguntur: per conſequens paſcere deuotionem rudium & excitare piũm & gratuitum affectũ: vt eis cum gratiarum actiõe pro poſſe pertractatis animus ſuſcipiat incrementum gratiæ & virtutum &c. Hinc celebraturus veſtitur multiplici veſte & apparatu, non ſine cauſa, ſed vt populus ſpũalia quę in his latent figuratiue intelligat myſteria: alia in Chriſto, cuius perſonã gerit ſcdm allegoriam: alia i ſacerdote celebrante & circũſtante populo & cõmunicãte corporaliter vel ſpũaliter ſecũdũ Tropologiam: alia ſecũdũ Anagogiã. Et licet pauci illa captãt & intelligãt myſteria: attamẽ tenenẽ tũc affectũ ſuũ in deũ eleuare: & velle quatinus ita a deo diſponãtur pariter & illuminenẽ, vt myſteria iſta p eccleſię miniſtrũ exhibita vel exhibẽda exigũt & requirũt tam in celebrante, q̃ in populo circũſtante: & quãtũ in ſe eſt, omne impediẽs ꝓ poſſe remouere: ita q̃ volẽtes nõ admittãt cõtrariũ illi ad qđ tenẽtur hoc tẽpore & loco. Si veto talis modi myſteriorũ cõtemplationẽ cõſiderationẽ attentionẽ &c. quis poſſet habere cum habet legere horas canonicas iſto tẽpore qñ ad miſſę auditionẽ tam tenẽt ex p̃cepto, expertus loquatur. Forte cõtingit dare quẽpiam cõſummatũ & perfectũ licet indoctũ, q̃ nouit oẽs orationes etiã quas non intelligit, ita dicere, vt per eas deum veneretur & laudet, aut ei gratias pro beneficẽtia dicat & agat ſub ſanctis & ſecretis verbis ꝓphetarum & ſanctorum, quę tamẽ minime intelligit, volens per hoc debitum facere & ſoluere, aut eccleſiæ obtemperare. Exemplum de ſanctimonialibus & monachis indoctis ſancti monię deditis, ac viris contẽplatiuis, qui ſępe canunt & legunt Pſalteriũ, quod tamẽ nihil videtur facere ad rem quã petituri ſunt, aut ad vitã ſancti vel paſſionem, aut reſurrectionem dñi &c. Verũ ſi reſpicimus mores curialium principum, diuerſis ſolent vijs & modis ab oratoribus interpellari. Quandoq; eñ vt eorum animus flectatur pluriműm extolluntur, laudantur, magnifici prędicãtur, eorum virtutes, opulentiæ, bonitas, manſuetudo, largitas &c. extolluntur. Sic quandoq; orans deum non expreſſe aliquod volitum petit a Deo ſed dũtaxat pio & humili affectu laudes eius depromendo dicit corde, nõ ſono oris. O q̃ pius, benignus, mitis, ſuauis, magnificus, in ſanctitate terribilis, atq; laudabilis es domine. & in hoc ſpiritu totum canit pſalmum quem nõ intelligit. Sic Auguſtin. ad Probam vt ſupra. capit. xij. applicat ad clauſulas orationis dominicę, verſus pſalmorũ: oſtendens omnia petenda & volenda contineri quadã eminentia in oratione dominica. Sic de alijs ſcripturis conſimiliter oſtendit conſonantiam ad pſalmos. Quãdoq; aduerſariorũ e regione commemoratur tyrannica cum dolore crudelitas. Exempli gratia, quo ad deum, tam dęmonũ, q̃ hominum. Sic fit coram principib⁹ ſeculi ſuo modo, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant, & ex eo amplius metiri poſſit diuina benignitas, fortitudo, ſapientia, &c. Et hic modus ſatis frequentatur in pſalterio. Quãdoq; homo dũtaxat ſeipſum nihili pendit vſq; ad vltimum cõmemorando infinitas perfectiones dei: vt ex hoc ad diuinum adiutorium exurgat, ſolũ deum vere potẽtem, inſuperabilem, cum mentis iubilo, & voluntatis beneplacito recognoſcẽdo. Ad qđ mouetur quia iudicat ſe indignum ad petendũ: aut quia res quã vult magna eſt, non audet eã expreſſe petere. Seſe ergo vilificat corã deo ſuam indigentiam imbecillitatem & nullitatem exponendo more languidorum ſua vulnera palam protendẽtium &c. vt ſic miſericordiam conſequatur: cum publicano non audens ad cælum oculos leuare. Qui ſcrutatur ſcripturas inueniet omnes orandi modos in his tribus includi. Si ergo quiſpiam eſt qui nouit ſuggere mel de petra, oleumq; de ſaxo duriſſimo, & ſingula quæq; inter celebrãdum dum audienda eſt miſſa ſalubriter reuoluere, ſecundum beatum Bernardum, vt ſupra, inſtar fabri incudem tãgẽtis dum ferrum ab alijs cuditur quaſi pro recreationis ſolatio: Cui denicq; vel oratio dominica, vel angelica ſalutatio, aut ſymbolum famulatur ad omnia petenda & credenda, ad fidei ſpei & charitatis augmentum, ad colendum deum, fide, ſpe, & charitate: Credo huic non obeſſe ſed plurimũ conducere, ſi talia frequẽtat in miſſę aut diuinorum officiorum auditione: quia ſunt ei adminiculo ad ea quę facere tenetur in die feſto. Sic de orationibus peculiaribus, illo ſaluo Ne quid nimis. Oportet enim illa facere, ſed hęc nõ omittere quę eccleſia ꝓtunc inſtituit faciẽda, & meditanda, pro fidei, ſpei, charitatis augmẽto. Sic de Pſalmis propheticis dixerim. Sunt eñ qui exercitatos ad intelligendum habentes ſenſus, facile & abſq; omni impedimento poſſunt ſeſe eleuare ad deum: & ſua contemplatione ſeu meditatione deuota dirigere iam ad hoc, iam ad aliud, quod ante ſe habent: qui denicq; quolibet verſu ſpeciali inflãmantur deuotionis ſpiritu, aut illuſtrantur conſiderationis oculo, ponderatis verborum ſententijs. His (ni fallor) non obeſt, ſed prodeſt diuinorum tempore pſalmos recitare, aut horas aliquas perſoluere modo prędicto. Ita tamẽ, vt cum lectione horarum poſſint miſſę officijs intendere, & cum eccleſiæ miniſtro ſacrificium cõſummare. Secus de ijs qui acidia preſ-

si, tempus volunt lucrari, & vno momẽto singula terminare, nõ quętẽtes mẽtis eleuationẽ in deũ, sed orationis terminũ, vt vtroq; simul exposito, possint ꝓphanis vacare. Hi difficile excusantur: sunt eñ ꝓrsus inexercitati, tepidi, segnes: & volentes tunc horas legere &c. volunt in missarũ auditione ab ijs quibus intendere deberent auerti & distrahi. Aut si intẽdunt ad sacrũ, aut altaris ministerũ in missę auditione: volunt virtualiter hos distracte dixisse, & auerti ab eiusdem &c. Sic consimiliter dicendũ cũ ea quę assumũtur cogitanda tempore seruitij debiti, sunt grandia & insolita: ita vt egeant forti attentiõe aut studio labore, vt nõ possint statim trahi in cogitationẽ familiarẽ, & facile ductilem, non magno studio. scdm Gerson. de forma absolutiõis sacralis. Hic tutius est: quia scdm vulgare dictũ: Pluribus intentus minor est ad singula sensus, vt quis vnum cum alio non cõmiscat: ne in vtroq; minus satisfaciat. Agendũ ergo credidertm in his, prout vncio docet, seclusis fraude & dolo, non vt torpor acidiæ, ac libido rerum inutilium premit & trahit. Sicut eñ gustato spiritu desipit caro: ita carne gustata desipiunt spiritualia. Sic intelligẽdũ est dictũ beati Bernñ. In gratũ est ſpũ sancto quicqd obtuleris neglecto qđ debes &c. Nec valet hic dicere cõtra cõstitutionem cõcilij, q; ecclesia non potest hoiem obligare ad actus interiores, sed solus deus, vt habet Gerson. in floribus: quia verũ est solũ deũ hoc posse directe & per se. Ecclesia vero hoc põt indirecte & per accidẽs dũ iubetur actus exterior qui nõ põt recte fieri nisi ab interiori ꝓcedat. Sic est in ꝓposito: lectio horarũ cõsummari nõ põt sine attentiõe ad ea quę legẽda sunt. Qui eñ vult nõ attendere ad lectionẽ, vult iplicite nõ satisfacere illi ꝑcepto. quia volẽs antecedẽs vult & cõsequẽs &c. Hęc ꝓ qualitate tps mouere placuit dubia, matorũ sñia semp salua sub resurrectiõis Christi octaua. Cõsonat Gersõ de sollicitudie eccle. pti. lxij. ¶ Sextũ dubiũ: An religiosi etiã possint cõsequi indulgentias, hoc dubiũ omnes scribentes tangunt, nescio quę ratio dubitandi, tũc subfuerit forte respectus concessionis indulgentiarũ: quia nõ nisi ꝓ rebus arduis datę fuerint, vt peregrinationib⁹ magnis: itẽ pugnaturis cõtra infideles, sumẽdo crucẽ &c. Aut summus Pontifex noluit ipedire ꝓfectũ religionis saluberrimũ & vitę sanctimoniã: quę tũc plurimũ viguit in religionib⁹. Erant eñ oino studiosi, & summã cõtemplatiõi, ac scripturarũ scrutinio dederunt operam. Patet de diuersis doctissimis viris, & glossatoribus Bibliæ, monachis monasterij Fuldẽsis qui totã ecclesiã suis operosissimis studijs illustrarũt. Et fortassis eorũ supererogationis opera abundabant: & poterãt cęteris ꝓdesse: & charitatis feruor oẽm peccati maculã absterſis. Aut forte per ingressum religionis scdm quosdã ꝓceperũt quasi secũdũ baptismũ, & oñis pœnę remissionẽ. de quo alibi visum est. Verum qcqd sit de illo, tam secularibus, q̃ regularib⁹ possunt ꝓdesse indulgẽtiæ cęteris paribꝰ. Et licet sint vt dicit in statu ꝓfectiõis acquirẽdę, nõ tñ sunt ex hoc vsq; quaq; perfecti, sed hoies Dei dono indulgentes, vt cęteri. Hinc in bulla Alexãdri. vj. dantur indulgentiæ religiosis de ordine mendicantiũ, etsi non contribuãt ad cruciatã cõtra Turcas, cum nihil habẽt: dũmodo cõfessionẽ audiãt, & indulgentias, ac facultates in bulla concessas publicent & prædicent, si idonei fuerint: scdm ordinationẽ & cõmissionẽ legati apostolici. Aut alias. si ad priora idonei non sunt, orationẽ fundãt ad dominũ pro Papa, ac vniuersalis ecclesię statu, ac fidei catholicę tuitiõe. Simile cõcessit Innocẽt. octauus, & extẽdit ad religiosos qui sine licentia suorum ꝓlatorũ nõ possunt quicq̃ cõtribuere, aut qa nolunt fauorẽ dare. Poterat eñ eisdẽ a legato vel cõmissario apostolico ꝓpe indulgentiarũ intus gi vt indulgẽtias & facultates aplicas denunciẽt: cõfessionẽ audiãt, sine cõtradictione cuiuscũq;, si ibi cõperti fuerint habiles & idoneę ꝑsonę ad opꝰ illud &c. ¶ Septimum dubiũ. An Papa possit de potẽtia absoluta dare indulgẽtias existẽtibꝰ vere in peccato mortali, non solũ nondũ confesso, sed nec cõtrito. Q; posset dare cõtritis, & nõ cõfessis actu, dubium nõ habet scdm ꝑdicta: sed q; nec cõtritis nec confessis, dubiũ habet. Sũt qui dicũt tenẽdo opinionẽ, q; quis in mortali existens põt satisfacere vere citra reconciliationẽ cũ deo ꝓ pœnis pctõrꝫ ad quas tenetur. Nõ est ab re dicere Papã posse dare indulgentias existenti in mortali ꝓ pœnis pctõrꝫ cõtritorũ, quia nõ videt rõ diuersitatis. Si eñ placet deo acceptare opꝰ pctõris in solutionẽ pœnę, qđ ꝓ se facit citra reconciliationẽ cum deo: ergo etiam vt videt acceptat illã pœnalitatẽ sctõrꝫ ꝓ pœnarũ remissione pctõris i mortali peccato cõstituti dũ ei ꝓ Papã cõicatur citra reconciliationẽ eiusdẽ cũ deo. Tenẽdo opin. cõtrariam non põt: immo nec põt etiã scdm primã opinionem. Rõ diuersitatis est, licet Papa sit dispensator thesauri, nõ tñ vere dñs vt oino ꝓ suo debeat erogare sed scdm mentem & intentionem sctõrꝫ. Et si qñq; potest, tamẽ nõ contra eorum intentionem & voluntatem. Cũ vero existentes in peccato nõ sunt ei iuncti charitate deus non acceptat id opus indulgentiarum insolutionem pœnę pro eis. ¶ Octauũ dubium. Quid de illo versu. Diruptisti dñe vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. De quo dicũt aliqui: q; dictus bis vel ter in morte habeat magnã efficaciã: et imponũt btõ Bern. q; id ipm dixerit. Dicendũ, q; nunq̃ talibus & simlib⁹ est attribuẽda aliqua virtus supnaturalis, nisi hoc



trahi possit ex scriptura canonica vel reuelatione diuina: & oppositũ credere habẽt quãdã speciem superstitiõis, scdm q; plus vel minus asserit, & fortior in eo cõfidentia ponit. Possunt tamẽ qñq; habere defensionẽ ꝓpter simpliciũ pietatẽ: qui deuotione ducti, confidunt se vere per hoc aliquid impetrare. Suffraganꝰ eñ eoꝝ (vt dicũt) deuotiõi: q̃ qñq; per vtã impetratiõis aliqd obtinet, & in spe fortꝫ ad deũ roboratur &c. ¶ Nonum dubiũ. An sancti in cęlo nobis orantibꝰ largiant indulgẽtias. Respõdet, largiũtur impetratiue nõ auctoritatiue sicut sũmus Põtifex in terris. Christus vero sacerdos ętẽrnũ cuius auctoritas principalis est in oi indulgẽtiarũ collatione, indulgentias illimitate et ꝓut vult cęteris paribꝰ inimpedibiliter cõfert. Hęc cũ submissiõe hũili de idulgẽtijs disputat placuit.

## Quæstio. IIII.

QVarto quęrit circa cõclusionẽ textualẽ tertiã: Vtrũ aię glorificatę i cęlo cognoscãt viatorũ supplicatiões & preces i verbo: intercedãt quo q; pro viatoribus, affectu & merito.

A ¶ Quantum ad articulum primum suppono dicta in. ij. distin. iij. q. ij. de angelorꝫ cognitiõe: & dub. ix. de angel. locutione: & quõ dicũtur, & ad quę sensum cognoscere se & alia ꝓ essentiã suã, vel species a rebus acceptas &c. Nã scdm Ockam. q. xij. iiij. dicẽdũ est de aia separata, sicut de cognitiõe angelorꝫ. ¶ Deinc notandũ ꝓ terminorꝫ intellectu, q; duplex solet poni cognitio angelorꝫ post beatũ Aug. lib. xj. de ciui. dei. ca. vij. & xxix. & sup Gen. ad literã. lib. iiij. capit. xxij. & de inceps per totũ: scilicet matutina & vespertina. Matutina, quę est rerũ in verbo. Vespertina, rerũ in ꝓprio genere. Siquidem angelus cognoscit res, vel in creatore, vel in genere proprio: hoc est in verbo vel in natura rei ꝓpria: siue cognoscat per species concreatas, vt quidam dicunt, aut a Deo influxas: siue in propriis generibus a rebꝰ acceptas. Prima a quibusdam nominat supnaturalis, beatifica, & in lumine glorię. Secũda naturalis i lumine naturę: & est inferior prima, secũdum Aug. ca. xxxij. lib. iiij. sup Gen. cum inquit. Mẽs angelica pura charitate inhærens verbo Dei posteaq̃ illo ordine creata est vt precederet cætera: prio ea vidit in verbo dei facienda q̃ facta sint: ac sic prius fiebãt in eius cognitione: cũ deus dixit vt fierent, q̃ in sua natura propria. quę itidẽ facta in essipsis etiã cognouit: minore vtiq; notitia quę vespertina dr: quã notitiã sane ꝑcedebãt quę fiebãt: qa ꝑcedit cognitionem quicqd cognosci potest. Nisi eñ prius sit qđ cognoscatur cognosci nõ potest. Hęc ille. Ex hoc dicto Aug. sumit modus loquẽdi de cognitiõe duplici, matutina & vespertina. Ex quo plura colligit Frã. Maron. quę quia respiciũt cognitionẽ & cõditionẽ angelorũ (de quibus in. ij. Sentẽtiarũ) hic rescindũtur, nõ curãdo quã cognitionẽ habuerint angeli ante suã saluationẽ & btificationẽ. Scdm Aug. vt sentit Frã. Maron. cõditi fuerũt in puris naturalibus. Aug. vero loquit de matutina btifica, vt claret ex vi verboꝝ: quã dicit angelos habuisse ante rerũ cõditionẽ. Dicta ẽ matutina: quia in verbo. Alia vero vespertina, ꝓpter excellentiã vnius ad alterã, & forte qa matutina cognitiõe cognoscẽdo res i verbo, cognouerunt nedũ creaturã, sed & factorẽ creaturæ, scdm illud Apostoli, Inuisibilia dei a creatura mũdi p ea q̃ facta sunt cõspiciunt. Ro. j. Cũ vero dixit: quia precedit cognitionẽ quicqd cognosci põt, intelligit de cognitione vespertina rerũ in proprio genere, nõ de matutina. Nec sequit: deus vel angelus cognouit hoc: ergo ipm est: vel deus cognoscit res anteq̃ fiãt, ergo sunt, & nõ sunt. Nã cognoscit est terminus ampliatiuus ad plures tẽporũ differentias. Sed bene sequit, possunt esse. Sic dicit aliqd esse anteq̃ sit: esse & non esse: esse anteq̃ ꝓducat, scdm Aug. Hoc eñ loquẽdi modo rẽ esse, est ipsam cognosci, seu habere esse cognitũ. qđ esse cognitũ: non est esse reale: sed est solũ cognosci, & prędiderari etiã anteq̃ sit reale. Sic quãdoq; dicitur oia esse in Deo, anteq̃ fiant. i. cognosci priusq̃ in esse ponant. Item quia sunt ꝓducta a Deo: vel ꝓducibilia a Deo sicut effectus in causa. Itẽ qa cõtinet in se eminẽter pfectiones oĩm: & transcendit sua perfectione oia. Nõ aũt rerũ pfectiões sunt in deo formaliter, nec rerum imagines & similitudines: sicut etiã sunt in speculo reali. Nec verũ est cũ dicit: essentia diuina rep̃sentat oia materialiter: sed sensus est, diuina essentia causat cognitionẽ oĩm in beatis, quę ad eoꝝ ptinẽt btitudinẽ. Itẽ & ex eo quis vidẽs diuinã eẽntiã, videt causam ꝓductiuã oĩm cognoscibilũ & cognitionis eorundẽ etiam anteq̃ habeat esse reale, ꝓut ad se pertinet res illas vel illas cognoscere. Ockã dist. xxxvj. j. & q. xiij. iiij. Sic ingt Hugo de sacr. p. ij. li. xvj. c. vlti. Tãtũ videt, quãtũ illi placitũ est quẽ videt, & in quo videt. i. qui cognitionẽ rerũ quas cognoscere debẽt in eis ꝓducit vel causat. Sic itaq; rep̃sentare oia: est causare cognitionẽ oĩm. Hoc modo exponit btũs Aug. illud Ioan. j. Qđ factum est in ipso vita erat. libro. v. capit. xiiij. super Genesim. Quod factum est in ipso vita erat: quia oñia per ipsum facta, cognouit priusq̃ fierent. Eo ergo modo, quod factum est, in ipso vita erat: qm̃ dictũ est. Sicut patet habet vitam in semetipso: sic dedit & filio habere vitã in semetipso. Quod ergo tã fa

Universidad de Deusto
Biblioteca



ctum,in ipso vita erat.nō legendo,qđ factū est in ipso,ibi punctādo.vita erat.sed erat vita in ꝑpo.i. cognitū ab eo priusq̄ in esse poneret realiter. Nō em̄ ignorans ꝓduxit res. Sic ad ꝓpositum,res vident in verbo ab angelo vel anima separata:quia verbum patris causat in eis rerū cognitionē. Verū quomodo cognoscant, cū p̄cisione: nec capere possumus,nec inuestigare, secundū Hugo.vt supra:ideo difficile est de hmōi iudicare. Propter qđ doctores vario mō nisi sunt explicare quō sancti orationes nostras cognoscāt:dicentes oia reluc ere in Deo,& diuinam essentiā esse sufficiens medium ad cognoscendū: eo q; deus intuendo suā essentiā,intuetur oia,vt inquit San.Tho.dist.p̄senti.Et Palu. Diuina essentia quantū in se est,repr̄sentat omnia: & non relucent in ea,quantū est ex parte sua aliqua de nouo,sicut i speculo. Quę locutiōes sunt sic intelligēdę. Deus nouit omnia: & cognitorū cognitiones in alijs prout vult causat modo sibi cognito. Qđ dum facit,dicitur aia vel angelus idipsum cognoscere in verbo cognitione matutina. Qz si rei corā positus eā intuetur in genere proprio: vel post intuitiuā abstractiuā habet notitiā,cognoscit ipsam cognitiōe vespertina. Sic verbū dr speculū causatiue & quidē voluntarium:quia causat in beatis rerū(quas nō vident & quæ longe absunt)cognitionē,prout vult & vt meruerūt cognoscere: & intantū quantū illis vel ad gaudiū,vel nobis prodesse cōstat ad auxilium,scđm Hug.vt supra. Nec sequit ex hoc,videntē verbum,videre oia quę sunt in verbo:& q; videns videntē oia,videat oia. Sic em̄ cessarent actus Hierarchici secūdū Diony.& eadē esset cognitio omniū. Sed sensus potest eē,videś verbū, videt causam ꝓductiuam cognitionis cuiuscūq; rei visę a verbo. Ad idē in.iij.collec.di.xiiij. Prouerbiis facit Aug. xiiij.sup Gen̄.fere per totū & maxime ca.xix.cū inqt. Modꝰ locutiōis cū p efficiētē id qđ efficit significat, crebro est i scriptura sctā, maxime cū de Deo aliqđ dicit,qđ ei ad ꝓprietatē locutionis nō cōuenire p̄sidens mētibus nostris ipsa veritas clamat.ca.xix. Exemplū dari potest. Cum em̄ deus aliquid de nouo,vel ad p̄sens cognoscere dicit:sensus est,secūdū Aug.i.facit nos cognoscere res de nouo nobis ostēdas,vel de nouo ꝓductas. Sic in ꝓposito:omnia relucēt in Deo, deus est speculū repr̄sentās oia:idest,Deus facit nos cognoscere omnia p̄sentia,p̄terita, & futura:deus causat in nobis rerū cognitionē. Et ca. xviij.ostendit Deū res priusq̄ erāt cognoscere: & notas fecisse,nō factas primum cognouisse. Ait em̄,hęc anteq̄ fierent non erant. Quō ergo nota erāt deo quę nō erāt? Et rursus. Quomodo ea fient quę sibi nota non erant? Non enim quicq̄ fecit ignorans. Nota ergo fecit,nō facta cognouit: proinde anteq̄ fierent, & erant, & nō erant. Erant in Dei scientia:nō erāt in sua natura. Ac per hoc factus est dies idest angelus ille:cui vtroq; modo innotescerent, & in Deo,& in seipsis: illa velut matutina siue diurna cognitione:hæc vero velut vespertina. Diem nominat angelum. Et deinceps ostēdit q; nō innotuerint Deo alia cognitione cū ea fecisset q̄ cū cognouit vt ea fierent. Iaco.j. Apud quē nō est &c.nec momēti obūbratio. Et ca.xix.ait. Ni fallor, mirū est si nō oia quę dicitur Deus ad tēpus p̄s cognoscere,ideo dicitur:quia cognosci facit,siue ab angelis, siue ab hoibus. Et hoc modo Augustinus multa absolut:vt patet in ca. xx.& deinceps. Ex his colligi potest:quō deus dicitur speculū propter lympidissimā oīm rerū cognitionē actiue, quia cognoscit &c. & causatiue: quia in alijs cognitionē multorū &c.causat:& voluntariū: quia facit res in se cognosci cognitione diurna,siue matutina:vel causat earūdē cognitionem re nō p̄sēte,vel nondū in esse posita,aut multū distanti,mō sibi cognito. Itē quō relucent in eo oia.quia nihil latet eū:& facit hoies vel angelos ꝓut meruerūt,& quātū illis ad gaudiū,nobis ad auxiliū cōfert,ꝓ meritis res cognoscere effectiue cognitione matutina,& q̄nq; vespertina,cū eas in eē ꝓducit,vel ꝓductas,p̄sentes & indistātes facit quo ad cognitionē. Ad idē lib.xj.de ciui.Dei.c.xxix. Ita etiā sentit Robertus Holkot,q.viij.iiij. Sēententiarū iuxta finē:dicēs illā eē falsam:eēntia diuina qcqd repr̄sentat,naturaliter repr̄sentat:quia repr̄sentare aliquid naturaliter:est causare illi notitiā, sicut causa naturalis.& hoc non facit essentia diuina. Ecce diuinā eēntiā aliqd repr̄sentare, est rei illius notitiā causare. Et infra dicit. Desideriū sciē di sanctorum quietatur,nō q; actu scient oia:sed quia videbūt eum qui vult in eis causare notitiā quācūq; volunt,prout pertinet ad eorū beatitudinē vel officiū. Secundū hoc facile resolui possunt multa dicta sanctorū & doc.quę videnť obscura. Et quia Magister in tex.ex cognitione angelorū multa argumentať de sanctis aiabus: ideo dicta de angelorū cognitiōe,& hic habēt locū. Similiter Holkot exponit illā:quilibet btūs sciet oia scienda:idest beatus videns deū,potest oia scire,si deus velit ei ista succestiue reuelare. Item nihil latebit beatum:idest nihil qđ vult scire,latebit eum.& sic de similibus.

¶Quantum ad articulum secūdum est propositio pria. Aiæ separatę tā in cęlo beatę, possunt sicut & angeli sancti,matutina cognitiōe supplicātiū viatorū p̄ces mētales & vocales i verbo cognoscere. Patet ex notabili p̄missō: qa dū vident visiōe beatifica diuinā eēntiā causať in eis a deo cognitio horū q̄ ad se ptinēt,& q̄ cognoscē B



eos decet & expedit. Ita habet Magister in tex.& Hugo. post Augusti. Hanc vero cognitionem, quam deus in eis prout vult producit, nulla creatura, sed nec vlla distantia potest quomodolibet impedire. ¶Secūda propositio. Animę separatę tam in cælo beatæ, possunt sicut & angeli sancti naturaliter cognitiōe vespertina,& rerum in proprio genere supplicantiū viatorum preces ad se fusas mentales & vocales, dum ad ipsas habent debitā propinquitatem & p̄sentiam,cognoscere. Et idem de animabus sanctis in purgatorio manentibus,stante generali dei assistentia: tametsi etiam possint per effectus suffragia pro se facta cognoscere. Patet ex dictis. Nec impedit q; solus deus scrutator est cordiū: & q; solus nouit corda oīm. Hoc em̄ verum vniuersaliter,necessario, & inimpedibiliter:quia a nullo potest in hoc impediri. Angelus vero,& similiter anima beata possunt impediri,vt supra de angelis. De hoc Ockam quę.xx. ij. Et quęst.xiij.quarti.quodlib.post Sco.in secundo ait. Angelus naturę suę derelictus potest videre intuitiue cognitiones & affectiones in angelo alio,& similiter in homine. Potest ꝓbari propositio illa.posito actiuo sufficienter approximato & non impedito, & passiuo similiter, vel sequitur effectus,vel saltem nō potest negari posse sequi, nisi ratio euidens, vel experientia sit in oppositum. Sed p̄dicti actus nostri possunt sufficienter approximari animę separatę, & non est impedimentum stante generali dei assistentia. Formalior probatio habeť supra in.ij.dist.ix.quęst.ij.art. ij. Si enim est impedimentum,vel ergo est in obiecto,vel in potentia. Non in obiecto:nam omne ens citra deum,secūdum eundem doctorē, est obiectum naturale & proportionatū potentię cognitiuę rationali,& continetur sub obiecto primo,siue sit materiale,siue sit immateriale:ita q; posita p̄sentia obiecti & approximatione debita,& passo bene disposito,cum generali dei influētia, saltem potest id obiectum naturaliter videri ab anima separata siue obiectum sit res materialis,siue immaterialis: nec est in eorum potestate cognosci vel non cognosci. ¶Si dicit:obiectū ad extra corporale non agit in spiritum. Dicēdum negādo,nam angelus licet sit res spiritualis cognoscit res extra. Anima deniq; separata: ita est susceptiua notitię intuitiuę,& non minus,q̄ coniuncta: sed coniuncta intelligit res extra:ergo & separata potest intelligere secundum Sco.quęstio.ij.huius distin. Item anima separata & angelus videntur esse eiusdem rationis in patiendo: ergo qđ est actiuum respectu vnius,& alterius obiectiue: sed obiectū extra,agit obiectiue in angelum:ergo & in animā separatam ceteris paribus: & ita ex parte obiecti nō est impedimentum. Nec est impedimētum ex parte potentię.puta animę separatę:quia cognoscendo est quidam effectus naturalis, & nō liber. Item sicut visibile ad visiuū,ita intelligibile ad intellectum: sed omne visibile potest videri a potentia visiua:ergo omne intelligibile ab intellectiua intelligi. Anima vero separata est potētia intellectiua perfecta:ergo potest in omne intelligibile naturaliter non improportionatum, vt nec dependet a phātasmate:ita q; intelligit intelligibilia nō mota a phantasmate. Hoc em̄ est status huius corporis corruptibilis. ¶Si dicitur: naturalis cognitio aiæ separatæ, non est perfectior q̄ naturalis cognitio eiusdem coniunctæ: alioquin non esset animę separatę volenda corporum resumptio. Ex hoc enim imperficeretur:sed anima coniuncta nō potest cognoscere cognitione naturali cogitationes cordium: ergo nec separata:per consequens contra propositum,non cognoscunt animæ beatę orationes nostras, siue mentales, siue vocales: vt arguunt Taren.& Durand. Item cognitio naturalis animæ separatę est cōmunis bonis & malis,sed mali non cognoscunt, nec mentales, nec vocales orationes nostras:sed nec facta viuorum secundum Gregorium,vt patet de diuite epulone:qui detinebatur in inferno quo ad animam:& ignorauit facta fratrum suorum. Ad idem Augustinus in de cura pro mortuis. & p̄sertim de matre sua & diuite p̄fato capit.xiij.& capit.xiiij. Dicendum ad maiorem:concedendo perfectionem substātialem animæ(alterius gloriæ:sed eiusdem naturæ)vt talem p̄cise in sua natura, per resurrectionē non alterādam. Sic intellecta maiore, potest dici ad minorem negādo, sed habet nunc impedimentum & obstaculum. Corpus enim qđ corrumpitur aggrauat animam. Sapien.ix. non quia corpus,sed quia corruptibile. Non enim corpus p̄cise impedit, nec impediet post resurrectionem corporum:nec p̄stabit obstaculum anima quin beatus videre possit beatum,quo ad corpus,& animā & quo ad accidentia corporis. Hinc Ockam in quodlib.iiij.vt supra. Obstaculum corporale non impediet visionem essentię animæ: sicut nec muri interpositio impedit vnum angelū videre alium. Hęc ille. Dicitur ex se.secus de actibus propriis interioribus, vt supra. distinct.ix.ij. Phantasma quid sit, habetur distin.iij.quęst.ij.ij. Post resurrectionem,anima non indigebit ministerio spiritus:sed erimus sicut angeli dei.Matth. xxij. & cognoscet anima intellectiua per essentiā suam naturaliter:vt ly per dicit circunstantiā cause effectiuę,sicut angelus.secūdū id Aug. A cognoscente & cognito paritur cognitio. Et ideo sicut spiritus suis naturalibus derelictus, siue bonꝰ siue malus: potest nunc deo coagente videre cogitationes & affectiones nostras, & omnes actus

interiores & exteriores: ita & anima etiam coniuncta post corporum resumptionem videre poterit naturaliter teste Augustino. vlt. lib. & capit. de ciuitate dei. & xxv. cap. Suarum meditationum, pectoris arcana penetrans alterutrū &c. Et per hoc patet ad primum. ¶ Ad secundū conceditur maior & minor: quia deus nō vult cooperari in hoc malis: sicut bonis angelis: propter salutem hominis, vt supra in secūdo de diuite epulone, & dicto sancti Augustini supra patuit. nec est contra conclusionem. Videtur q̄ circa dictū Ockam cū iquit, Obstaculum corporale non impediet visionem essentiæ animæ: sicut nec muri interpositio vnum angelum videre alium: dubium occurrit. Esto q̄ obstaculum corporale etiam nunc non impediat visionem essentię animę, si angelus præsens est, & a deo permissus vult hominis interiora conspicere scdm naturā: quia potest: nō tamen videtur clarum q̄ angelus non obstante muro interposito, posset per murum alium angelum videre: ita q̄ obstaculum muri interpositi in hoc nullū præstet impedimentum. Potest quidem angelus murum penetrare: sicut inquit beatus Bernardus super Missus est Homilia. iij. de ingressu angeli ad Virginem. Nec fuit difficile angelum per ostium clausum ad abdita Virginis penetrare, q̄ vtiq; ex subtilitate suę substantiæ hoc habet in natura, vt nec seris ferreis eius arcetur ingressus: quocunq; suus enim impetus ferat. Angelicis enim spiritib⁹ parietes non obsistunt: sed cuncta illis visibilia cedunt: cuncta eque corpora quantūlibet solida aut spissa penetrabilia sunt eis ac peruia. Hęc bti Bernardi verba nihil loquūtur de visione per mutū: sed q̄ murum possunt substantialiter penetrare: & ad locum volitum se recipere. Nam si sua cognitiōe vt tali precise, possunt murum penetrare: ita vt non impediat visionem angelicam cū volunt aliquid videre: ad quid igitur ponitur indistātia: & presentia debita cognoscētis ad cognitū: nisi placeat ponere certā & determinatam distantiam ad videndū sicut in nobis: quā potest visione penetrare? Videtur ergo dictū sane intelligēdū. Nam obstaculū corporale non impediet visionē essentię animę: eo q̄ spiritus suis naturalibus derelictus potest se rei corporali intuitiue & substantialiter facere presentem, & ita eam intueri: sicut & murus interpositus non impedit suo modo, eo q̄ & ipsum penetrare pōt, & se rei cognoscēdę facere indistantem & substantialiter presentem. Sic ergo corporis obstaculum non prębet impedimētum visionis cogitationum & affectionis nostræ spiritui bono siue malo: immo & actuū nostrorū interiorum & exteriorum: nec minus sunt interiores proportionati vel non pportionati intellectui angelico q̄ exteriores. Hic nihil assero: quia rei huiusce sciētia careo. ¶ Corollarium primum. Anima separata potest acquirere notitiam habitualē manēntibus actibus elicitis post eius separationē. Probatur: quia potest habere notitiam intuitiuā, & abstractiuam generatiuam habitus: igitur potest notitiam talium habituum habitualem manētibus huiusmodi actibus acquirere. Consequētia manifesta est: antecedēs ꝓbatur: quia posito actiuo sufficienter approximato nō impedito, & passo sufficienter dispositō: vel sequitur, vel saltē nō potest negari posse sequi effectum: nisi ratio euidens, vel auctoritas cogēs sit in contrarium. Sed obiectum extra cū intelligitur, est causa sufficiēs & efficiens &c. ¶ Corollarium secundum. Secundum aliquos est probabile dictu: si in anima remansit aliquis habitus prius ante separationem acquisitus qui non repugnat patrię, potest nūc se parata vti huiusmodi habitu. Probatur: q̄a vterq; habituum & nunc & prius acquissitus, natus est inclinare ad actum consimilem illi vnde genitus est, vna cum intellectu. Sed non est inconueniens dicere q̄ aliqui habitus maneāt in patria ad decorem, licet non ad necessitatem. vt supra in tertio. distin. xxxj. Ad idem Ockam in quarto. quęstio. xij. ¶ Tertia ꝓpositio. Est ꝓbabile dictu sanctas animas in cęlo, viatorum preces non solū in verbo cognoscere, aut nōnunq̄ in genere proprio: sed etiam angelica reuelatione: vtputa angeli qui est custos ipsius orantis & supplicantis, vel alio quodam modo. Prima pars est conclusiōes præcedentes. Secunda pars videt ꝓbabilis. ¶ Quarta propositio. Firmissime credendū est & tenēdū sanctos angelos & homines in patria, ac animas separatas deum contēplantes, viatoribus petentibus suffragari suis precib⁹ & supplicationibus siue interpellatiōib⁹. Hebrę. vij. Sic inquit Richar. q̄ sancti orant explicite & interpretatiue. Explicite, cum petunt a deo tale quid dari nobis vel malum auferri. Interpretatiue inquātum eorū merita quę eis sunt ad gloriā cedāt nobis ad suffragiū Ad hoc Gene. xxvj. cū ait dns ad Isaac post alia. Noli metuere: quia tecū sum, benedicāq; tibi, propter seruum meū Abrahā. Immo frequēter dns beneficia facturus cōmemorat se deū Abraham Isaac & Iacob. Patet i diuersis locis scripturę. Hic patres oraturi deū, maiorū merita recēsebant: qua si ex hoc facilius aliquid impetraturi. Et dns volens ostendere Hieremię q̄ nō erat exaudiendus in petitiōe ꝓ peccatis populi, ait. Si steterint Moyses & Samuel &c. quasi diceret. Si hi qui te maiores sunt orarent pro populo illo, nō exaudirē eos. ergo sinit dns sctōs qnq; orare ꝓ populo. Hieremię. xv. Itē. iij. Macchabęorū vlti. Hic est q̄ multū orat ꝓ ppl'o & ꝓ sctā ciuitate Hierusalē. Hieremias ꝓpheta dñi. tūc dudū defūct⁹ dū hęc diceret.



Itē Christū secūdū humanitatē ꝓ nobis orare patē testat Paulus Roma. viij. Qui etiā interpellat ꝓ nobis &c. ad Hebræos septimo. Accedens per semetipsum ad interpellandum pro nobis. Item .j. Ioan. ij. Aduocatum habemus apud patrē Iesum Christum &c. Ad hoc sunt auctoritates sanctorum patrum, & auctoritas maxima ecclesię de relt. & vene. sanct. lib. vj. & Cle. contra errorem Iouiniani, Eunomij, & Vigilantij, contra quem scribit Hieronymus contra Vigilantium. Immo mādatum habemus a domino orare pro inuicem vt saluemur. Iaco. v. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Et licet deus per seipsum omnia posset dare, vult tamē sua ordinatissima sapiētia nō nunq̄ quēq̄ saluari auxilio sanctorum hominū, & angelorum. Opus ergo erit protunc interpellare sanctos. Nec est ab re credere oīes animas defunctorum in charitate, & gratia confirmatorum pro nobis quandoq; orare patrem: siquidem orare est actus charitatis: ipsi autem nunc confirmati sunt in charitate, etiam qui sunt in purgatorio. Immo nunc existentes in charitate confirmata tāto amplius studeant pro nobis orare, quanto nostras miserias amplius cognoscunt. Potius enim nunc induunt misericordiæ viscera, cum misericordiā experti sunt, & fonti misericordię assistūt. Et si non confirmatorum in gratia valet oratio. Iaco. v. Inducat presbyteros si quis infirmatur & orent pro eo. & iterum. Confitemini alterutrum peccata, & orate pro inuicem vt saluemini. ibidē. quanto magis confirmatorum? Ad hoc est cōcilium Parisiēse de mēdicitate spirituali: & mos deuotorum mutuo⁹ suffragatur postulantium & exhibentium in fraternitatibus, collegijs &c. Et si secundum predicta q̄stione precedente, possunt nō nunq̄ aliq̄ bñ vti verbis propheticis, licet obscuris, & non intellectis in psalmorum lectione &c. & per hoc volita impetrare (Ad hoc Origenes Homil. xx. super Iesu Naue, optime valet) Cur nō id ipsum de regeneratis fonte baptismatis adhuc innocentibus qui filij sunt dei, sperare licebit? cum dicat propheta: Ex ore infantium & lactentiū perfecisti laudem. vt scilicet ad interpellandum ꝓ peccatoribus quomodocunq; alliciātur donarijs, vt legant vel dicant: Pater noster: Aue maria. pro aliquo ob honorem sanctæ Marię &c. Exemplum de filio minorenne preces pro malefactore patrē amplexando q̄ tenerrime fundente etiam cum effectu.

D ¶ Quantum ad articulum tertiū est dubium primum: si sancti pro nobis orātes semper exaudiantur. Dicendum. Exaudiuntur dum per eos petimus pie: hoc est pro vtilibus ad salutem pro nobis perseuerāter, & in charitate. Secus non oportet: vt si petimus temporalia nocitura, ꝓ alijs non se præparantibus ad gratiam: sed obstinatis, aut non perseuerantibus in eadem. Richar. distinct. præsenti. Si deum interpellant explicite, semper exaudiuntur: quia sic non petunt, nisi qd vident deum velle dare aut facere. Cum reuerētia non videtur hoc esse necessarium: quia non sequitur: deus reuelat Petro inuocationem Ioannis: ergo reuelat ei id velle conferre. Stat ergo beatum petere & nescire si deus velit eum exaudire. Sufficit enim ad conformitatem voluntatis diuinæ, q̄ velit petere eo modo vt deus vult eum petere: nec requiritur in volito conformitas. Vult autem deus parata reuelatione Petrum petere: & forte expectare reuelationem a deo, si sit exaudiendus an non: & si reuelat ei q̄ velit eum exaudire, continuat orationes suas & non frustra: quia vult per hoc medium saluare. Si vero reuelatur ipsi q̄ nō exaudietur, dimittet orationē. Sic deus vult quēpiam mori, & tamen vult hominem aliquem istū velle viuere. Nec variatur diuina predestinatio in tercessione sanctorum: sed per hoc, sancti venerātur: laudatur deus in sanctis suis: deuotio in homine excitatur: ordinatio diuina adimpletur. Nā sic impetratur, qd ad preces eorūdem de⁹ statuit velle dare, tanq̄ per mediū ab æterno preuisum. Subiungit Richar. Cum sancti orant pro nobis interpretatiue non semper exaudiūtur: cuius causa ex parte nostra se tenet. De merito sanctorum si nobis succurrant suo merito, patuit aliqualiter quæstione præcedente. Non placet omnibus, q̄ sancti mereantur nobis: sed intercedant pro nobis. Videtur res stare in quid nominis termini mereri. ¶ Secundum dubium: si sancti feruentius E orant pro eis quos in vita germanius dilexerunt, & quibus plus iuncti fuerūt carne vel sanguine, aut a quibus beneficia maiora ceperunt. Cui par est hoc dubium: an adepta beatitudine talismodi, sancti inter sese plus lætentur & exultent: q̄ cū extraneis. Dicendum. Sancti cæteribus paribus pro suis amicis magis orant: sic de benefactoribus & cognatis, & eis saluatis cumulatius gloriantur: maxime cum eorum promouerunt salutem verbo vel exemplo, vel quomodocunq; fuere causa glorificatiōis, quemadmodum damnati plus odio habent eos quorum fuere damnationis causa. Plus tamen volunt beatitudinem maiorem extensiue his qui plus meruerunt, qui cūq; sint: & minorē qui minores fuere merito: vt dicetur distinct. xlix. quęstione quinta. ¶ Tertiū dubium: si orant pro damnandis adhuc viatoribus. Respondetur vt supra de suffragijs. quæst. ij. articu. i. ¶ Quartum dubium moueri posset F de cultu & veneratione sanctorum, & de diuersitate gratiarum & donorum collatorum eisdem: ra-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tione cuius diuersi diuersa possunt,& pro diuersis necessitatibus diuersi inuocantur.quæ diffuse tractantur in expositione Cano.mis.lect.xxxij.ideo hic rescinduntur. ¶Quintum dubium. An sancti recordentur peccatorū quæ commiserūt olim. de hoc infra distinct. xlvtij.quæst.ij. Hic breuiter potest dici ꝙ vtrunq; est possibile,& ꝙ nūq; actu recordentur:aut si recordātur,non generabitur in eis tristitia quęcunq; &c. Primum est possibile:qa dicetet quis hoc pertinere ad eorum gaudium accidentale,ne habeāt nolitionem peccatorum. Vel si hoc non placet,dicatur ꝙ sciunt oīa:quia vident deum potentem & volentem eis reuelare oīa quorum cognitio & reminiscentia pertinet ad eorum beatitudinem: & ita dicuntur quasi in habitu habere reminiscentiam peccatorum. Qz si quā doq; exeant in actum : nullam tamen inde habebunt tristitiam ex peccatorum reminiscentia, vel nolitione,deo id prępediente,ne nolitio causet tristitiam.Nec hoc impedit dictum August.xv.de trinit.cap.xvj.dicentis ꝙ in beatis non erunt cogitationes volubiles. Verū est exparte obiecti beatifici: cuius cognitione & visione nunq; carebunt. Sed cū hoc stat diuina reuelatio : & noua de creaturis cognitio, pro eorum beatitudine debita. Si dicitur:Beatus est qui habet quicquid vult, & nihil male vult:de hoc infra.dist.xlix.

## Distinctio.XLVI.

Sed quæritur hic de valde malis. In præcedenti distinct. Magister egit de statu animarum in purgatorio: nunc de animarum statu in inferno pœnas habētium.Et potest sententia Magistri tribus conclusionibus constringi.

¶Prima. Sicut misericordię effectus est in beatorum perpetua saluatione: ita & suo modo est in reprobis damnatis: quos perpetuo & interminabili cruciatu affligi vult deus in inferno:mitius tamē q̄ iuste cruciari possunt ꝓ culpę demerito. ¶Secunda conclusio. Iustitia & misericordia dei non sunt res duę,sed duo nomina eandem rem,& diuinam essentiā pro substrato significātia,propter diuersitatem cōnotati,& effectuū ad extra in creaturis,de diuinis opib⁹ alijs & alijs dicibilia. ¶Tertia cōclusio.Multiplici ratione & respectu, vniuersę vię domini,misericordia & veritas possunt dici.Declarationem & probationē textus habet.

## Quæstio Vnica.

Circa hanc dist.xlvj.quęritur Vtrū in deo sit iustitia dulcorata misericordia:vel sola iustitia, qua decedētes finaliter in mortali pctō puniuntur in inferno pœna perpetua. A

¶Quantum ad articulum primum q̄ est declaratiu⁹ terminorū,notādū prio:ꝙ nomine iustitia venit nōnunq; omnis virtus,seu virtutis species:vt ait Hieron. ad Demetriadē.si saltē ipse edidit epistolam,cuius initium. Si summo ingenio &c.&.xix.de ciui.dei.ca.xxj. Iustitia ea virtus est quæ sua cuiq; distribuit. Sic ait Christ⁹ Ioanni.Matth.iiij. Sine. Sic enim decet nos implere oēm iustitiam. vbi iustitia non est virtus specialis,sed oīs virtus. Omnis enim virtus potest recte dici vocabulo generali iustitia. Et Gerson de direct.cor. Sub illo ambitu cōtinetur omnis virtus: prudentia recta ratio agibilium: temperantia moderatrix passionum cōcupiscibiliū: fortitudo moderatrix inter timorem & audaciā:iustitia particularis respiciens commutationem in precijs distributionum pro meritis. Solet iustitia sub illo generali ambitu dici iustitia legalis: quæ reddit vnicuiq; qđ suū est,deo,sibijpsi,& proximo. Ad idē lib.xix.de ciui.dei.cap.xxj.&.xxvij. Verum an iustitia legalis sit vnus simplex habitus,sicut scientia aliqua dicitur vna: vel sit quoddā totū aggregatum ex omnibus habitibus virtuosis:vel multi habitus simul sumpti : quemadmodum scientia qñq; dicitur aggregatione vna:& totus mundus vnum quid:siue exercitus aliquis propter ordinem determinatum inter se quē habent inter se: dubium est apud multos. Forte posset dari simile. Sicut charitas,seu gratia gratum faciēs est species virtus per essentiam, & dicitur nihilominus generalis virtus:quia inclinat & dirigit hominem in actib⁹ suis in deum qui est quoddam bonum commune ab omnibus diligendum, & omnibus volendum: ita iustitia legalis licet ab omni virtute sit virtus specialis per essentiam : vt tenet Sanctus Thomas secunda secundę,quęst. lviij.artic. vj.in fine:est tamen generalis quia dirigit & inclinat hominem ad obseruātiam legis in genere datę homini vt animali ciuili politico, & pro bono reipublicę. Aliter dicitur iustitia generalis : secundum Holkot lect.cix.super Sapiēn. quia est vna virtus particularis directiua cuiuslibet virtutis in actum suum,secundum q̄ expedit bono cōmunitatis siue bono cōmuni. Et dicit legalis: qa per



eam sit homo totius legis obseruator:secundum singulas operationes virtutum: sicut expedit ad bonum communitatis.dirigit enim in omnē virtutem. ¶Corollarium.Theologice loquendo est habitus virtuosus inclinans hominis voluntatē ad generalem obseruantiam legis sibi & multitudini datę a legislatore sibi supiore, & quo ad se & quo ad alios:propter hoc quia sibi superior,& qa ratio recta dictat potestati sublimiori hominē iure esse subiectum pro consecutione felicitatis humanæ aut æternæ,non curando quis sit ille superior,siue deus,siue pręco, aut nuncius dei homo vel suamet cōscientia. Si placet,addatur secundū q̄ expedit ad bonum communitatis:secundum Philosophum.Hoc videtur voluisse beatus Ansel.lib.de Veritate iuxta finem.cum describit iustitiam:rectitudinem voluntatis quæ seruatur propter se. Declarat enim ꝙ omnis voluntas habet quid & cur.hoc est,ita ptinet ad hoc ꝙ nostra voluntas recte & laudabiliter velit aliquid, ꝙ velit ꝓpter debitum finē,sicut ꝙ velit volendum.Omnino enim nihil volumus (inquit) nisi sit cur velimus.infert.Voluntas ergo iusta est quæ sui rectitudinem seruat propter se.Rectitudo ergo voluntatis facit quē iustum. Qui autem non nisi coactus,aut extranea mercede conductus vult quod debet,non eam seruat propter istam, sed propter aliud:ideo non est iustus.Cum enim iustitia legalis secūdū eos,vel virtus dicitur & habit⁹ simplex virtuosus,vt supra:vel tota virt⁹,& nonpars virtutis: cui nec opponitur pars malitiæ, sed malitia tota.v.Ethicorum: ideo non potest habere materiam debitam & finem rectum: qui secūdum Ansel.potest esse ipsa voluntatis rectitudo propter se seruata & spōtanee semper habita sine respectu ad alienum legislatorem.Vel potest esse regula sui superioris & legislatoris, dei scilicet qui est finis vltimus:aut rationis rectę diuinę vel humanę. Manifestum em̄ est generaliter loquendo post dicta in secundo collect.dist.xxxv. ꝙ contingit quem operari: vel propter finem vltimum : vel propter rationem rectam : aut quia ratio recta diuina vel humana sic dictat: vel propter finem alium ab illis:vtputa nec quia Deo placet:nec quia recta ratio dictat:sed propter aliquod bonū vtile,aut delectabile consequendum, aut malum aliquod fugiendum. His enim tribus modis contingit aliquem actum exteriorem exercere: secundū Ockā in dialogo.parte.j.lib.vj.cap.lxxvij. Actibus primo modo elicitis verę virtutes correspondent,& pfectę solis fidelibus debitę,& huiusmodi virtus nullum secum compatitur vitium: quia habēs talem virtutem, secundum præparationem cordis habet omnes virtutes & actus earum,& omni vitio caret:quemadmodum habens charitatem habet secundum cordis præparationem omnes virtutes,& oīni vitio caret: vt supra in tertio collect. distin.xxxvj. Actibus secundo modo correspondēt verę virtutes,sed respectu primarum imperfectę, quę a beato Augu.in Serm. negantur esse virtutes:quia nō sunt formatæ charitate. Et q sic habet virtutem aliquā hoc scđo modo,habet secundū cordis præparationem oīnes virtutes morales,& omni vitio caret. Qui em̄ hoc modo habet vnum actum virtuosum,præcise vult & operatur eum:quia ratio recta sic dictat: sed qui vult aliquid præcise quia tale,non potest nolle aliquid scitum esse tale. Qui enim vult antecedens, non potest nolle consequens scitum esse tale.vtputa: si præcise ob hoc impendo alicui honorem quia Vasallus regis : ergo quēcunq; comperio talem, volo ipsi impendere honorē. Pręterea repugnant formaliter, velle aliquid præcise quia dictatum a ratione recta, & nolle illud . sed ratio recta dictat oēm actum virtuosum esse volendum propter hoc quia ratio dictat:& nullum esse nolēdū : ergo quicunq; vult vnum,vult & alium, & nullū nult. Actibus tertio modo non correspondēt virtutes nec perfectę primo modo quæ sunt proprie fidelium: nec veræ secūdo modo quę fuere philosophorum moraliū : & ita nec imperfectæ virtutes. Nō enim dicēs veritatem propter honorari, laudari,aut infamiā præcise propellēdā, est vere virtuosus & verax dicendus scđm Ansel. vbi supra cum dicit. Iustitia est rectitudo volūtatis quæ seruatur propter se.Habens ergo in se illam volūtatem secūdū cordis præparationem,ꝙ vult vni cuiq; cum effectu & pro viili dare qđ suū est:puta deo obedientiam & mandatorū custodiam, proxtmo ordinatā & fraternā dilectionem, carni suæ in obsequiū spūs & vitiorum exterminū castigationē:quia legislator siue sit deus ipse,siue homo superior cui obtemperādum est ordinatione diuina.j.Petri.ij.aut ratio recta sic dictauit,velut præco legis diuinę aut humanæ: videtur habere iustitiam legalem. Hinc Paulus Roma.xiij. Omnis anima potestatib⁹ sublimioribus subdita sit. Nō em̄ est potestas nisi a Deo. Itaq; qui resistit, ordinationi dei resistit &c. Videtur em̄ synderesis formare maiorem quā habet scriptam canonica : & ratio minorem: hic est tuus superior ordinatione dei. Conscientia concludit:ergo huic est obtemperandū. Comperto itaq; in particulari, ꝙ illud est de lege data, concludit cōscientia assensiue ipsum esse tenendū &c.prout lex iubet. Ex quo vlterius facile colligi potest: vnde habitus ille generatur q dicitur iustitia legalis:vt est virtus quædam.& nō oīnes virtutes formaliter vel aggregatiue:sed forte causatiue,dispositiue,& inclinatiue. Si enim legalis iustitia est formaliter omnes virtutes : ne-

scio quis eam habuerit, ettã de Christo. Non enim videtur q; oim virtutum actus formaliter exercuerit, sed eminenter oẽs habuit in summo. Et p hoc ad hũc sensum datũ possum facile soluere dictũ Philosophi, q; est tota virtus, non pars virtutis: nec habet contrariam partem malitię, sed totã: item q; est aggregatum ex omnibus virtutibus moralib⁹. Et cum Eustathius dicit in appetitu eẽ virtutẽ naturalem & moralem: & illã duplicẽ: simplicẽ & compositã. Item cũ dicitur. v. Ethico. Virt⁹ est iustitia: virtus quia talis habitus: iustitia, quia alterius. Hoc em̃ videt intelligendũ sicut de charitate, quantũ ad innotescentiam. Non em̃ innotescit nobis nisi sit ad alterũ: vel saltem sit ad seip̃m quasi ad alterũ. Exemplũ in homine castigãte carnem suam: vt etiam prosequitur Sco. Item q; est præclarissima virtutũ. Hoc quidã strictius dicũt: dicentes esse rationabile, vt ea quæ sunt præcise fugienda vel facienda: quia lex statuit ea fugiẽda vel factẽda: ita q; ante legem erãt neutra, habeãt specialẽ virtutẽ inclinantẽ præcipue voluntatẽ ad factendũ vel cauendum id: quia legislator hoc sic voluit. Virtus ad hoc & propter hoc inclinans ad actũ cadentem sub lege præcise, dicitur legalis iustitia secundũ eos. Consequenter sequitur: pro diuersitate legum alia & alia: maior vel minor erit in diuersis legalis iustitia: tametsi voluntas secundũ cordis preparationem posset in vno esse: ita generalis ad oẽm legem impositam rite & imponendã sicut in alio. Ad actus vero particularium legum vel contentorum in lege, particulares sunt virtutes. Sic patet intellectus huius cum dicitur eẽ circa bonũ cõmune. Est em̃ sicut & alię virtutes moderatrix passionũ: quæ sunt singularia. Sed quia in genere respicit legis obseruantiam datam reip. & pro bono cõmunitatis, cui omnes tenentur se cõformare, & qua lege contingit omnes bene vti tanq̃ directorio & impulsiuo ad virtutes illas, & illas: ideo &c. Sicut aliqua aqua singularis potest dici bonum cõe, oñibus volentibus in ea piscari, aut nauigare &c. Hic em̃ est primus eius effect⁹: inclinare in vniuersali, & in gñe ad legis obseruãtiã: qa talis. Sicut & synderesis in vniuersali respicit agibilia practica & non in particulari. Hinc iustitia legalis non dirigit immediate ad opus: sicut nec synderesis ratio: sed ostenso aliquo contento sub lege, mediate inclinat ad ipsum. Videt̃ his alludere Sco. dist. presenti. q. j. cum inquit diuidendo iustitiã in vniuersalẽ & particulatẽ. Vniuersalis est ad alterũ: puta ad legislatorem & legem, inquãtum est q̃dam regula determinata a legislatore: & dicitur iustitia legalis. Et Tho. Argen. Iustitia legalis est virtus vniuersalis: eo q; virtuosus secundũ hanc virtutẽ exequat̃ iuxta suã possibilitatem opus cuiuslibet virtutis, non propter alium finẽ: nisi vt satisfaciat p̃cepto & voluntati legislatoris hmõi opera virtutis præcipiẽtis. Ad idẽ Guliel. Parisien. in de virtutibus, cum disputatur de virtutibus naturalibus, ostẽdit q; actus fluũt ex volũtate tripliciter. Quãdoq; omnino libere, sicut in valde virtuosis aut vitiosis: qñq; consiliatione, vel suggestione: quandoq; persuasione aut precatione. Nulla enim est potestas humana apud voluntatẽ, nisi cõsiliatio, psuasio, aut precatio. In posito legislatore aliquo mõ persuadet & precatur, tum præmij sponsione: tum pœnarum comminatione &c. tum virtutis amore. ¶ Secundo notã B dum. Ex quo secundum prædicta iustitia legalis non est essentialiter omnis virtus: sed necesse est præter ipsam ordinantẽ hominem immediate ad cõmune bonũ, esse & alias virtutes ordinãtes circa particularia. Sicut ergo præter legalem iustitiã etiam reperiuntur aliæ virtutes cardinales: puta tẽperantia, fortitudo &c. ita etiam oportet esse quandam particularem iustitiam ordinantem hominẽ circa ea quæ sunt circa singularẽ personã alteram, vel quasi alterã. Et hmõi particulari iustitię (maxime cũ est ad alterum) contrariatur auaritia: & est in commutationibus & distributionibus quæ fiunt ad singulares personas: vt quidam loquuntur: sicut legalis iustitia est ad bonũ cõmune directiua. Et secũdũ hoc quędam iustitia particularis dicit̃ cõmutatiua: quędã distributiua. Secũdũ cõmutatiuã constituitur equalitas quãtitatis inter dantẽ & recipiẽtẽ: vt scilicet tãtũ recipiat in valore, quãtũ dat in æstimatione precij & ecõtrario. Secundũ distributiuam constituitur æqualitas, non quantitatis: sed proportionis inter recipientes: ex hoc q; vterq; recipit a dispẽsatore bonorũ cõitatis prout meruit, pro qualitate & cõditione suę personę. Est ergo cõmutatiua iustitia, q̃ aliqs vult alicui, put & tenetur, seruare equalitatẽ secundũ quãtitatẽ & valorem rei, etiam p loco & tempore, siue naturalẽ siue vsualem. & hoc fit inter dantem & accipientẽ in emptionibus & venditionib⁹: & in genere in oñibus retributionibus. Distributiua vero cõstituit equalitatẽ inter recipiẽtes duos &c. cum quilibet eorũ recipit a suo datore pro merito, aut qualitate suę psonę, siue secũdum decentiã status &c. Et est qua quis vult ꝓportionabil̃r dare vni tantũ quãtũ alteri, habito respectu vt supra ad meritum tale vel tale. Vel sic: est qua aliqs vult omnib⁹ qui sunt de cõitate distribuere bona cõita, scãm debitã ꝓportiõis equalitatẽ. Et videt̃ q; iustitia distributiua depẽdeat ex cõmutatiua: & nõ econtrario. Iustitia em̃ distributiua vult dare singulis scãm proportionẽ ad meritũ: & licet diuersi diuersa recipiãt pro meritis tempore distributionũ & qualitate psonarũ, q̃bus iure cõpetit talis vel talis remuneratio: tamẽ inter dãtẽ singulis quod ad singulos pti



net, & singulos recipientes in ordine ad dantẽ, videtur esse quędã cõmutatio hui⁹ p illo merito vel demerito: tametsi illa cõmutatio nõ sit semper ꝓprie dicta: nec innitat̃ valori naturali, vel vsuali rei aut dignitati rei acceptę ad datã: sed quandoq; liberali & gratuitę acceptatiõi huius pro illo: aut cõuentioni amicabili: vt est in merito hoĩs respectu gratiæ primæ: qđ solet improprie dici meritũ, aut meritum cõgrui. Acceptat em̃ de⁹ mere liberaliter hoĩs peccatoris sese humiliãtis p̃ces non ex debito: sed ex liberalitate pura, largiẽdo gratiã, nõ p meritis: sed liberaliter, non daturus eandẽ si peccator se nõ conuertisset: & tamẽ nulla videt̃ eẽ inter opera ipa peccatoris, & gratiã quę conferr̃, equalitas. Attñ potest dici cõmutatio & cõmutare differẽter Deus gratiã suã: & peccator gemitũ & dolorem. Iustitia distributiua consistit in quadã condignitate, seu equalitate geometrica, siue proportionis meriti talis vel talis ad præmiũ tale vel tale. Sic de demerito. Vñ si p̃miũ excesserit meritũ in valore vel dignitate, nõ seruat̃ iustitia in p̃miando. Verũ hic equalitas attendit̃ nõ solũ ex natura actus vel rei: sed etiã ex ordinatiõe, spõsione, aut ꝓmissione, vel conuentione, seu pacto ꝓmittentis, spõtanee & libere tãtũ p tãto dare volẽtis. Et ita videt̃ in iustitia distributiua etiã saluari cõmutatiua ex pte dãtis, & recipiẽtis inter se: per cõsequẽs distributiua pendet ex cõmutatiua. Videt̃ etiã posse dici q; distributiua alia rõne põt dici commutatiua: alia distributiua. Hinc alt Durã. & Palu. art. j. dist. presentis. Distribuere p̃mia p meritis vel pœnas pro culpa, ptinet ad iustitiã cõmutatiuã: & tñ reddere singulis p suis demeritis, vel meritis, ad distributiuã pertinet. Decet em̃ diuinã voluntatẽ, ne malũ euadat impunitũ, & bonũ irremuneratum. Exigit quoq; iustitia, & malũ vel bonũ in creatura tantã vel tantã in bono aut malo pœnę remunerationẽ. Cõcludit Durã. q; iustitia tã cõmutatiua q̃ distributiua in Deo, non est aliud q̃ decentia diuina in redditione p̃miorũ, & pœnarũ: & in distributione ꝓprietatũ, & principiorũ agẽdi, put cõgruit subslãtię vniuscuiusq; rei. Ponit em̃ distributiuã largo vocabulo in Deo, respectu creaturarum, in quantũ oĩbus dat scãm vniuscuiusq; dignitatẽ. Nã secũdũ diuersitatẽ gradualẽ rerũ in vniuerso, deus dat eis ꝓprietates nobiliores & operationes quasi q̃dã cõmunitatis officia. Ad hoc Diony. de di. no. cap. viij. cũ inquit. Iustitia aũt rursus laudat̃ deus, sicut oĩbus secundũ dignitatẽ distribuẽs, & cõmensurationẽ, & pulchritudinẽ, & bonã ordinationẽ, & ornatũ, & oẽs distributiones, & ordinationes segregãs vnicuiq; scãm inexistẽtem iustissimã definitionẽ, & oĩb⁹ ꝓpię opatiõis eorũ causa existẽs. In quibus ostẽdit qđ ptinet ad rõnẽ diuinę iustitię, s. distribuere oĩb⁹ secundũ suã dignitatem hmõi distributionẽ multiplicẽ, seu diuersitatẽ distributionis inconfusam tenere, ne vnum alteri cõmiscatur: vel ab alto p̃tipiat̃: & q; vnũquodq; operet̃ id qđ sibi cõueniens est. Sed cum reuerentia: ille textus videtur intelligẽdus de iustitia in generali: vt est oĩs virtus. Et ideo minus bene San. Tho. in Cõmẽt. vult a deo excludere iustitiam cõmutatiuã, cũ & ipsemet in eodem ꝓpter effect⁹ iustitiæ nũc noĩatos eam dicat oẽm virtutem. Valet pro iustitia distributiua Parabola Matthæ. xx. de operarijs in vinea &c. ¶ Tertio notandũ. Punire C ad condignũ, non est sic punire q; deus nõ possit iuste amplius punire: sed est punire quãtũ recta ratio & diuina iustitia exigit & taxat: sc̃z ꝓ tali peccato talẽ pœnã. Et sic oñe pct̃m punitur ad condignũ: quia sic vt demeritũ exigit, & diuina cõdecet bonitatẽ & iustitiã: & ita citra condignũ: qa semp plus posset punire etiã iuste. Sic p̃miare vltra condignũ dicitur quia iuste posset minus dare: & ad condignũ: prout diuina bonitas vult dare tantũ p illo. ¶ Quarto notandũ: q; illud abstractum iustitia potest sumi absolute, & cõnotatiue. Absolute vt præcise importat rem illam a qua aliqs dicit̃ iustus. Hoc vero in creaturis est pfectio secunda rei superaddita informãs aiam: sicut caliditas subiectũ informat & denominat calidũ. In deo autẽ nõ est quid superadditũ: sed oĩb⁹ modis diuina essentia. Et quia tam in deo q̃ in creatura, id vnde quis dicitur iust⁹, est res absoluta, põt absolute significari. Põt etiã nomẽ sumi cõnotatiue: vt. s. dicat id vnde quis dicitur iustus, cõnotando tendentiã psonę in obiectum: per quã bene vel male disponitur. & sic est nomẽ cõnotatiuũ, de prima vel secũda specie qualitatis: quia ꝑter illam perfectionem absolutam quã dicit, cõnotat subiectum & obiectum. quæ distinguunt̃ ab illa pfectione, pro qua supponit abstractum. Et licet in deo idẽ sit subiectũ vel potẽtia cũ illa perfectione, eo q; nihil est in deo qđ non est deus: tamẽ obiectum puta creatura circa quã exercet̃ diuina iustitia, non est de⁹. Cõcretum vero iustus quãdoq; notificatur a docto. & sanctis. Iustum est qđ habet in se iustitiam inhę siue: aut qđ est iustitia. Sic ait Ansel. in suo monologio. ca. xv. Sũma natura non ꝓprie dicitur iusta quia habet iustitiã: sed quia existit iustitia. Et itẽ dicitur iusta: quia intelligitur existens iustitia, oñino aũt habens iustitiam. Et sicut cum dicitur existens iustitia: non dicitur qualis est, sed qđ: ita cum dicitur iusta, non dicitur qualis sed quid sit. Sicut ergo diuina natura dr̃ sũma essentia, sũma vita, quia summe ens, summe viuẽs: sic summa iustitia: quia summe iusta. secundũ Ansel. vt supra: & in ꝓlogio eiusdem. ¶ Quinto notãdũ. Nomen miserecordia ab Augu. ix. de ciui. cap. v. sic notificatur. Est alienę miserię quædam in cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca



enim virtus est: & consistit in quadā ęqualitate, siue secm̄ quantitatē, siue secm̄ ꝓportionē, geometrica vel arithmetica. Hinc tāta est ꝓportio quatuor ad duo, quāta. xx. ad. x. qa dupla. Deus aūt virtuosissime agit: & in oibus mediū tenet indiuisibile secm̄ decentiā suę benignitatis & bonitatis, sapientię & prudētię: immo volūtas eius reb⁹ tribuit decentiā & iustitiā. Ideo enim secm̄ Ansel. aliquid decēs & iustū est respectu Dei, quia vult ipm̄: iniustū, qa nō vult. Et ideo quo ad hoc non agit iustius cū vno q; cū alio: q̄uis forte respiciēdo absolute exigentiā meritoꝝ nostroꝝ, multiplicē gratitudinē vel ingratitudinem & relapsum in peccatū &c. posset dici iustius agere cū vno q; cū alio. Nec sequitur: iustius agit cū vno q; cū alio: ergo minus iuste cū illo: quia cū oibus iuste agit, & nō potest iniuste agere: nec minus iuste q; condecet suā bonitatē & sapientiā: tametsi forte vnus plus demeruit iuuari q; alius sua ingratitudine. Et ideo sicut magis iuste, includit iuste secm̄ Rich. ita min⁹ iuste includit iuste. Sic deus quādoq; magis iuste punit vnū q; aliū, &c. Potest tū concedi, q; Deus misericordius agat cū vno q; alio. Exemplū de Paulo, quē pure misericorditer sine meritis pro sua benignitate vocauit miseratiōe diuina. Itē plures sine omni merito boni sanctificati sunt in vtero, & ad vitā prędestinati. Non tū iustius agit cū vno q; cū alio, vt dictum est: quia semp agit secm̄ decentiā suę bonitatis & sapientię in finitę. Pręterea nullius est debitor nisi sua volūtate. Concordat Durād. q. iii. ¶ Quintū dubiū. An in omni ope dei simul concurrāt iustitia & misericordia. hoc est, si omnis effectus dei qui producitur, ꝓducatur & iuste & misericorditer. Pro vtraq; ꝑte possunt adduci scripturę canonicę & rationes diuersę: sed fundātur in quid nominis termini. Ideo post dicta in conclusione sexta: notandum. Misericordia & iustitia secm̄ Durā. quādoq; sumūtur large. Sic misericordia Dei est diuina volūtas volens benefacere creaturę. Iustitia dei, est volūtas diuina volens pro suę bonitatis & sapientię condecentia circa creaturā agere. Hoc modo in omni ope Dei reperit & misericordia & iustitia: immo i hominis creatione vbi nullum ꝑcedit meritū. Quia em̄ bonus Deus, nos sumus. Et Threñ. iij. Misericordię dñi q; nō sumus cōsumpti. Nec potest Deus agere, nisi secm̄ decentiā sapiētię suę & bonitatis. Sic verū est: Iustus dñs in oibus viis eius: & miseratio ei⁹ in oia opa eius. Nīa translatio habet sup: et redit in idē secm̄ Aug. In opa eius dicit, non nostra, quę sunt peccata. Et iterū. Vniuersę vię dñi misericordia & veritas. Alio modo sumūtur illa noīa stricte, vt vltra ꝑdicta misericordia dicit volūtatē subuenire ꝑter meritorum exigentiā: iustitia est decētia volūtatis diuinæ secm̄ merita vel demerita. Et sic iustitia solum reperitur vel effectus iustitię, circa rationalem creaturā habentē liberū arbitriū. Hoc modo potest cōcedi q; non cōcurrāt simul in omni actione Dei: quia nō in creatione hois. Priusq; em̄ homo esset, mereri nō potuit. Et inimicus Dei ꝓprie nō meretur: & mereri potissimū est i diuina acceptatiōe. Itē oē pctm̄ demeret. Threñ. iii. annihilationē peccātis, etiā peccatum originale: sed non annihilat peccatorē: qđ est misericordię, & non iustitiæ seu meriti. Sic cum punit peccatores iuste agit: cum citra condignum, misericorditer. Cum præmiat bonos, iuste agit: cū supra cōdignū, misericorditer. Cōcurrit itaq; hoc modo in ꝑmiatione & remuneratione bonoꝝ & maloꝝ. Sic cū quis peccat & alius punitur, exercet iustitia & misericordia primo modo. Est em̄ bonū reipub. culpā ordinare ꝓ pœnā: licet forte nō semp bonū illi. Nam secm̄ Aug. sup Iosue. q. viii. in tpalib⁹ pœnis alter ꝓ alio punitur, nō sine causa: sed forte sine culpa, in medicinā curatiuā aut ꝑseruatiuā patiētis: cęteris in terrorē: et vt cęteri videtes multitudinē affligi ꝓ vnius peccato, curent peccatū vitare, saltem formidine pœnę peccato debitę: animaduertāt quoq; quāta pœna manet peccantiū multitudinē: curent deniq; alterutrū peccata vitare: ne aliū ꝓ alio cōtingat luere pœnam, seu afflictionē &c. Secūdū nūc datas terminoꝝ acceptiones, multę scripturæ & patrū dicta possunt cōcordari q; facile. ¶ Sextū dubiū. An Deus sic obligetur ad aliqua faciēda, q; de necessitate iustitiæ teneat ea facere. Supponit hic ex dictis supra: q; duplex est necessitas. s. proprie dicta, & imutabilitatis. Necessitas ꝓprie dicta siue coactiua nō potest habere locū in Deo: quia nō habet superiorē se cogentē ad aliquid. Habet autē lex coactiuā potentiā. x. Ethicoꝝ. secm̄ mouēs ab aliqua prudētia vel intellectu. Necessitas imutabilitatis non realis sed complexionalis cadit in Deū. Id em̄ qđ ꝓmisit se daturū vel redditurū in ꝑmiū, immutabiliter reddet: licet contingēter, vt supra dubio. ii. Nā in Deo non est successio, vt nūc nolit prius volitū, & ecōtrario. Et sic potest aliquo mō cōcedi q; Deus necessitate iustitię teneat dare ꝓmissum: loquēdo de imutabilitate cōplexionali: et tū cōtingēter dat: sed immutabiliter imutabilitate cōplexionali. Bene sequitur. Si Deus promisit se hoc redditurum, infallibiliter reddet, vt supra. Sic dicitur. ii. Timoth. quarto. De reliquo reposita est mihi corona &c. Et illa necessitas non est proprie meritoꝝ nīoꝝ exigentia de rigore debiti:

Non enim possumus facere debitorem nostrū, nisi quia placet ipsi esse nostrū debitorē, & solvere debitū ꝓmissum: sed potius est suę bonitatis condecentia. Et hoc dupliciter: vel vt decentia capitur absolute & simpliciter: vel nūc in p̄senti rerū ordine: seu sc̄dm p̄sentē iustitiā. Primo modo, quicqd Deus facit, facit ex necessitate iustitię, hoc est decentia suę bonitatis, aut voluntatis. Quia eñ bonus Deus, nos sumus. Et sc̄dm p̄dicta, eius volūtas & bonitas omnibus rebus tribuit iustitiam & decentiā. Hinc nō potest facere iniuste: nec aliquid qđ nō decet suā bonitatē. Hoc eñ non est posse. Secūdo modo Deus nihil facit ex necessitate iustitiæ. Posset eñ totū vniuersi ordinem immutare pro libito suę volūtatis: & p consequens qđ nūc est decēs stante hoc rerū ordine, forte tūc eēt indecēs mutato rerū ordine, & ecōtrario. Ideo diuinę bonitatis condecentia nullā necessitatē iustitię videt habere respectu illius ordinis rerū qui nunc est, nec respectu cuiuscūq; alteri⁹ ordinis vniuersi: eo q; quēlibet talē ordinē Deus potest imutare. ¶ Corollariū. Deus nihil facit sine iustitia: qa nihil facit sine suę volūtatis pariter & bonitatis decētia & rectitudine. Ita respōdet in effectu ad dubiū istud Thomas Argentinensis in primo dist. xliii. Sed cum dicit, Deū facere ex necessitate iustitię quicqd facit: intelligit nō q; Deus aliquid ad extra necessario & nō cōtingēter operetur: hoc eñ falsum esset: sed ad hūc intellectum: Deus facit hoc vel opatur illū effectū: ergo iuste facit: & nō potest nō iuste facere: sua eñ voluntas est causa iustitię. Et sic ex necessitate iustitię quę est ipsemet Deus: cū sit bonū necesse, vt qđā dicūt, cōtingēter opatur hūc effectū: & non nisi iuste opari potest. Sic dicitur, q; de potētia sua absoluta nō potest nō iuste agere. ¶ Corollariū secūdū. Aliquod pticulare iustū potest Deus iuste nolle: et tñ nullatenus contra iustū publicum seu vl'e qđ est ad cōdecentiā suę volūtatis, velle. Istud sequitur ex dictis, & videtur esse de mēte Scoti. q. j. quis obscure. Siquidē sc̄dm eundē si sane eū intelligo, sicut legislator in politia ciuili respicit simpliciter & in se iustū & bonū publicū, et sc̄dm quid bonum pticulare huius vl' illius: prout deseruit ad bonū publicū (hinc sępenumero bonū aliquod pticulare omittitur, cū scilicet eius defensio vel manutētio p̄iudicat iusto publico & ipedit ip̄m) ita & Deus simpliciter determinat ad iustū publicū, nō cōmunitate aggregationis sicut in ciuitate: sed cōmunitate cuiusdam eminētię, qua. s. vult semper agere sc̄dm volūtatis suę iustissimę decentiā. Alia aūt pticularia iusta, ideo iusta sunt: sc̄dm q; cōgruūt huic iusto vl'i. Hic licet Deus nō velit nec possit iniuste agere in quocūq; casu: quia nō contra suę bonitatis aut volūtatis decentiā essent taliter iustā: potest tñ in certo casu, dū id exigit suę volūtatis decētia: aliqđ pticulare iustū nolle & oppositū iuste velle: cū illud nō requirit necessario ad iustum publicum. Tale eñ est finis in quod alia ordinant, et ꝓpter qđ fiūt quę iuste sunt, nullū ens (qđ est ad finē) necessario requirēs. Sic eū qui nō deligt, vult sine sua culpa affligere: vult aliquē sine meritis in vtero sanctificare: ad hoc vel illud assumere ꝓ decentia suæ voluntatis: & pleni dominij in creaturā ostensione. Et tātū de ista distinctione.

## Distin. XLVII.

Olet etiam quęri qualiter dabitur iudicij sententia. Egit supra Magister de resurrectiōe & animarū statu: quia vero pfecta hoīs sanatio etiā exigit iudiciale discussionem & indaginē, post tractatū de corporū resurrectione agit de resurgentiū finali & nouissimo iudicio, hoc modo. Primo. dist. p̄senti de extremi iudicij habitudine quantum ad iudicij ordinem, & ad ea quę sunt ex pte iudicantium, iudicandorū, & ministrantium. Secūdo. dist. sequēte: quantum ad iudicis qualitatē. Vel sic. In hoc tract. de finali iudicio, primo agit de extremi iudicij habitudine & discussione. dis. p̄senti. Secūdo, de remuneratione iudicatorū. dist. xlix. Sententia dist. p̄tis tribus cōplectitur cōclusionibus. ¶ Prima. Nō est omnino pspicuū ex scriptura, si in extremo iudicio vocaliter a Deo ꝓferetur sententia. ¶ Secūda cōclusio. Nō solus Christus iudicabit, sed & oēs sancti cū eo: non solum cooperatione, sed etiā auctoritate & potestate citra reuelationē nobis incognita p statu vię. ¶ Tertia conclusio. Quadrifarius est iudicandorū ordo: congregabūtq; angeli a quatuor mundi ventis bonos & malos cū tuba: iudicem veniente p̄cedet ignis, qui mūdi faciē innouabit, in tātū se eleuaturus in iudicio in quantū aqua in diluuio ascendit. Et tūc missis in infernū malis angelorum ministerio, forte deinceps nō torquebimur dæmonū opa, sed virtute diuina. Harū conclusionum declarationem habet textus.



## Quęstio Prima.

Vtrum: sicut primum Christi aduentū in carnem prę cessere Prophetę & Ioānes: ita sc̄dm aduentum eiusdē ad finale iudiciū infallibiliter p ip̄m quādoq; celebrādū, p̄ueniēt Antichristus, Enoch, & Helias. Solito more terminabitur q̄stio triū articulorū nūero.

A ¶ Quantū ad primū, supponit hic duplex Christi aduentus. Vnus qui dicit in carnem, hic cōsummatus est: vt fides habet catholica. Alius expectat quādoq; futurus: & solet dici ad particulare seu ad finale iudiciū: prout cōfitemur in Apostolorū Symbolo, Inde venturus est iudicare viuos & mortuos &c. ¶ Sc̄do notādū. Nomen iudiciū sumit multipliciter. Sc̄dm Sco. iudicare in proposito, est primo & perfecte pariter & authētice determinare & dictare quid reddendum veniat alicui sc̄dm merita sua. Primo & pfecte siue authētice dictat & determinat, cuius intellectus recte dictat & primo ac p se determinat sc̄dm iustitiam cōmutatiuā & distributiuam: & voluntas sufficiens est ad dandū imperiose & efficaciter ex sese, qđ dictatū est pro meritis recte fore dandū. Includit ergo nomen iudicium dictamen rationis rectū & infallibile & volūtatis inimpedibile & imperiosam efficaciam. Et potest iudicium esse duplex: approbās, & condēnans. Cum enim iudici primū constat ex meritis alicuius ipsum fore p̄miandum, potest dici iudicium approbatiuū. Vel puniendū, & potest dici condemnatiuum. Q; si iudex cōperit ꝓpositā nō esse veram, potest dici repulsiuū. Sed si cōtra aliquē proponūtur quasi digna supplicio, & inueniuntur nō esse vera: sequitur absolutoria seu sententia absoluēs: vt cū dicit pronūciando talē innocētem ex cōsequēti fore absolutum vel absoluendū. Sc̄dm p̄dictā notificationē nominis iudiciū vel iudicare, idem est iudicare, & iudicare principaliter authētice: vel inde pēdēter, & sine subordinatiōe intellectus vel voluntatis alicui alteri in dictando, vel efficaciter dando pro meritis. Potest tamen iudicare quandoq; sumi large: vt scilicet est determinare & dictare qđ alicui venit dādū p meritis vel demeritis. ¶ Corollariū. Stricte sumendo iudicare, nō conuenit nisi naturæ intellectuali: nec omni naturę intellectuali: sed illi dūtaxat cuius intellectus nō subordinat alteri in dictando: nec ei⁹ voluntas in efficaciter exequēdo qđ dictatum est: sic q; ad solum eius imperiū sequitur (sine oīi impedimēto) effect⁹ pro volito. Et hoc soli deo & sc̄dm naturam diuinā competit, & non Christo sc̄dm naturam humanā. Anima enim Christi in dictando subordinatur virtuti diuinæ, & maxime in his quę nō possunt recte dictari nisi sc̄dm regulas diuinas: vt sunt ea quæ ptinent ad miseriam damnatorū, vel saluationem beatorum, quæ a voluntate diuina dependēt. Sic etiā iudicium approbare, siue sentētiā, aut testificari aut disceptare, examinare &c. soli Christo cōpetit propriē sc̄dm naturā diuinā. Sic sententiā dei esse iustam, nō potest sufficienter & perfecte cogitare nisi is qui pōt recte iudicare & dictare quid sit dandū cuilibet &c. Christus. s. sc̄dm naturā diuinā, qui solus hoc potest infallibiliter Voluntas etiā humana Christi nō est omnipotens: nec solo imperio causat p̄mium, vel reddi tionem efficacē meriti: & ideo tota creata natura nō habet imperium efficax respectu hui⁹ quod est hanc aīam videre Deum intuitiue, vel ppetuo esse spoliatum beatitudine. Hoc eñ est efficax imperium ad quod mox sequitur effect⁹ se se imperāte & volēte. ¶ Corollarium sc̄dm. Aīa Christi sc̄dm humanitatē non iudicat efficaciter & authētice vel pricipaliter seu primo & per se, sed subauthētice: quia eius imperium fit efficax virtute diuina cui subordinatur. Item iudicare quandoq; sumit pro iudicare subauthētice cōmissarie: sed tñ excellēter excellentia singulari, & sic singulari q; nō potest esse stāte lege auctoritas cōmissaria & subordiata superior. Hoc mō pōt cōuenire Christo sc̄dm naturā humanā aut aīaj hūanā. Nā qđ aīa Christi sic dictat fore dādū, natura diuina in Christo imperiose & efficaciter demādat executiōi. Vult enim persona diuina Christi & sc̄dm naturā diuinā imperiose exequi & infallibiliter qđ ab ei⁹ anima fuerit dictatum & volitū: & sic imperat anima Christi vt habens dominium subordinatū supremo & efficaci dominio imperioso dei: & quia ab eadem psona cui est cōiuncta imperium eius efficaciter impletur sine impedimento cuiuscunq;. ¶ Corollarium tertium. Christus sc̄dm naturā humanā habet potestatem cōmissariam subauthētica eminentissimā sed non principalē & authētica eminentissimā iudicādi viuos & mortuos. ¶ Corollariū quartū. Christus iudicabit principaliter in natura hūana & authētice eminētissime: sed non sc̄dm naturā humanā. Sicut Christus deus & homo in natura hūana creat animas: sed nō sc̄dm naturā humanā: sicut verbū humanatū quicquid egit, fecit in natura humana: sed nō sc̄dm naturam humanā. Nec sufficit ad hoc q; dicatur creasse animas sc̄dm naturam humanā: quia comitante humanitate creauit animas. Non eñ ibi denotatur in hoc mo-

do loquēdi comitantia sed causalitas: quæ non conuenit naturæ humnnæ: respectu creationis animarum & aliorum similiū effectuum: qui soli naturæ diuinæ cōpetunt & non humanæ. De
B hoc dist. sequēti. ¶ Tertio notandū, q; scdm cō munem modū loquendi doctorū hic in proposito, iudicium de quo nunc dictum est (cui⁹ notificatio includi debet & subintelligi in sequentibus modis iudicio⁊) dicit habere duos actus principales: scilicet discussionē meritorum, & retributionē p̄miorum. Primus dicitur iudiciū discussionis: Secūdus retributionis. Iudicium discussionis, discretionis, disceptatiōis, examinis (quæ nomina semper pro eodem accipiunt) est dūtaxat illorū, quorū merita pmixta sunt de meritis & ecōtrario. Et pōt iudiciū discussionis seu iudicare tali iudicio, sic notificari. Est causam iudicij (quod fit cū aliquo) prius vniuersalitati hominū incognitā & occultam, nunc palā manifestare omnibus & singulis in iudicio generali constitutis, tanq̄ sufficientē, congruam, & iustā pro illius hois saluatione aut dānatione tali vel tali. vt innuit in cōpēdio theo. lib. vij. Sic iudicare, ē iudicādos vl' iudicatos quales sint cę terīs manifestare, imo sibiipsis. Et tale iudicium potest scdm morē loquēdi primum dici discussionis: vt sentit Lyra sup Iohel. iij. Disceptabo cum eis. i. ostendā iudiciū meum iustum. Non autē dicitur disceptationis vel discussionis ex parte iudicis, quasi primū veniat inquirēdū & dictandū quid cuilibet sit retribuendum: an deniq; particulare hominis iudiciū sit rite celebratum: qđ vtiq; est infallibile & irreuocabile, sicili cet ex causa nunc dicta. ¶ Corollarium. Iudiciū discussionis aut disceptationis &c. est causę cognitio & manifestatio cur sic p̄miatur iste &c. & non ille. Cognitio causæ sufficiens solius dei est. Manifestationē facit deus homini pro sua capacitate: qui sicut nō potest sufficienter dictare & infallibiliter quid dandū sit illi vel isti: ita nec iustitiā sentētię discernere a priori. Itaq; sentētiam iustam singuli vident: sed iustitiæ pręcisam causam ignorāt & totalē. Sicut iustam sentētiam approbant electi eo modo vt eā cognoscunt esse iustam vel non iniustam. Iudicium retributionis sequitur ad illud primum quæ est imperiosa executio seu largitio efficax præmij pro merito vel demerito. Et iudicium fiet cum omnibus: quia singuli suam habebunt in bono vel malo retributionem saluationis vel damnationis. Item iudicare quādoq; est iudici assidere pro assidentis dignificatione, non pro iudicis directione vel informatione. & sic iudiciū facere est iudici assidere. Tale iudicium quidā dicunt esse omnium electorum: quidā horum qui perfecte Christum imitati sunt in præceptorum & cōsiliorum obseruātia: quidam paupertatis voluntarię: quidā abdicationis temporalium & voluntatis proprię, cum ppetua eorūdem dimissione citra facultatē repetitionis: quidam Apl̄orū trn̄. Sed nullū horū sufficiēter claret: & stati quidnois termini. Iudicare quādoq; est testem esse vel testimonium perhibere. Malac. iij. Accedā inquit dominus ad vos in iudicium: & ero testis velox super maleficos &c. Vbi Aug. xx. de ciui. dei. c. xxvj. Testem se dicit futurum, quia nō indigebit teste: & velocem, quia sine mora reuocatur⁹ est ad memoriam vnde cō uincat & puniat cōscientiam. Et adiūgit. Immemitis dānabilibus cernimus: quoniā ego dominus deus vester & nō mutor. Roma. ij. Testimonium reddēte illis cōscientia ipsorum. Glos. Si biipsis testes erunt boni vel mali, inde scientes se merito dānari vel saluari &c. Et sicut in iudicatorio humano testes accusant & defendunt, ita in naturali iudicatorio synderesis naturaliter & in vniuersali dirigit ad principia agibilium: & ratio ostendit minorem: conscientia vero cōcludit & accusat, vel defendit: vt supra in secundo. dist. xxxix. Habem⁹ enī opus legis (saltē in vniuersali) scriptū in cordibus nostris: habem⁹ cogitatiōes accusantes & defendētes: conscientiā rodentem & mordentē: immo cōuincentē. Hinc Augu. Quando deus iudex erit, testis alius nō erit nisi cōsciētia tua. Inter Deū iudicem & causam tuā, noli timere nisi conscientiam tuā. Accusabunt & aulici custodes. Nec obest q; idē erit iudex & testis: cum iudicē nihil latere potest: & singulis singulorum gesta & cogitata patebunt. Quandoq; dicitur iudicare. i. iudiciū approbare. Sap̄. iij. Iudicabunt sancti nationes: & dominabūtur populis. & ca. v. Tunc stabunt iusti in magna cōstantia aduersus eos, qui se angustiarunt &c. Apoc. xix. Audiui vocem dicentium in cęlo, Iusta & recta sūt iudicia tua. Item iustus dominus: & iustitias dilexit: ęquitatē vidit vultus eius. Sic omnes electi cum Christo iudicabunt hoc modo: quia cōplacentiā habebunt in iudicio eius. Sic dicūtur iudicare qui consentiunt iudici in iudicijs. Iudicare quandoq; dicitur cōtinere in se sententiam diuini iudicij. Sic liber scriptus legalis dicitur iudicare, quia i eo cōtinetur, quomodo. & quare, & qualiter quis sit iudicādus. Sic pfecti & sancti iudicant: quia in eis clare videbūtur tanq̄ in libro scripto quę de⁹ iussit fieri mandata: & in lib. vitæ, quid quisq; horū fecerit vel nō fecerit. ij. de ciui. dei. c. xiiij. Hinc Richard. de sancto Victore. Diuinę cōtēplationi assistunt, qui in libro Sapiētiæ quotidie legunt: ac velut in cordiū voluminibus ttās



scribūt, quicquid iam perspicua veritatis intelligentia cōprehendunt. & infra. Quid vero sunt iudicantium corda diuinitus in omnem veritatē edocta, nisi quædā decreta canonū? & iterum. Iudices corā iudicādis decretoꝝ suorum libros aperire, est ad cordium suorum inspectionē inferiorū quorūlibet visum admittere, sensumq; suum in ijs quæ ad iudiciū pertinent reuelare. Cum ergo hoc modo damnandi suam cognoscent dānationē in cognitione meritorū bonorum, dicūtur boni ipsorū dānationē interptatiue & quasi causaliter, vt supra, iustā ostēdere. Sic boni iudicant. i. causam ostendunt damnatiōis malorum. Hoc modo consone ad euangelium. Matth. xxv. Cum benefacta bonorum eos saluāt, negatio collatiōis opis, misericordię alios condemnat. Sic ait Ioan. Apoc. xx. Vidi mortuos magnos & pusillos: & apti sunt libri: & aliꝰ liber apertus est qui est vitę vniuscuiusq;: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erāt in libro eorū scdm opera ipsorum. Super quo August. ca. xiiij. lib. ij. de ciui. dei. Libri quos prio ri loco posuit, intelligēdi sunt sancti & veteres & noui: vt in illis ostenderetur quæ Deus fieri sua mandata iussisset. In illo autē qui est vitæ vniuscuiusq;, quid horum quisq; non feciſſet. Qui si carnaliter cogitetur, quis eius valet magnitudinem ęstimare, aut quāto tēpore legi poterit? &c. Non ergo vnus liber omniū, sed singuli singulorum. Sed liber vitæ est vis quædā diuina qua fiet: vt cuiq; sua opera vl' bona vel mala cuncta in memoriā reuocētur: & mentis intuitu mira celeritate cernanī: vt accuset vel excuset suam cōscientiam: atq; ita in simili & oēs & singuli iudicētur. Quæ nimirum vis diuina libri nomen accepit. In ea quippe legit quodāmodo quicquid a faciēte recolitur. hæc ille. Et ita sunt multi libri conscientiæ singulorū, & singulorū singuli: & vnus liber vitæ: quia vna vis diuina libros singulos conscientiæ singulorū aperiens & depingens quodāmodo, & illi cuius est ille liber conscientię, & singulis alijs ex causa & ratione vniuersalis iudicij: vt nihil in eis quenq̄ latere possit: sed iudicij æqualitas & iustitia ab oibus cognoscatur. Talismodi etiā reminiscentia legis olim datę vel scriptę i corticeis: aut mēbranis seu cordiū penetralib⁹ iudicat malos. i. iudicandos declarat: cum vident se legē nō seruasse sed contēpsisse. Ioan. xij. Qui me spernit & nō accipit verba mea, ego non iudico eū: sed sermo meus quē locutus sum, adiudicabit eū in nouissimo die. Ponunt quidā iudicium operationis, qđ cōmuniter pertinet ad minus malos respectu magis malorū. Sic enī magis mali ex minus malorū iudicio & cōdēnatione recte ve-

niunt iudicādi. Hinc Matth. xj. Remissius erit in die iudicij Tyro & Sydoni q̄ vobis. Sic quibus veritas nō est p̄dicata, & quibus nō luxerūt miracula, alios legis gnaros & contemptores iudicabūt cōparatiue. Sic viri Niniuitę. Mat. xij. agentes pœnitētiam ad p̄dictionem Ionę, cōdemnabunt Iudęos: qui spreuerunt Christi legē & Apostolorū. Ait Augu. c. v. lib. xx. de ciui. non condēnabunt quia & ipsi iudicabunt: sed quia ex eorū comparatione isti merito damnabuntur. Et gentiles qui crediderunt prophetis, Iudęos condēnabunt, & Pharisęos Christū refutātes. Sic homines mali iudicabūt angelos. Hi enī in carne fragili intus & extra tētati sunt: alius sua malitia corruit. j. Corinth. vj. Est ergo hoc modo iudicare, ostendere alium vere iudicandū ex cōparatione ad ipsum iudicādum. i. condēnandum: & de tali iudicio comparatiōis, saltem extensiue sumpto vocabulo, videl Deus loqui. Matth. xxv. Iudicare quādoq; est condēnare, & iudicari, dānari. Et iudiciū dicitur pœna æterna. Hinc August. Non resurgūt impij in iudicio sc̄z discussionis: vt iudicentur iudicio discussionis, sed vt iudicentur. i. damnent. Iam enī certissimis pœnis sunt destinati. & sup illud Ioan. v. Qui credit in me nō venit in iudiciū, sc̄z condēnationis. i. non cōdēnabitur. Sic iudicium est pœna æterna. Vnde Ioan. v. Qui vero male egerunt in resurrectionē iudicij. i. cōdēnationis ibunt, hoc est dānabūtur. Sic sępenumero a beato August. iudicium pro pœna æterna sumitur in epistola ad Paulinā: ad Consentiū xx. de ciui. dei. c. v. Et iudicare pro perpetuo cōdemnare. Et hoc modo loquendi etiam intelligitur beat⁹ Gregorius. xxvj. moraliū. §. xxv. & Magister in textu post eū ponens quatuor ordines iudiciorꝫ, cū dicūt sanctos nō hūtes bona & mala merita, nō vēturos in iudiciū. Veniēt qdē ad iudiciū sed nō iudicabūt. i. nō dānabunt. Dem̄ iudicare est iudicatorꝫ & dictaminis diuinę sentētię ministerialē executionē facere. Et sic angeli iudicabūt bonos & malos, faciendo pluerū collectionē: iudicandorū citationē. Horum ab illis separationē &c. Vnde Psal. Congregate illi sanctos eius. Qđ vtiq; per angelicum ministeriū fiet scdm Augu. lib. ij. c. xxiiij. & Lyra super illo Psal. cxlix. Vt faciant in eis iudiciū conscriptum: sicut angelorum ministerio electi ad beatitudinē: ita eorūdem ministerio dānati corpore & aia transferentur ad gehennam. Hāc sententiā lib. nūc allegato habet Aug. Itē iudicare generaliter est iudicata in particulari iudicio toti mūdo manifestare & manifesta facere. Sic dicit dies reuelationis iusti iudicij. Roma. ij. Sic eū deus dicit tentare: quia dat alijs aliū cogno-

Universidad de Deusto
Biblioteca



fcere: vl ipſummet ſibiipſi. Sic dicitur iudicare generaliter: quia alijs ſingulorū particulare iudicium tunc innoteſcit. Pro quo faciunt multę cōſimiles locutiōes ſcripturę. Reperiunt & aliæ cōſimiles acceptiones nominis iudicium: quæ ſi nō attendunt in locutionibus patrū, magnā generant difficultatē. ¶ Quarto notandū. Duplex eſt iudiciū dei. ſ. pticulare, & vniuerſale. Particulare ſeruat in morte cuiuſlibet hoīs. De quo Auguſt. ad Eſiciū epla. ij. In quo quēq; iuenerit ſu⁹ nouiſſimus dies, in hoc eū cōprehendet mūdi nouiſſim⁹ dies: quoniā qualis in illo die quiſq; moritur, talis in illo die iudicabitur, quando aia eius exierit de corpore. Ad idem epla ad Iulianum. alias Bonifaciū. Vniuerſale qđ in fine oīm poſt generalem mortuorum & viuorum reſurrectionem coram omnibus celebrabitur: cui pfecto nullū ſimile vnq; fuit. xx. de ciui. ca. xxvij. Vnde & diem illū, hoc eſt tēpus, ſancti volentes notificare, caruerūt nomine proprio. Soph. j. nominat dies irę, dies calamitatis & miſeriæ, dies angustię, tribulatiōis, dies tenebrarum, & caligi nis, dies reuelationis iuſti iudicij. Roma. ij. & viij. Expectatio creaturæ reuelationem filiorū dei expectat. Et dicitur deus iudicare. i. iudicatos quales ſint oſtendere cæteris: ſicut dicit De⁹ aliquem tentare, vt ipſemet, vel cæteri ſe cognoſcant eo modo, vt ſe cognoſcere poſſunt, in generali & effectu. Quis autem pręceſſerint & alij dies multum terribiles: vt in deſtructione Hieruſalem. Luc. xix. Matth. xxiiij. De Sodoma & Gomorra. Geñ. xix. Item tempore diluuij. Gene. vij. & quidā alij: tamen illa in cōparatione ad alios longiſſime pcellit: & alij in puniendo quaſi nihil reputant ad illā. Eſt em in puniēdis peccatoribus generalior: quia in corpore & anima. Alij in corpore tm & gentis vnius Iudaicę vel Sodomiticę: & ſolum pſentium ac viuētiū: illa totius orbis viuorū & mortuorū. Oēs enim aſtabim⁹ ad tribunal Chriſti. Rom. xiiij. Hinc iudicabit noſtras miſerias iudex iuſt⁹: & qđ ſēper rectū creditur, hic damnatur. Patent hæc ex ſcripturis. Eſt i puniētibus numeroſior: quia in hoc die armabitur creatura tota in vltionē iimi corū. Sap. v. In alijs aliqđ elementū pœnā intulit, vt aqua, ignis &c. In pœnis grauior: quia in prioribus corpus certo tempore pœnam ſenſit: quo finito, pœna finē habuit. Hic autē cruciabūtur die ac nocte in ſecula ſeculorū. Apoc. xx. Et vermis eorū nō morietur: & ignis nō extinguetur. In effugio demum eſt deſperatio. Hic em nullū eſt effugiū: vt patet ex multis paſſib⁹ ſcripturę. & Sap. v. ¶ Quinto ſupponūtur hic multa ex diſtin. xliij. q. j. quid vox archangeli, vox tubę, iuſſus Dei: & quomodo differūt. Item quid venit nomine viuorū & mortuorum. De puluerū collectione, & mortuorū ad iudicium citatione. & ita de ſimilibus. ¶ Sexto videt probabiliter tenendū: licet iuſtā dei ſententiā q eſt ſcđm veritatem. Roma. ij. ſinguli quoq; intereſt videre, videbunt in iudicio: attamen intrinſecam rationē & cauſam ſufficientē iuſti iudicij a priori & propter quid infallibiliter ſolus deus nouit: q ſol⁹ habet dictare & determinare quid dandū ſit cuilibet ſcđm ſapientiā infallibiliter & iuſtitiā dei. Vñ pōt concedi: iuſtū dei iudiciū videbit ab oīb⁹: ſed nō videbit ab oīb⁹ iuſtū: quia rationem iuſtitię pręciſe apprehēdere non poſſunt, niſi quia eſt & a poſteriori, inquantum diuina voluntas & promiſſio eius innoteſcit. Sic de approbatione iuſtę ſententiæ dei.

¶ Quātū ad articulū ſecundū eſt cō D
cluſio prima. Iudicium vniuerſale & nouiſſimū quandoq; eſſe futurum auctoritate vtriuſq; teſtamēti eſt fide creditum. Patet auctoritate concilij Niceni, Athanaſij, & Apoſtolorū. Inde vēturus eſt iudicare viuos & mortuos. De hoc (vt habetur in canonica Iudę) prophetat Enoch ab Adā ſeptimus, dicens. Ecce veniet dñs in ſanctis milibus ſuis facere iudicium contra oēs: redarguere omnes impios de omnib⁹ operibus & impietatibus eorum, quibus impie egerunt, & de omnibus duris quæ locuti ſunt contra eū peccatores impij. Iob. xix. cū de reſurrectione mortuorum clare prophetaſſet, inquit. Fugite a facie gladij: quoniā vltor iniquitatum gladius eſt: & ſcitote eſſe iudicium. Ecce teſtimoniū legis naturę. De lege Moſaica, oēs Prophetę teſtimonium perhibent: ſufficiant nunc duo, ſicut de lege naturę duo data ſunt. Iohe. iij. Congregabo omnes gentes, & adducam eas in vallē Ioſaphat, & diſceptabo cū eis. Pręmiſit. Sol cōuertetur in tenebras, & luna in ſanguinē, anteq; veniet dies dñi magnus. Pſal. in multis locis. Inter cætera Pſal. xlix. Deus manifeſte veniet & non ſilebit. Aduocat cælum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuū. Si placet aſſumatur vaticiniū Sibyllę Eryth. xviij. de ciui. c. xxiij. De lege gratię. Matth. xvj. & xxv. Lucę. xv. Act. x. Hic eſt qui conſtitutus eſt a Deo iudex viuorū & mortuorum. Roma. xiiij. Omnes aſtabimus ad tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſq; ſcq; prout geſſit. Ad idem Auguſt. lib. xx. fere per totum de ciui. & Grego. in moralib⁹. Non autē pōt demōſtrari: vt ſupra de reſurrectiōe: quia eſt futurū cōtigēs a Deo reuelatū: & ita ifallibiliter futurū dependens a libertate volūtatis diuinę. ¶ Secūda concluſio. Licet filius hominis cum ſingulis hominibus ſingulatim ſingula poſt mortē



celebret iudicia particularia irreuocabiliter permanſura, nihilominus de omnib⁹, cū omnib⁹, & coram omnibus, congruum eſt quandoq; iudiciū vniuerſale celebrari viuorum & mortuorum. Prima pars. Heb. ix. Statutum eſt homini ſemel mori: poſt hoc autē iudiciū. Item, lignū vbi ceciderit, ibi erit. Eccl's. xj. Et qualem te inuenio talem te iudico. Præterea fiet iudiciū de oīi verbo ocioſo. Matth. xij. & in Pſal. Ego iuſtitias iudicabo. ergo multo magis iniuſtitias. ¶ Congruentias ponit Sco. q. j. Prima: Cōgruū eſt finaliter ſeparari omnes bonos a malis oīibus. Non em cōmunicat cum bono malus, niſi vel ad correctionem mali: aut ad exercitium: & augmētum meriti boni: ſed poſt finale iudiciū nullum horum habet locū, ſcđm Auguſt. Pſal. xciij. ¶ Scđa: In ſecretis iudicijs: licet aſſit iuſtitia, non tamen niſi paucis cognita: & cum homo eſt pars totius cōitatis, rationabile eſt quandoq; fieri iudicium publicum & manifeſtū: in quo ſingulorum merita & demerita, & ſnia circa illa particulariter prius prolata omnibus qui ſunt de cōitate innoteſcāt. ¶ Tertia: Oēs res in primęua ſua conditione exierunt a Deo vt a cauſa efficiente generali: ergo & redibūt generaliter in id vnde prodierunt tanq; in finem vniuerſalem omniū. Et hoc neceſſe eſt fieri p vnā generalem diſcretiuam ſententiā: quia mali nō reducunt. Meruerunt em per peccatū ſui annihilationē. ¶ Quarta quę ſcđ; eū eſt nobilior: licet omnes ſaluādi ſingulatim cū iudicantur ſingulariter aut particulariter aſcribant regno: & dānā dī infernali carceri p ſentētiam irreuocabilē: expedit tamen totā multitudinē puiſam ad regnū quandoq; mitti in poſſeſſionem: & determinari ad poſſeſſionem iuris ſibi debiti: reliquam vero perpetuo excludi a regno: vt ſic fiat ſequeſtratio duarū ciuitatum, Babylon, & Hieruſalē. de quibus Augu. xiiij. de ciui. dei. c. vlti. Dicit viuorum & mortuorū. i. bonoꝝ & malorꝝ, ſcđm Auguſt. ſermo. xcviij. epiſtola. xc. & in multis alijs locis. Vel viuorū vſq; tunc & mox mortuorū ante iudiciū: vt ſupra diſt. xliij. Ad idē lib. j. de Symbolo. c. iiij. Viuos qui ſupfuerint, mortuos qui pceſſerunt. ¶ Tertia cōcluſio. In extremo dei iudicio aperientur libri cōſcientiarum, quibus merita & demerita ſingulorum ſibijpſis innoteſcent & cæteris omnib⁹: diuina hoc agēte virtute, miſericordia, celeritate. Ita ſentit ſanctus Bonauen. in breuiloquio parte. vij. Hieronymus ait. Conſcientię & opera ſingulorum in vtrāq; partem bona vel mala omnibus reuelantur. ſuper illo Danię. ſeptimo. Iudicium ſedit & libri aperti ſunt. Et Gloſſ. j. Corinth. iiij. Quia tunc erunt omnia nota omnibus, poterint de ſe & alijs iudicare. Ambro. in cōmen. dicit, q; tūc erunt oia nuda &c. Adducunt quandoq; aucto. Apli. j. Corinth. iij. & iiij. Apo. xx. Augu. xx. de ciui. dei. c. xiiij. Sed omnes ad hoc tendunt. qđ etiam tenet Magiſter. diſt. xliij. & Apłus ad Roma. c. xiiij. Et q; quilibet ſciet ſua ppria mala & bona actu de eis recolendi. Scđm Durand. nō habetur ex ſcriptura aliqua, q; ſinguli ſingulorꝝ cognoſcēt merita vl demerita nullo dēpto: licet Durand. & Palud. hoc dicāt pbabile: Sco. poſſibile. Ad idem Richard. &. S. Tho. diſti. xliij. & parte. iij. q. lxxxvij. poſt Bonauē. in ſuo breuiloquio. Poteſt iſta cōcluſio probari. Nam nunc tēporis multa iudicia ſunt abſcondita: & peccata plurima quæ nō veniunt ad lucem. Plurimi inſuper reputātur boni cum ſint mali. Hęc omnia extremo iudicio ſunt reſeruata: & ibi publicanda. ſcđm Auguſt. j. de ciui. ca. viij. & lib. xx. c. xx. Vnde ait. Cū ad id iudiciū venerim⁹: cuius tēpus iā ppie dicitur dies iudicij, & aliquando dies dñi nuncupatur, non ſolū quæcūq; tunc iudicabunt, verūetiā quæcūq; ab initio iudicātur, & quæcūq; vſq; ad illud tēpus adhuc iudicanda ſunt, apparebunt eſſe iuſtiſſima. Subiūgit. Qz. & tūc manifeſtabit q iuſto dei iudicio nunc multa lateant &c. Hoc Augu. dictū videt eſſe pro cōcluſione: alias non videt cauſa tenendi extremū & finale iudicium, cum poſt mortē hominis ſtatim a Deo ferat irreuocabiliter ſententia iuſta &c. In iudicio finali manifeſtiſſimo nihil manebit occultū, alias nō diceretur manifeſtiſſimū, & omnis querimonię ac appellationis ſeu declinationis fori penitus expers. Approbabitur deniq; ab omnibus & bonis & malis veluti iuſtiſſimū ſcđm iuſtitiam diſtributiuam, teſtimonium ferente cōſcientia ſingulorū & p cōdecētia iudicis ſumme iuſti & miſericordis: & pro exigētia meritorum: vt ſupra notabili ſexto. Ergo neceſſe eſt q; omnibus & ſingulis omniū & ſingulorū merita & demerita hinc inde & quo ad ſeſe & quoſcūq; alios innoteſcant. Si em merita aliquos lateret, poſſent ſaltem de facto murmurare contra patrefamilias: & eū veluti perſonarū acceptorē iudicare. ¶ Dictū eſt E
in cōcluſione, hoc agente virtute diuina: & quia modo quo id fiat non habem⁹ clare expreſſum, licitū erit per rationis poſſibilitatem oſtendere. ¶ Concluſio quarta. Beati & pdeſtinati poſſunt in verbo cognitiōe matutina, aut partim reuelatiōe angelica, oīnia & ſingula quorūcūq; iudicādorū & ſuijpſius merita & demerita cognoſcere palā: prout eorū exigit meritum, & diuinam condecet bonitatē, in gaudij beatifici, accidētalis, & laudis diuinę cōplementū. Patet cōcluſionis poſſibilitas ex. q. iiij. diſt. xlv. Cum autem

vniuersalis iudicij status & causa expostulat alterutrā meritorum & demeritorū innotescentiā: potest hic modus teneri donec melior occurrat. ¶ Quinta cōclusio. Sicut angeli mox creati, adhuc in puris naturalibus manētes, scdm quosdam, res priusq̄ erant, Deo reuelante, aut per species cōcreatas vel influxas cognorunt: vt multorum tenet opinio: Ita pscīti, vniuersali iudicio p̄sentati, possunt diuina reuelatione omnium & singulorū iudicādorum pariter & suiipsius merita & demerita oia & singula cognoscere in suorū dedecus perpetuū ac diuinę iustitię sentimētum: prout eorum exigit demeritum, ac diuinā condecet iustitiā, in accidentalis damnatiōis cōplementum. Patet vt supra. Hic em̄ nō videtur repugnans aliquod vel dedecens. ¶ Sexta conclusio. Pro qua Augu.xxj.de ciui.dei.cap.viij. & infra.q.iij.dist.xlix. Est possibile potētię diuinę absolutae in cuiuslibet iudicādi intellectu intellectiones distinctas omnium & singulorū iudicandorum: sed & meritorum & demeritorū eorūdē, & suiipsius, simul vel successiue creare: intellectum deniq; cuiuslibet sese ad oēs & singulas tales intellectiones vel cognitiones in potentia obedientiali habētem posse deo volente sic omnia illa cognoscere, siue in ea oīa & singula cognitiue tendere. Illa propositio videtur esse de mente Sco.q.j. Nam quę non repugnant formaliter, & possunt successiue recipi in subiecto se habente in potentia obediētiali ad ea, possunt diuina potentia absoluta simul poni, & simul ac semel recipi in eodē. sed nō est dubium quin successiue possunt in subiecto recipi & a Deo produci. ergo & simul ac semel. Nā ex parte Dei nullus est defect⁹ vel īpotētia: & subiectū est in potentia obediential passiua: & respectu cognitionū inter sese, aut etiā subiecti nulla repugnātia. Licet em̄ potētia creata nō possit illas simul & semel producere, potest tñ productas simul & semel in se recipere, & per illas cæteris paribus in obiectū Deo sic volente tendere. Sicut oculo miraculose dato, quis potest naturaliter videre ac si non esset miraculose dat⁹. Hanc propositionē peritioribus examinandā offero. Valent ad hoc dicta in.iij. distin.xiiij. de cognitione animæ Christi. ¶ Septima cōclusio. Stante cōclusione sexta potest meritorū & demeritorū innotescentia vno mentis intuitu fieri instātanee: potest etiam fieri non instātanee: sed misericordia, celeritate, diuīa agente virtute. Facit pro illis Augu.xxj.de ciui.dei.c.viij.per totum. vbi ostendit naturam rei esse diuinā voluntatē, quę sicut potuit eas instituere, potest & eas immutare. hæc ibi. Prima pars est Scoti: vt supra. Cum em̄ actus cognoscēdi a Deo producti sunt instātanee, & in subiecto recepti formaliter, iam instātanee cognoscunt: quia cuiuslibet simul & semel habent cognitionem, nec vnā post aliā vel ante aliam: sed singuli simul i oīa ferūtur q̄ sunt p̄ eos cognoscēda: nec est hic repugnātia subiecti Secunda pars etiam videtur probabilis. Nā stā te miraculosa cognitionū a Deo productione, possunt naturaliter & successiue licet misericordia, celeritate, plura cogitare. quem modum tangit Augu.xx.de ciui.c.xiiij. Et tunc post rationem intellect⁹ nō indigebit ministerio sensuū. De beatis manifestū est: & videtur idē de dānatis. Durand.q.ij.dicit soli Deo cognitum esse quo modo singuli singulorū merita & demerita cognoscēt (si saltem cognoscēt) nisi alicui facta sit reuelatio &c. Et Chrysosto. homi.lxxx. super Matth. dicit illam generalem separationē ouiū ab hœdis oībus manifestissimā futurā, in quamores diuersi partiū significātur, cū dicet, venite, ite. ¶ Et tunc ad cōclusionē tertiā, & dictū. S. Bonauen. potest dici cōcedendo eā. Innotescent sibi & cæteris per illam generalem missionē illorum in cælū, aliorū in infernū, & per iudicis cōmendationem quā faciet electis, & subsequentē obiurgationē malorū de contēptu charitatis, & operum misericordię. Hinc omnia omnib⁹ innotescent in effectu. Non em̄ pōt dici, q̄ paruuli in originali defuncti nō habentes vllā fidei notitiam possint alios super negligentijs operum fidei iudicare: nec sciūt beatitudinē p̄prie dictā esse. Talia em̄ sola reuelatione fidei haberi possunt. Pręterea non videtur possibile intellectum creatum posse sufficienter approbare & infallibiliter iudiciū quo ad singulos, sicut nō potest p̄prie iudicare: vt supra notabili scdo & sexto. Idem de ijs qui nunq̄ audierunt legē Christi. Hi enim nō habent peccatū infidelitatis. Ioan. xv. Et remissius erit illis quibus nō est p̄ceptū euangelicū: vt Tyro & Sydoni. Lucę.x. Cum ergo ad iudiciū proprie dictū requiritur, vt supra notabili secundo, & ad approbationē similiter requiratur, q̄ infallibilis in eo sit scientia iudicij & redditiōis rectę: qđ nō potest esse in intellectu creato & fallibili non cōiuncto hypostatice supposito diuino &c. Ad hoc Rom̄.xj. O altitudo diuitiarum q̄ incōprehensibilia &c. & inuestigabiles vię eius. Quis em̄ cognoscit sensum dñi, aut quis cōsiliari⁹ ei⁹ fuit? Ad hoc facit cōclusio sequens. solus em̄ Christus comprehēdere potest iustitiam sui iudicij: vt supra notabili sexto: ergo solus sufficienter & vere approbare, laudare &c. a priori potest. Sic de testificari & alijs suo modo dicatur. Solus De⁹ merita iudicij vere cognoscit: hō solum arguitiue. Et quis omnes illas circunstantias videre potest dato q̄



haberet totius mundi scientiam? Quę creatura tum potest sufficienter cogitare & videre dei iustitiā in collatione gratię summę Christo, & ei⁹ glorificatione, in Marię sanctificatione, p̄seuatione, & cæterorum in vtero electione aut reprobatione, eius deniq; sapientiam, & quæ sunt secundū decentiam suę bonitatis, iustitię, misericordię, sapiētię, &c. ¶ Octaua cōclusio. Accipiēdo iudicare & iudicium stricte & proprie: & iudicium discussionis pariter & remunerationis vt p̄supponit vel includit iudicare stricte & proprie, solius naturę diuinę est discussiōis & retributionis iudicio actiue iudicare. Patet ex notabili tertio. Solus em̄ intellectus diuinus primo & per se habet dictare quid cuilibet scdm decentiā bonitatis diuinę & exigētiā creaturę veniat dādū p̄ meritis vel demeritis: & sola diuina volūtas pōt effi caciter sine cuiuscūq; īpedimēto dictatum imperiose demandare executioni. Insuper solius naturę diuinæ est singulorū merita vel demerita actiue innotescere oīb⁹ & singulis sine occultatione cuiuscūq;: vt supra in notabili tertio. ¶ Dubiū est: ex quo Iohe.iij.dicitur. Deducā eos in vallē Iosaphat: & disceptabo cū eis. dicit Glos. Nō potētia maiestatis: sed necessitate rationis eos cōuincens. An ne textus ille possit ad literā intelligi de proprie dicta & vocali disceptatione iudicis cum iudicandis. Ad qđ videtur facere. Malach.iij. Accedā ad vos in iudicio: & ero testis velox maleficis, & adulteris, & periuris: & qui calumniant mercedem mercenarij, & humiliant viduas & pupillos: & opprimunt peregrinū: nec tumuerunt me dicit dominus exercituum. Videtur salua sentētia sanior: q̄ nedum erit ibi mentalis disceptatio: ac meritorū & demeritorum generalis cognitio virtute diuina hoc agente: sed & vocalis. Ad quod clare videtur esse textus de rigore verborū. Matth. xxv. vbi teste scriptura, dñice obiurgationi de legis negligentia respondēt &c. Hoc videt sentire Grego. Nazanzenus libello de grādinis vastatione. cum inquit. Quid faciemus in illa die de qua vehemētissime pterret quidā Propheta rum: dū deum nobiscum dicit esse iudicaturum in montibus & collibus, & consedere aduersum nos: & disceptare, atq; ante faciem nostrā statuere pctā nostra: accusatores. s. acerbissimos: adhibere quoq; omnia sua beneficia quæ in nos contulit: & cōparare cum sceleribus nostris, cogitationib⁹ quoq; cogitationes cōferre, & actus actibus arguere, cum a vobis requirēs puræ imaginis dignitatem obliteratam eā inueniet & obfuscatam: cū ad vltimū certe p̄pria vnusquisq; notatus sententia condēnabitur? Et Chryso. sup Matth. Homil. lxxx. Non prius eos tormentis tradit q̄ de iure cum eis disceptet, ideo astātib⁹ ipsis crimina exponit. Illi vero satis modeste respondent: sed nihil emolumenti ex ea re consequunt, & merito quidem. rem em̄ neglexerunt quæ ipsi magnę semper fuit curę. Nam & pphetę hoc p̄dicabant. Ex quo textu multi colligūt, q̄ Christus proferet sentētiam vocaliter vt homo. Verum quicquid sit, vtūq; possibile est secundum modum deo cognitum, & suę potētiæ infinitę possibilem a nobis prohibitū scitu siue absc̄ditū. Durand.q.j.dicit. Sentētia debet coaptari his contra quos fertur: ergo sicut in iudicio particulari fertur snia mētaliter cōtra animas exutas, ita in iudicio feretur contra corpus & animā: & ita etiā vocaliter. Erit ergo meritorum discussio mentalis: sed sententiæ prolatio vocalis. hæc ille. ¶ Nona conclusio. Sicut primū Christi aduentum in carnem p̄cessere Prophetę & Ioannes: ita secūdū eius aduentū ad finale iudicium p̄cedent, homo dęmone plenus Antichristus, Enoch, & Helias. Prima pars manifesta est de Ioanne. Luc.j. Ipse pręibit ante illū in spiritu & virtute Helię &c. Et Matthę.xxiij. Ecce ego mitto ad vos pphetas & sapiētes &c. Secunda pars de Antichristo hoīe pleno dęmone, habetur. ij. Thessa. ij. Quoniam nisi venerit refuga primū, & reuelatus fuerit homo peccati, filius interitus, qui aduersatur & superextollitur super oīne qđ dicitur De⁹, aut qđ colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostentās se tanq̄ sit Deus. & infra. Et tunc reuelabitur iniquus ille quē dominus Deus interficiet spiritu oris sui &c. Secundū aliā translationē Augu.xx. de ciui.cap. xix. dicit nulli dubiū esse quin talia & sequētia Apostoli verba sint de Christo intelligēda. Loquitur autē Paulus per totū capitulū de extremi iudicij aduētu: & tangit multipliciter operationes, & actus Antichristi cum venerit. Ad idem Ioannis.v. Ego veni in nomine patris mei & nō accepistis me. Ali⁹ veniet in noīe suo illū accipietis. Exponit Glos. de Antichristo. Damasc.c.penul.li.iiij. sic ait. Oportet scire q̄m oportet Antichristū venire. Antichristus proprie dicitur qui in cōsummatiōe seculi veniet. Oportet igitur primum esse p̄dicatum euāgelium in omnibus gentibus: sicut dixit dñs. Et tunc veniet in redargutionē aduersariorum dei Iudęorū. Dixit em̄ eis dñs. Ego veni in nomine patris mei & nō suscepistis me: veniet alius in proprio noīe, & illū suscipietis. Et Aplus. ij. Thessa. ij. Pro eo q̄ charitatē veritatis nō receperunt vt salui fierent: ideo mittet illis dñs operationē erroris: vt credāt mēdacio: vt iudicētur oēs qui nō crediderunt veritati: sed consenserūt iniquitati. Iudęi igitur qui filiū Dei non susce-

Universidad de Deusto
Biblioteca



perunt:suscipiēt autē erroneum Deum: dicentē se esse Deum &c. Et consequēter scdm Apostolum Paulum tangit Damasc. eius operationes Sathanicas, dices q̄ erit homo genitus p coitum naturalē fornicariū: q̄ q̄ suscipiet omnem operationē Sathanæ pmissione diuina &c. De eodem Augu. ij. de ciui. dei. c. xxiij. inquit. Daniel de hoc vltimo iudicio sic, pphetat: vt Antichristum prius quoq; venturū esse p̄nunciet &c. Antichristi tñ aduersus ecclesiam sęuissimū regnū, sed exiguo tēporis spatio sustinendum, donec Dei vltimo iudicio regnum sancti accipiant sempiternū: qui vel dormitās hæc legit: dubitare nō sinitur. hæc ille. Expresse dicit beatus Hieronym⁹ omnes ecclesiasticos scriptores ex illo Danielis testimonio. c. vij. tradere vēturum Antichristum. Et Iob. c. xxj. videns Antichristum venturū inquit. Quia in diē perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur. Quis arguet coram eo vias eius? Hunc locum beatus Grego. lib. xv. §. xcij. exponit de Antichristo dices. Vidit q̄ in fine mūdi Sathā hominē ingrediens (quē scriptura Antichristum appellat) tanta elatione extollitur, tanta virtute principatur, tantis signis & prodigijs sanctitatis ostensione eleuatur: vt arguī ab homine eius facta non audeant: quia cū potestate terroris adiungūtur etiam signa ostensę sanctitatis. Et ait. Quis arguet coram eo vias eius? Quis videlicet hominū illum increpare audeat cui⁹ visum ferre pertimescit? Et nominat eundē iam caput omnium iniquorū: iam hominē damnatum & perditum. De eodē lib. xiij. §. xviij. Et ꝓterea de eius aduētu tēpore iudicij, Augu. xx. de ciui. c. vlti. vbi summatim recitat ea quæ sunt iudicij tempore futura. Ad idem sunt & alij sancti: sed illa nunc sufficiant in re non dubia. ¶ Alia pars de Enoch & Helia, q̄ & ipsi p̄cedent iudicium: & maxime Helias Thesbites: ostendit auctoritate scripturę & doctorum. De Helia loquit Malach. c. vlt. Ecce mittā vobis Heliā Thesbitē anteq̄ veniat dies dñi magnus & horribilis, & cōuertet cor patrū ad filios, & cor filiorum ad patres eorū. Inquit Augustī. cap. xxix. lib. xx. de ciui. q̄ hic propheta mirabilis Helias in fine mundi exponet legē Iudęis vt credāt in Christum, qui & nunc nō immerito viuere creditur. Curru nāq; igneo raptus est de manibus humanis. iiij. Regū. ij. Is cum venerit Iudęis legē exponet spiritualiter, quā carnaliter nūc intelligūt & sic exponet: vt & filij eā intelligant. i. Iudęi: sicut intellexerūt patres eorū: Prophetę. s. hoc est vt cōuertat cor patrū ad filios & filiorum ad patres. Tunc em̄ cor patrum conuertetur ad filios cum intelligētia patrū hoc erit prophetarū perducet ad intelligētiam filiorum: & cor filiorū ad patres eorū, dū id qd̄ senserūt illi, cōsentiāt & illi. Vbi & Septuagīta dixerūt. Et cor hois ad ꝓximū suum. Sunt em̄ inter se valde proximi patres & filij. Itaq; Iudęi & Christiani qui nūc inter se discrepāt, tunc in fine mundi cōsentient in pari christiana religione. Suscipient em̄ tūc Iudęi veram fidē: quā habēt Prophetæ & Patriarchę de Christo. Hinc beatus Augustī. vbi supra cap. vlti. inter cætera q̄ vel p̄cedēt iudicium vel comitabunt, recitat fidē Iudęorū, Antichristū, & Heliā Thesbitē. De Enoch ibi nō loquit. Sed li. ij. de mirabilib⁹ scripturę. c. xxij. Et hactenꝰ ipse. s. Helias sicut & Enoch in testimoniū nouissimi tēporis adhuc sine morte seruatur: vt. s. horū in ore duorū testium nouissimi testimonij sermo cōsistat &c. Ad idem Hugo de sancto Victore lib. ij. par. xvij. de Sacramētis. Et in cōpēdio theologię. lib. vij. c. xij. de ambobus habetur. Damas. vbi supra, vtrūq; noīat. Ex nouo testamēto pōt adduci Apoc. xj. Et dabo duob⁹ testibus meis: & prophetabunt diebus mille ducētis sexaginta. i. tribus annis cū dimidio, sicut Christ⁹ p̄dicauit, scdm Glos. Hic text⁹ ab Haymone sup Apoc. exponitur noīatim de Enoch & Helia: & ait Glos. De Enoch & Helia agit: p quos p̄dicatores alij itelligūt. Sed licet Haymo sic exponat, aliter tñ Hug. postil. & Nico. de Lyra. Nec videtur esse de mēte Augu. Homi. viij. sup Apoc. Beatus Grego. vbi supra. lib. xv. §. xcij. inquit. Sed tamē eius viam nō solum Helias & Enoch, qui in eius exprobrationē ad medium reducūtur: sed etiam omnes electi arguūt dum contēnunt, dum virtute mentis eius malitię resistunt. Sicut ergo in his duobus scdm illum doc. & alij includūtur, ita & nomine Heliæ Enoch includit. In Glos. Eccli. xliiij. exp̄sse habetur de reditu Enoch in fine mūdi. Ad hoc vī detur facere glo. Malach. iiij. dicēs per Heliam chorū prophetarū significari. Prophetarum. i. p̄dicatorū & fidē defendētiū. Lib. ix. moraliū. §. iiij. inquit Grego. Duo illi eximij p̄dicatores dilata morte subtracti sunt: vt ad prędicationis vsum in finē reuocētur. Allegat Apoc. xv. vt supra, subiungēs. Quorū vnū in euangelio per semetipsum veritas pollicet dicēs. Helias venturus est: & restituet oīa. Ex quo tex. no. testa. habetur manifestū testimoniū Christi de aduētu Heliæ ante iudicium finale. Et ne credi posset Ioannes esse Helias, qui ꝓpter ministerij similitudē Helias dici pōt (Sicut em̄ Helias secūdū, ita Ioannes p̄cessit primū aduētum) ideo Malac. c. iiij. addit nomē patrię nominans eū Thesbitē. Siquidē sicut oēs Prophetę vnūquēq; ex approbatis regibus Dauid appellabāt: & Iudæos



propter morum deprauationē Sodomorū principes, & filios Aethiopum, secundum Chrysostomum homilia. lviij. super Matthęum: ita domini p̄cursores veniunt nomine Helias, & ita primus p̄cursor fuit Helias ministerio: & iam venit. Matth. xvij. & Marc. ix. Alius venturus est qui dictus est Thesbites. Malach. quarto. Et restituet omnia: quia eo p̄sente omnes Iudęi cōuertentur ad Christum in fine mundi. Vel vt exponit Augustinus lib. j. quęst. euangelicarū. ca. xxj. Restituet omnia. i. vel eos quos persecutio Antichristi turbauerat, vel ipse restituet moriendo qd̄ debet. Idē habet sanctus Methodius martyr in reuelationibus diuinis, cum inquit. Continuo mittet dominus suos famulos singulariſſimos atq; charissimos Enoch & Heliā ad redarguendum eum, & palam omnibus gentibus corripient eius seductionem, & ostendēt eū mendacē coram omni homine, & nihil esse &c. Q̄ autem quandoq; solus Helias nominatur, puto esse ex causa p̄dicta, quia nomen illd est p̄cursorum domini secundum Chrysostomum. & ita in eo Enoch intelligitur. Qd dictum est Homo dęmone plen⁹: patet ex dictis, & ex Apostolo Paulo. ij. ad Thessa. ij. & variis tractatibus plurimorum doctorum: vt dicit beatus Augu. de Antichristo. ¶ Sed quęritur: quare vn⁹ illorum reseruatus est ante legem: alter post tēpus legis, & ad quid reseruantur rapti in paradisum. Dicendum, q̄ ratio potissima est diuina voluntas nobis incognita: creditur tamē q̄ ad Iudęorum finalem reductionem & conuersionem, quā tāgit Paulus Roma. xj. Et omnis plenitudo gētiū intraret: & sic omnis Israel saluus fieret. Et iā vt & gentes & Iudei suos habeāt prædicatores. Enoch enim (qui fuit ab Adam septim⁹, & de iudicio prophetauit: vt habetur in Canon. Iudę: & primus de iudiciali aduētu prenunciauit) reseruatus est ante legem, vt det gentibus sapientiam. Eccli. xlviij. Enoch placuit deo, & translatus est in paradisum vt det gētibus sapiētiam. Glos. Vt det consilium hominibus pœnitēdi. Et Lyra. Antichristi perfidiam detegendo. Helias vero vt reducat Iudęos ad fidem. vt sic correspondeant Petro qui fuit in circuncisione: & Paulo qui in gentibus. Ita etiam sentit Hug. de victoria Christi contra Antichristum, parte secunda cap. j. Nec est hic tenenda quorundā imaginatio dicentium Antichristum diabolo hypostatice vniendum: vt dici posset diabolus incarnatus: sumētiū occasionem ex illo beati Gregorij dicto. xiij. Moral. cap. xviij. cum exponit illud Esa. decimooctauo. Veh terrę cymbalo alarum. dicens. Sicut incarnata veritas in prædicatione sua pauperes elegit, idiotas, & simplices; sic econtrario damnatus ille homo: quem in fine mundi apostata Angelus assumet, ad prædicandam falsitatem suam astutos ac duplices atq; huius mundi scientiam habentes, electurus est. Ecce dicit. Quē apostata Angelus assumet. Sūt enim plures modi assumendi: scilicet hypostatice, & hoc soli Christo conuenit respectu naturæ humanæ. Associatiue, sic beata virgo dicitur assumpta a Christo: & animæ beatorum ab angelis in cęlum. Cooperatiue, sic diabolus Antichristum assumet: quia per eum operabitur & per suos &c. Ad idem est Durand. libro quarto cap. vlti. dicens. Non igitur diabolus fit homo secundum dominicam humanationem. Absit, sed ex fornicatiōe generabitur & suscipiet actū Sathanę. Prescies enim deus iniquitatem ei⁹ futurę voluntatis, cōcedet in eo habitare diabolum. Et post pauca. In primordijs regni (magis autem tyrannidis) dissimulabit iustitiam: cum autē dominator factus fuerit, persequetur ecclesiam dei, & manifestabit ei iniquitatem suam. Veniet autem in signis & prodigijs mendacij fictis & non veris: & eos qui imbecillem & nō stātem basem mentis habent, seducet, & apostatare faciet, adeo vt scandalizentur si possibile est, electi. Cum Isido. in lib. de mysterijs numerorum eum nominat luciferum, est locutio hyperbolica: sicut quandoq; homo dicitur diabolus, cum viuit diabolum, & nescit deū, propter excessum malitię suæ in peccatis & obstinatione. ¶ Deci H
ma conclusio. Etsi dies iudicij sit ab omnibus certitudine infallibili expectandus: attamen temerarium & pręsumptuosum est velle calculare, aut determinate scire aduentus iudicis tempus. Prima pars patet. Certitudo fidei est infallibilis & maxima: fides vero canit iudicem futurū, veniet ergo necessitate fidei: sicut & alia reuelata p Christum. Secunda pars: quia temerarium & pręsumptuosum est nos velle scire, quod Christus voluit suos discipulos ignorare. Tempus autem aduentus ad iudicium Christus noluit suis discipulis reuelare. Cū enim Matth. xxiiij. quęreret dicentes: dic nobis quando hæc erunt: & qd̄ signum aduētus tui, & cōsummationis seculi? Respondit Iesus post multa alia. De die autem illa & hora nemo scit, neq; angeli cælorum, nisi pater solus. Actuum. j. Non est vestrum tēpora nosse vel momēta quæ pater posuit in sua potestate. Epistola octuagesima ad Eficium ait Augustinus: non posse ex scriptura colligi tempus certum & determinatum aduentus domini, etiam quotquot allegentur testimonia scripturarum. In epistola septuagesima octaua, ad eundem dicit. De saluatoris aduentu qui expectatur in fine, tempora dinumerare non

audeo,nec aliquem prophetam de hac re numerum annorum existimo pręcinisse: sed id potius prevalere qđ dominus ait.Nemo potest cogitare tempora quæ pater posuit in sua potestate.Nec sunt audiendi qui putant se computare tempora:diem vero & horam neminem dicentes scire. Nam scripturæ more dies & hora pro tempore solent poni:quod ostendit ibidē multipliciter.&.xx.de ciui.dei.c.j.dies iudicij pro tempore ponitur:& vltimus dies vltimum tempus dicitur.Immo Christus suis discipulis de tempore quærentibus respondit de tempore, nō de die & hora: vt docet ex greco idiomate, vnde euāgelium latini sermonis sumptū est. Ideo dixit Christus. Actuū.j. Non est vestrum nosse tempora vel momenta. Tempora dicit vel momenta.i.numerum temporum vel momentorū vsq; ad finē seculi:vt dicit Gloss. interlinearis. Ostendit autem per illa verba Christus se scire tempus id,cuius sunt omnia quæ sunt patris, sed non expedire discipulis scire vt ita viuant quasi semper iudicandi. Ad idem beatus Augustt.xviij.de ciuita.dei.c.lij.cū inquit.Omniū de hac re calculantiū digitos resoluit & quiescere iubet,qui dicit.Non est vestrū scire &c. Vtuntur enim quibusdam coniecturis humanis, nō ab eis aliquid de scripturæ conditæ auctoritate profertur. Verum ad dicta Matthei euangelistę, Marcus cap.xiij.superaddit.Neq; filius hominis. Super quo Augustt.lib.lxxxiij.q.quæst.lx. De die autem illa & hora(inquit)solum patrem scire,sic dictum est quia facit filium scire: & qđ dictum est,filium nescire,sic dictum est quia facit nescire homines.i. nō reuelat eis qđ inutiliter scirēt.&.j.de trini.c.xij. Filiꝰ nescit qa nescientes facit,seu quia tunc nō ita sciebat,vt discipulis reuelaret. Ad idem.j. Thess.v. De temporibꝰ autem & momētis non indigetis vt scribā vobis:id enim scietis,quia dies domini sicut fur in nocte veniet. ita intellīgitur. Non ergo nostrum est scire quando veniet,sed quomodo:vt pendulę expectationis ingenti formidine eum semper credamus esse venturū, quem nescimus quando venturus sit:sicq; viuamꝰ quasi semper iudicaremur.

1 ¶Quantum ad articulum tertium est primū dubium plures habēs partes. An oēs angeli sint iudicandi: & qualiter. An sanctificati in vtero. An paruuli baptizati. An virgo Maria p̄seruata(vt creditur)ab originali peccato. An Christus scđm humanitatē. Ad hæc respondet per propositiones. ¶Prima est.Nullus angelus iudicabitur iudicio discussionis: sed dūtaxat retributionis. Patet ex quid nominis termini: vt supra:quia non habuerunt boni cum malo commixtionem. Claresćet autem in iudicio eorum retributio in bono æternali. ¶Secunda propositio.Non videtur abrē dicere,pueros in vtero sctificatos & paruulos baptizatos iudicandos fore iudicio discussionis.Patet,quia de cōmuni lege,stante eorum sanctificatione,prius habuerunt originale peccatū, quod deletum est in eis fidei sacramēto aut baptismo flaminis,vel sanguinis:vt i paruulis pro Christo occisis:& ita meritum & demeritū q̄uis non psonale,scđm demeritum Adę,& meritū Christi.Nec videtur ratio diuersitatis:nisi dicaꝫ forte cum Apostolo.ij.Corinth.v.solum de meritis personalibꝰ futurū iudiciū. Sed tūc paruuli qui non habent propria corporis quæ gesserūt, ij. Corinth.v. etiam non essent habituri iudicium retributionis in gloria,aut damni pœna, qđ multi non admittūt. ¶Ad dictū beati Gregorij ponentis quatuor ordines iudicandorum dicetur dubio quinto.Hic negat(vt videtur)iudicium discussionis ab his qui perfecte Christum imitando seruauerint præcepta & consilia.Hos enim dicit non iudicandos.Constat autem q̄ non sunt damnandi,& q̄ habebunt retributionem meritorum:sed non cōstat q̄ nō sint iudicandi iudicio discussionis cum fuerint in peccato. ¶Tertia ꝓpositio. Soli illi qui habuerint meritorum & demeritorum siue personaliū siue etiam alienorum permixtionem, & omnes tales,discussionis iudicio veniunt iudicandi. Prędicens exclusiua patet ex dictis & notabili scđo. Ac dicit nois disceptatio quid est meritorū a demeritis:vt supra sepatio & manifestatio. ergo in quibuscunq; contingit illa reperiri istic iudicabunt. Videt esse vna ratio quo ad vniuersalitatem iudicij de demerito vel merito alieno sicut de proprio. ¶Quarta propositio.Non videtur male sonare Christum secūdum naturam humanam in die nouissimo iudicandum esse iudicio patentissimo non discussionis sed retributionis meritorum, exaltationis quoq; diuini nominis & ostensionis irrefragabilis potestatis in cęlo & in terra:iudicij quoq; viuorum & mortuorum. Ad hoc Apostolus Philip.ij. Et Ioan. xij.quando Christo dicente Pater clarifica nomen tuū, venit vox de cælo dicens,Et modo clarificaui & iterum clarificabo. Et q̄uis in eius resurrectione, ascensione, & spiritus sancti missione nomen eius fuit clarificatum, tamen non toti mundo: quia multi non crediderunt in eum. Et quia secundum tropum scripturæ, res dicitur fieri quando & eo modo quo vel vniuersaliter in quadam singulari obseruantia, aut ritu speciali manifestatur.



sic inquit Christus.Ioan.xij.Nūc princeps mūdi eiectus est foras. Prius em̄ fuit eiectus diabolus de cordibus sanctorum patriarchatū & prophetarum & cæterorū:sed non in tanta manifestatione signorū: vel abundātia gratię. Et prius datus erat spiritus sanctus:sed nō in signo visibili. Ita in proposito, etsi prius datū est illi nomen quod est super omne nomen &c. Philip.ij. id tamen tunc in iudicio cum effectu, idest vniuersalissime,clarum erit toti mundo. Ergo non ab re potest dici tunc diuersis respectibus secundum diuersas naturas Christus iudicaturus & iudicādus quātum ad sui nominis glorioſissimā manifestationē & exaltationem &c. & collatę potestatis iudiciatię inimpedibilē executionē. Videbunt tunc exaltatū in quē transfixerunt. Est cōmunis sentētia q̄ omes homines veniēt iudicandi iudicio finalis retributiōis. Patet ex dictis:& Christꝰ est hō.ergo &c. ¶Quinta propositio. Siue admittamꝰ virginē Mariā ab originali pctō p̄uiso Christi merito gratiosissime fuisse prędseruatam: siue in vtero mox sanctificatam:potest catholice concedi ipsam etiā discussionis & retributionis finalis iudicio fore iudicandā. Patet ex dictis Christi. Stante autem q̄ fuit p̄seruata: fuisset tamē naturalis filia irę sicut & cæteri,si Christi prędicto merito nō fuisset p̄seruata. Igitur quātum fuisset de se habuisset originale peccatum. In illo itaq; vniuersali & generali patentissimo iudicio diuino huius iusta ratio omnibꝰ manifestabitur:& illud est,largo vocabulo,quędā discussio vel examinatio. Nō em̄ illa nomina dicūt dūtaxat prędcellentem ostensionem bonæ actionis ad peccatum vel ecōtrario, sed etiam decentem tanti regis donationem & magnificentię iustam exhibitionē sine iniuria & p̄iudicio cuiuscūq; ac personarum acceptiōe. Hoc solū referre placuit. ¶Si quærat de augmēto gaudij vel tristitiæ bonorum & malorū ex tali iudicio:Respondet q̄ sicut in iudicio extremo bonorum angelorum accidentale gaudium pro ministerio ac custodia hominibus impensis saltē extensiue augebitur:ita malorū accidentale supplicium pariter & odium augeri credit. Tunc enim boni plurimū gaudebunt de noua hominū societate perpetua,& suorū quibus prę fuerunt in corpore & anima beatificatione &c. Mali vero odio habebunt salutē hominū quos deinceps tentare nō possunt: & summa inuidia affecti in eos,vellēt cū pœnę augmēto eos semper impedire. Et cur nō sili dicēdū in genere de oīmbus beatis & dānatis? Maxime vero de sanctis patribus & doctoribꝰ:qui multas hereses p suas doctrinas exterminauerūt:& de sāctis apostolis ecclesię patribꝰ,sanctis martyribꝰ &c. Suo modo de hęresiarchis & ecclesię persecutoribus. ¶Secundū dubiū. An solus Christus in iudicio extremo iudicabit actiue & potestatiue. Hic K in primis supponit q̄ nomē Christiꝰ est nomē suppositi geminę substantię,q̄q; supponat pro verbo in diuinis, pro hoim redeptore incarnato,q̄ ly solus respectu p̄dicati essentialis nullā psonarū diuinarū excludit sed includit. Quęrit quęstio in effectu: An cū Christo iudice iudicabūt & hoies pariter & sancti. Ad hoc dicēdū p aliquot ꝓpositiōes. ¶Prima est. Licet tota trinitas iudicabit viuos & mortuos in extremo iudicio, attamen iudiciū facere dedit pater filio. Hæc propositio est fidei. Pars prima patet:quia opationes ad extra sunt cōmunes oibus psonis diuinis,licet sint quędā psonarū appropriata,q̄ singulatim singulis attribuunt̄ psonis. Pars secūda habet Ioan. v. ¶Scđa ꝓpositio. Solus deꝰ & dei filius Christus faciet iudiciū principaliter & authētice primo & per se seu ordinaria potestate. Patet ꝓpositio,stātibus suppositione secūda & dictis in notabili secundo. Hoc em̄ non potest cōpetere nisi psonę diuinę,q̄ sola habet dictare sua sapiētia infinita quid cuilibet scđm iustitiā infallibilē veniat dandum pro meritis: & dictatū imperiosę executiōi primo & p se demādare. verū scđm quā naturā,& in qua iudicabit,distin.sequēti dicet. ¶Tertia ꝓpositio. Appellādo iudices eos qui principali iudici assidebunt: & iudicare assensoris officiū facere,oēs sancti angeli dei,& oēs pfecti Christi imitatores cū eo in extremo iudicio viuorū & mortuorū erunt iudices. Patet notabili tertio,& Matth. xix.sup illo. Vos qui secuti estis me. Gloss. Cū forma serui,q̄ iudicata est,iudiciariā exercuerit potestatē,eritis & vos mecū iudices. De angelis in expositiōe Psal.xlix. Augu. Sic em̄ iudicare non est potestatiue iudicare,sed est sedere, scđm Lyrā, in loco eminēti iuxta iudicē. Non tū assidebūt vt cōsilium p̄stēt iudici,nec iudicē infortabūt aut dirigēt,vt i iudicio hūano. Qui dicant pfecti imitatores,videbit infra dubio tertio. ¶Quarta ꝓpositio. Accipiendo iudicare large vt iudicare est iudicis sententiam approbare & laudare: omnes sancti & electi dei cum Christo iudicabunt:sicut patet ex notabili tertio. Et simíliter dicatur de alijs acceptionibus nominis iudicare. ¶Sed contra primam conclusionem videtur esse dictum Christi.Ioannis quinto.Pater nō iudicat quenq̄, sed omne iudicium dedit filio: ergo solus filius iudicabit. Dicendum q̄ pater non iudicat quēq̄ sine filio & spiritu sancto. Operationes enim personarū ad extra sunt indiuisę. Cū ipe filius dei factus est filius hominis,& qđ ad sapiētiam pertinet,

quale est facere iudicium & iustitiam, filio attribuitur qui est sapientia & claritas patris. Solus deniq; ipse in forma assumpta nobis gratiã meruit & salutem, ac visibilis omnibus apparebit in iudicio. Ideo sicut distin. xlij. q. j. animarum viuificatio potentiæ diuinę, & corporũ resuscitatio dispensationi humanitatis attribuitur, ex causa dicta ibidẽ: ita filio attribuit potestas iudiciaria: tã secũm naturã diuinã, secũ; quã eã ab ęterno habuit, & (vt Aug. loquit in expositiõe Psalmi. lxxiiij.) eam non accepit: quia nunq; ea caruit: q; secũm humanam secundum quã accepit tempus iudicandi sicut & nascendi ac moriẽdi. Potest tamen concedi q; eam acceperit secundũ naturam diuinam non quasi quandoq; ea caruerit: sed quia quicquid habet nascendo a patre recipit: vt supra distin. xlij. q. j. ¶ Dubium tertiũ respicit cõclusionem tertiam quo ad clausulam additam de perfectis Christi imitatoribus &c. Qui sint illi perfecti imitatores Christi, an solum duodecim Apostoli secundũ verbũ Christi. Matth. xix. Vos qui secuti estis me &c. Augusti. xx. de ciuitate dei. c. v. Hic discim⁹ cũ suis discipulis iudicaturum Iesum post recitationẽ priorum verborum. Tunc quæriẽ de Paulo qui nõ fuit de numero. xij. Matthias em̃ suffectus fuit in locum Iudę. Actuũ. j. Paulus autem plus omnibus laborauit: & de se inquit: nescitis quia & angelos iudicabim⁹. j. Corinth. vj. Item Esa. iij. Dominus ad iudiciũ veniet cum senioribꝰ populi sui & principibus &c. Et Prouer. xxxj. Nobilis in portis vir eius cum sederit cũ senioribus terrę. Vbi Gloss. Interlinearis. Cũ patriarchis, Prophetis, & principibus. & ita videntur seniores qui iudicabũt cũ Christo esse Patriarchę, Prophetę, Apli. Item sanctus Thomas dicit q; paupertati debetur iudiciaria potestas ratione cõgruitatis: quia notoria paupertas est eorum qui contẽptis omnibus q̃ mundi sunt soli Christo inhęrent, nec habent qđ eos a iustitia deflectat. q. lxxxix. parte. iij. ar. ij. tum ratiõe meriti despectionis & suppressionis, quę repręsentãtur in pauperibus. Paupertas enim est primũ quod facit hominem despectum: tum hoc modo redditur idoneus ad iudicandũ, & ad retinendum mente decreta iustitię diuinę, & non suffocat verbũ dei: ideo paupertas plus disponit ad iudiciũ q̃ virginitas, aut martyrium. ¶ Item q̃ritur quæ paupertas facit iudicẽ cum Christo, an spiritus & omnis talis cum voto abdicationis tẽporaliũ, an sine: & ita de similibus multis. Si cũ voto, soli monachi essent futuri iudices: qđ videtur male sonare in ecclesia Dei. Ad illa diuersimode videtur respondere. Certũ est solũ Christũ ex prius dictis iudicare principaliter & per se seu potestatiue & authẽtice. De imitatoribꝰ Christi pfectis, an sint soli duodecim Apostoli dei: Dicẽdũ q; nõ. Sunt em̃ & alij imitatores perfecti secũdũ excedẽs & excellum. Apostoli vero Antonomatice dicũtur Christi sectatores. Ad verbũ Christi respondet Chrysost. super Matth. homil. lxv. exponẽs iudicare cõparatiue. i. dãnandos ostendere in sese. Non em̃ Apli totum mundum & oẽs gentes condẽnabunt: sed duodecim tribꝰ Israel q̃ sub eadẽ lege educatæ fuerunt sicut Apli: & tamen Apostolis conuersis ipsę cõuerti noluerũt. & statim post hoc p duodecim sedes nõ confessum, cum solus Christus in solio iudicaturus sedebit, sed gloriã & honorẽ ineffabilẽ exprimi dicit. In expositiõe Psal. xlix. & xx. de ciuita. ca. v. August. vult: ex quo numerus duodenarius constat ex quatuor & tribus: quæ ducta in se inuicem faciũt duodecim: Nã ter quater faciũt duodeci: Ideo p sedes duodecim intelligit vniuersitas iudicantiũ seu vniuersa iudicãtium multitudo, propter duas ptes numeri septenarij, quo significanꝫ plerũq; vniuersi. Non ergo p numerum duodenariũ solum duodeci hoies significant: sed vniuersitas pfectorũ vndecũq; sint ex quacũq; orbis parte: siue oriente siue occidẽte: meridionali vel aquilone: qui eã nacti sunt perfectionẽ q; in cõfessiõe trinitatis, fide, spe, & charitate Christo adhęserũt. Hi oẽs claudunt nũero duodenario: quia vndecũq; sunt: & ex quacũq; pte orbis, si in trinitatis cõfessione pstiterũt, pfecti euaserũt, & sic q; sedebũt sup duodecim sedes, & oẽm iudicabũt populũ vndecũq; sit, qui Christũ cõfessione sanctę trinitatis nõ coluerũt. Et ita cũ oĩs ille sit pfectꝰ qui habet charitatẽ, idẽ em̃ est totũ & pfectũ. v. Metaphy. & qui sic Deũ diligit, toto corde diligit: per consequẽs cõcludo. Perfectꝰ ergo oĩs habẽs charitatem sedebit sup sedes duodecim, & prout ad se spectat secũm pdicta cũ Christo iudicabit. Itẽ & ex eo: quia Christꝰ. lxxij. discipulis loquẽdo hoc ipm oĩbꝰ eorũ sectatoribꝰ, pmisit xx. de ci. c. v. & S. Tho. di. pśenti. Pręterea beatꝰ Augu. Psal. xlix. per seniores intellexit oẽs sanctos & angelos dei, ostẽdẽs q; & viri sancti angeli nominabunt. Vñ Apls. Sicut angelũ suscepistis me. ad Gala. iiij. & de Ioanne. Ecce mitto angelũ meũ. Malac. iij. Cũ oĩbus angelis veniẽs secũ habebit & sanctos. Mat. xvj. Qui seniores ppli dicunt & angeli noĩantur. Ista multa milia multorũ pfectorũ de toto orbe venientiũ cęlum vocantur. Veniens ergo ad iudiciũ aduocat cælum desursum. i. omnes perfectos sanctos iudicaturos. Hugo exponit, idest sanctos angelos: & terram, idest hoies perfectos: discernere nõ videtur solum populũ suũ, discernere inquã a malis



bonos. Hinc sequitur. Cõgregate illi iustos eiꝰ. secũm aliam trãslationem: Tuos iustos. vt est viuens ex fide, faciens opera misericordiæ, quæ sunt & opera iustitię. Ex quo videtur omnes iustos hic dici perfectos, & oẽs pfectos sanctos & illos congregandos vt iudicẽt cum Christo, tametsi iudicare plus & prius quadã prioritate dignitatis attribui posset ijs qui Christũ secuti fide, spe, & charitate, Christo amplioꝰ adhęserũt. ergo oẽs sancti & angeli & homines cũ Christo iudicabunt. ¶ Ad dicta sancti Tho. conceditur q; paupertati debetur iudiciaria potestas, illi scilicet de qua Christus Matth. v. Beati pauperes spiritu: quoniã ipsorũ est regnũ cęlorum. Sicut enim hoc modo omnes & soli pauperes spiritu saluabantur: ita oẽs & soli tales cũ Christo iudicabunt. Sed an illam præcise voluerit sanctus Thomas intelligi, nescio. Pauper spiritu nihil pręter deum, idest contra deum quærit. Est autẽ paupertas spiritus nihil aliud q̃ humilitas, secundũ August. quę Matth. iij. dicitur in Gloss. omnis iustitia. Et de sermone dñi in mõte. lib. j. Timor domini cum (inquit) recte habetur, intelligunt pauperes spiritu, hũiles & timẽtes Deum. i. non habẽtes inflatũ spiritum. Nec aliunde omnino incipere oportuit humilitatẽ q̃ a timore domini: si quidem peruentura est ad summam sapientiã. Initium autẽ sapientiæ est timor dñi. Quoniam & econtrario initiũ oĩs peccati superbia scribitur. Superbi appetũt regna terrarũ. Beati pauperes spiritu: quoniã ipsorum est regnũ cęlorũ. Secundũ Hilarium super Matth. paupertas est lex gratię diuinę, lex operum: itaq; humili & timẽti deũ timore filiali & nõ seruili debetur regnũ cælorũ: vt tanq̃ hæres regnet & assideat cũ Christo in iudicio. Et hæc est paupertas de qua Christus loquitur, cui debetur iudiciaria potestas. Mat. j. Quomodo alias dicere poterimus patriarchas possidere, & prophetas fuisse pauperes qui abundabãt in tẽporalibus? ea habuerunt sine sollicitudine quasi nõ habuerint: demonstrarunt deniq; cum effectu a se potius illa oĩa possideri q̃ se ab eis esse possessos, secũm Augu. de moribꝰ ecclesiæ. c. xxxv. & si. Sunt deniq; hoc mundo quasi nõ vtentes, quia secũm beatũ Grego. homil. xxxvj. cuncta tẽporalia ad vitę suę ministeriũ redegerũt, nõ si nẽtes tẽporalia dominari mẽtibus suis, sed vt subiecta foris seruiãt, & nunq̃ intentionẽ quasi ad alta tendẽtes frangant. Habuerunt terrena oĩa ad vsum, nõ ad desiderium. hæc ille. Tales dicit Christus esse i mũdo, sed nõ de mũdo: & ita euaserũt plerique ditissimi sed pauperes spũ: & plus pauperes spiritu multis secundũ seculũ prorsus nihil habẽtibꝰ. His debetur iudiciaria potestas & regnũ cælorũ: non solis re ipsa paupertrimis. Forte cũ animi pœnitudie Socrates & alij Philosophi proiecerunt tẽporalia sed nõ pro Deo. Non ergo eis promittitur sedere sup duodecim sedes: quia in sola carentia possessionũ non consistit perfectio christiana: sed in esse pauperem spiritu & pro Deo. xxvj. Mora. §. xxiiij. ait Grego. Apud semetipsos pauperes sunt qui i suis cõscientijs elati nõ sunt. Et ita pauperibus iudicium tribuit. i. elatos destruit. Humiles vero p iudicium liberos reddit. Et qui nũc a malignis supprimuntur, tunc eorum iudices erũt. Ad qđ Sap. v. Tunc stabunt iusti in magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerunt &c. p totũ. c. Qui sic pro Christo despici volunt: & solũ eius intendũt honorem, esto q; de facto nõ despiciãtur ab oĩbus: nec in derisum eorum habeant: & esto deniq; q; abundẽt in temporalibus: vt supra: merentur tñ iudiciariam potestatem ad sensum sępe tactũ. Cũ subiungit. S. Tho. ꝓposi. ij. q; pauptas disponit ad p̃dictũ, modo iudicãdi. Per hoc enim habet cor edoctum omni diuina veritate: vt posset & alij veritatem cõmunicare. Estq; paupertas prima dispositio ad potestatem iudiciariã & beatitudinis consecutionem: quia per hoc reddit idoneus ad retinẽdum mente decreta diuinę iustitię. Illud nõ quadrat: sic em̃ iudicare dictatiue &c. est solius Christi. Non enim est sanctorũ iudicare principaliter, sed assidere, & de diuinę mentis impletione eiusq; potestate, sapientia &c. lætari & complacere: nec est ipsorũ dictare quantũ dandũ sit cuilibet, sed de facto ostendere se fuisse legis Christi sectatores. & hoc videtur esse habere in se decreta diuinę iustitię. i. obedientiã legis dei. Nec possibile est assectatores dei sic edoctos esse: vt sciant singulatim singulorum facta discernere & metiri. Hoc enim infinitã exigit scientiã dei & cõprehensionẽ: vt supra in notatis & in dubio secũdo ac propositione septima arti. ij. Q; si quis vtiq; contendit q; perfectioni christianę debetur iudiciatia potestas: queritur in quo consistit perfectio vitę christianę. Et crediderim salua pace dicendum q; charitas & eius pręcepta per se & essentialiter integrant, perficiunt, & cõstituunt vitam christianam. Gerson in de consensu euangelistarum. Præterea dicitur q; pręceptum charitatis claudit oĩem & totam latitudinem tam intensiuam q̃ extẽsiuam amotis & dilectionis: quãtũq; intẽsa & perfecta fuerit illa latitudo: vt statim post ratiocinationem. xvj. deducit beatus Augustinus in de perfectione iustitiæ contra Cælestiñ. & post eum Gerson vt supra. Ex his sequitur q; consilia euangelica adminiculatiue ad perfectionem vitæ principaliter fa-

Universidad de Deusto
Biblioteca



cere dinoſcuntur,non tamen omnem perficiunt hominē in vita Chriſtiana. Siquidē nemo negare poteſt plures fuiſſe perfectos in vita Chriſtiana,ſine cōſiliorum(in actu)obſeruātia.Hinc ad Abraham diuitem ait dominus.Geñ.xvij. Ambula coram me & eſto pfectus.Iob non fuit ſimilis in terra.c.j.Item. Inueni Dauid ſeruum meū.Pſal.lxxxviij.Item Eccli.xliiij.de Abraham dicitur.Non eſt inuētus ſimilis illi in gloria,qui cōſeruaret legem excelſi. Dilectus Deo & hominibus Moyſes,cuius memoria in benedictione eſt.cum multa laude alia.ibidem.capi. xlv. Ad idē de Ieſu filio Naue ſucceſſore Moyſi capi.xlvj. Item dilectus a domino Deo Samuel propheta domini. De Dauid plura habētur.c.xlvij.Et tamen non impleuerunt conſilia euangelica,nec paupertatem cum rerum abdicatione. Item in ſtatu innocentiæ fuiſſet perfectio ſine obſeruantia conſiliȝ pauptatis obediētię & caſtitatis. Sicut ergo in ſcientia perfectionis acquirendę vel habitę conſeruandę pficiunt quandoq; ſolum inſtrumentaliter, ſic in vita corporali qualitatiuę & accidentales diſpoſitiones ſeu accidentaliter & ſecundum quid & non eſſentialiter:vt habet.S.Tho. ij.ij.q.clxxxiiij. ¶Corollariū.Paupertas voluntaria quātīcūq; arcta non perficit hominem eſſentialiter in vita chriſtiana. Ad idem Hieronymus & Origę. Si vis perfectus eſſe &c. non ſic intelligitur: vt in illo tempore quo reliquit ſua perfectus ſit:ſed quia ex illo die incipit eſſe ſectator dei,depoſito ſcilicet onere diuitiarū:quia ſic liberius Deo vacans poteſt peruenire ad omnes virtutes. & ita in actibus virtutum eſſentialiter poſuit charitatem.Sic Virgines ſequuntur agnū quocūq; ierit.eodē modo intelligitȝ:quia proiecerūt impedimenta omnia vt liberius Chriſtum ſequi poſſent.Sic de profeſſione monaſtica.ca.Secūdum.Poteſt quis in affluentia diuitiarum Deo charitate adhęrere:& ipſi affluentię cor non apponere:ſed qa hoc raro fuit:& quia difficile ſit. Luc.xviij.dicitur nonnunq; impoſſibile in materia morali,in qua denominatio ſumitur a frequenter accidentibus. Ex hoc non ſequitur ad profectum conſilia eſſe fruſtra:ſed optime cōducunt. Ad idem Guilielmus Altiſſiodoreñ. Relinquere oīa eſſe opus perfectę charitatis, exponit,ideſt ſignū eſt perfectionis non eſſentialiter perfectio.Eſto q; perfectioni Chriſtianæ vitæ & perfectis Chriſti imitatoribus debeatur iudiciaria poteſtas ſiue aſſeſſoria dignitas,ex quo illa nō eſt alia niſi charitas per ſpiritū ſanctū diffuſa in cordibus noſtris: ergo omnes eā habentes perfecti ſunt in vita chriſtiana.Habēt enim quicquid eis neceſſarium eſt pro conſeruatione vitę æternę ſi alias nō eſt impedimētum ex parte alterius.Item omnes ſunt filij dei.Ioan.j.& cohęredes Chriſti. Roma.viij. Palud. refert eſſe modum viuendi perfectionis exercendę vel acquirendę,& quenq; eſſe pfectum: ac imperfectū eſſe in pfectionis ſtatu.Item Hilarius ſup Mat. cap.xix.exponit verba Chriſti de proiectione tēporalium & Chriſti ſectatione,de legis proiectione in qua multum erant diuites ponēdo in ea ſpem ſalutis:quatenus illam dimittant & legem gratię ſequantur:quę ſola perficit hominē. Vult enim dominus q; proiciant legem operū quę(vt alibi oſtēſum fuit)ita in noua ſicut vetere lege poteſt habere locum: ſed non ſaluat ſine lege ſpiritus quæ eſt gratia:vt deducit Auguſt. de litera & ſpiritu.ca.xiiij. ¶Quarum dubiū. M Cur in obiurgatione iudicis,ſola miſericordię opera omiſſa vel cōſummata in die iudicij imputātur damnatis,vel in laudem prędicātur ſaluatis.Matth.xxv.ibi recitantur ſex opera miſericordiæ corporalia,in quibus includitur ſepultura,ſeptimum opus. Comprehenduntur vero in hoc verſiculo.Viſito,poto,cibo,redimo,tego,collígo,condo.Non enim dicet iudex:adulteriū,furtū,rapinā cōmiſiſti aut fil'ia,ſed eſurienti & nō dediſtis mihi māducare &c. Et ad btōs dicet. Eſuriui & dediſtis mihi manducare &c. Ad hoc videt dicēdū q; ſępe ſpecies ponit pro genere ſcđm regulas Tyconij.Sic ſępenūero in ſcriptura & dictis patrū nomine miſericordiæ venit primus & immediatus verę & gratuitę dilectionis effectus.Et ſicut in dilectione dei & ꝓximi eminenter continetur totius legis finis & impletio:in ea quoq; tota lex pendet & prophetę:ideſt ibi finē habet & illo refertur ſcđm Auguſt.lib.j.queſt.Euāge.c.xxxiij.& in perfectione iuſtitię:Ita & in miſericordię exhibitione q̄ eſt ſignum inexiſtētis dilectionis. Hinc Chriſtus volens nos ad totius legis perfectā obſeruātiam inducere,ait.Luc.vj.Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Non eñ illic ad ſolā miſericordiam nos hortatur:ſed ad charitatiuā omnium agēdorum perfectionē. Hinc ſubiungit.Nolite iudicare:nolite cōdēnare: date & dabit vobis. Quid Nolite odire,ꝓximū. Verū hoc nō ſufficit,ſed opus eſt dilectione affectiua & efficaci. Sunt eñ duę partes iuſtitiæ, declinare a malo,& facere bonū.Itē per operū miæ exhibitionē innoteſcit alteri, alicui ineſſe dilectionē,quę eſt res ſpiritualis,oculo corporali inviſibilis:ideo ſępe loco charitatis ponit.Et dicit aliquid alicui ineſſe cū facto innoteſcit:& nō ineſſe cū nō innoteſcit.j.Ioā.v. Hęc eſt charitas Dei:vt mandata eius cuſtodiamus. ideſt ſignū & coniectura probabilis inexiſtentis charita-



tis dei. Conſimiliter quia in extremo iudicio animaduertetur miſericordiarum Dei trāſgreſſio & contēptus:totam vero neglexit legem qui proximo noluit propter Deum miſericordiam & dilectionem impendere.Nam ſecundum præ dicta,ſicut diligēs proximum legem impleuit, Roma.xiij, ita nō diligens proximū affectiuo vel effectiuo amore, legem non impleuit. Ideo in iudicio imputantur negligentiæ operū miſericordię:ideſt carētia charitatis & gratię.Qui autem offendit in vno: factus eſt omnīū reus. Iaco.ij.Damnat enim hominem vnius ſolius mortalis culpæ commiſſio,aut p̄cepti omiſſio. Sic ſimiliter dicēdum eſt de eleemoſyna. Idem enim eſt facere eleemoſynam & miſericordiam, & proximum recte diligere:vel vnum eſt cauſa alterius, & ſignum.ex dictis beati Auguſtini. Quia enim quis mouetur miſericordia ſeu cōpaſſione charitatiua in proximum, ideo vult eius miſerias tollere. ¶Corollarium primum. Eleemoſynam dare eſt alteri rem ſibi neceſſariā largiri & impartiti ex compaſſione eius miſeriæ propter Deum, ſeu facere opus pietatis ad releuandam indigentiam corporalem vel ſpiritualem proximi propter Deum.Et ita dare eleemoſynam eſt ſignum & effectus charitatis & dilectionis fraternę.Et ſi placet loqui de eleemoſyna generaliter,nō vt eſt meritoria vitę eternę,notificetur vt ſupra diſtin.xvj.q.ij. Verū quomodocunq; notificetur, eſt exhibitio dilectionis & operis miſericordię.Quid enim aliud eſt miſericordiam facere,niſi velle ex dilectione ad alterum,eius miſerias releuare, & ipſi ſubuenire? Ad hoc enim eſt textus clarus.j.Ioan.iij. Et licet Matth.xxv.textus loquatur de neglectu miſericordiæ corporalis: per hoc tamē non excluduntur,ſed includuntur neceſſario, vt cauſa ſine qua non,opera miſericordię ſpiritualia,quę plębeis & rudibus non ita clarent ſicut opera corporalia. Et ſententia ferenda eſt vt congruit capacitati omnium & ſingulorum:ideo de corporalibus operib⁹ miſericordiæ vt de cognitis ab omni populo, fit ſermo, non de ſpiritualibus. Hugo poſtil.textum exponit de operibus ſpiritualibus miſericordię. Si enim pro corporalib⁹ confutandi ſunt mali:longe plus pro ſpiritualibus.Pietas enim ad omnia valet,corporalis autem exercitatio parum vtilis eſt. ¶Corollariū ſecundum. Stat opera miſericordiæ non eſſe vera miſericordiæ opera,ſi non procedunt ex charitate:de quibus hic ſermo. Stat enim quē miſereri alterius pręciſe ex naturali compaſſione vel cauſa conſimili,& non propter Deum fraternaliter. Conſiderādum eſt etiam, q; etiā de aliis criminibus fiet diſcuſſio & obiurgatio. Hinc Malach.iij.dicit dominus exercituum. Accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis,& adulteris,& periuris, & qui calumniātur mercedem mercenarij,& humiliāt viduas & pupillos,& opprimunt peregrinum, nec timuerūt me. Iſtud vltimū ſecundū Gloſſ. ſolum ſufficit ad damnationem.Non enim loquitur de timoris ſeruilis neglectu,ſed filialis.Et quid eſt,non timuerunt me?Non dilexerunt me, ſed ſpreuerunt.Per quod innuitur q; illi ſoli dicūtur feciſſe opera miſericordię qui mandata Chriſti ſeruauerunt ex charitate,& gratia gratū faciente:& illi ſoli totam legem impleuerunt,ideſt ad ędificationem charitatis & propter Deū qđ fecerunt perfecerunt.Vt enim ex charitate ſeruiretur,lex data eſt homini a Deo. Qui non ſic perficiunt legem,ideſt qui non agūt ex charitate, omittūt & contēptui dant opera miſericordię & eccleſię, per conſequens obiurgandi ſunt a iudice de neglectu charitatis in operibus legis & pręceptorum,ſecundū Augu. vt ſupra,de perfectione iuſtitiæ.Nec propheta recitando quædam peccata ſpecialia cōtrarius eſt textui euāgelij. Matth. xxv.Nam pleraq; in prophetis ſufficienter expreſſa euangeliſtę omiſerunt:nec voluerūt oīa Chriſti facta literis tradere.Ioan.vlti.ſed nudæ veritati teſtimonium perhibere,vt claret de paſſione Domini ſuccinctiſſime conſcripta.Ponūtur ergo ab euāgeliſta non particularia peccata, ſed i genere ſigna neglectę charitatis.j.Ioan.iij. & charitatis omiſſio, quę eſt legis defectio: ſicut econtrario dilectio, legis eſt impletio. Propterea imputat dominus nominatim ea q̄ minus videbantur omittenda etiam circa inimicū algentem, nudum, cruciatu plenum &c.quæ & natura docet,& inſtinctus quidam naturæ brutorumq; animaliū habitudo, ad culpę exaggerationē & crudelitatis beluinę in homine oſtenſionē:vt vniuſcuiuſq; ratio dictat ſe male egiſſe.Inſuper vt cōuincat eos a minori de legis neglectu,ſi miſericordiam nō obſeruarunt:iugūq; ſuaue & onus leue portare recuſarunt: ſi maiora iniunxiſſet aliis,nec digito ea contigiſſet.Ita tenet ſanctus Bonauentura in dub.literalibus diſtinctione decimaquinta.Et Chryſoſto.homi. lxxx. ſuper Matthęum. Hoc quoq; dominus prius per ſuos ꝓphetas clamat. Oſee ſexto.Miſericordiam volet non ſacrificium,& ſcientiam Dei plusq̄ holocauſta. Item Mich. ſexto. Indicabo tibi o homo quid ſit bonum, & quid dominus requirat a te, vtiq; facere iudicium & diligere miſericordiam, & ſollícite ambulare cum Deo tuo. Quid ſit miſericordiam volui,& non ſacrificium, exponit Auguſtinus decimo de ciuitate dei cap. quinto & ſexto dicēs.

Vbi ostendit se nolle sacrificium, ostẽdit se velle sacrificiũ. Nõ vult sacrificiũ occisi pecoris, & sicut stulti credũt Deum velle, sed cor cõtritũ & humiliatũ Deus nõ spernet, dicẽs per Prophetã: Si voluisses sacrificiũ dedissem: vtiq; holocaustis nõ delectaberis. Sacrificiũ ẽ Deo spiritꝰ cõtribulatus. cor cõtritũ & humiliatũ Deus non despicies. Est ergo sacrificium Deo, oñe opus bonũ, factũ ex charitate & gratia gratũ faciente ad honorẽ Dei. Misericordia vero qua homini subuenitur, si propter deũ non fit, nõ est sacrificiũ. Viuere Deo sacrificium est, & ad misericordiã pertinet. Eccl'i. xxx. Miserere aiæ tuæ placẽs deo. Est ergo misericordia quam vult dñs, dilectio dei & proximi, & in summa, omne bonum opus qđ procedit ex charitate & gratia gratũ faciente, siue sit p̃cepti, siue cõsilij, siue indifferẽs. hęc est generali vocabulo, oñe opus meritoriũ. Hic Micheas dicit: Requirit a te dñs, facere iudicium. qđ est iustitiam seu opus qđ tibi præcipitur a deo. & misericordiam. i. quatinus facias opus legis ex charitate: qđ faciendo misereris animæ tuæ: vt deo placeas ad vitam. Hinc dici potest misericordiam veram (de qua sermo) esse eam quę aufert miseriam & cõfert gratiã & gloriam scđm Hilarium sup Matthęũ. ¶ Corollarium tertiũ. Quicũq; diligit deum & proximũ facit opus misericordię: & solũ talis: loquẽdo de misericordia proprie dicta, quæ est ablatiua miserię & collatiua gratię & glorię. Ecce quẽadmodum scriptura ꝓphetica vnũ & idem sub diuersis tradit verbis, vocãdo dilectionẽ dei & proximi, iam misericordiã, iam sacrificium, iam eleemosynã, iam legis impletionem. ¶ Corollariũ quartũ. Sicut omnẽ bonũ opus qđ agitur vt sancta societate deo inhęream⁹, relatũ. s. ad illũ finẽ boni quo veraciter bti eẽ possimus, sacrificiũ verũ est: ita & omne tale & solum tale ad misericordiã pertinet. ¶ Corollarium quintum. Vera sacrificia opera sunt miæ siue in nosmetipsos, siue in proximos, q̃ referuntur in Deum. Et misericordię opera charitate formata, vera sunt sacrificia. Sententia est Auguſt. x. de ciui. dei. ca. vj. ¶ Sextum corollariũ. Quãtascũq; & quotcunq; quis fecerit eleemosynas in proximũ, si non habet charitatem dei & proximi, obiurgandus est a iudice, & non est aptus regno dei. Qđ est contra quosdam dicentes (secũdum illud Iacobi. ij. Iudicium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam) q; permanens in scelere aut inter peccandum dans eleemosynam, consequitur per eleemosynam, misericordiã & remissionem. Et q; remittens debitũ ei qui in se peccat, facit eleemosynam: & q; legens quotidie orationem Dominicam facit misericordiam, & consequitur remissionem: vt late deducit Augu. lib. xxj. de ciuita. dei. ca. xxvij. Per quem dicebãt. Sicut nõ est dies quo a Christianis hęc oratio non dicatur: ita nullum est qualecũq; peccatum qđ per illam nõ dimittatur. Sed nesciunt illi errantes, q; sicut nõ potest quis recte diligere proximum nisi se prius diligat: ita nec facere alteri veram eleemosynam & misericordię exhibitionẽ, nisi a se incipiat, & sui prius misereat. Qui enim sibi malignus est cui bonus erit? Eccl'i xiiij. Sui autẽ miseretur qui curat a deo habere charitatẽ & gratiam, sine qua nõ potest recte diligere proximum ad salutem, & sine qua nec homo, nec eius opera deo placẽt ad salutẽ. ¶ Quãtum dubium: de quadruplici ratione iudicãdorum: quã ponit Matth. in textu. Post beatũ Gregoriũ. xxvj. moral. §. xxiiij. & xxv. Gloſſ. Mat. xxv. ponit ex damnandis ordines duos. Quidam enim iudicantur & pereunt: vt illi ad quos dicit Christꝰ, Matth. xxv. Esuriui &c. hoc est, decedentes in mortali peccato, alij non iudicantur & pereunt: vt infideles. hi non veniunt ad iudicium. Non enim eorum tũc causa discutitur: sed secum portãt manifestam damnationis suæ causam, infidelitatẽ. Hinc propheta. Non resurgunt impij in iudicio. Item Ioan. iij. Qui non credit iam iudicatus est. Item qui sine lege peccauerunt: sine lege peribunt. Roma. ij. Ex saluandis sunt etiam duo ordines. Quidam iudicãtur & regnant, qui per pœnitentiam mala culpę quã habuerunt, absterserint. de quibus dñs in iudicio. Esuriui & dedistis &c. Quidam non iudicantur & regnant, qui p̃cepta legis virtutũ perfectione transcẽdunt, & plus faciunt q̃ præceptũ exigit. hoc est qui habent opus supererogationis. Hi (dicit) non iudicãtur sed veniũt iudices cum suo auctore. Hic ordo non videtur stare. Aut enim diminutus est, vel sibi cõtrarius. Diminutus, quia de paruulis defunctis ĩ originali nullã facit mẽtionem: nec de baptizatis mox defunctis: nec de virgine Maria: nec de Christi hũanitate: nec de in vtero sanctificatis & statim defunctis: nec de paruulis baptizatis in suo sanguine: nec (vt dicitur) de seruantibus præcepta & consilia cum permixtione malorum. Loquitur enim de seruantibus præcepta & cõsilia, sed dicit tales regnaturos cũ Christo, non iudicandos. quod si intelligatur de habentibus permixtionem bonorum & malorum, contradicit sibiipsi, quia tales dicit iudicandos, & eorũ causam discutiẽdam. His enim dicetur. Esuriui & dedistis mihi &c. Et in hac pte constituit non iudicandos. Dicendum. beatus Gregorius supponit (vt videtur) actuale meritum vel demeritum, & de illo habendum iudicium: sed id nõ



stat cum congruentia prædicta. Nec videtur ratio diuersitatis respicere causam finalis iudicij, cur illi & non alij sint iudicandi. Vnde nosscent alij causam huiusmodi retributionis ex merito Christi, & remissione originalis culpæ cõtractę in Adam. Debet autem iudiciũ omnibus claresscere iustissimũ. Si ergo aliqui habentes permixtionẽ bonorum & malorum iudicantur iudicio discussionis: ergo & omnes alij in q̃ bus est similis ratio. Prętera stat aliquẽ legis obseruatorẽ non seruasse consilia actu, sed voto & desiderio. Hinc Aug. castitatẽ Abrahę cõparat cęlibatui Ioannis: & qui olim plures habuerũt vxores: plures virgines supgressi sunt merito vitę. vt infra dist. xlix. q. iiii. Nec potest negari quin infideles sint iudicãdi iudicio retributionis & damnationis, licet non discussionis: quia nihil bene fecerũt. Et si seruãtes consilia & p̃cepta sunt nõ iudicãdi, quia nũq̃ peccauerũt actualiter: pauci sunt illi. Oẽs enim nascimur naturaliter filij iręstante lege. & ideo illa distinctio non est necessaria, sed q̃dam exemplaris manuductio vel qualiscũq; iudicãdorꝫ sępatio & distinctio. ¶ Sextũ dubiũ. Vnde scient ij q nõ fuerũt de lege Christiana, sed tẽpore legis naturę, aut ante, multarũ catholicarũ veritatũ determinationẽ & resolutionẽ: aut tẽpore legis Mosaicę, q; illi vel isti, puta pueri in originali decedentes, aut baptismate regenerati, seu baptismo sanguinis delibuti, etiã martyres adulti, qui prius multipliciter peccarunt in infidelitate, iuste sint de numero saluandorũ, & q; bona corꝫ mala p̃cellũt: cum non puenerit ad eos statutũ Ioã. iii. Nisi quis renatus &c. Sic de aliorꝫ statutorꝫ vsu vel negligẽtia. Dicit aũt Christus Ioã. xv. Si nõ veniſſem, & locutus eis fuissem, peccatũ nõ haberent. Nunc autẽ excusationem nõ habent. de pec. qđ ad Iudęos dixit. Dicendum post dicta supra conclusione. iii. q; mali & prescíti ad damnationẽ videndo bonos exultãtibus animis Deum collaudare, & veluti triumphantes colletari de obtento, p quo concertauerunt brauio vitę eternę, arguitiue & in effectu videbũt in eis veluti in libris singulorꝫ quę Deus per eos voluit fieri mãdata. Cũ autẽ conspicient sese via contraria incessisse, & nec hoc nec illud (qđ etiã ratio naturalis recta dictat faciendum) ope cõpleuisse, aurescꝫ ad naturalis legis dictamen obtudisse &c. testimoniũ reddente eorũ cõscientia, videbũt se de numero damnãdorꝫ a iudice potentissimo, cuius forum nemo potest declinare: cui nemo potest contradicere, & quẽ nemo potest de iniustitia notare, aut psonarũ acceptione, vt qui nullius est debitor nisi sua gratuita voluntate & sponsione: quicq; de massa sua potest facere vas aliud in contumeliã, aliud in honorem, & quocũq; notare. Tũc mirabũtur in subitatione insperatę salutis iustorꝫ, gemẽtes p̃ angustia spiritus, & dicẽtes intra se pœnitẽtiã agentes. Hi sunt quos aliqñ habuimus in derisum & in similitudinẽ improperij. Nos insensati vitã illorꝫ estimabamus insaniã, & finẽ illorum sine honore. Ecce quõ computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorꝫ est. Ergo erauimus a via veritatis: & lumen iustitię nõ luxit nobis. Sol intelligentię nõ est ortus nobis: viã dñi ignorauimus &c. Sapiẽtię. v. fere p totum. Non autẽ Deus reliquit hominẽ volẽtem saluari in necessarijs ad salutẽ, sed facientẽ qđ in se est medio congruo illuminauit. Vult enim oẽs homines saluos fieri volũtate antecedente. j. Timot. ii. In omni deniq; gente, q timet dominũ acceptus est illi. Act. x. Et stat ad ostium & pulsat &c. Apoca. iii. Et signatũ est sup nos lumen vultus tui dñe. Psal. iiii. Hinc nõ possunt allegare stante eorꝫ natura rationali libera, Deũ eis noluisse cooperari ad salutẽ & ad ea q̃ ad salutem sunt necessaria, p diuersitate tẽporis, & veritatis illustratione. Sed neq; a sua vinea nolentes repulisse. Abibunt ergo confusi testimoniũ illis eorꝫ reddente cõscientia: quã veluti p̃conẽ dei cõtempserũt. Nec dictũ Saluatoris Ioan. xv. intendit q; Iudęi ante Christi aduentũ, & cum eis habitã locutionẽ fuerint sine peccato, sicut & de illis ad quos nõdũ venit Christus, nec locutus est eis: sed fuissent sine peccato ĩcredulitatis, qđ antonomatice dicitur peccatũ. Habuissent igit excusationẽ dũtaxat de peccato infidelitatis, vt puta quia nõ credidissent Christũ fuisse Deũ & hominẽ: si Deus pater nõ fuisset eis locutus in filio suo vel p se, vel p ministros, vel p scripturam miraculis confirmatã: sed p hoc non euasissent cęteris paribus damnationẽ: sicut & pueri in originali peccato decedẽtes si nullũ cõmisissent actuale peccatũ agendo cõtra rationẽ rectam naturalem &c. Hinc Paulus. Roma. ii. Quicũq; sine lege peccauerũt, sine lege peribunt. Et qui in leg. &c. Ad hoc facit cũ princeps denũciat p̃conis voce sine exclusione & refutatione cuiuscũq;, quicũq; venerit hora tali huc, habebit denariũ. aut consimile facit edictũ cõditionatũ: spondens se largiturũ plurima venientibus, & solis illis. Facit ad hęc dictũ Augu. ad Sira. cum inquit. Lege illa p̃uaricata quę est in vsu, rationis naturę in ætate hominis sam ratione vtentis, preuaricatores fiũt oẽs peccatores terrę. Hinc scđm Hug. lib. j. p. vj. c. vij. agens contra solam legem naturalem siue rationis iudicium rectũ, peccat, & est transgressor p̃cepti, & si non discipline tamen naturæ. in quo etiam est dare præceptionẽ, ideſt faciendorum cognitionẽ: & pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca



hibitionē,id est vitandoꝝ discretionē,& concessionē.i.cognitionem mediorꝝ. Hinc omnis adultus ratione vtens habet legē iudicatiuā vel ostensiuā in anima sua:licet nō acceperit legem scriptā preceptiuā. Et agens contra conscientiā edificat ad gehēnā. Quicquid sit de illo,iudicia Dei abyssus multa. Quē vult indurat,quem vult iustificat. Multi de isto profundo q̄rentes reddi rationē,in fabulas vanitatis abierunt:quare illum & nō illū:cur hunc de parentibus Christianis,& non alium nasci faciat, multum est a me (inqt Augustinus Ser.vij.de verbis Apli) abyssus est,profundum est. Admiratione exclamare possum:disputatiue demonstrare nō possum. Ad idem ser.xj. & in de p̄destinatione sanctorum cap.ix. Cur non omnibus detur fides,fidelem mouere non debet,qui credit ex vno esse omnes in condemnationē sine dubitatione iustissimam,ita vt nulla Dei esset iusta reprehensio etiam si nullus inde liberaretur &c. ¶Si dicat: cum Deus p̄sciuit legem & statuta sua ad plerosq; populos non peruentura,& per consequēs eos non esse saluandos ex suorum ignorātia statutorum,cur ergo fecit eos nasci vasa iræ? Ad hoc respondet Apostolus Roma.ix. In hoc do minus Deus ostendere voluit iram suam,& potentiam in vasa irę:& notas facere diuitias gloriæ suæ in vasa misericordię. Potest enim ex eadem massa vas aliud facere in contumeliam,aliud in honorem,cum tamen massa in Adam damnata est. Cum ergo ex condemnationis massa facit nos vasa glorię,misericordię est & indebitę gratiæ.q̄ aliud facit vas irę, ad debitam pertinet pœnam. Ostendit igitur iram suā nō animi perturbatione:sed iustę & debitę vindictę in flictione:quæ ex debito maiorum procedit, cū damnat illos qui nec ad regenerationē veniūt: ostendit misericordiam cum illi regenerantur. Insuper & misericordiam ostendit cum malis, quia naturalia eis contulit,synderesim & rationem dedit. Verum eam malus noluit cum reputlit legem Dei quam concreauit. Est enim lex diuina quasi de lege naturali accepta large. Nec Deus aliquem creat vt damnetur,sed vt saluetur si vult saluari. Si vero multi pereūt,pereūtium est meritum:si multi saluantur, saluantis est donum. Si homines nascuntur, est dei beneficiū: si pereunt,p̄uaricatoris est vitium. Hinc alia est causa nascēdi,alia pereūdi. Nec deserit Deus hominem nisi desertus prius ab eo. Nec prædestinatio Dei facit vt ex filijs Dei fiant filij diaboli, sed econtrario damnatur homo quia suā non Dei executus est voluntatem. Sententia est Aug.ad articulos falso sibi ipositos. Nec deus vnq̄ permisit aliquem ignorare legem suā quē sciuit saluandū. ¶Sed quid de paruulis in originali peccato defunctis, quomodo cognoscēt iustum esse Dei iudicium in retributione p̄miorum pro meritis,qui nec Deum (vt videt) cognoscent sub conceptu Dei sine fide loquendo de Deo Christianorum? Respondet Durandus in effectu,distī.xliiii.q.xj. q̄ tales paruuli cognoscēt q̄ alij baptizati Christi merito sunt de saluandis:non sic autem ipsi qui tale non p̄ceperunt. Sed quia non cognoscent q̄ demerue runt illo dono priuari:ideo inde nec tristantur nec murmurant contra Deum. Facile hic posset fieri replica. vnde enim scient paruuli esse beatitudinem quæ sola fide & reuelatione diuina cognoscitur esse,cum non habeant aliquā fidem vel cognitionem Dei quam fides docet,sed cōtenti sint sua naturali beatitudine, nescientes vtrum sit alia:scdm. S. Thomā de malo.q̄st.v. ar.iii. Et licet paruuli baptizati cognoscant se Christi morte saluatos & inde gaudeant: nō tamen oportet sic esse de non baptizatis q̄ doleāt: quia scdm Apostolum, non sicut delictum ita & donū. Maius enim est Christi meritum q̄ cuiuscūq; peccatum. Hinc quia ea quę beatitudinis sunt Christianorum, sola reuelatione nota sunt,& hi soli nouerunt quibus reuelatum est, quales non sunt pueri mox defuncti:ergo non cognoscūt aliorum proprie dictam damnationem vel saluationem:secus de baptizatis & vnitis Christo per fidem, quibus datur visio Dei merito Christi non proprio.

## ¶Quęstio.II.

Secundo quęritur: vtrum venientem ad iudicium, conflagrationis ignis prę cedet,qui totum mūdum purgabit.

¶Notandum pro A articulo primo: q̄ flagratio dicitur ardor a flamma vel flatu quo alitur incendiū. inde cōflagratio vniuersale incēdiū. Et sicut aquarum abundantia diluuiū:ita vniuersale incēdiū conflagratio dicitur, quasi flatu excitata. Hinc Augustinus.ij. de Ciuitate Dei c.xvj. Sicut mundanarum aquarum inundatione factum est diluuiū:ita mundanorum ignīū conflagratione figura mundi huius peribit. Et scdm sanctū Thomā: non est aliud nisi cōgregatio omniū causarum superiorum & inferiorum, quę ex virtute sua habent virtutem ignīēdi. Quę congregatio non naturali cursu rerum, sed virtute perficietur diuina. Et ex omnibus causis sic cōgregatis generabitur ignis, qui faciem mundi exuret. Ideo ignis ab eo causatus dicitur ignis conflagrationis effectiue. Scotus dist.p̄senti.q.ii.inquit. Sicut ignis potest extra sphęram suam esse in materia aliena, vtputa in corpore ignito,carbone scilicet,vel flamma: nō q̄ sit ibi in partibus solidis vere forma ignis, nisi ponatur formas specificas disparatas simul perficere eandem materiam:qđ scdm eum videtur inconueniens: vel vapores existentes in aere per iuxta positionē possunt igniri:sic ista ignitio succedua nunc illorum vaporum nūc aliorum saltem pro toto aere suprapositio regimini habituali hominū potest dici conflagratio.



B ¶Quantum ad articulum secundū est conclusio prima. Sicut mūdus olim,fuit purgatus aquis diluuij tempore Noe: ita Christo venturo ad iudicium purgabitur conflagrationis igne. Vel sic,manendo plus cum textu Epistolę.ij.Petri.iii. Sicut olim tempore diluuij cęlum aereum, seu (vt Glossa dicit) aer humidus & turbulentus dictus cęlum,& similiter terra purgata sunt per diluuiū ascendens.xv.cubitos vltra cacumina montium. Gene.vii. Ita Christo venturo ad iudicium cęlum & terra purgabuntur per conflagrationis ignem:qui intantū ascēdet quantum ascenderunt aquæ diluuij. Nominat beatus Petrus aerem cęlum, & in plurali dicit,cęli propter duas eius partes, superiorem & inferiorem, scdm Nico.de Lyra. Superior pars aeris seu cęli aerei transcendit mōtium cacumina,& simul voluitur cum cęlo motu diurno. Inferior propter impedimentum montium nō sic mouetur. Partem superiorem non attigit diluuiū (vt multi volunt) nec ignis cōflagrationis. Nec magis tenēda sunt auctoritate scripturæ q̄ cogente ratione. De hoc Esa.x.lj.c.& Luc.xxj.j. Ioā.ii.Psal.xcvj. Ignis ante ipsum p̄cedet. Et beatus Petrus vbi supra. Ad idem est Aug.lib. xx.de Ciui.dei.c.vltimo.&.xxiiii.vaticinium Sibyllę lib.xviii.c.xxiii.& in Sermone quarto de Vigilia Natiuitatis Christi. Actu.ij.Hiero. super Dani.vii.c.Cum enim (vt dicit Glossa) quidam pseudo apostoli videntes post mortē martyrum & Christi resurrectionem nullā fieri mūdi magnam mutationem quę esset signum aduētus Christi ad iudicium.de quo plura p̄dixit Paulus.j.ad Thess.iiii.omnino negabāt iudiciū futurū:eo q̄ (vt ipsi dicebant) non erat signū aduentus eius.& p consequens inaniter gloriabantur Christiani de facta eisdem promissione diuina,& signorū ostensione. Luc.xxj. Cōtra hos loquitur beatus Petrus,dicens eos habere volitam & affectatam ignorātiam prioris iudicij diuini facti per aquam. Hoc enim iudicium diuinū qđ transijt fingebāt se nescire, vel voluerunt non scire:cuius si habuissent memoriā,facile credidissent aliud iudicium futurū p ignē. Fuit terra per aquas.i.scdm Augustī, tecta fuit aquis & purgata. Purgabitur etiam igne conflagrationis.i.per ignem causatū & excitatū a flatu vel flamma quadā quasi fomite ignis materialis. Vnde. Adueniet enim dies dñi sicut fur, in quo cęli magno impetu transient:elemēta vero calore soluētur. Cęli exponit Lyra,pars superior terrę & inferior aeris:licet Glo.de superioribus cęlis loquatur Heb.j.&.ii.Pet.iii. Et i expositione Psal.cj. Aug. An sint purgādi p ignem dicit esse disceptationem scrupulosam inter doctos. Transibunt magno impetu a statu in quo nūc sunt per impetum ignis conflagrationis in aliam formā. Nomen magno impetu ponitur ad designādā magnā immutationē quæ erit in mūdo per ignem futurū. Nomine cęli venit aer ventosus,humidus,& turbulentus in expositione Psal.cj.&.cxviij. Elementa vero calore soluētur,quasi dicat,non solum aer:sed etiā elementa alia igne purgabūtur. Terra aūt & omnia quę in ipsa sunt,exurentur: vtputa omnia terrę nascentia. Et ita elemētorum nomine venit aqua & terra,de aqua & per aquam consistens. Materia em corporalium abyssus vocatur,vel aqua. Gene.j. Probatur conclusio scdm Durādū.q.iii. Decet finem & ea quę sunt ad finem habere quandā proportionem adinuicem: sed homo est quodam modo finis omniū.ii.Phy.& Ge.j. homini data est p̄sidentia supra reptilia &c. Et ita quodā modo constitutus est supra generabilia & corruptibilia. ergo debent quandoq; habere quādam proportionem & similitudinē adinuicem. Homo autem in resurrectione sic immutabitur q̄ erit alterius glorię:licet prioris substantię, vt supra. Decet ergo mūdum purgari tali purgatione quæ competit homini pro illo statu gloriæ. Vnde Apoc.xxj. Ecce noua facio omnia. Et iterum. Vidi cęlum nouū & terram nouā.i.aerem & terram innouatā. Et in his alia elementa media includūtur. Nouū.i.innouatum & purgatū:sicut spiritus hominis dicitur innouari per gratiā. Et quia homo dupliciter purgabitur in resurrectione:deponet enim omnē corruptibilitatē & grossitiem &c. vt supra de dotibus,& omnē peccati immūditiam. Nihil enim coinquinatū ingreditur in cęlestem patriā. Apoc.xxj. Ideo consimiliter in rebus corporalibus duplex fiet purgatio scdm duplicem impuritatē quā cōtingit in eis inuenire. Est enim impuritas permixtionis,quę & naturę dicitur, quę est ex actione elementorum & aliarum rerū in seinuicem. Et illa posset subdiuidi. Nam elementa in suis extre-

mitatibus non sunt pura & in optima dispositione naturali consistentia, sed aliquo modo permixta, vt in .ii. de gñatione. Et illa impuritas (vt videtur) non tolletur per ignem conflagrationis, sed cessante actione pcellēti quodlibet se reducet ad optimā dispositionē naturalem sibi debitam. Sūt deniq; elemēta multum apud nos permixta & confusa ꝓ statu generationis & corruptionis: & nōnūq; quasi sub materia aliena: & illa impuritas pro parte purgabitur per ignem. Hinc videmus etiā telle Philosopho. ii. Mete. totū aerem esse permixtū multis fœtoribus, humiditatibus, & vaporibus: aqua maris innumera continet quę non sunt aqua, ligna, lapides cadauera &c. vnde sequitur aquę corruptio, putrefactio, turbitudo &c. ineptitudo ad vsum hominū. Et forte posset dici q; pro statu illo non sunt sub materia aliena, secus alibi scđm Scot. dist. xlix. q. xiiii. de dote ipassibilitatis. Terra in se habet aquam & aerem corruptū. Nā scđm Glos. sicut in venis animalium sanguis, ita in venis terrę aquę consistunt: ne nimiū exiccetur & ariditate deficiat. Hinc .ii. Petri .j. dicitur. Cęli erāt prius, & terra de aqua, & per aquā consistēs. Est enim formata de materia informi, quę dicitur aqua. Gene. j. & cōsistit per aquā. Alia impuritas est correspondēs peccato hominis, immo ex eo proueniens: & est quędā irregularitas vel inidoneitas ꝓueniens ex culpa ibi cōmissa ad locandū in se corpora gloriosa post resurrectionem. Sic loca sacra dicūtur profanari ex certorū crimine in eisdē cōmisso: & tāq; profana habēturi criminis detestationē. Et quia multa in terra & aere cōmissa sunt ab homine facinora, & p hoc terra & aer licet nō possunt esse subiectū culpę, contraxerūt tñ quādam impuritatē ex peccato hominū siue irregularitatē, vt nō sint apta recipere in se beatorū corpora: Ideo congruū est fieri mūdi purgationē ꝑuiā saluationi beatorū vt eorū status & locatio tunc requirit. Ideo dicitur. Ignis ipm ꝑcedet. Ex quo videt posse colligi electorum corpora post resurrectionem non statim esse assumenda in cęlum: quia durante conflagrationis igne, erunt in loco quē non accedet ignis, vel in igne sine lęsione, scđm Augustinū. xx. de Ciuita. c. xviii. Hinc Glo. & est Ambr. Vt nouis corporib⁹ nouus mūdus cōueniat, igne purgabit. i. Cor. vii. ¶ Cōclusio scđa. C Non totus mūdus nec quodlibet totale elemētū mutabitur aut purgabitur quantū ad singulas sui ptes conflagrationis igne, sed in Psal. cj. & ij. Petri. iii. totū ponitur pro pte. Hinc. xx. de Ciuit. c. xviii. ait Aug. cęlos imos nō illos supremos vbi sol & luna cōstituta sunt & sidera, fore purgādos. Et. c. xxiiij. Diluuio pijt vna pars mundi. Et licet in cęlo Empyreo peccarint spīritus mali, quia tñ scđm Hugo. sanctū Thomā, ac Palud. non fuit ibi peccati frequentatio, & hominū peccatoꝝ habitatio: ergo nō purgabitur. statim enim fuit eiectū peccatū. Illud non cogit sed illa impuritas peccati & loci statim post factū fuit purgata repentina eiectione peccātium & locus peregrinas nescięs impressiones sanctificatus bonoꝝ in gratia stabilitione, & ignis diuini accensione perpetua. Si em̄ sola peccati frequētia esset purgationis causa: ergo quo ad hoc loca non inhabitata ab hoīb⁹ peccatoribus etiā non essent purgāda. Sic de paradiso terrestri suo modo dicēdū, vnde eiectus est homo peccator nūq; illuc reducendus. Sphęra ignis non venit purganda igne: caret enim vtraq; impuritate, & materię & culpę. Et si quid ꝑuritatis materię illuc ascendere conaretur, statim ab igne absume retur. Aer purgabitur igne, sicut prius purgatus fuit aquis diluuij. Multiplices em̄ contraxit impuritates ex diuersis peccatoꝝ effectib⁹. Cōstat ex scriptura Gen. iii. Terram a Deo maledictā propter peccatū hominis: & post diluuiū multipliciter corruptā. Hinc & statim incurrit sterilitatem, nec produxit post peccatū fructum conuenientē hominis vitę nisi cultura & labore. Homine vero ꝑmanente in innocentia, fructus genuisset in abūdantia naturę hominis cōuenientissimos. Cōsequēter animalia terrestria & omnia terrę nascētia ex terra genita plus maledictionis habent q̄ aquatilia: eo q; plus viuūt de terra maledicta. Ideo dñs post resurrectionē de aquatilibus refici voluit, non de animalibus terrestrib⁹ scđm Alchuinū: & est in Glos. Gene. iii. Ignis tātū ascēdet quātū ascēderūt aquę. Aquę ascēderunt cubitis. xv. vltra montes: quos operuerunt Gen. vij. Sed si stat dictum Glosse ibidē, q; mōtes ante diluuiū nō fuere tanti sicut nūc sunt post diluuiū: nec eadē terrę qualitas: qđ necesse habēt dicere scđm Richar. ponētes ignē non transcensurū mediū interstitiū seu ptem supremā medij interstitij: nescitur cū ꝑcisione quo ignis ascendet. Scđm Aug. in expositione Psal. cj. aqua dīluuij occupauit istam capacitatem totā in qua aues volitant. Sed cōstat q; aues nūc transcēdūt plerosq; mōtes: & forte aliquoꝝ montiū cacumina penitus recusant ascendere: ergo iterū est mīnus certū quo ꝑcise ascēdet. Si dicit quindecim cubitis, statim dicetur mōtiū cacumina nūc fore altiora q̄ añ diluuiū, vt supra i Glos. ¶ Forte dicet aliqs: dictū scripturę intelligendū de cubitis geometricis vt sensit Origen. de arcę Noe magnitudine Homi. ii. sup Gen. pro capacitate animaliū. xv. de Ciui. dei. c. xxvii. et in q̄stionibus sup Gen. q. iiii. Augustinus refert Orig.



sic non inelegāter sensisse. Moyses em̄ euasit eruditus in omni sapientia Aegyptiorū, qui geometriam dilexerūt: et ideo geometrica cubita posuit, quorum vnus valet sex de nostris. Cōsequenter cū dicūt vnū geometricū valere sex de nostris, aquę ascenderūt vltra mōtes quos opuerūt. xc. cubitis, qa sexies qndecim cubitis: & sexies qndeci facit nonaginta. Et ita iterū pēdet res. Beat⁹ Aug. xx. de Ciui. c. xviij. dicit: loqns de futura mūdi purgatione ꝑ ignē. Ergo totus aut pene tot⁹ aer iste vētosus quē cęlū vel potiꝰ cęlos vocat Petrus, conuersus fuerat in humidā qualitatē: atq; hoc modo perierat cum terra. Et est verisimile q; ꝑ vniuersum orbē. Et si in quibusdā montibus seu locis nō fuit hominū peccatoꝝ habitatio, nec æqualiter fumi peccatoꝝ & ex oblatione idololatrarū illuc ascēderūt, fiet aeris turbulēti purgatio, ꝓpter multiplices exhalationes & euaporationes e terra ꝓuenientes: quibus aer turbatus est & grossius penitus ac crassus effectus, vt alibi in naturalibus ostēdi solet. Terram perire scđm Aug. est eius facię tegi aquis ne videri possit. Sic & alia elementa perire dicūtur. c. xviii. lib. xx. de Ciui. nō totalia, quia non D quęlibet res desinet eē aut tegeť igne. ¶ Verū ne in ęquiuocis laborare contingat, cū dicūtur elementa mutari aut purgari, hic supponendū est ex .ii. de generatione q; elementū quandoq; dicitur purū substantialiter: quia substātię suę nihil substātialis est ꝑmixtū. Et sic omne elemētū siue totale syncategorematice siue ptiale est purum. Alio modo, qualitatiue: quia habet suas qualitates ei naturaliter debitas in optima dispositione. sic nullū elementū totale est purū qualificatiue vl' qualitatiue. qđ facile ostēdi pōt de elemētis in suis extremitatibus, & in genere de terra, q̄ est humida in multis ptibus cū deberet esse summe sicca si deberet dici pura totaliter & qualitatiue. De aqua silr cōstat, q̄ deberet eē summe frigida: & habet ꝑmixta multa alia quæ nō sunt aqua. Aer silr habet i se vapores, & pleraq; corpora subtilia & leuia. Ignis in ptib⁹ inferioribus, in qb⁹ alteratur ab aere, nō est siccus scđm eius dispositionē naturalē. humectatur em̄ ab aere ꝓpinquo & grauior efficitur. Itē posset hoc ostēdi de elemētis ptialibus cū iam sunt in via corruptionis & trāsmutationis. Sic dicit Marsilius. ii. de gñatione. q. ix. q; scđm aliquos nō est incōueniens ignē in via corruptionis stare in materia frigida actu. Et cū dicit ignis esse calidus: intelligit cū est in dispositiōe naturali vel proprie. Item cū ignis est elemētū nobile, nō pōt manere in materia nisi sit calida vltra mediū latitudinis &c. Sic de alijs elementis. Danē tñ elemēta ptialia pura qualitatiue, quia est dare ignē partialem summe calidum, intēse siccū, remisse humidū. Sic de alijs elemētis suo modo dicendum, de quo alibi. Istę vero impuritates pręsertim plures ex eis, nō purgabūtur igne, vt supra. ¶ De aquę purgatione maior videt dubitatio. Dicit. S. Thomas nihilēe qđ nō possit aliquo modo igne purgari. Beatus Aug. c. xvj. lib. xx. de Ciuita. dei, inquit. An mare maximo illo ardore siccetur: & an ipm vertatur in melius, non facile dixerim. Cęlū quippe nouū & terrā nouā futurā legimus. De mari autē nouo aliquid me vspiam legisse nō recolo. Quidā sequētes Glo. ij. Petri. iii. dicentē. Elemēta quatuor quibus cō sistit iste mūdus maximus ignis absumet. Nec cūcta intantum absumet vt non sint: sed duo in totū consumet: duo vero in meliorem restituet faciē. Et infra. Nouos cęlos & nouā terrā. Et promissa ipsius expectamus. Consequēter dicūt q; duo elementa sint omnino cōsumēda, scz ignis & aqua. Nam Apoca. c. xxj. post cętera dicit. Et mors iam nō est. Et c. xxii. Non egebūt lumine lucernę neq; solis. et similiter. c. xviii. Et ita volūt q; & ignis omnino cōsumet. Sed cum reuerentia hoc nō videtur velle Glo. nec textus. Si quidē nullū elementoꝝ totaliū substātialiter cō sumetur ꝑ ignem conflagrationis, via naturæ. Hoc em̄ totū ordinē naturę confunderet. Secus de potentia absoluta Dei: q̄ posset aliū ordinē facere in vniuerso. Et licet nūc quodlibet elemētū possit imediate in cuiuslibet alterius elemēti speciē trāsmutari, seu quodlibet pedale cuiusq; cūq; elementi quantū est de sua natura natum sit trāsmutari in alterius elemēti speciem: attñ ignis cōflagrationis purgatur⁹ mūdū nō absorbebit totalia elemēta substātialiter. Nec illa purgatio adimet & cōsumet totaliter q̄litates naturales & ꝓprias elemētoꝝ, licet elemētis quatuor optime & naturaliter dispositis remanentibus deinceps vt nūc nō agent in sese vel alia corruptione. Propter cui⁹ actiuitatis cessationē i elemētis illis q̄ ꝑcipue sunt actiua ꝑ cęteris, dicūt qñq; interire vel cōsumi. Idē vult btūs Augu. vbi supra, dicēs. In illa conflagratione mūdana elemētoꝝ corruptibiliū qualitates q̄ corporib⁹ nostris corruptibilibus cōgruebāt, ardēdo penitus interibūt. Atq; ipsa substātia eas qualitates habebit q̄ corporibus nīis imortalib⁹ mirabili mutatione cōueniēt, vt scz mūdus in meli⁹ mutatus apte accōmodetur hominibus etiam carne in melius innouatis. Si sane capio, elementa corruptibilia sunt elementa partialia non pura nec in optima & naturali dispositione qualitatiua cōsistentia: sed ꝓut status mortaliū gñationis ac corruptiōis exigit aut requrit. Horum qualitates interibūt & purgabunt ꝑ ignē. Item

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſcđm Tho.ar.ij.q.ii.qualitates illę ſunt innatu-
rales eorũ diſpoſitiones ſcđm quas corruptioni
appropinquãt. Dicunt ergo elemẽta corruptibi
lia elemẽta nõ pura ī via corruptionis. ¶Corol
larie ſequit. Totalia elemẽta oĩa & ſingula ī ſuis
eſſentijs totalibus manebũt: nec ſubſtãtialiter in
teribũt. ¶Corollariũ ſecũdũ. Diſpoſitiões qua
litatiuę elemẽtis totalibus debitę & a natura ꝓ-
pria, ꝓmanebũt in eis.j.Corin.vii. Prẽterit figu
ra mũdi huius. Glo.i.pulchritudo, nõ ſubſtãtia
huiꝰ mũdi. Prẽterit.i.ſeneſcit. Ad idẽ Haymo.
& Auguſt.ſupra.& Glo.Matth.v.ſup illo, Do-
nec trãſeat cęlũ & terra. de mutabili forma ī mu
tabilitatẽ. ¶Ad dictũ Auguſtini de purgatio
ne aquę: admiſſo q; nõ legerit de mari nouo: le-
gitur tm̃.ii.Petri.iii. Elementa calore ſoluent: terra
autẽ & q̃ in ipſa ſunt opa exurẽtur. Prẽterea ipſe
met Aug. vt patet.c.xvi.lib.xx.de Ciuit. dicit
illã locutionẽ, Et mare iã nõ eſt: eſſe velatã. Et q;
ly mare ſupponit ꝓ ſeculo illo mortalium: illud
mare tũc nõ eſt. De illo dicitur. Et exhibuit ma
re mortuos qui in eo erãt. Apoc.xx. Ad aliud,
ſancti nõ indigẽt lumine lucernę & ſolis in æter
na beatitudine: ſed claritas Dei illuminat ciui-
tatẽ & locũ ſanctoꝝ. Aliter Mare nõ eſt, exponit
Glo. Scđm priorẽ ſtatũ, quia groſſities & ama-
ritudo auferẽt. S. Thomas. Mare nõ eſt quãtũ ad
priorẽ ſtatũ ſalſedinis & fluctuũ: ſed eſt quãtum
ad ſubſtãtiã aquarũ. Ad Gloſſam q̃ loquit̃ de cõ
ſumptione aliquoꝝ elemẽtoꝝ. ſ. ignis & aquæ:
& q; in totũ cõſumet illa vis diuina: Concedit̃
ad bonũ intellectũ. Dicunt̃ em̃ cõſumi, quia de-
inceps ꝓ ignẽ & aquã mũdus nõ purgabitur. Et
quia eoꝝ actiuitas quo ad purgationẽ mundi
deinceps non erit: ergo in totũ cõſumi dicunt̃.
Item illa duo elemẽta ſunt p̃ cęteris actiua & ge
neratiua pariter & corruptiua: tunc autẽ iudicij
tpe ceſſat gñatio & corruptio ꝓ ſtatu imortalita
tis hoĩm. ergo. Ad hoc Apoc.xxj. Hinc Gene.
ix. Pactũ inijt Deus cũ hoĩe, vt deinceps aquis
diluuij nõ ꝑdat omnẽ carnẽ. Q; alia duo dicunt̃
innouari, nõ eſt ꝓ ꝓprietatẽ, ſed quãdã approba
tionẽ. Plures em̃ groſſities cõtinẽter in eis ſue
niũtur q̃ in igne & aqua. ¶Si q̃rit̃: vnde poteſt
ſumi ex ſcriptura q; futura ſit ſiccitas quaſi ꝑ-
paratiua materię vt ſtatim vertat̃ in aerẽ: Scđm
aliquos nõ videt̃ ad hoc eſſe vel ratio vel aucto
ritas cũ ſcriptura dicit. Ignis ante ipſum p̃cedet
&c. Et põt Deus igne illo ſic vti, vt placet. Si.n.
(vt dicit̃ Sapiẽtię vltimo) ignis in aqua valuit
ſupra ſuã virtutem, & aqua extinguẽtis naturę
obliuiſcebat̃: flãmę ecõtrario corruptibiliũ aĩa-
liũ nõ vexauerũt carnes coambulatiũ: nec diſſol
uebãt illã q̃ facile diſſoluebat̃ ſicut glacies bonã
eſcã; Cur nõ ī ꝓpoſito poterit Deus vti illo igne
ad agẽdũ hũc vel hũc & nõ aliũ effectũ circa ele
mẽtoꝝ purgationẽ ꝓ ignẽ, vt ſalua ſit eoꝝ tota
lis ſubſtãtia: ſeu integritas debita: & multę ipu-
ritates ꝓ ignẽ cõſumãtur: ſicq; elemẽta purgata
ſeſe reducant ad qualitatiuas & ꝓprias diſpoſi-
tiones? Nec ignis ſic aget cõtra naturã vniuer-
ſalem: ſed cũ ſit in potẽtia obediẽtiali Dei, Deꝰ
vtitur vt ſuo inſtrumẽto. Nec negandum venit
ignẽ nõ agere in elementa: immo vere aget, nõ
vt ea ī ſua totalitate corrũpat: ſed vt pleraq; ptia
lia trãſmutet, corrigat, mũdet, &c. Hieronymus
ſupra Eſa.lib.xviii.c.lxv. Nec ſequitur ex hoc
plures formas ſubſtãtiales pficere eandẽ materiã
aut q; flãma nõ ſit ignis, vel q; in ferro candẽti
nõ ſit ignis, ſed magna alteratio & cauma, vt di
cit Durã.q.v.diſt.xliii. potẽs ignire, eo q; fer
rum nõ patitur tã rarã materiã ſicut ignis: nec
ignis tã denſam ſicut ferrũ. Dicit em̃ Bath. de
proprietatibus rerũ lib.x.c.iii. ad mentẽ phõrũ
q; eſt ignis lux, ignis flãma, ignis carbo. Ignis
in ſphęra ſua lux, flãma in materia aerea, carbo
in terrea. Si flãma nõ eſt ignis, quomodo poni
mus eſſe extra ſphęrã ſuã? quia dicet quis flãmã
eſſe vehemẽtẽ calorẽ. Secũdo, ignis nõ eſt ſub-
ſtãtialiter in ptibus ſolidis corporis alicuius ꝓ
pter ſui ſubtilitatem: ita q; ſint ſimul ignis &
ferrũ aut lignũ: ſed ſicut vẽtus q; eſt terreus col-
lateraliter motus. iii. Meteoroꝝ, mouet̃ ꝓ aerẽ,
nec tm̃ duo corpora ſunt ſimul: ſed eſt cõfuſio p-
tiũ inter ſeſe, ſcđm Rich.ar.ii. q.j. ſic ignis nõ
eſt ſubſtãialiter in aliqua pte ligni ſimul cũ li-
gno: ſed ſolũ ī poris vnctuoſis ligni & viſcoſis.
Sic de carbone. In his eſt ignis actiuus ad con
ſumptionẽ ligni, & qualitatũ ſibi cõtrariarũ q̃ in
ligno ſunt: q q̃q; cõcitat̃ & excitat̃ ventilabro.
Prẽterea nũc elemẽta ſunt (ſaltẽ aliqua ptialia) in
via corruptionis: ſed tũc oĩs mũdus corrigẽt ꝓ
ignẽ: ſicq; deinceps elemẽta totalia pfectiſſima
erũt. Hic verũ eſt dicere ſcđ; logicã, elemẽta trãſ
mutanť: elemẽta nõ trãſmutãť. Sic dici poſſet de
corpoꝝ reſurrectiõe & eorũdẽ purgatiõe ꝓ puri
ficatione ſubſtãtię totalis ꝓ ſtatu glorię. Totali
tas & integritas illa noĩa q̃q; ſonãt ſufficiẽtiã
xxii. de Ciui. dei. c. xix. Ita in ꝓpoſito eoꝝ tota
litas. i. ſufficiẽtia manebit ꝓ cõſummatiõe vni-
verſi. Sic manebit ī reſurrectione integritas ma
terię q̃uis multa detrahẽtur: quia quicqd requi
ritur ad integritatem corporũ & elementoꝝ, ibi
erit ſine defectu. Si dicit̃: cũ ignis ſit ſubtiliſſi-
mũ elementoꝝ oĩa trãſmutabit in ſe elementa ſi
ponit̃: ergo ſolũ ponit̃ ignitio: Quicquid ſit de
illo, eſt inſtrumentũ Dei: & aget vt dirigetur ab
agente principali. Et textus clare loquuntur de
igne, nõ de ignitione. Nec oportet textũ ſcripturę retorquere ad naturalia philoſophoꝝ dicta q̃



Dei magnificẽtiã & aliã & aliã inſtitutionẽ natu
rę ꝓ ſtatu reſurrectiõis & mortalitatis añ pctũ
& poſt pctũ, ſcđm Aug. li.xi.c.8. de ciui. dei, pe
nitꝰ ignorãt, nec credũt futurũ ſtatũ gl'ię. Prẽte-
ea de purgatiõe mũdi p aquas, q̃n fuerit verę aq̃
nemo negat: ergo & hic ſilt dici põt de igne, cũ
de hoc nõ eſt manifeſtꝰ textꝰ ſcripturę ad literã.
¶Ex iſtis ſumi poſſũt corollaria. Primũ. Sicut
E mũdꝰ dr̃ periſſe diluuio, q̃uis eius ſola ps ima
cũ ſuis cęlis perierit: a toto ptem accipiẽdo: qa
terra tecta fuit aquis ne videri poſſet: ſic & peri-
ibit icẽdio accipiẽdo totũ ꝓ pte. xx. de Ciui. c.
xxiiij. & xviij. ¶Corollariũ ſecũdũ. ſicut olim
mũdus qui tũc fuit periſſe dicit̃ & vere periit
aquę inundatione, quę priorem faciẽ terrę obte-
xit, & cęlos aereos creſcẽdo ſupauit: ſic q nunc
eſt mũdus. i, cęli aerei iferiores & terra (quo noie
& aqua ſignificari põt) reſeruãtur igni nouiſſi-
moī diẽ iudicij & pditionis hominũ impioꝝ.
c.xviii. vt ſupra. Ecce dicit igni, & perditionis
hominũ impioꝝ, q tũ ī ꝑpetuis manẽt pœnis,
propter magnã mutationẽ q̃ fiet ī eis. Sic & mũ
dus q̃nq; perire dicit̃, quia valde mutabit̃ in ali
quot ſuis ptibꝰ & purgabit̃. ¶Corollariũ tertiũ.
Totus aer ventoſus vel fere totus q cęlũ vel cęli
dicit̃ (Non cęli ſupiores vbi ſol, luna, & ſtellę fi
xę ſunt) periſt olim cũ terra, qa tecta fuerũt aqs.
Sic ſili mõ cęli aerei repurgãdi ſunt, & elemẽta
arſura ſunt, q̃ in hac ima pte ſubſiſtunt ꝓcelloſa
& turbulenta, ſaluis cęlis ſupioribus, & in ſua in
F tegritate manentibus, in quoꝝ firmamẽto ſunt
ſidera cõſtituta. c. xxiiii. & xviii. ¶Tertia con
cluſio. Cõgruũ eſt nouiſſimã mũdi purgationẽ
fieri ꝓ ignẽ. Nã ſcđm philoſophũ. ii. de gñatio
ne, natura ignis eſt cõgregare homogenea, & ſe
gregare heterogenea. Sed cõſtat ex p̃miſſis vnã
mũdi ipuritatẽ eẽ ex cõfuſiõe diuerſatũ rerũ di-
uerſę ſpẽi & cõmixtiõe plurimarũ ipuritatũ. Cũ
ergo ignis eſt facere ſepationẽ & diſgregationẽ
vnius ab alio, & mũdi purgatio fiet hoc modo:
ergo. Patet de auro & argento. Eccl'i.ii.xxvii.
xvii. Prẽterea nõ ẽ aliq̃d elemẽtũ q̃d de ſui natu
ra ita habeat regulariter virtutẽ purgãdi vſq; ad
intima. ſicut ignis. Pro expurgatiõe pcti ſiſt cõ
gruit fieri ꝓ ignẽ. Charitas. n. ignis eſt diuinus
opiens miltitudinẽ pctõꝝ quẽ dñs voluit mitte
re ī terrã vt accẽdat̃. Sed pctõres ſuo pctõ exter-
minauerũt illũ. Itẽ ignis plꝰ repũtat ſua lucidita
te ſtatũ corpoꝝ glorioſoꝝ. Ideo cũ ſeculo iã ſene
ſcẽte refriguit charitas: tũc ꝓ ignẽ fiet purgatio:
ſicut oli facta fuit ꝓ aquã. ¶Quarta cõcio. Põt
ꝓbabiliter teneri cõflagratiõis verũ ignẽ a Deo
ſupnaturaliter creati vel ex p̃iacente materia ꝓ-
duci, & nihilominus ipſum ſic de nouo creatum
vel ꝓductũ eſſe cũ nõ igne eiuſdẽ ſpeciei. Q;
a Deo ſupnaturaliter ꝓducit̃, vel ſaltẽ cauſę pro
ductiõis ignis a Deo ſupnaturaliter ordinent̃,
& ad hoc diſponant̃, patet, qa alias vniuerſale
ignis incẽdiũ eſſet naturaliter futurũ cõtra arti-
culũ Pariſiẽſem. Q; ſit eiuſdẽ ſpeciei, tenẽt Do
ctores cõiter: quia aqua diluuij vniuerſalis fuit
eiuſdem ſpeciei cum aqua elemẽtari: ergo & ille
ignis. Prẽterea Requieuit deus die ſeptimo ab
oĩ ope qđ patrarat: exponit̃ cõiter a Doct. ceſſa-
uit ꝓducere nouas ſpecies: tãetſi alias ꝓducere
potuit. Sed ſi ꝓduceret nouã ſpeciẽ ignis, ageret
cõtra id Gen. iã allegatũ. Nec impedit ſpeciẽ ad
mixtio materię alieną. ¶Cõſequẽter oportet di
cere (ſi quęrit̃ de eiꝰ locali detẽtione) ſufficit q;
Deus auctor naturę locabit ipſum vt placet ſcđm
inſtitutionẽ naturę ꝓ tpe illo: vel ſi placet mane
re cũ cognato naturę curſu, tantũ de alio corpo-
re corruptibili annihilabit̃, vel fiet cõdẽſatio al
terius corporis correſpõdẽter ad quãtitatẽ illius
ignis. Vel q; ſimul ſit cũ alio corpore cũ ſuſpen
ſione actiuitatis eiuſdẽ. Q; ſi ponit̃ generatꝰ ex
præiacente materia groſſiori, oportet dicere: ex
quo ignis eſt ſubtiliſſimũ elemẽtoꝝ, & ex vno
pugillo aeris fiũt decẽ ignis, ergo aliud corpus
groſſum itãtũ cõdenſabit̃ quãtũ id eſt rarius qđ
ex eo gñat̃, vt deducit Scotꝰ. Prẽterea qđ nõ eſt
ignis niſi æquoce, nõ eſt vere ignis, vt Richar-
dus loquit̃: ſed ſcđm qd. Sed ſi nõ eſſet eiuſdem
ſpeciei cũ noſtro igne nõ eſſet vniuoce ignis, ꝓ
cõſequẽs nõ haberet vere virtutẽ ignis. ¶Qui-
ta cõcluſio. Ignis mundanę cõflagrationis direc-
tus ab agẽte infallibili vel virtute angelica ple-
raq; accedet & inuoluet loca q̃ ſua virtute natu-
rali p̃ciſe accedere nõ poſſet niſi motus virtute
diuina vel angelica. ¶Sexta concluſio. Sicuti
gñalis aquarũ inundatio nõ habuit cauſam pu
re naturalẽ: ſed etiã ſupnaturalẽ: ita & icẽdij gña
lis cõflagratio cãm ſupnaturalẽ. Prima ps eſt ar
ticulꝰ Pariſ. Et videt̃ manifeſte eẽ ad hoc textꝰ
Gen.ix. vbi dñs ſtatuit pactũ q; nõ velit dein-
ceps aquis diluuij diſſipare omnẽ carnem. Cur
em̃ hoc dñs diceret ſi naturaliter ſupueniſſet?
Fuerunt q̃dã inũdationes pure naturales Nilia-
ca, Attica, Theſſalica, Phoronica, vt habet̃ ī cõ
mẽtis Beroſi: ſed illę nõ fuerunt vniuerſales.

¶Quantum ad articulum tertiũ eſt G
dubiũ primũ de ordinatione illorũ q̃ fiũt in iu-
dicio vel circa. Ad hoc rñdet Aug.xx.de ciui.
c.vlti. & illo ordine vt ſibi videt̃ Hẽlias. Theſbi
tes, fides Iudęoꝝ, Antichriſtus ꝓſecutꝰ, Chri
ſtus iudicatꝰ, Reſurrectio mortuoꝝ, direptio-
bonoꝝ & maloꝝ, Mundi cõflagratio & eiuſdẽ
renouatio. Qualiter & q̃bus modis hęc vẽtura
ſint magis docebit rerũ expientia q̃ nra intelli

Universidad de Deusto
Biblioteca



gētia. Doctores vt cōiter sic habēt. Ignis cōflagratiōis iudicij omniū p̄cedet, comitabit̄, & sequet̄ vt iudicij cōplemētū. Q̄ p̄cedet elt Psal. Ignis ante ip̄m p̄cedet. Priusq̄ fiet iudiciū p̄cedet ignis purgaturus mūdū, & electoꝝ cadauera vt sēḡ Aug. & Amb. nouis corporibus nouus mūdus cōueniat. Purgabit̄ aūt in loco supiori primū. Et cū iā iudex icipiet venire ad iudicij locū, cessabit mot⁹ celestis, & viui q rapient̄ morientur: forte ex calore ignis cōflagrationis. Et mox purgabit̄ p ignē qcqd fuerit purgādū deinde p ip̄m: quo facto statim resurgent. Scdm Ambro. in ipso raptu obuiā Christo morient̄ morte, quasi soporē passi, & statī resurgēt, vt nec cogitari nec ppendi possit mortis spatiū, quatenus cōpleat̄ i eis statutū diuinū de patiēdo morte p originali pctō. Hęc oia scdm Ric. fiēt priusq̄ Christus veniat ad iudiciū. Ex quo infert: q̄ Christus succelliue veniet sēḡ humanitatē ad iudicij locū, eo modo quo ascēdit videntibus discipulis. Act. j. Sic veniet quēadmodū vidistis eū eūtē in celū. Cū aūt electi qui adhuc habent exitiale siue naturę siue culpę purgādū, qđ nōdū per p̄uiam pœnitētiā tribulationes & angustias diluerūt, purgabunt̄ illo igne: cęteri nō habētes purgādū nullū inde sentiēt dolorē: qa dirigitur vt instrumētū diuinę, puidētię ab agēte infallibili, hic poterit releuare tpis breuitatē ignis in tēsto, vt Deo placuerit. Nō ergo ingerēt vllā molestiā electis. Et forte sic sensit beat⁹ Bonauētura loquēs de igni cōflagrationis, q̄ sua actione oia elemētaria inflāmabit, p̄cedetq̄ iudicis faciem, nō ex vna, sed oī pte mūdi, vt sit ibi concursus ignis elemētaris & terrestris purgatorij & infernalis, vt p infernalē reprobi aduranť: p purgatorij iusti purgenť: per terrestrē terrę nascētia cōsumātur: per elemētarē elemēta subtilienť: et ad innouationē disponanť. Nō videť ꝓbabile ignē elemētarē descēdere & suā sphęrā ad tēpus deserere. Sic de ĩternali & purgatorij. Sed ille vn⁹ ignis quadruplicia exercebit officia, li. vij. c. xv. cōpē dij Theologię: habebit officiū ignis infernalis malos puniēdo: purgatorij pœnas pctōꝝ tollēdo: terrestris vegetabilia &c. exurēdo: elemētaris oia subtiliādo, & ad inouationē disponēdo. Ex illo sequit̄: Licet ignis cōflagratiōis sit vn⁹ speciē: pōt tn̄ hre ex effectu multiplici diuersa noia q̄ dī infernalis, elemētaris, purgatori⁹. Et sic dicit Bonauē. cōsluere oēs ignes &c. i iudicio. Nec videť ꝓbabile ignē illū diu māsurū post iudiciū, sed expleto officio desinet eē vel simpl'r vel scdm qd. vbi. n. maneret: nō extra sphērā ignis. hoc em̄ derogaret naturę ignis puri. Et si deberet cōiūgi igni i sphęra sua, oporteret fieri vel penetrationē dimēsionū, aut duo corpa esse i eodē loco: aut alia elemēta cōdēsari. Resoluetur itaq̄ pacto suo officio i p̄iacētē materiā, vel prius desinet eē si fuerit omo creatus de nouo virtute diuina, salua itegritate & totalitate elemētoꝝ, put eoꝝ dispositio naturalis exigit & requrit. Nec videť rōnabile q̄ ipurū sepeť ab illo igne, & descēdat cū malis ad ifernū: purū vero cōiūgat supiotribus p̄ pfectiōe vniuersi. Si deberet eis cōiūgi quęrit̄ quō: an ibi fuerit vacuū: an corpoꝝ superioꝝ indebita dispositio: an duo stabūt sil: an vnū cōdēsabit̄ vt quātitas alteri⁹ exigit &c. Habebūt ergo elemēta totū id qđ ad eoꝝ ptinet naturalē & optimā dispositionē seu itegritatē & totalitatē, & nō plus. Sic dī de hoīs resurrectiōe, vt patet dist. xliij. ¶ Secundū dubiū. Si ignis erit eiusdē speciei cū nostro q petit sursum, & elemētari q mouet̄ p circūferētiā, & sphęrice, quō habebit motū ad oēm positiōis differētiā, vtputa ad oia loca purgāda. Corpa. n. eiusdē speciei eūdē habebūt motū. Pręterea Cōm. vij. Meta. Trās mutatio facit scire materiā & opatio formā: & ita ex opatiōe cognoscit̄ fōa & natura rei. Sed videť q̄ ignis elemētaris nō possit purgare imū ditias & fœditates pcti seu ptes mūdi in qb⁹ cō, missū est pctū: hoc. n. excederet ei⁹ virtutē: ergo nō ē eiusdē spēi cū elemētari. Dicēdū. q̄uis mot⁹ q ex natura itrīseca cōuenit alicui, cōueniat cuilibet idiuiduo illi⁹ spēi: sec⁹ de motu q ē a motor extrīseco: respectu cui⁹ res se habet vt instrumētū in potētia obediētiali passiua. Sic mot⁹ hūanę loq̄lę q fuit in asina Balaā Nūeri. 22. nō repit̄ i oī asino nō sic diuinit⁹ moto ministerio āgeli. Sic & ignis cōflagrans pelleť virtute diuina ad oēs locū purgādū. Et hoc ipsi cōuenit scdm Aug. 21. de ciui. c. 8. nō cōtra naturā, licet nō a natura itrīseca. vel ñ cōuenit ipsi cōtra naturā naturalē dantē oib⁹ eē & viuere, vel ñ cōtra naturā naturātē, vl' ñ cōtra naturā stat⁹ futuri p dispositiōe inouatiōis. Sic ignis nō ferť nisi sursū ex natura ꝓpria: cū aūt materiā extra sphęrā ignis purgare hēt, mouet̄ ad volūtatē sui cōditoris. Ad scdm, verū est de opatiōe q̄ cōuenit rei p̄cise ex natura itrīseca & a suis pricipijs itrīsecis: & p statu corruptiōis nobis cognito. Sec⁹ de statu qetis futuro, & nobis icognito, seu dū res ponit̄ i op⁹ a suo cōditore p suæ volūtatis bñplacito. ¶ Tertiū dubiū, de ipuritate corruptiōis, actiōe & passione, vt loquit̄. S. Tho. ar. j. q. j. An & illa ab elemētis & cę lo purgabit̄ p ignē. Dicēdū q̄ nō. eoꝝ em̄ pfectiones naturales ñ auferent̄, sed cessabūt p statu quietis. de hoc dist. seq. q. ii. Hinc nō oportet dicere q̄ viui q repient̄, morituri sunt ex cessatione motus cęli. qa & mot⁹ inferiores a superiorib⁹ nō depēdēt essentialiter: & eoꝝ actiuitas tunc stabit ad imperium Dei.



## Distinctio. XLVIII.

Olet etiā quęri q̄ forma Christus iudicabit. In dist. p̄cedēti Magister egit de pertinentibus ad ordinē iudiciarū, & iudicū assessores. In hac. xlviij. agit de persona iudicis, & ptinētib⁹ ad ip̄m: quoad ei⁹ cōditiones intrinsecas & extrinsecas. Sentētia text⁹ in trib⁹ stat cōclusionibus. ¶ Prima. Etsi oēs iudicādi hūanitatē Christi in qua & visibil'r iudicio p̄sidebit videbūt: sed non eius diuinitatē quā soli cōtēplabunť electi: secūdū quā iudicū cū patre & spū sancto imperiose & p̄potenter cōsummabit. ¶ Scda cōclusio. Licet Christus potētia suę diuinitatis aīas viuificet, corpora suscitet, & hoies ad pœnā vel gloriā finaliter dijudicet: nō tn̄ ociose ei attribuit̄ animarū viuificatio secundū formā dei: corpoꝝ vero resuscitatio & iudiciū secundū formā serui. ¶ Tertia cōclusio. In vallē Iosaphat. i. damnationis iudex descēdet electis in aere purgato manētib⁹: ante quē angeli signū crucis deferent: quo veniente Sol & Luna obscurari dicunť: virtutes angelicę summa admiratiōe ducenť. Priusq̄ vero dies dn̄i magn⁹ & horribilis veniat, Sol & Luna eclipsim patienť, & oia luminaria laboris sui mercedē recipiēt, deinceps suū officiū vt nūc pro statu corruptiōis non factura. Declarationem conclusionū text⁹ habet.

## Questio. I.

Irca dist. p̄sentem Primo quęritur. Vtrū Christ⁹ deus & hō secundū diuinitatē, & in forma dei, quā soli videbunt electi, venturus sit iudex oīm bonoꝝ & maloꝝ. A ¶ Tribus articulis p̄sens terminabit̄ q̄stio: suppositis ex dist. p̄cedēte. q. j. quid iudicare: cui naturę cōuenit ꝓprie iudicare principaliter authentice primo & per se, delegate & secūdarie vel cōmissarie &c. Cōsiderādū etiā ē q̄ aliqd cōuenit Christo p̄cise secūdū naturā hūanā: aliqd p̄cise secūdū diuinā: ita q̄ natura talis vel talis est causa & rō hui⁹ vel illi⁹. Hinc refert quærere: si Christus iudicabit in natura hūana, vel secūdū naturā humanā, i diuina vel secūdū diuinam. Ad veritatē prię, Christus iudicabit in natura hūana, sufficit Christū iudicem habere protūc vnitā sibi suppositaliter natūrā humanā, & in ea cunctis apparere in iudicio. Ad veritatē hui⁹, iudicabit secūdū formā humanā, requrit̄ vltra p̄dicta q̄ rōne naturę hūanæ cōpetat sibi p̄cise potestas iudiciaria. Hinc multę propositiones possunt esse verę scdm primū intellectū: sed non secundū alīū. Iudicabit em̄ in forma humana, sed nō secundū eā. Creat aīas in forma humana, resuscitat corpa: sed non scdm eam. De veritate illarū propositionū reduplicatarū, habeť in tertio collect. dist. xxij. & dist. xvij. Item verum est dicere demonstrato Christo, Hic hō resuscitat mortuos: sed non scdm q̄ homo: seu scdm naturā humanā: sumēdo resuscitare ꝓprie. Sic hō gubernat mundū: saluat aīas: sed nō secundū hūanitatē nisi meritorie, qa meruit homini i assumpta humanitate salutē. Ex illo sequit̄ q̄ in vna notať tn̄ comitantia naturę humanę ad actū iudiciariū: sed in alia causalitas naturę humanę ad actū. Sic & in illis duabus: Christ⁹ iudicabit in natura diuina: Christus iudicabit secundū naturā diuinā. In prima est comitātia naturę diuinę: i secūda causalitas. Est etiā rememorandū q̄ multū differūt secundū & secūdū q̄, & ex cōsequēti ꝓpositiones in qbus illa signa ponūtur. Nā secūdū q̄, est signū reduplicatiuū. Sed ly secūdū frequēter diminuit, aut distrahit, & ē signū specificatiuū: vt Aethiops est alb⁹ secūdū dētes. i. ei⁹ dētes sunt alibi. Christ⁹ mortu⁹ est secundū naturā humanā: & passus. i. natura hūana mortua est in Christo &c. Christ⁹ ē iudex principalis & ordinari⁹ nō delegat⁹ secūdū naturā hūanā falsa est. falsa est & illa: Christ⁹ secūdū q̄ hō, est iudex. quia. iij. & iiij. exponētes sunt falsę, siue ly secūdū q̄ sumať reduplicatiue comitāter, siue specificatiue: qa hūanitas nō est hō secūdū quā p̄dicatū ineſt subiecto: saltē sumēdo eē ut dicē ꝓprie: vt pt⁹ p̄cedēti dist. Sic dicit Palu. post Durā. q̄ ly secūdū qñq̄ designat auctoritatē primariā & pricipalē: qñq̄ secūdariā, & quasi delegatā siue cōmissariā. Et secūdū hoc distinguūt illam Christ⁹ secūdū naturā hūanā iudicabit. in prio sēsu falsa est: in secūdo vera, secūdū eū. Videtur tn̄ doct. qñq̄ cōfuse loq de illis ꝓpositionib⁹, & non p oīa rigorem logicum attendere.

¶ Quantum ad articulum secūdum B est cōclo prima. Christ⁹ de⁹ & hō in vtraq̄ natura faciet iudiciū in die nouissimo. Ita profitemur in Symbolo Apostoloꝝ. Christ⁹ vētur⁹ est iudicare vivos & mortuos. Est. n. nomē suppositi gentę substātię, & secūdū Damasc. qđ verbū assumpsit, nō dimisit. ¶ Secūda cōclo. Christ⁹ secūdū naturā diuinā pricipal'r & ordinaria cū p̄re & spū sctō iudicabit potestate. Scdm hūanā vero quasi secūdarie & delegate siue cōmissarie. Pt⁹ ex notabili. ij. p̄cedētis dist. ¶ Tertia cōclusio. Christus iudicabit potestate ordinaria pricipali siue authētica

Universidad de Deusto
Biblioteca



F plurima. ¶ Septima propositio. Tametsi motus cęli cessabit innouationis mundi tempore cessante hominū predestinatorū ad vitam iam cōsummata multiplicatione: attamē nec motus cęli desitio, aut cessatio, nec eius perpetuatio potest sufficienter & euidenter probari, vel auctoritate scripturę: vł demōstratiua rōne. Primę partis possibilitas manifesta videt fideli: quia omne agens libere & cōtingēter, potest a motu cessare. primus motor vel intelligētia est huiusmodi. Maior ꝓbatur. quia liberū ar. est ad opposita, nec potest cogi ꝓprie. Minor probatur: quia secundū Phūm vt alii qui volunt intelligentia mouet vt amans & obtē perās causę primę: volens in hoc causę primę imperio obtemperare: primus motor vt dilectus & amatus. Nec mouet necessario sed libere. Et esto q; finis haberi nō potest sine volitione illoꝝ quę sunt ad finem: tñ per hoc voluntas non cogitur: sed libere vult. Itē scđm veritatem scripturę, sol stetit iubente Deo Iosue. x. ergo potest eum iterum atq; iterū sistere. Ad hoc Aug. ij. lib. de mirabilibus scripturę. cap. iiij. ait. Sol duos dies concluſit in vno, & luna diei spatio nōoccurrit: q; varietas illa nihil in anni cursu & reliquorū dierū cōmouit, dum sol & luna quieuit. Item sol retrocessit. iiij. Reg. xx. tpe Ezechiæ: vt exponit August. vbi supra. capi. xxviij. & Diony. in epistola ad Polycarpū dicit id contineri in historijs sacerdotum Persarū &c. & toti orbi esse notum: & vsq; nūc celebrari memoriā triplicis solis, vt supra. Et dato q; angel⁹ moueat necessitate naturę (qđ nō admittitur) pōt tamē a causa prima impediri. Sicut em̄ natura potest impedire motū grauiū & leuiū: ita de⁹ cęli motū similiter. ¶ Corollariū. cū motus corporum cęlestium cessabit, hoc fiet non necessitate naturę, sed diuina voluntate nolente pro tunc cęlum moueri cū cessauit finis quo motus eiusdē, cōpleto predestinatoꝝ numero. Forte illa deridet Philosophus dicens nunq̄ ignobilius posse ponit finem nobilioris: intelligendo id de fine perficiente, secus de fine consequente proueniente seu qualitercunq; terminante. ergo motus cęli non habet finem generationem hominū. Primum admittit theologus de fine perficiente cum Philosopho aut gratia cuius. & sic vterq; negaret ignobilius esse finem nobilioris: intelligēdo de fine perficiente & dirigente vel gubernante, vt supra de vtili. Verum loquendo de fine cōsequēte siue termināte qualitercūq;: secus est, qui etiam est quandoq; finis quo, seu operatio consequendi finem gratia cuius. Et tunc ex defectu illius finis (quem Philosophus posset negare: quia ponit perpetuitatē generationis, & motum cæli perpetuum) non sequitur motum cæli deficere: sicut nec ex defectu effectus sequitur causam deficere & desinere, maxime cum effectus ille deficit, non ex defectu causæ, sed alicuius alterius. Sicut in ꝓposito Theologus dicit generationem deficere & cessare consummato numero electorū non necessitate, aut fatigatione, vel defectu naturæ mouentis: sed diuina ordinatione & voluntate. Et si aliquis diceret motū cęli tunc frustra fieri: negaretur: quia etsi non habet finem consequentem aut terminantem: nec diffundit suum esse in alios suo motu & operatione quæ est finis quo: habet tamen finem perficientem. Sicut nec deus fuit frustra ab ęterno: licet non cōmunicauerit rebus esse, creaturas producendo adextra, quę sunt finis terminās dei. Q; si dicitur homo finis omnium, intelligitur generabilium & corruptibilium: qa homo est nobilissima creaturarū corporalium. Et in hoc secūdū predicta homo quodā modo dicitur finis omniū aliorum corporaliū: quia perfectior eis: & omnia subseruiunt homini: cum sit cōditus ad imaginem dei. Gene. ij. Cęlum vero & corpora cęlestia condita sunt a deo in ministerium cūctis gentibus sub cęlo. Deut. iiij. Preterea etiā secundum theologum intelligentia, si deo iubente non moueret, haberet finem optimū gratia cuius deū, cuius imperio obtemperat: quē nunc attingeret actu intellectus & voluntatis. & ille est finis perficiens: non sic finis terminans qui non perficit intelligentiam intrinsece. Dare enim rebus esse nō affert perfectionem intrinsecam agenti: sed arguitiue ostendit ei ineſſe quandā perfectionem. Est enim perfectio extrinseca transiens in materiam exteriorem. Valent pro dictorū explanatiōe dicenda distin. sequēte. quæst. ij. cōclusione. iiij. de perfectione prima & secunda. & quō perfectio accidentalis perficit substātiam &c. Item quæstio. j. quomodo aliqđ creatum potest dici summa perfectio hois. ¶ Et licet cessationē motus cęli doceant auctoritates allegatæ: attamen ad primā de Apo. dicunt aliqui: q; intelligitur de tēpore ꝓphetiæ: quia id cessabit completa virtute. vel de tempore hęresis Arrianę. Ad auctoritatē Esaię. lx. facile dicitur cum textu. Sol illuminās ciuitatem electorum nō deficiet: quia dominus erit tibi in lucē sempiternam. Ita q; ad hoc non indiget illuminātea alio, nisi gloria dñi. Immo illa clausula, Et dominus erit tibi in lucem sempiternam, statim repe

tiē. Glo. aliter exponit. Auctoritas Zacha. nō est clara de motu: nec erit electis vicissitudo diei & noctis: sed lux sempiterna. Ex hoc non potest inferri cessatio motus cęli: quia potest aliās moueri, vt supra, & habere finem gratia cuius, licet nō terminantē. Item diceret Phūs. sicut secūdū scripturas illa dies soli dño nata est: ita & habitudo cęli tunc futura. Et ita rationes theologi possunt solui. Posset etiam dictum theologorū ostēdi ex parte mobilis, cū ille motus cęli nec est naturalis, nec violētus. ¶ Si vero aliqs adducit rōnes & auctoritates q̄ motꝰ cęli nō cessabit: et primū Gene. j. Fecit duo luminaria, vt sint i signa & tpa &c. Sed illud sine motu esse non potest. Respondetur. etsi sint facta ad hunc finem, tamen ille finis non est principalis: sed finis sub fine p̄ statu mortalitatis & corruptiōis: possunt ergo eo carere. Ad auctō. Gene. viij. Cūctis diebus terrę ęstas & hiems nox & dies non requiescent. constat q̄ loquitur de statu p̄sentis temporis p̄ vita terreni hominis, vt habetur Hiere. xxxj. quia ille ordo statutus a deo non mutatur. Aliter respondet Sanct. Thom̄. in quarto. ¶ Si adducūtur a Philosopho rōnes. ix. Metaphysicę. & secūdo de cęlo. Nullum agēs cessat mouere nisi fatigetur. Neget: quia agens libere & contingēter potest cessare cū vult. Nec oīe agens, agendo fatigatur, nec deficiet necessario, nec cęlū cessat moueri necessitate naturæ, sed voluntate diuina. Nec fatigatur intelligentia mouendo. Nec Phūs probauit cęlum non esse in potentia conditionis ad moueri & nō moueri. q̄d tamē verum est, & cælum stetisse scriptura clamat, vt supra. Nec oportet dicere cęlū semp moueri ad vitandum immoderatam actionē in inferioribus. Suspensio em̄ actiuitatis fit p̄cise diuina hoc iubente voluntate. Motio vero cęli dūtaxat actiua passiuis applicat. Et corpus cęleste quiescēs eādem habet virtutē actiuam respectu passi applicati, quā habet cum mouet. Et omnia possunt ad esse cęlo stante quę requirūtur ad actionem tūc sicut nūc cum mouet. ¶ Corollariū. Non sequitur immoderata actio superiorū in inferiora ex hoc p̄cise, q̄ cęlum stabit: sicut nec modo est immoderata (cęteris paribus) propter mutuā resistentiā causarum proximarum in actionibus suis: aut q̄a vtrūq; ē æque approximatū passo &c. ¶ Ad rationes prius adductas Philosophi diceret theologus: negando q̄ optimæ substātiæ finis optimus sit cōmunicare aliis esse: quia talis nō perficit ipsum in se vel completiue, nec est finis gratia cuius: nec contingit ipsum bono summo fruitiue, & beatifice, in quo consistit perfectio vltimata creaturę rationalis. Hinc August. xij. de ciuita. dei. cap. xxiiij. Angeli non sunt etiam rei minimę creatores. Si quærit: Cur hoc cōuenit minori creaturę, & non angelo: Respōdetur: quia nō est perfectionis, nec affert perfectionem agenti: licet competat ei propter inexistentem suam perfectionē. Admisso vero q̄ angelus posset producere substantiam, & esse suū cōmunicare, non sequitur q̄ ergo ppetuo cōicabit: eo q̄ productio accidentalis substantię alterius nō est propter bonum illius particularis substātię in se, sed totius vniuersi. Et vniuersum nō requirit talē productionem fieri in infinitum: saltem non est clarū & euidens q̄ hoc reqrat. Diceret theologus. cęlū eque appetit quietem sicut motum: saltem oppositum non est euidens: sumendo quietem pro vniformitate essendi, non vt quies est nuda priuatio. Nuda enim priuatio imperfectior est motu cęli: quia carētia vt talis p̄cise nihil ponit. Motus vero aliquid ponit, scilicet aliter & aliter se habere. Substratū vero q̄d dicit quies. Sed vniformitas se habēdi in esse: est perfectius q̄ positum in motu: scilicet aliter & aliter se habere. Præterea perfectio vniuersi petit motum cęli propter statum huius vię: & ob hoc cęlum mouetur potius q̄ vt cęlum per motum intrinsece perficiatur: vel eius perfectio intrinseca compleatur. Est ergo motus cęli perfectio cęli secundū quid, scilicet pro complettone vniuersi huius vię corruptionis, ergo sine eo cęlum pōt esse eque perfectum cum stat, sicut cum mouet: quātum est ex parte sui p̄cise. Et maior est perfectio sua cum quiescit, & se habet vniformiter, q̄ cum mouet. Preterea. supposito q̄ est duplex finis. s. quo & gratia cuius, finis summe perficiens, & gratia cuius intelligentię est deus: finis quo, operatio beatifica, qua fruitiue attingitur finis gratia cuius actus scilicet intellectus & voluntatis. Intelligētia potius attingit finem suum nobilissimū, scilicet gratia actus per actū intellectus & voluntatis, q̄ p̄ actionem vel motum quibus datur aliis reb⁹ esse. Nec attigit sic deus in se, sed sicut in vestigio seu assimilatiōe extrinseca. Nec primū est causa secūdi: quia intelligens & volens deum, non nititur p̄ hoc deo assimilari in cōmunicando eis esse. Et sicut ambulatio fit propter sanitatem acquirēdam gratia cuius fit deambulatio: sic motus cęli propter gñabilia & corruptibilia. sed sic finis accipit non pro vltima rei perfectione nec pro causa finali: sed pro operatione quę fit propter habere intentum aliq̄d. Et talismodi finis quo, est cōmuniter ignobilior gratia cuius: saltem in existimatione agentis, quę intēdit eum, vt supra quęst. xj. prolo. Ockam. Sic in proposito de motu cęli dicatur, siue sit ipsum mobile siue res successiua &c. cuius partibus repugnat esse simul secundū durationē secundum aliam & aliam opinionē. ¶ Corollariū Non semper finis est nobilior iis quę sunt ad finem, secundū aliam & aliam finis acceptationem



Verum em̄ est de fine gratia cuius, amato amore amicitię, qui est deꝰ ipse: hic est nobilior omnibus quę sunt ad finē. Secus de fine quo. Nec est verū q̄ nihil inferiorū sit nobilius cælo, vt cælū est res simplex vel cōposita &c. & non dicit aliud. Patet Deut. iiij. Est em̄ cōditū a Deo i ministeriū cūctis gentibus sub cęlo. Item viuens est nobilius non viuēte & p̄sertim viuēs anima intellectiua. Hinc August. viij. de ciuita. dei. cap. xvj. Omni corpori p̄fertur anima qualiscūq; naturę. Et lib. ix. capi. ix. Anima quantūcūq; vitiosa melior ē corpore quantūcūq; bene disposito. Et licet incorruptibilitas indicat aliquā perfectionē naturę: nō tamē ponit maiorem gradum perfectionis naturæ. sic nec diuturnitas nec perpetuitas. Materia em̄ est ingenerabilis & incorruptibilis, & tamen ip̄erfectior homie corruptibili. Elephas caro pauina sunt durabiliora homine: sed non specie perfectiora. Hic Phi. j. Ethicorū contra Platonē. Nihil est melius propter hoc q̄ est diuturnius. quod verum est de bonitate specifica & essentiali, non de perfectione scām quid. ¶ Ad secundam rationem principalem de voluntate antiqua & immutabili, potest maior a theologo negari in agente voluntario & libero. Quod em̄ oīno contingenter & libere agit potest nō agere, & voluntate antiqua ac immutabili difformiter agere in passum antiquū, & nihilominus permanere, & esse in se immutabile. Secus cum vnū agit in aliud necessitate naturę. Sic em̄ inter perpetua & semper manētia non potest esse difformis habitudo. In proposito cum prima causa mouet omnino cōtingēter & libere seu mandat motum fieri: potest voluntate antiqua aliū & aliū effectum producere circa passum antiquum. Exemplum de creatura conseruata a Deo, & de creatore, cui placuit voluntate antiqua ab ęterno pro tunc creare (sic de scientia Dei immutabili sine sui mutatione) & ita nouum effectum in esse ponere. Et quia locus ab auctoritate hic nō valet cum ratio deficit, nec habet ex Philosophia auctoritas cogens: sed scriptura videtur esse ad hoc q̄ motus cęli cessabit &c. Philosophꝰ posset habere cōtra theologum hoc: q̄ theologus necessario haberet ostendere vniuersum æque appetere quietem sicut motum corporum cęlestium. sumēdo quietem, vt dicit vniformitatem essendi non priuationem motus p̄cise. Et quia theologus hoc euidēter probare non potest, ideo non potest suā partem demōstrare. ¶ Ad tertiam rationem, posset hic esse quędam contingentia ad vtrūlibet, quantum est ex parte subiecti, ad moueri & non moueri tamen illa contingentia est completiue a voluntate diuina libera: quę dū vult ipsum moueri mouetur: sistere, sistitur & quiescit. Non autē pōt voluntas diuina determinari necessario ad alterū illorum.

¶ Quantum ad articulum tertium G est dubium primum. Vtrum motus cęli sit violentus vel naturalis: & vnde sit contingentia cæli ad vtrūlibet completiue respectu moueri vel quiescere. Ad primū respondet Auicen. ix. Metaphysice Nec est violentus, nec naturalis. Non naturalis, quia cum talis est ad quietem naturalem in illo ad quod est motus: cum mobile peruenerit illuc, naturaliter quiesceret: per cōsequens non posset inde moueri nisi violente: per consequens cū scām diuersas cæli partes mouetur ab vna parte in aliā licet sphærice: dū tendit ad vnum recedit ab alio, & sic idē mouetur naturaliter & violente. Nec violentus: quia tunc recessus esset naturalis: per consequens vt prius simul esset violentus & naturalis. Ad secundum: licet cęlum sit de se in potentia contradictionis ad moueri vel non moueri, & ad neutrum p̄cise determinetur: ac ex parte mobilis nulla sit repugnātia ad hoc vel aliud, puta moueri semper vel quiescere, tamen illa contingentia ad vtrūlibet est completiue a Deo omnio libere mouente cęlum: cuius voluntas nō determinatur necessario ad alterum illorum, puta mouere vel sistere cęlum. Ad hoc facit figura sphęrica & circularis habilis ad motū circularem: sed nō sufficit ad hoc q̄ ille motus sit naturalis, sed tantum q̄ non est violentus dicendus. Forte posset dici naturalis negatiue. id est non innaturalis. Cælum enim nec graue, nec leue est: ergo ille motus sibi cōgruit cum mouendum est. ¶ Secundū dubiū. H Si motus cęli cessabit: & nomine motus cæli maxime venit motus primi mobilis: quid de aliis motibus, & primum ad vbi, dicēdū. Cessabit oīs motus localis naturalis: non solum corporū cælestiū in vtroq; circulo equinoctiali & zodiaco, epicyclis & eccentricis: sed etiam motus figurę ignis & aeris superioris: quos primum mobile rapit secum. Illo enim cessante cessabunt & alij motus super polis mūdi. Ad quid alię sphęrę suis voluerē tur polis? si saltē possibile est, cum ex hoc fieret de ordinatio totius sphęrę cęlestis. Si enim ratio cessationis motus cęli aliq̄d concludit de primo mobili, longe amplius & hic valet. Et ideo tempore Iosue totum firmamentū stetit: non tamē per hoc aliquid varietatis attulit anno. Statio vero illa nō fuit effectiue hūano imperio, sed domini dei mādato ad hois desiderium. Nihil em̄ propter iubentis hominis verbum creaturę faciunt. lib. ij. de mirabilibus scripturę. ca. iiij. sed quod dominus serui sui ordinationi obediēdo p̄ceperit hoc faciūt. Ad idem cap. xxviij. de Ezechia rege de quo. iiij. Regum. xx. Et Esaię. xxxviij. Vbi, secundū August. vt supra, Sol ab occasu in ortum per decem

Universidad de Deusto
Biblioteca



horas reuertitur, quatinus inde iterum ortū suū in ciperet, cum iam demptis duabus horis dies consummat⁹ fuit. Sic etiā tenet Diony. vt supra. Refert ibidem August. aliquorū esse sentētiā q̄ sol per duas horas cæli cursu in ortum reuertebatur, vt dies integra rursum sine nocte interueniēte in ortu innouaretur, vt sic duos dies hac vice in luce non concluderet. Dicit quoq; maris vicissitudinē tunc fuisse impeditam. Nec per hoc sol fuit mutatus: sed domino p̄cipiente obediuit suo conditori &c. Ad idē Diony. in epistola ad Polycarpū dicens diem illum fere triplo maiorem solito effectū: quia .xx. horis &c. Insuper cessabit tunc consequēter esse comitans motum cęli & luminarium cęlestium: scilicet fluxus & refluxus maris: qui venit ex lunę cremēto vel decrescentia. Nec est imaginandum q̄ luna tunc nō luceat, quia vere lucebit. sed quia non est spatium terrę discoopertum susceptiuum fluxus maris. Omnia em̄ tunc sunt innouata & suis locis dedicata. Consequenter est probabile dictu, q̄ cessabit simpliciter mot⁹ gratuum & leuium sursum vel deorsum, quia quodlibet optime dispositum & qualificatum pro statu quietis suum tenebit locum loquendo de motu naturali. A qua erit orbiculariter super terrā, vt dicit Palu. & quodlibet elementorū in suo constitutum manebit loco. Sic etiam sol clarissime tūc lucebit, nec carebit lumine vt quidā videtur dicere. Harum rerum cognitionem nō habet status vię. De motu animali progressiuo dictum est distin. xliij. q.ij. de dotibus. ¶ Tertium dubium: de motu alterationis in genere. Respondetur q̄ secundum beatū Augu. sancti perpetuū tenent esse, & transire transijt: & om̄ia sunt innouata, & creatura liberatur a seruitute corruptionis, secundū Apostolum. Non erit ibi alteratio physica & corruptio contrarij ad nouam formam corporalem &c. sed beati consistent in perpetua laudatione dei, & omne eorum opus erit laus dei sine fine: sine defectione, sine labore, secundū Augu. in Medi. capi. xxiij. & i hymno de gl'ia paradisi. Nouas semp harmonias vox, vox meloda cōceperat, Et in iubilum prolata mulcens aures organa pectoris arcana penetrāt alterutrū. Ideo necesse est dicere futuram ibi quandam spiritualem mentium alterationem. Habebūt em̄ suas cogitatiōes & affectiones pariter & locutiones & gaudium de beatitudine alterutra. Erit ergo ibi quędā spiritualis generatio & corruptio siue vicissitudo, ac continua auditas sine fastidio videre deum &c. Cum hoc stat q̄ cognitio de Deo nunq̄ remittitur, sed nec intercipitur. ibi enim non erunt cogitatiōes spirituales cogitatiōes volubiles: quantū ad obiectū beatificum. Et vt videtur velle idem vbi supra, erit ibi sanctorum vocalis cantus, & melodia organica: per cōsequēs erūt ibi etiā corporis motiones. Item .xxij. de ciuita. dei. capi. iij. vult q̄ apud beatos manebit peccatorū scientia: licet non experientia. Item & sciētia miseriæ damnatorū. lib. xx. ca. xxij. Alias quomodo misericordias domini ięterum cātabunt? Non ergo tunc obliuione ducent suę liberatiōis, ne suo redemptori ingrati euadāt. ¶ Quartum dubium: quę sunt illa quę tempore innouationis & purgationis mundi omnino desinent esse: & quare aliqua desinēt esse & non alia. Ad hoc respondet Richar. ponendo causam in aliquibus incorruptibilitatem vel totius vel partis, vel partium & non totius. Sed non cogit. Nā incorruptibilitas secundum beatum Augustinū vere & præcipue est a diuina voluntate nolente rem illam desinere vnq̄. Cum enim elemēta secundū eum sunt corruptibilia in partibus, nō videt quin & i toto possint diuina potētia corrūpi. Sicut em̄ ceperūt esse post esse: & cōtingēter sunt a deo producta: ita possunt non esse. & a deo corrumpi. Ideo dicendum q̄ voluntas diuina in causa est, volens aliqua manere, vel pro glorię perennis perceptione: quod est solius creaturę rationalis: vel p decore machinę mundialis: & sunt dūtaxat elemēta in sua totalitate & corpa cælestia siue supcęlestia. Nō em̄ vident animalia bruta & plantę esse condita principaliter p decore vniuersi: sed pro necessitate hoīs in statu generationis & corruptionis. Hinc non reperiuntur in superiori parte aeris vel sphęrę ignis. Et licet in minorum animalium fabricatione plus admirationis est inuenire q̄ in imensis balęnarū corporibus. xxij. de ciuita. capi. xxiiij. tñ ista omnia secundū eūdem & innumerę pulchritudines rerum quas contingit in eis reperiri in terris, miserorū sunt damnatorūq; solatia: non p̄mia beatorū. Hinc non oportet q̄ p maneant: cum fuerint viuorum qualiacūq; solatia, & eor⁹ necessitudini quandoq; opportuna. Et quid de vegetabilibus? videt omnē eorūdem perfectionem & similiter brutorum eminenter contineri in homine ad dei imaginem condito, & ita in homine ista includi eminenter. ¶ Corollariū. Oia mixta generabilia & corruptibilia (hoie dempto) desinent esse, sed corpora simplicia dicta elementa pura pariter & corpora cęlestia manebūt p vniuersi decore. ¶ Corollarium secundū. Causa desitionis vel permanētię horum vel illorum est sola diuina voluntas, & non incorruptibilitas naturalis rei talis vel talis. ¶ Quintum dubiū. An tēpus cessabit motu cęli cessante. Dicendum. Tempus in genere est mensura qua cognoscitur quātum aliquid duret, moueatur, aut quiescat. Si vero in speciali, tempus dicit motum velocissimum vniformem & regularem maxime nobis notum cuiuscunq; sphęrę cælestis: quo metimur motus



alios & operationes inferiores: & certificamur velut quadam mensura regulari & vniformi de duratione, motu, vel quiete rerum inferiorum & operationū nostrarū: sic cessante motu cæli cessabit tempus. Secundo, si tempus dicit in gñe quēcunq; motum nobis cognitum per quē mensurari possumus motus alios minus nobis cognitos, vel ret alicuius quietem, aut durationem, sic non oportet dicere q̄ tunc nō erit tempus. Sicut si nō ēt est alicui q̄ charta vna potest scribi in hora, & alter toto tēpore currit quo charta scribitur: dicitur tota hora cucurrisse. Sic potest esse post resurrectionem & iudicium tempus. Tertio tempus accipitur pro cōceptu mentis quo secundum rationem quis iudicat se tāto tempore locutum, & put artifex in animo suo aliquo modo potest diiudicare longitudinem horę vel temporis, vt cōpertū est a multis, sic nō cessabit tēpus post resurrectionem. Sicut em̄ nos per tempus imaginatum metimur lōgitudinem vel breuitatem operationum nostrarum: ita & beati facere possunt & mensurare pœnas damnatorum. Quarto tempus potest esse in anima & extra animam. Extra animā est motus aliter cognitus quo quis vtitur veluti quadam mēsura, seu quasi vna sibi cognita ad sciendum durationem alicuius motus vel etiam rei permanentis vel quietis (saltem per accidēs) rei a cuius quę alias non potest sciri vt supra. Vel est motus quidā quē quis aduertens potest scire q̄ diu res aliqua mouetur durat aut quiescit. In anima tempus est conceptus mentis ad intra, quo aliquid numeramus vel etiam mēsuramus. Hinc tēpus quātum ad rationem discretiuam est in anima. Nam sine ratione discretiua non potest fieri M mensuratio motus. Quantū ad rationem motus qui est nobis vel aliter cognitus, secundum quē mensurat motū aliū, seu durationem aut quietē minus cognitam, est extra animam. Hinc nomen tempus dicit motū ad extra, & connotat actū discretiuū numerādi vel mēsurandi sc̄dm successionem prioris & posterioris, & cōnotat actū discretiuū mensurandi vel numerandi. Est enim tēpus mensura successionis, id est prioris & posterioris, & id primū & essentialiter dicit tempus vt quidā loquunt: qa est de rōne essentiali tēporis. Hinc cō mētator quarto Physicoꝝ. cōmēto. cxxxiij. Tps mensurat motum primo & essentialiter. Et August. in categorijs de quātitate ait. Ipso motu nec esse est habere temporis mēsuram. Ex illo sequitur q̄ quandoq; motus mensurat motū: quādoq; durationem rei permanētis: qñq; quietē. Exemplum primi, reuolutio solis opera diei vnius. Itē cursus horologij arenosi lectionē vni⁹ horę. Aut hoīs dormitionē secundū cōmen. vt supra siue silentium. secundū August. xj. confesso. ca. xxvij.

Nec est hic cogitandum tempus esse aliquid a rebus permanentibus, vel accidens inhærēs motui. Sed illa propositio, tēpus est mēsura aliarum rerum, valet hanc, per hoc q̄ aliquid mouet vniformiter & regulariter potest intellectus certior reddi q̄diu res aliqua durauerit, vel mota sit aut quieuerit: vt scilicet id dictū, tempus est, valet hanc totā orationem, aliquod mobile mouet vniformiter. quod dum intellectus cōsiderat, & videt nūc esse vbi prius nō fuit, redditur certior q̄diu res aliq̄ durauerint, motę sint, aut quieuerint. ¶ Corollarium Loquendo physicę tps p̄sens cōpetit primo motui primi mobilis vniformiter moti. Sicut em̄ risibile est propria passio hominis, ita tempus est p̄pria passio primi motus. Prædicatur enim per se secundo modo de motu primo, & conuertitur: non sic de alijs. Et secūdum Ockam termini supponunt simpliciter vel materialiter. ¶ Corollarium secundum. Sicut conceditur risibile esse aliquid ipsi⁹ hominis: quia est passio prędicabilis de homine, & est homo: sic tempus est aliquid ipsius motus & est motus. Prædicat em̄ de motu quito. Quia secundū beatum Augu. xj. confessio. cap. xxiij. Tempus nō est aliud nisi distensio motus. Ideo cuiuslibet motus propria distensio dici potest sua mensura propria & intrinseca, & sic quilibet motus habet suam mensuram propriam & intrinsecam. Sic mensuratū non potest esse sine sua mensura: eo q̄ mensuratum hmōi depēdet essentialiter ab illo quod est sua mensura. Et sic mensura rei potest dici trāsire dependentiam essentialem mensurati: quia dependet a suis partibus. Quidā ponunt tempus cōmune & tempus proprium, sicut ponitur locus cōmunis & pprius. Tēpus cōmune potest dici mot⁹ primi mobilis vniformis & regularis: quo motu magis certificari possunt singuli volentes mensurare rerum durationem, motum, aut quietem. Vnde primo attribuitur ei qđ est tēpus & conuertitur. Secūdum Phūm tamē absolute loquēdo nō oportet. hinc illa potest concedi. Non omnis motus est temp⁹: scilicet cōmune. Notificant ergo aliqui tēpus cōmune post dicta in distin. xliij. quęst. ij. quia est primi mobilis quo mensuramus omnes alios motus inferiores; vel mensurare possumus propter sui regularitatem & vniformitatem. Tēpus propriū est mēsura siue distensio propria cuiuslibet motus et intrinseca & essentialis. ¶ Corollarie sequitur. Sicut motus primi mobilis quo cęlū voluitur correspōdet omnib⁹ motibus inferioribus tanq̄ mensura durationis eorūdē aut quietis durante illa reuolutione cęli: Sic tempus vnius naturalis diei (qđ est mensura intrinseca illius reuolutionis diuinę) correspōdet tanq̄ mēsura extrinseca oībus istis particularibus distensionibus & motibus ad mensurā-

Universidad de Deusto
Biblioteca



dam eorundem durationem vel cõtinuationem. Consequẽter ille distensiones & motus particulares sunt tempora propria intrinseca mensurantia suos motus, quorũ mora seu duratio continetur per vnum diem naturalem. Et sicut hoc dictũ p̃cedit de die, sic de hora, sic de duratiõe p̃ mẽsem, per momentum, per annũ, per quancũq; partem dici. Hoc intendit beatus Augu. xj. confessio. capi. xxviij. cũ arguit contra aliquos dicentes solũ motum corporum celestium esse temp⁹ vel tempora: ostẽdẽdo q; si celũ staret & rota figuli moueretur, adhuc esset tempus mensuramus motum illum: quia sua propria distensio: eo q; tempus nõ est aliud nisi distensio motus. Et istã notificationem ponit etiam Simplicius super predicamẽta. Secundum nunc datas distinctiones facile patet si post innouationem mundi erit tempus vel nõ, celi motu cessante. Tunc enim nõ erit deinceps tẽpus cõmune & vniforme quo mensurari possint omnes motus alij: sed erit tempus cuilibet motui singulatim intrinsecum, & distẽsio propria rei cuiuslibet seu mora & duratio cõtinua, quam metiri põt anim⁹ creaturæ rõnalis. Hic Aug. vt supra. c. xxiij. Nemo dicat cælestium corporũ motus esse tẽpora: quia cuiusdam voto cum sol stetisset: vt victor Iosue prelium perageret: sol stabat, sed tẽpus ibat per suum quippe spatium temporis qđ ei sufficeret, illa pugna gesta atq; finita ẽ. Videtur tempus esse quandã distensionem. Et iterum cap. xxvj. Visum est mihi nil aliud esse tempus q̃ distensionem, sed cuius rei nescio: & mirum si nõ ipsius animi. Et ca. xxvij. de metiendo silentium dicit. Quid cũ metimur silentia, & dicimus id silẽtium tantum tenuisse temporis, quãtum illa vox tenuit? Nõne cogitationem tendimus ad mẽsurã vocis quasi sonaret, vt aliquid de interuallis silentiorum in spatio temporis renunciare possimus? &c. ¶ Corollarium. Nõ sequitur: tempus nõ cessabit: ergo motus celi non cessabit: quia nõ quodlibet tempus habet necessitatẽ dependẽtiam a motu celi. Non enim tempus quod est distensio propria rei, a motu celi dependet. Huiusmodi enim motus mensurabũtur mẽsura intrinseca, sine quares ille esse non possunt: q̃uis non mensurabuntur mensura extrinseca cõmuni que est motus primi mobilis. Refert vero dicere vt patet ex logica, tẽpus non erit, & non erit tempus. Erit enim tempus & mensura intrinseca distensione: sed non erit tempus vniforme & regulare per quod possit quis certior reddi de rebus alijs, q̃diu moueãtur, durent, aut quiescãt: quia cælũ stabit vt supra. Item non omnis motus est tẽpus: quia nõ omni motu omnia mensurari possunt, sed motu primi mobilis. Tẽpus est vbiq; i. tempus est id quo mẽsurantur omnia vbicunq; sint: tempus scilicet primi mobilis. Item motus non est tempus, idest nõ sunt termini cõuertibiles. ¶ Claret insuper quãdo mensuratum potest esse sine mensura & quando nõ. Potest esse sine mensura accidentali & extrinseca: sed non sine intrinseca. Potest enim esse motus aliquis & haberi eius mensura sine hoc q; primus motus ad ipsum applicetur siue coextendatur vt habeatur eius tempus: eo q; talis motus non dependet essentialiter a motu primo: sicut nec panni quãtitas ab vlna: sed non potest mensuratum esse sine sui mensura: secũdũ Sco. loquẽdo de mẽsura rei in esse quidditatiuo: hoc est de mẽsura intrinseca & essentiali mẽsurato, sine qua esse non potest. Dependet enim essentialiter a suis partibus essentialibus. Sequitur deniq; : quẽadmodum hoc dictum vulgatum, Nihil est mensura sui temporis, secundũ nũc dicta potest in certo sensu concedi, potest & negari loquẽdo de mẽsura intrinseca vel extrinseca. Videtur etiam cõcedendum q; mensuratum est sua mẽsura, intrinseca scilicet & essentialis. Item quantũ aliquod, sua quãtitas. Hec videntur concedenda scđm nũc dicta de mensura & mensurato etiam secũdũ Sco. distin. presenti. quest. ij. & Tho. Argẽ. Sic simili modo instans nõ est res statim desinens esse in rerum natura, sed est ipsum primum mobile. Et illa locutio breuis, Instãs est, ponitur loco huius orationis: aliquid quod mouetur velocissime & vniformiter est nunc in aliquo loco determinato vbi prius nõ erat immediate ante hoc, & post hoc nõ erit ibi. Aliquid in instanti mutatur, idest non acquirit partem post partem, sed totũ semel acquirit. Instans est tẽporis terminus: idest quãdo mobile mouet̃ est in illo determinato loco in quo prius immediate nõ erat nec immediate post erit. ¶ Sextum dubiũ. Dicit philosophus. viij. Physicorũ. Motus celestis est simpliciter primus. sed in quolibet ordine essentiali destructo primo destruit & posterius: ergo cessante celi motu nullus erit alius motus: quod falsum est secũdum predicta. Item si est simpliciter prim⁹, queritur qua primitate, vl̃ causalitatis vel perfectionis: ita q; alij motus ab illo dependeant essentialiter: & q; perfectiõe alios precellat. ergo corpora celestia non sunt priuãda tanta perfectione: sed potius eius conseruatione remunerãda. Q̃z si dicitur motus ille cessare quia cessabit eius effect⁹, generatio scilicet & corruptio vt supra: ergo pariformiter dicendũ de luce: que nõ min⁹ facit ad generationẽ inferiorũ q̃ motus. ¶ Ad primũ. Mot⁹ celestis est simpliciter prim⁹ motus respectu aliorũ nõ primitate cause vl̃ essentialis dependentie aliorum ad ipsum: ita q; alij ab eo essentialiter dependeant: sed est primitas cuiusdam perfectionis in certis conditionibus motus que sunt vniformitatis, regularitatis, & velocitatis. Quia scđm Philosophũ. ij. de gñatione, nihil facit latio ad gñationẽ, nisi q; adducit generãs: & applicat actiua passiuis. Ergo si cessante illo motu primo actiuũ & passiuũ simul sunt, & nõ impediunt̃: fient actio & passio tũc sicut nũc. Nec sequit̃ immoderata actio superiorũ i inferiora ex statione celi p̃cise: quia actiuitas tũc cessabit. Eadẽ em̃ erit causa agẽdi tũc sicut nũc applicatis actiuo & passiuo: & stante coactione Dei generali: quia motus localis p̃cise nõ est celo ratio p̃cisa agẽdi i inferiora. Nec est hic ordo essentialis, nec dependẽtia essentialis motuũ inferiorũ ad superiores: hinc illo cessante nõ est necesse inferiores stare. Et nõ videt̃ ratio magis cogẽs, que prohibeat actionẽ & passionẽ i inferioribus stãte celo: nisi volũtas diuina nolẽs coagere. ¶ Ad aliud: motus nõ est pfectio, ppie dicta celi nisi in ordine ad statũ gñationis: ideo cessante motu quies erit de eius pfectione, non vt quies est nuda priuatio, sed vt est vniformitas essendi. De hoc supra. ¶ Ad auctoritates scripture, oẽs intelligunt̃ p̃ statu gñationis, & vsq; ad cõpletionẽ nũc electorũ: qua cõpleta, iã pfecerunt suũ officiũ, p̃ statu isto cũ expectatiõe remunerationis p̃ hois salute & iucũditate. ¶ Ad aliud: lux sanis placet oculis, & magnã affert delectationẽ vt supra de dote claritatis: ideo manebit cẽteris desinẽtib⁹ moueri sine lucis & luminis diminutione. Ideo dicit̃ Esa. xxx. Et erit lumen lune sicut lumen solis septẽpliciter sicut lux septẽ dierũ. ¶ Ad ꝓpositũ de mũdi mutatiõe, Eusebius de Preparatiõe Euãgelica qd senserit patet. Et similiter de cessatione motus celi. Et de tpe &c.



## Dist. XLIX.

Post Resurrectionem vero &c. Dist. xlix. Expleto iudicio agit Magister in p̃nti dist. xlix. de remunerationis p̃mio: de bonor̃ p̃mio dist. p̃nti: de malorum, sequente. ¶ Conclusio prima textualis est. Vniuersali consummato iudicio boni sine fine vno denario & sũmo bono pfruent̃: licet differẽter p̃ diuersitate meritorũ. Mali vero ꝓpetim & multifarie cruciabũt̃ p̃ differẽtia suorũ facinorũ. ¶ Secũda cõclusio. Quia oẽs hoies ardenti desiderio volunt beatitudinẽ: nec amari potest qđ penitus & totaliter incognitũ est, nec nescire qs potest qđ scit se velle & appetere: consequens est oẽs homines beatitudinẽ appetere: nõ in specie sed in gñe. ¶ Tertia conclusio. Nihil ptinẽs ad beatorũ essentialẽ felicitatẽ seu beatitudinẽ eorũ fugiet cognitionẽ. Attñ obiectũ beatificũ differẽter cõtemplabũtur cũ paritate gaudij: nõ quo ad effectus intẽsionẽ, sed obiectorũ, vnde gaudebũt singuli cõmunẽ pticipationẽ. Harũ prosecutionem textus habet.

### ¶ Questio. I.



Primo querendum venit in genere de vltimi finis & beatitudinis ratiõe & quiditate. Vtrũ hominis sit aliquis vnus & vltimus finis in alium non referibilis, ac beatitudo supnaturalis: danda ipsi quandoq; a Deo in p̃miũ pro vie meritis.

¶ Notandum primo. Nomine finis venit generaliter loquendo, nõ solũ res que appetitur & desideratur, sed etiã operatio qua acquiritur vel attingitur res volita, teste Philosopho in principio Ethicorũ, cũ ingt. Differẽtia finiũ esse videtur. Quidã em̃ sunt opationes: quidã p̃ter has operata quedã. Hinc colligitur q; finis vno modo est oĩs res quæ appetitur, & sic conuertitur cũ bono & cũ appetibili. Sic q̃cũq; res quã quis desiderat vel cupit adipisci, vel habere, vel conspicere, vel quomodocũq; exercere, aut in vsum suũ trahere: aut inde delectationem & iucunditatẽ haurire: finis dicit̃. Q̃nq; nomine finis venit sola ipsa adeptio: vel possessio: aut habitio: vsus vel fruitio: visus aut dilectio seu cogitatio: vel etiam cognitio rei intuitiua quã quis desiderat habere modo sibi possibili. Sic auari finis est pecunie possessio: cõtẽplatiui speculatio, & veritatis indagatio &c. Ista duplex acceptio finis. s. pro re volita & cõcupita haberi modo sibi possibili: & secundo pro adeptione & cõsecutiõe vel opatione, que ponit̃ vt mediũ attingẽdi vel adipiscẽdi rem ipsam, est satis frequentata. Ex illis sequitur q; appetitus est respectu futuri & respectu p̃sentis. Respectu futuri est inclinatio ad aliquam perfectionem habẽdam: respectu p̃sentis ad perfectionẽ habitã conseruandã. Primũ cõuenit aliquo modo imperfectis & passiuis: secũdum perfectis & actiuis. Primũ potest esse viatorũ respectu beatitudinis cõsequẽdę. Secũdum beatorũ respectu beatitudinis habitę cõseruãdę. Primũ est p̃ re obtinẽda. Secũdũ, pro re habita cõseruanda. Primũ põt dici desideriũ respectu boni futuri. Secũdũ

amor delectatio vel cõplacentia respectu rei adeptę & in possessionẽ traditę. Opus est diligẽter animaduertere: qñ illa noīa significãt principaliter formaliter & essentialiter actionẽ per modũ actionis, & qñ p modũ qualificatiuę dispositionis: quo disponit ad melius vel pficit formaliter & inhęsiue subiectũ: seu qñ sunt in actione aut qualitate. ¶ Secũdo notãdũ. Scđm Sco. q. viii. finis accipitur tripliciter: saltem vt aliqui textus habẽt. Primo, p cã finali. Secũdo, p pfectione vltima ad quã res ordinãt. Tertio, pro rei cõsummatione & terminatione. vt pũctus, q est finis lineę. Primo modo capiẽdo finẽ, Deus est finis omniũ, hoc est causa finalis. sua eñ bonitas est causa ꝓductionis rerũ: quia eñ bonus Deus, nos sumus. de illo in. ii. collec. dist. j. q. v. Secũdo modo, Deus nõ est finis omniũ, siue finis hoc secũdo modo sumãt p opatione huma na pfectissima qua attingit Deus: hoc est p pfectione formaliter pficiente potentiam: siue sit immanẽs siue etiã transiẽs opatio: siue ꝓ obiecto qđ est causa extrinseca obiectiue pficiẽs potẽtiã: quomõ Sco. ponit finẽ pficiẽtẽ duplicem finẽ intra, & finẽ extra: qui est causatiu⁹ obiecti ue finis & pfectionis formalis intra in via vel in patria cęlesti. ¶ Corollariũ. Non est idẽ finis & causa finalis: quia nõ semp finis quõcũq; acceptus est causa eius cuius est finis. quia nõ finis secũdo modo: saltẽ si sic accipit ꝓ pfectione formali & creata: quę inter pfectiones humanarum opationũ ad quas ordinãt homo, dicit qñq; vltima hois pfectio & finis vltimus: seu beatitudo formalis creata. Huiusmodi eñ finis nõ causat hominẽ: nec ab eo homo depẽdet causaliter Cõsequẽter, nulla operatio hois aut effectus per operationẽ acqsitus est finis primo modo, hoc est causa finalis. saltẽ ꝓprie loquẽdo de cã finali: vt supra in. ii. dist. j. quia nullus talis amãt amore amicitię: sed ꝓpter aliud dilectum. Non ergo quicqđ respõdẽt ad ly ꝓpter quid, est cã finalis proprie loquẽdo. Sic medicus medẽt ꝓpter pecunias, q̃ nõ sunt finis medici primo mõ hoc est causa finalis, sed alio mõ pecunia dicit finis: qa concupita a medico & intenta vi sua. ¶ Corollarium. Non quilibet finis est cã huius cuius est finis: nec se quit: opatio est finis alicui⁹: ergo est eius causa finalis: quia medicus sępe intẽdit sanitatẽ egri: q̃ tñ nõ est causa medici. Est ergo sanitas finis hois: sed nõ cã finalis. Nec sequitur hoc est finis: ergo est: quia finis est termin⁹ ampliatiuus ad futurũ. gratia exẽpli, sanitas spera ta ponit finis deambulationis, & nõ est nisi i in
B tẽtione ambulãtis. ¶ Tertio notandũ in primo notabili. Finis qñq; accipit ꝓ rei pfectiõe q̃ est opatio aliqua: qñq; ꝓ acqrẽdo p opationẽ. Primus finis solet dici finis quo: secũdus gr̃a cui⁹. & ille qñq; est amatus amore cõcu piscẽtię: qñq; amore amicitię. Sic deambulatio est finis quo sanitatis: disputatio finis quo inueniẽdę veritatis: lectio finis quo tradẽdę doctrinę. Primus finis qñq; dicit intrinsecus, vel quasi itrinsecus scđm Sco. & ab aliis imediat⁹ quasi term in⁹ itrinsecus opantis: quia imediate intẽdit ab opante & p eũ vult finẽ nanciscí. Dicit aũt quasi itrinsecus opanti: quia nõ est semp itrinsecus, vtputa cũ est opatio trãsiẽs: licet illa nõ sit sine imanẽte. Secũdus dr̃ finis quasi extrinsecus & mediatus: non q̃ sit semp extra principiũ opans: sed qa p principiũ attingit vel intẽdit. Nã stat quẽ opari ꝓpter semetipm: vel intẽdere sanitatẽ ꝓpter dilectũ: vel ꝓpter acqrere virtutem. Et hoc vult Cõmẽtator sup. c. j. Eth. cũ inqt. In arte saltandi & pcutiendi citharã fines sunt actiones artis. In quibusdã vero fines sunt acta & nõ actiones: vt sanitas artis medicinę. Primus finis primo intẽdit: & ꝓpter secũdũ: nõ ecõtra. Sco. nominat finẽ pficiẽtẽ intra: qui est opatio formaliter perficiẽs potẽtiã. Finẽ extra, obiectũ illius actus: qđ dicit eius pfectio extrinseca vel effectiua. ¶ Corollarium. Finis gratia cuius si recte intẽdit, est melior fine quo: quia ꝓpter ipm cõsequẽdũ fit opatio: saltẽ est melior in estimatione opantis propter ipm. ¶ Corollariũ secũdũ. Põt esse idẽ finis quo & gratia cuius respectu diuersoꝝ, qa medicus curat ꝓpter sanitatẽ inducẽdã &, vt habeat pecuniã. Sanitas est finis gratia cuius quo ad primũ, & finis quo, quo ad secũdũ. Hinc sequitur finẽ quo, non semp esse opationẽ, sed qñq; opatũ aliquod volitũ ꝓpter aliud p ipm consequẽdũ. ¶ Corollariũ tertiũ. Finis vltimus obiectiuus nõ põt esse finis quo: sed semp gratia cuius, nisi in eo qui prorsus excęcatur. ¶ Corollariũ quartũ. Finis vltim⁹ (qui qñq; beatitudo formalis noīat: qñq; nobilissimũ & optimũ in gñe actuũ humanoꝝ pfectoꝝ: qñq; finis intra & imediatus: qñq; finis quo: qñq; opatio imanẽs, vel etiã transiẽs) est finis quo respectu beatitudinis obiectiue, q̃ est bonũ sũmũ & in se. Sed beatitudo formalis si qñq; dicit summũ bonũ, intelligit q̃ est optimũ & summũ bonũ in illo gñe actuũ & opationũ, qbus attingit obiectũ beatificũ vel in re, vel in spe. Et ideo nõ est summũ bonũ simpliciter & i sc. ¶ Corollariũ quintũ. Aliquod summũ bonũ est accidẽs quietans potentiã formaliter: & dicit quietãs quo. Aliqđ est substantia infinita quietãs potentiam effectiue & finaliter: & dicitur quietans in quo: vt quidam loquuntur. Sic ait Augustinus. j. Confess. c. j. Ad te nos fecisti domine: inquietum est cor nostrum nisi quiescat in te. ¶ Corollarium



sextũ. Fine quo, qui dicitur quãdoq; beatitudo vię, acquiritur finis gratia cuius, cęlestis patrię. ¶ Corollariũ septimũ. aliqs finis vltim⁹ appetitur propter se tm̃: aliquis propter aliud: recte & licite. Patet de fine vltimo qui est operatio, & obiecto beatifico. ¶ Corollariũ octauũ. Est finis vltimus creatus: est etiã finis vltim⁹ increatus. Patet admisso modo loquẽdi nunc tacto de beatitudine formali & obiectiua. Quilibet dicitur vltimus finis in suo genere. In genere humanoꝝ actuũ, beatitudo foralis. Simpliciter & absolute & idepẽdẽter, beatitudo obiectiua. Si vl⁹ loquẽdi hęc dicta nõ admittit, corrigantur verba: maneat sentẽtia. ¶ Corollariũ nonũ. Hois & actuũ eius inquantũ diriguntur appetitu volũtario, est triplex finis: obiectiu⁹, subiectiuus, & formalis. Primus est Deus: aut in genere loquẽdo finis gratia cui⁹. Secũd⁹ est homo. Tertius beatitudo formalis. Formalis ordinãt in subiectiuũ: subiectiuus in obiectiuũ: qui est finis finiũ omniũ & singuloꝝ, vt quidam loquuntur. ¶ Quarto notandũ. Aliqđ dicit appetere aliud vel coniũgi alteri multipliciter. Primo modo formaliter & substantialiter: sic materia appetit formã, vt cũ ea constituat vnũ cõpositum: Aia scięties & virtutes eã formaliter pficiẽtes. Alio modo p quandã assimilationẽ. Q̃libet eñ ens creatũ in sua actione naturali tria intendit vltimate. Primũ est q̃ vult assimilari summo bono inquãtũ potest. Secũdũ: q̃ vult in se vel simili sibi in specie pfici & pmanere: hoc est vult sui ipsius pfectionẽ. Tertiũ est medium quo intendit illa consequi: & est gñaliter loquẽdo sua opatio naturalis. Sic videre est de graui: qđ aliquo modo dependet a loco: & conseruãt ab eo: vult sibi assimilari quãtũ potest: & habet quãdã silitudinẽ naturalẽ cũ eo: habet quoq; naturalẽ inclinationẽ ad locum: et si nõ impedit, actualẽ tẽdẽtiã. Ita videt aliquo modo esse in omni re mũdi respectu Dei: quia eñ res dependet in esse & cõseruari a Deo, qui semp est, vult pmanere in se vel sibi simili: resistit corrũpenti: et eo semoto reducit se ad naturalem dispositionẽ. In ꝓposito assimilatio hominis cũ fine vltimo nõ est assimilatio substãtialis aut i essendo: vt vnũ induat essentiã alteri⁹ (sicut videt dicere Dion. Amor est virtus trãsformatiua & cõuersiua amãtis in amatũ. c. vii. de Cęlesti Hierarch. & Hugo ibidẽ sup verbo Acutũ. cũ inqt. Significat. n. acutum quẽdã amoris impetũ & vehementiam desiderij ardentis ferentis se in amatum: & intrãtis & penetrantis, vt ibi sit vbi est ipm qđ amatur &c. Et Albertus. Non sufficit amori coniũctio: sed q̃rit subintrare amatũ, & vnire se sibi scđm q̃ potest &c. Sic quãdoq; allegat q̃ amãs est verius amatũ q̃ ipsummet. Cui dicto innitit videt Henri. Gandẽ. quẽ impugnat Sco. q. ij.) sed est assimilatio amorosa: vt sit ibi vnitas mẽtiũ, ita q̃ creatura deũ summe appreciando sese despicit & contemnit respectu Dei, volendo p̃cise id qđ Deus vult se velle p omnia. Creaturã ergo exire a sese & in Deum tẽdere, est creaturã sese pro Deo dilecto cõtemnere, & in nullo suæ volũtati cõtrauenire, quasi eadẽ sit volũtas amãtis & amati. Sic illa dicta de amore acuto & calido, et de illapsu diuino, de assimilatione hominis cum Deo, de conuersione vel trãsformatione hominis in Deum, sane sunt intelligẽda ad sensum nũc datum aut consimilem: quãtum ad app̃ciationẽ & synceram Dei sup omnia dilectionem: vsq; ad cõtẽptum suiipsius. Sic anima dicitur verius esse vbi amat q̃ animat: quia pro dilectione Dei quẽ amat, sese cõtemnit & p
D dit vsq; ad mortem &c. Deũ plus q̃ seipsam app̃ciando. ¶ Quinto notãdum. Aliqui loquentes de beatitudine, dicũt beatitudinẽ hominis esse quãdam perfectionẽ quę exprimitur p hoc cõplexum bene esse, qđ potest quãdoq; exponi affirmatiue & positiue: et quandoq; negatiue per ablationẽ omnis mali, ita q̃ idem dicãt esse beatum, & habere bene. Sic vtitur nomine beatitudo Aug. xj. de Ciuit. dei. c. xj. & xii. et xiii. de Trini. c. iiii. & deinceps, dicens esse mirũ cũ capessendę atq; retinendę beatitudinis voluntas vna sit omniũ: vnde tanta de beatitudine varietas. Quidã voluerũt beatum esse, qui habet qđ vult. qđ Aug. exponit, vt quẽq; delectat. de Trini. vt supra. c. v. Et in de Vita beata, concordans cum sententia matris sue Monicę. Beatus est q̃ habet qđ vult & nil male vult. Hac generali notificatione p̃missa: est duplex beatitudo. s. creata & increata. Beatitudo increata est creatrix essentia trinitas supbenedicta: quam qui habet, vere beatus est. De huiusmodi beatitudine increata, possunt intelligi ille notificationes beatitudinis quas habet Sco. q. j. Beatitudo est bonũ sufficiens excludẽs defectum & indigẽtiã. Est bonũ pfectum vel cõpletum excludens impfectionem seu dimínutionẽ. Est bonũ vltimatum excludens tendẽtiã & ordinabilitatẽ ad aliud complens bonũ. Est bonũ quo habito cõplete bene est habẽti. Et felicitas notificatur ab Aug. iiii. de Ciui. c. xxj. q̃ complectitur omnia obtinẽda Hęc omnia q̃ multa sunt in vocabulis, soli Deo cõpetũt: qui est beatitudo increata, & omnis beatitudinis humanę causa. Hinc dñs ad Moysen. Ostendam tibi omne bonum. Exo. xxxiii. Et iterũ. Ero tibi oĩa in oĩbus. Oĩa inquã vnitiue & eminenter: non diuisiue ac formaliter. Sic cõ similiter potest notificari miseria: vt sit indi-

gentia firmata, diminutio boni, exclusio rei p̄pter se amatę: & ois boni: ita vt plene male sit alicui. Ex habitione tāti tāq; summi boni eo modo vt a creatura attingi & haberi potest p amorē & cognitionē socialem &c. beatificatur homo causaliter ab illo obiecto formaliter p illam adeptionē oposam & amorosā. ¶ Beatitudo creata est duplex: vię & patrię. Vię cōsistit in actu & habitu fidei, spei, & charitatis. Beatitudo patrię sumit multipliciter apud Doc. & sanctos. Q̄nq; em̄ nomen id significat aliquid eor̄ q̄ sunt de integritate beatitudinis patrię, & nō simul totū vnitiue vel aggregatiue: quo cōsummat beatitudo & eius status, vt docēt dicta Doctor̄: quę p rei magnitudine nūc hoc nūc illo vtunt noie. Sic q̄nq; cognitio, cōtēplatio, aut visio Dei, sola dicit beatitudo: vt illa noia p̄cise dicūt qualitatē inhęrentē, disponentē subiectū ad melius: seu vt sunt de qualitate & nō de actiōe aut passione. Sic ponit Palud. btitudinē cōtēplatiuā & speculatiuā. Ioā. xvii. Hęc ē aūt vita eterna vt cog. Aug. li. j. c. xxv. de mori. eccl'ię & Monac. dicit æternā vitā esse cognitiuā veritatis aut fruitionē veritatis. Et. j. de Doc. Christ. Sūma merces est adhęrere Deo. Ad idē lib. viii. c. ix. de ciui. dei. Hoc modo visio aut fruitio dei dicit beatitudo. Q̄nq; nomē beatitudo supponit p gaudio vl' delectatiōe cōsequēte visionē aut fruitionem. x. Cōfess. c. xxiii. Beata vita est gaudiū de veritate. Et iterū. Beata vita est gaudere de te: p̄pter te: ad te. Ipsa ē & nō altera. c. xxii. Et. c. xxi. gaudiū vocat vitā beatam. Illud em̄. s. gaudere oēs intēdūt in suis actionibus: et id intelligit audito noie vita beata, scdm eūdē. Aliqn̄ nomē beatitudo patrię dicit nō aliqd illor̄ diuisiue: sed simul oia illa aggregatiue & appetitus satiationē & plenā quietationē quo ad corpus & animā. Et sic accipit nomē beatitudo Boe. iij. de Cōsol. p. ii. & Ansel. in de similitudinibus cū ponit. xiiii. partes beatitudinis: & in genere dicit beatitudinē esse sufficiētiā omniū cōmodorum scdm volūtatē absq; indigentia quacunq;. Hoc modo beatitudo non solū excludit omnē anxietatē & afflictionē, sed & oē desideriū respectu cuiuscūq; vlterioris dilectiōis habēdę. Quādoq; vero includit desideriū respectu vlterioris pfectionis, vtputa alicuius beatitudinis accidētalis: sed excludit omnē anxietatē, tristitiā, & afflictionē. Sic animę sanctor̄ habēt desiderium ad resumptionē corporū: & eor̄ beatitudo q̄nq; dicit nō cōsummata: licet vera & perfecta sit. Sic & de beatitudine vię cōsimili modo dici potest q̄ est oia simul sumpta p tēpore quę requirunt ad hoīs gratificationē in via, vt tandē p̄miari possit in patria: puta dilectio Dei & proximi, & quādoq; media ad hoc cōducētia. Sic ponūt virtutes beatitudinis Matth. v. De quibus in iii. dist. xxxiiii. & lib. j. de Sermone dñi i mōte Aug. Supponunt hic dicta i dist. xliii. de beatitudine duplici & appetitu mltiplici &c. De beatitudine naturali & supnaturali sola fide credita.

¶ Quātum ad articulū secundū est E conclusio Prima. Potest dari aliqd cōe qđ dicit finis vltimus & obiectiuus p̄dicabile de oībus in quę naturaliter appetitu naturali tendit oīs hoīm appetit⁹. Probat: quia bonū est qđ oia appetūt. Hoc. n. nomē bonū gn̄aliter acceptū, vt cōuertitur cū esse aut ente. j. Eth. potest p̄dicari de oībus q̄ cōtingit naturali appetitu appeti a quacūq; re. & potest dici obiectum adequatū appetit⁹ naturalis. Vidit. n. Deus q̄ fecerat, & erāt valde bona. Gen̄. j. Nō aūt eēnt valde bona q̄ sunt a Deo cōdita bona si appetitu naturali appeterēt malū. nō. n. appeterēt cōtra suū eē & cōtra naturā p̄priā q̄ est eor̄ bonitas: quā Deo volēte esse, & ita bonā: ipsa appetitu naturali nollēt esse: & ita nō bona esse. Q̄r aut̄ bonū sit finis vltim⁹ obiectiu⁹, manifestū est. quicqd em̄ appetit, ratione boni appetit. Bonū ergo in gn̄e est finis vltim⁹ in quē oīm hoīm naturalis tēdit appetitus. Hic nō est actus elicitus: sed ipsamet res nata sic esse & in natura pmanere: quę q̄diu est: appetit bonū: imo est ip̄m appetere appetitu naturali. Ad hoc alludit dictum dñi ad Moysen petētē sibi ostendi gloriā suā. Exo. xxxiii. ait dñs. Ostēdā tibi oē bonū. i. mei ip̄m cām oīs boni, in quo eminēter includit & habetur vnitiue oē bonū & oīs sufficiētia. ¶ Secūda cōclusio. Nō ē aliquod vnū bonū, nec numero nec specie, qđ oia natura liter appetant, tāq; pfectionē ab eis formaliter & substātialiter adipiscēdā, seu attingēdā. Probat. Res diuersę sicut nō sunt vna & eadē res numero: ita nec eādem appetūt pfectionē: sed singulę suam: quia nec eandē intrinsecā & essentialem: nec eandē extrinsecā & accidentalē. Primū p̄bat quia pfectio intrinseca & prima est ipsamet res aut forma rei. Species vero se habent vt numeri. viii. Metaph. Sicut ergo nō dant duę species rerū diuersarū specierū essentialiū: Cōia. n. idiui dua eiusdē speciei specialissimę sunt eiusdē pfectionis essentialis intrinsece & essentialiter: ita nō possunt dari diuersę species eiusdē pfectiōis essentialis: nisi forte vna esset ps alterius: sicut hō & aīa hūana sunt diuersę speciei essentialis. Nam homo est corpus & aīa spirit⁹. Sed an sint diuersę perfectionis, potest verti in dubium: quia nō videt aliquibus q̄ totus homo sit pfectior sua aīa intellectiua, & generaliter cōpositū sua forma. Etiā diuersa indiuidua eiusdē speciei: licet sint eiusdē pfectiōis essentialis scdm speciē: non tn̄ scdm numerū: cū nihil idē numero sit in pluribus numero distinctis: saltem cōi lege vt nūc supponit. Secūdū etiā p̄bat quo ad perfectiones extrinsecas: qa multę sunt pfectiones accidētales cōuenientes vni speciei, quę oīno nō cōueniūt suppositis alterius speciei sicut scię tia & virtus: q̄ cōueniūt homini: & nulli spēi inferiori. Nō em̄ appetit naturaliter res aliquā pfectionē sibi impossibilē: eo q̄ naturalis appetit⁹ dirigit ab agēte infallibili. Nō tn̄ dicēdū q̄ nulla perfectio extrinseca eadē specie cōueniat diuersis speciebus. non em̄ oportet concedere oēs cognitiones & amores angelor̄ differētiū specie: differre specie. manifestum est respectu obiecti beatifici. Itē in naturalibus est caliditas eiusdē speciei in ign̄e & aere. Eadē humiditas specie aquę & aeris: licet diuersę intēsionis. Eadē frigiditas aquę, terrę, & lapidis &c. quia vna gn̄atur ab alia gn̄atione vniuoca: & q̄nq; intendit aliā. Et licet eadē pfectio extrinseca specie iueniat in diuersis specie differētibus: nūq; tn̄ eadē pfectio numero inueniat in diuersis numero differētib⁹ quare nec in diuersis specie differētibus ex cā p̄missa. ¶ Tertia conclusio. est aliqd idē numero F finis vltimus obiectiuus & bonū pfectissimū vnitate numerali, quā oēs hoīes pticipare intendūt quadā assimilatione scdm q̄ possunt appetitu naturali. Hęc cōclusio est de mēte phi. ii. de aīa. c. iiii. cū dat cām quare aīalibus datū est generare sibi simile, vt p hoc Deo quē nesciūt, q est quoddā esse sempiternū & ppetuū, & cā finalis oīm rerū, assimilent scdm q̄ possunt. Oīa. n. illud appetūt, & eius causa agūt oia q̄cūq; agūt scdm naturā &c. Probat rōne. illud qđ est oīm optimū, & in cuius qualicūq; assimilatione cōsistit cā pfectiua naturaliter agēti ū, ē finis obiecti uus oīm agēti ū naturaliū. Sed ille est tātū vnus Deus. s. ergo. Maior probat quo ad assimilationē vt supra notabili quarto: quia cuiuscūq; rei pfectio maior vel minor (rei inquā depēdētis) est ex accessu maiori vel minori ad primū indepēdēs: qui accessus nō est nisi quadā vestigiali assimilatione remota. Hanc assimilationē oīa appetitu naturali intendunt: qui cū regit ab agēte infallibili & optimo, non dirigit nisi in optimū & p̄miū oīm a quo oia dependēt in esse fieri & cōseruari. Hic est deus gloriosus. ergo oia naturali appetitu ferūtur in ip̄m. In hoc (vt videt) fundatū est, qđ ratio naturalis dictat: saltē ex quadā equitate, & condignitate: q̄ homo plus tenet diligere summū bonū a quo depēdet, q̄ se ipsum. ¶ Corollariū. Omniū hominū est idē finis vltimus obiectiuus: quēi suo naturali agere intēdūt. Hinc & hoīs ratio semp dēpcatur ad optima. ¶ Quarta cōclusio. Licet diuersor̄ hominū sint diuersi fines vltimi formales: hoc est opatiōes p adipiscēdo fine vltio seu fines quo, & etiā subiectiui numeraliter distincti, oīm tn̄ eorūdē est vnus numero finis vltimus gra cui⁹ obiectiu⁹. Prima ps patet ex notabili tertio. Fines vltimi formales quo, sunt opationes virtuose: & illę sunt alię & alię numero i diuersis hoīb⁹: ergo diuersi fines quo, formales sunt diuersorū hoīm. Et cū hoies dicunt finis subiectiu⁹ hmōi opationis bonę: & illi silr sunt distincti numeraliter: ergo eor̄ fines subiectiui sunt distincti. Secūda ps patet de Deo glorioso: qa oia p̄pter ip̄m sunt: ad sensum tactū, & i ip̄m referunt, vt in cām finalē &c. ¶ Quinta cōclusio. Etsi de diuersis diuersi dubitauerit philosophi, attn̄ oēs hoies beatitudinē appetere appetitu nō solū naturali, sed q̄nq; libero affirmarūt sine hęsitatione singuli. Prima ps est beati Aug. xiii. de Trini. c. iiii. vbi ostendit q̄ licet Academici de singulis dubitauerint: tn̄ Academicus Cicero in Hortēsio, volens dialogū suū incipe ab aliquo certo & indubitato oīb⁹: inqt. Beati oēs esse volumus. Ad idē. j. Cōfess. c. xx. & xxj. lib. xix. c. j. de Ciui. dei. Et lib. iiii. c. xxiii. & alibi in multis opibus suis. Probat conclusio. audito quid nois beatitudo, qđ sonat in gn̄e bonū sibi, seu gaudiū & iucūditatē sine defectu, scdm Augu. pro huius boni adeptione agunt singuli vt bene habeant: bene sint in eo quo delectari maluerint, prout trahet sua quęq; voluptas. Verū in illa cōclusiōe nomē beatitudo accipit large, p rei pfectione in gn̄e. Ad hoc. iiii. de Ciui. c. xxiij. cū inqt nullū optare quippiā p̄pter aliud nisi vt felix fiat. Et infra. Nullus iuenit q se nolit eē felicē. Illatū & sequētiū auctoritatū intellectus habet infra. q. ii. Loquitur em̄ de appetitu naturali nō elicito: vel etiā elicito cōformiter inclinationi naturali. Ad idē beatus Aug. xiii. de Trini. c. v. cū inqt. Oēs hoies volūt eē beati: idq; vnū ardentissimo amore appetūt: & p̄pter hoc cętera q̄ cūq; appetūt. Et. c. vl. eiusdē libri. Beatos se esse velle in corde suo vident oēs, tantaq; est in hac re naturę humanę cōspiratio, vt nō fallat homo qui hoc ex animo suo de aio conijcit alieno. Quo ostendit illam inclinationem esse ex natura speciei. Secus de ijs ad quæ singulus fertur pro sua libidine. In his non sequitur: hic appetit hoc: ergo & idem ille appetit. ¶ Sexta G conclusio. Est quędam beatitudo obiectiua in creata & supernaturalis danda quandoq; homini a Deo in p̄miū pro vię meritis. Hęc cōclusio est fidei: & potest colligi ex diuersis p̄missionibus diuinis in noua lege. Et Gen̄. xv. Ego merces tua magna nimis. Hæc beatitudo est Deus

ipse:trinitas supbñdicta. ¶Septima cõclusio. Est etiã quędã beatitudo creata pficiẽs formaliter hominẽ cui inhęret:quẽq; beatificat. Patet ex notabili.v. ¶Octaua cõclusio. Licet beatitudo formalis siue vię siue patrię non sit simpliciter & essentialiter summũ bonũ amore amicitię diligendũ: veluti beatitudo obiectiua:est tñ dicenda summũ bonũ creatũ:non simpliciter, sed in genere humanarũ perfectionũ, vel actionũ, vl'vię,vl'patrię. Patet ex notatis. ¶Corollariũ. Aliud a Deo potest dici inter creata quędã summũ hominis bonũ. ¶Corollariũ secundũ. Non omnis beatitudo est ꝓpter se formaliter & p̃cise diligibilis aut desiderabilis. Hoc em̃ est solius beatitudinis obiectiuę. ¶Corollariũ tertiũ. Cuius solus Deus sit vltimꝰ finis extra:in quo solo quietatur cõplete beatus,potest tñ opatio aliqua intellectiua dici vltimus finis intra:non in quo,sed quo formaliter quietat & pficit homo beatus. ¶Corollariũ quartũ. Nõ q̃libet beatitudo includit essentialiter oĩe bonũ,sed tm̃ obiectiua. Primũ patet de beatitudine formali & subiectiua: cũ sit creatura vel factura quædã. ¶Corollariũ quintũ. Beatitudo formalis potest dici sufficiẽtia ois boni: qa ipsa comitat ex diuina promissione omne bonũ: vel quia habet obiectũ qđ est eminẽter oẽ bonũ:vel qa imediate cõ iũgit summo bono & sufficiẽtissimo,vt supra.

H ¶Quantum ad articulum tertiũ est dubiũ primũ circa conclusionẽ sextã. An talis modi beatitudinẽ summã esse sit mere creditũ an in lumine naturali cognitũ. Stãtibus ijs quę dicta sunt dist.xliii. veniũt aliqua addẽda. Ad id dubiũ respõdet beatus Aug.xiij.de Trini.c. vlt.&.ix.dicens fidem id ꝓmittere nõ argumentatiõe humana: sed auctoritate diuina. Nec facit in cõtrarium cũ dicit lib.xix.c.j.de Ciuita. loquẽs de beatitudine futura patrię, vt clarescat non tm̃ auctoritate diuina,sed adhibita etiã ratione qualem ꝓpter infideles possumus adhibere.Cuiꝰ ratio est,quia sępenumero cũ ab aliquo nõ acceptatur auctoritas fidei,opportunũ est humanę sapientię verbis vel ratione veritatẽ ostendere:quẽadmodũ & Paulus resurrectionẽ ostendit nõ demõstratiue,sed persuasiue.rationes em̃ eius ꝓcedunt ex creditis.Ita sæpenumero creditoꝝ possibilitas ratione naturali ostenditur a theologis & sanctis:& ex dictis philosophicis veritatem nõ attestantibꝰ,sed explanãtibꝰ intellectũ credite veritatis.Hinc etiã quandoq; post demõstratiões adducũtur auctoritates philosophoꝝ vel aliorꝝ:vt qui demonstrationẽ capere nequeunt nec intelligunt: dent fidem auctoritati propter hoc,quia iudicãt auctorem magnæ sciẽtię & auctoritatis fore. ¶Sed q̃ sit cognitũ in lumine naturali talẽ beatitudinẽ esse,& etiam demõstrabile, sic deduci potest.Nã philosophi antiqui & gentiles:quoꝝ est singula vel p ratiocinem,vel p demõstrationẽ affirmare,hoc asserue rũt & dixerũt:tã quo ad mysteriũ trinitatis psonarum:in cuius clara visione Ioã.xvii.stat vita æterna:q̃ quo ad Christi incarnationem. Probatur de singulis. Ad Ro.j.Paulus inquit. Inuisibilia dei a creatura mũdi p ea quę facta sunt intellecta conspiciũtur : sempiterna quoq; eius virtꝰ & diuinitas,ita vt sint iexcusabiles.Quia cũ cognouissent Deũ &c.Et statim p̃misit.Q đ notum est dei,manifestũ est in illis. Glo. Aug. Non solũ ratio naturalis ad hoc profuit: sed & Deus quotidie adiuuit, ne sola natura sufficere videret.Et ita saltem in lumine naturali hoc cognitũ fuit & cognosci potuit mysteriũ trinitatis.Et item Glo.ibidẽ.Viderũt quo veniẽdum esset &c.& infra.Q đ curiositate inuenerũt p sup biam pdiderũt.Q đ em̃ Deus dederat gratis,tulit ingratitudo. Ambro.idẽ habet ibidẽ. Sapiẽtię.xiij. A magnitudine creaturę & speciei &c. Et Aug.in expositione Epl̃ę ad Romanos allegando textũ Sapiẽtię vt supra, ait. Sapiẽtes gẽtiũ q̃ inuenerũt creatorẽ: manifeste idẽ Aplus Atheniẽsibus loquẽs ostẽdit &c.xv.de Trinitate.c.iiij.quomõ.s.ois creatura nos circũstans clamitat se habere conditorẽ optimũ:& Deũ eẽ &c. ostẽdit. Lib.vij.Confess.c.ix.dicit se legisse in libris Platonicis e græco i latinũ traductis Euãgeliũ Ioãnis,nõ qdẽ sub eisdẽ verbis:vt nostra habet translatio:sed consimilibus idipm̃ clare ostẽdẽtibus: ab illo cõtextu. In principio erat verbũ.vsq; ibi. Et tenebrę eã nõ comp̃hẽderũt. & vltra,adiunctis quibusdã aliis. Q đ euãgeliũ vt refert lib.x.de Ciuita.c.xxix. quidam Platonicus (sicut se audisse refert a Sctõ Simpliciano Mediolañ. epõ) scribẽdum dixit literis aureis,& p totũ mundũ trãsmittẽdũ. Idẽ Aug.x. de Ciui.c.j.ostẽdit claris verbis,Platonicos sensisse itellectualẽ animã beatã esse nõ posse:nisi participato lumine illius Dei:a quo & ipsa & mũdus factus est. Ad idẽ.c.ij.vbi ostẽdit non aliũde esse beatos hoies & angelos. & allegat illud Ioã.j.Nõ erat ille lux &c.Trimegistus de sapiẽtia & potestate Dei plura loquit. De vnico Deo a quo oĩa dependẽt, quẽ & Deũ patrẽ nominat & mentẽ, mentis vero germen lucens,Dei filiũ, intelligitur principiũ lib. Et statim post hoc. Mens quidem opifex vna cum verbo circulos continens &c.Et q̃ ab eo omnia dependent ostendit. Estq; mens illa collatiua vitæ iustis, virtuosis, sanctis, puris,&c. & dux eorum qui sibi coniũgi volunt. Et infra in Sermone



q̃ Deus latens est & patens,dicit. In te omnia, absteoia : prębes omnia. Et infra multa ponit Deo propria:& vt videtur satis clare psonarum trinitatem & vnũ Deum insinuat in processu libri.Itẽ cõiter allegatur in de Verbo æterno.Monas monadem gignit:& ise suũ reflectit ardorẽ. Quę verba in priori libello nõ comperi:sed pleraq; similia. Philosophus Platonicꝰ posuit patrem,& Deum filiũ,quẽ appellat mentẽ paternã: & horum mediũ, vt refert Aug.x.de Ciui. dei c.xxvi.&.xxix.vbi dicit. Videtis vtcũq; (etsi de longinquo: etsi acie caligante) patriã in qua manẽdum est: sed viam qua eundum est nõ tenetis.Item in prefato libro Trimeg. in.§.seu capite Mercurij trimegisti clauis ad Tatiũ,dicit. Deus,& pater,& bonũ eãdem naturã:immo eũdẽ actũ habẽt.Et infra.Quid est Deus, & pater, & bonũ,nisi ipm̃ esse hoꝝ oĩm nõdũ existẽtiũ: immo omniũ iã existentium? Et iterũ. Deus & pater & bonũ,nec lingua pronũciatur, nec percipitur auribus &c.per quę nt fallor personarũ trinitatẽ indicat,& vtrũq; significat. Rich.in suo de Trinitate dicit.Credo sine dubio q̃ ad quãcũq; explanationẽ veritatis nõ modo ꝓbabilia sed etiã necessaria argumẽta nõ desunt. Ita refert em̃.S.Tho.prima pte sum.q.xxxij.ar.j.subiũgens:q̃ quidam ad probandã trinitatem psonarum induxerunt rationẽ ex infinitate bonitatis diuinę,quæ seipsam infinite cõicat in psonarũ processione.Quidã per hoc,quia nullius boni sine consortio põt esse iucunda possessio. Aug. vero p mentẽ,verbũ,& amorẽ,seu p mentẽ notitiã sui & amorẽ.vnde sunt amãs amatũ & amor in lib.ix.&.x.&.xj.&c.de Trinitate.& lib.xv.c. iiij.ad idẽ.&.c.iij. Ergo potest in lumine naturali cognosci & indagari beatitudo vera & mysterium trinitatis personarũ.Ratio naturalis initiatur ꝓbabilibus rationibꝰ:& nõnũq̃ solũ demõstratiuis: ergo vt videt illi philosophi ratione naturali illa theologalia adinuenerũt &c. Hinc Rich.palam dicit se velle non modo ꝓbabiles, sed etiam demõstratiuas rationes adducere. De mysterio incarnationis Verbi idẽ videtur. Et primũ occulte ex quibusdã prius tactis de Euãgelio Ioã. qđ pro ꝓte apud Platonicos habitũ est vt supra ante sui editionẽ Euangelicam. Ad hoc videnẽ esse quędã visiones Astrologoꝝ.q scribunt de visione signi Virginis in Zodiaco tenentis puerũ in manibus &c. ¶Ad illa dicendum. Plures reperiũtur modi quibꝰ conijci potest verisimilis coniectura vnde primum emanauerũt originaliter & initiatiue, pleraq; veritates theologicę quę legũtur & cõperiũtur apud Philosophos & Poetas fidem ignorãtes catholicã, siue de Trinitatis mysterio beatitudinis I

ꝓmio:siue de alijs qbuscũq; veritatibꝰ ortho doxis.Primus modus potest esse: quia fere oẽs philosophi gentiũ fuere tẽpore posteriores prophetis: & omnes eos anteceſſit tẽpore Moyses scđm Aug.xviii.de Ciuit.c.xxxvii. Et ita vt ꝓsumit qualicũq; spolio Hebręorũ qbꝰ credita fuere eloquia Dei huiusmodi theologalia dicerũt,& eoꝝ scripta prout eis videbat trãsformarũt &c. Hinc ait vt supra Aug.post Eusebiũ in de ꝓparatione Euãgelica lib.x.c.ii. Tẽpore nostroꝝ prophetarum nõdũ fuerũt philosophi gentium.Hoc em̃ nomen a Pythagora initium habuit: qui primũ viguit iam soluta ludęorũ captiuitate,& vt Beda notat, fuit tpe Cãbysis: anno.cclxiii.post euersionem Hierusalem: vt dicitur in Cõment. super Aug. vt supra.De alijs philosophis etiã prosequit Aug. qñ floruerũt & ostendit fere oẽs post nostrum Moysen tpe veniſſe.Itẽ oẽs venerunt tpe post Adam & post diluuiũ.Et creditur q̃ multum fuerit a Deo eruditus veluti pater humani generis in omni sciẽtia quãtum ad bona naturę & gratię : quia nunq̃ reliquit hominẽ Deus sine necessarijs ad salutẽ. Et quia vidit posteritatem suã ex peccato magnam incurriſſe ignorãtiam,studuit succurrere eidem: eã fideliter erudiendo & docendo in necessarijs ad Dei cultum. Hinc ꝓsumitur q̃ quidã literis tradiderũt de omnibꝰ ad humanũ cõuictum & Dei cultũ necessarijs:vel saltem q̃ pleraq; catholicas doctrinas ad Dei cultũ ptinẽtes reuelauerunt quasi hęreditaria successione suis successoribus verbo solũ,& non p literas. quæ a quibusdã dicitur sciẽtia receptionis: qa de ore alterius successiue quasi hęreditario iure recipitur:aut ordinaria reuelatione de vno in alterum transfunditur,scđm Diony.de eccles.Hierar.c.j. & Epl̃a.ix.ad Titum.Berosus lib.iii.scribit de Noe: q̃ multa scripserit secreta de naturalibus, quę manifestare noluit nisi maioribus: & rituales libros:solis sacerdotibus cõicandos. Dionysius Epl̃a.ix.duplicẽ ponit theologiam,& theologiæ traditionẽ,scilicet mysticã & significatiuam,quę arcana ac mystica traditione dat: Sapientię studiosam ac demonstratiuã,quę manifesta traditione propalatur: dicẽs ibidem & alibi,q̃ sacra mysteria non tradebantur nec exponebantur nisi sacerdotibus & maioribus. Sic forte posset dici Adam & cęteros pleraq; theologica tradidisse, siue p reuelationem siue modo alio: & ea ipsa a sapientibus fuisse obscure(sub improprietate sermonis:qa rẽ non intellexerũt) scripta:& p tẽpoꝝ decursus ab vno ad alterũ venisse : accedente nonnunq̃ ingenio humano, vel pro ostentatione , vel rei admiratione q̃ stupenda . Sic de Abraham qui tres vidit:

Universidad de Deusto
Biblioteca



vnū adorauit. Gen. xviii. Sic de Isaac & Iacob qui nimirum & ipsi prophetę fuerunt, & verbo ac factis prophetarunt de Deo, & pleraq; theologica reliquerunt dogmata, p diuini cultus institutione & futurorum prefignatione. Ad hoc Gen. c. xxviii. de visione Iacob, qui vidit scalam erectam vsq; in cęlum &c. qua visione, vt habet Lyra, cognouit & puram trinitatem, & verbi incarnationem, ac totius humanæ salutis dispēsationē &c. quæ vtiq; & cæteris dei cultoribus indicauit. ¶ Si dicit: quare talismodi scripta antiqua si habent nō recipiunt i auctoritatē: Dicit Aug. 18. de ciuit. dei. c. 38. q; i causa ē nimia vetustas & antiquitas, quæ ea iure fecit suspecta: ne falsa pro veris recipiantur: dū forte versipellis diabolus per suos ecclesię icognitos & de hęresi suspectos aliquid fermenti immiscuit: vel ne cōtingat eos; auctores inaniter gloriari cōtra ecclesiā, q̄si sua collegerit dicta. Hinc & in canone Biblię quidā libri legūtur ad eruditionē, licet non recipiant in auctoritatē, scdm beatū Hieronymū in Prolo. Galeato, & sup lib. Salomonis. s. Iudith, Tobias, lib. Macchab. Sapiētię, Ecclesiasticus. Hi etiam scdm eū nō recipiūtur inter canonicas scripturas, cū eo; auctores ignorētur, sed legendi sunt ad ædificationē. Cuius cōtrariū tenet Aug. ij. de Doct. Christia. qui eos ponit in Canone: forte tpe beati Hieronymi nōdū erant recepti in ecclesia orientali &c. Ecclesia vero eam maturitatē tenet, q; nō facile recipit in canonē libros pariter & auctoritatem, quos pleriq; in suo sensu abūdantes, & qđ volūt facile credētes, dicūt esse huius vel illius. Non autem in hoc dantur ludibrio & cōtēptui viri sancti qui talia ediderunt: sed quia nescitur quo; sint, dimittūtur tanq̄ apocripha: & quandoq; de falso suspecta. Nec mirū videri debet q; huiusmodi antiquissima, quādoq; dimittūtur: quandoquidē in historia Regū Iudæ & Israel, quę res gestas continet: cōmemorantur plurima quæ ibi non explicantur: & in libris alijs inueniri dicuntur: quos Prophetę scripserunt: & nō nunq̄ illorum prophetarum nomina nō tacētur & tñ ecclesia tales nō recipit in Canonē. Patet. j. Paral. xxix. Item. ii. Paral. ix. xiij. xx. & xxxiij. Forte ideo, qa illuminata spiritu sancto quo regitur, cognouit eos aliqua scripsisse spiritu sancti reuelatione: aliqua historice solum ingenio humano: aut quia aliquid nō magni precij continebant facile refutandum, & de cuius veritate dubitari potest: aut non vsquequaq; fidei proficuū: aut de falsitate suspectum propter auctoris ignorantiam. Ita in ꝓposito suo mō potest dici de veritatib⁹ Theologicis, q; antiqores aliqua tradiderunt, quę a plebeis proiecta sapientiores mūdi collegerūt, & discēdi cupidine vel curiositate ducti defecerunt scrutantes scrutinio, adiuti sæpenumero diuina reuelatione. Hinc. ii. de Ciui. dei. c. vii. ait Aug. Quidam eorum (scilicet philosophoꝝ) magna inuenerūt adiuti diuinitus. Quātū autem humanitus impediti sunt, errauerunt. ¶ Secūdus modus pōt esse qa philosophi magnā fecerūt diligētiā terras peragrādo pro acquisitione sciētię amore philosophādi. Sic teste Eusebio lib. x. c. ii. Democritus octoginta annis abfuit a natali solo amore sciētię, nec a quoq̄ in demōstratione linearū superari potuit &c. Sīr de alijs ibi habet. Ad idē Hieronymus in Prol. Biblię. Et qa i populo Israel pleriq; euaserūt famatissimi, & q̄si diuinit⁹ edocti & illustrati & maxime theologus Moyses p quē data fuit lex populo Israelitico: est, pbabile plerosq; se eis coniūxisse, & eoꝝ libros legales conspexisse: aut diuinas reuelationes in vmbra & figuris didicisse ab eis. Et vt pleriq; volūt p̄sertim in Hebręo sermone & idiomate Hebręorū: in literarū cōbinatiōe &c. pleraq; mysteria capere potērāt quę nostrum idioma nō habet. Scio me vidisse Hebręum baptizatū doctum valde, q dicere solebat iā regeneratus & in fide instructus se oīa mysteria fidei de trinitate psonarū posse palā ostendere ex verbis Moysi in Hebręo idiomate cum dicit. In principio creauit Deus cęlū & terrā. Et vt maturior euasit i fide idip̄m de virginis Marię castitate & virginitate ꝑpetua indicauit & ostendit (vt ipse loquebat) ex propria significatiōe vocabuloꝝ scdm Hebręā veritatē. Hic nō mirū si & philosophi tūc tpis illa didicerunt ab eis, ducti curiositate sciendi vel causa alia. Tunc em̄ Hebręoꝝ literę nōdum fuere corruptę, sed integrę. Nec valet hic allegare inuentionē Aegyptioꝝ, dicētium suā sapiētiā plusq̄ cētum annoꝝ milia stetisse. Hoc em̄ falsum esse ostendit clarissime Augusti. vt supra. c. xl. lib. xviii. de ciui. dei. Et dato q; Aegyptij aliquas nouerunt literas, priusq̄ Isis Inachi filia fuisse proditur: quę vt dicit ibidē in Cōmētarijs, fuit filia primi Regis Argiuoꝝ: qui scdm Euse. c. iii. vt supra. 150. annis venit post Moysen, & scdm Augusti. regnare cœpit. lx. anno ætatis Isaac, & Isis. xl. anno ætatis Iacob venit in Aegyptum, ante quā literę nō fuerunt apud Aegyptios nisi Astronomia & Mathematica, et si quid talium disciplinarū est valentiū solum ad ingenij exercitiū, nō ad sapientię intellectū. Isis vero Aegyptios edocuit. Et si Grecia prius habuit sapientes q̄ philosophos, vt doceri potest etiam ex lib. x. Euseb. c. ij. vt supra: attamē maxima fuit tunc bonarum disciplinarum penuria in Græcia: donec Pythagoras qui a



Barbaris didicit, Grecis cōmunicauit: sed tamē post Abrahā, Isaac, & Iacob & Ioseph: nimirū etiā post Moysen. Et nulli dubium quin Abraham plurimū studuit diuinū extollere cultum & visionē quā habuit & intellexit cæteris exposuit: sic q; populum in fide trinitatis vtcūq; erudiuit. Sic de visiōe Iacob quā habuit: vt supra Gen. xxviii. Iuxta tēpora Moysi fuit Trimegistus Mercurius: scdm Aug. vt supra. ca. xxxix. Q; autē dicitur Moysen fuisse eruditum omni sapientia Aegyptiorū. Actuum. vij. argumentū est ante Moysen, fuisse nōnullam doctrinā q̄ sapientia Aegyptiorū dicta fuit, nō quidem in Grecia: sed in Barbaris gentibus sicut in Aegypto. Hic Euseb⁹ ostēdit nō solū philosophicas doctrinas: sed omnia inuenta hominum humanę vitę vtilia a Barbaris Grecos accepisse. Et ex hoc Origen. homil. ij. sup Genesim, dicit suos magistros veteres maiores, & hebraicarū traditionū gnaros dixisse q; Moyses p cubitos quibus dimensus est arcam, posuit cubitos geometricos quorum vnus valet sex vsuales de nostris vt sic pateat quantitas spatij pro reseruandis tot animalib⁹ & esculentis eorūdē. Fuit em̄ gnarus sapientię Aegyptiorum, mathematicę scilicet. Posuit itaq; scdm artem geometricā: quā præcipue callēt Aegyptij scdm Orige. interprete Sācto Hieronymo. Et Iosephus in antiquitatib⁹ ca. xvj. lib. j. dicit Abrahā Aegyptijs arithmeticā primum tradidisse. Verum hæc sapientia Aegyptioꝝ non fuit pietatis: vt dictum est: sed astronomiæ, astrologiæ, musicæ, geometriæ &c. Attamē Moyses cōstituit in ꝑplo dei qui docēdis literis pręessent ante dationē literarum legis diuinæ: qui scdm August. ca. xxxix. vt supra dici possunt literarum introductiōes vel inductores: forte sicuti nūc habet ecclesia ludimagistros & pędagogos. Nulla igitur gēs de antiquitate sapientię super patriarchas & prophetas nostros, in quibus vere fuit sapientia dei, se inaniter iactet: quādo nec Aegyptus comperitur nostros theologos ꝑcessisse doctrinarū suarū antiquitate: quia nō p̄nt gloriari de magnis sciētijs donec eis ꝑfuit literario studio Isis filia Inachi. Clare oñdit Euseb⁹: vbi supra, ab Hebręis Græcos literis accepisse: & literas ab Hebręis inuentas. Et ibi plura qs quā fuerit artē vel disciplinam, contra superbiā Grecorum. Item q; Moyses fuit mille quingentis annis ante Grecorum philosophos. Hic plurima ex eo furati suo more potuerūt. c. iij. Q̄d ibi latissime deducit: & q; omnis philosophia græcorum & maxime Platonica multo posterior fuit Moyse. Item in lib. xj. & xij. clare docet Eusebius Platonem multa ab Hebręis recepisse, scilicet de mundi creatione, mortuorum resurrectione, animę immortalitate, mūdi mutatiōe &c. ¶ Tertius modus est: quia indubitatum habetur & gentiles habuisse pleraq; reuelationes speciales: sicut legit de quibusdā Sibyllis. c. xxiij. vt supra, lib. xviij. de ciui. dei. & c. xlvij. Et si fœmellę, a fortiori, vt videtur, viri qui abstinētissime vixerunt: & lōge amplio⁹ Iudęi qui inter se fuere diuisi. Vna pars Iudęorū legē sectabatur ad literam. Alia maiore philosophia firmata altius atq; subtilio⁹ oīa speculabatur, qui & Iudęorū philosophi esse putabant scdm Eusebiū. lib. viij. c. iiij. Horū disciplinam oñes qui nouerunt admirati sunt. Iosephus vero atq; Philo, eorūdem vitā cōscripserūt: & p̄sertim ex Philone Eusebius colligit vitam laudatissimā Esseorū. i. sanctorum, & alijs vbi supra. Orator Ambro. de therapeutis seu monachis loquēs, q & cultores dicūt ex philone de vita cōtemplatiua, eorū vitam latissime tangit in cōmentis epl̄ę. j. Dionysij: dicens eos potissimū esse i Aegypto. Ab ortu solis ad occasum totū id temporis interuallum in suorum studiorū exercitationibus cōsumūt, quibus ad diuinā philosophiā per sacras literas, pfundius imbuunt. Patrum leges ad allegoricā quandam intelligētiā deducūt: formas & imagines quasdam dicētes esse ea quæ in lege scripta sunt: sed latentis introrsus & profundi cuiusdam diuiniq; mysterij. Et legem ij viri corporeo animali cōparant: q; litera vt corpus sit: aia vt spiritalis quidā & inuisibilis sensus in litera occultus &c. Ad idē. c. vj. ecclesię. Hierar. Dionysius. Hotū nūerus scdm eum fuit in Aegypto: & in Alexādria. Hi nimirum diuinitus illustrari meruerūt in suo studio literario tam deuoto. Quando vero horū fuerit initium nescio. Ad idem Aug. xviij. de ciuita. c. xlvij. Quisquis alienigena. i. nō ex Israel progenitus: nec ab illo populo in canonē sacrarum literarū receptus, legitur aliquid prophetasse de Christo: si i notitiā nostram venerit, ad cumulū a nobis cōparari potest: nō q; necessarius sit etiam si desit: sed quia nō incongrue creditur fuisse & in alijs gētibus homines quibus hoc mysterium reuelatū est: & qui hoc etiam p̄dicere impulsi sunt siue participes eiusdē gręfuerūt: siue expertes: sed per malos angelos docti sunt &c. Et ifra. Nihil est firmi⁹ ad cōuincēdum quoslibet alienigenas q̄ si in mediū proferant q̄ in alienorum scripta sunt codicib⁹ Ideo nō dubium quin dñs de⁹ in fidei nostrę firmamētum pleraq; veritates expressit p infideles: vt ex suis dictis eos conuincat: & veritas vndiq; nobis claresçat fidei. Ex his colligi potest esse probabile dictu q; Philosophi & sapiētes quicqd de deo dixerunt, a dei cultoribus (q

se tēpore p̄cesserūt) patribus scilicet patriarchis aut prophetis habuerūt: aut curiositate ducti, & superbia tumidi, q̄ apud theologos cōpererunt, & non sane intellexerūt, nec intelligere potuerūt multifariam multisq; modis transformarunt: & sub alio & alio verborum contextu expresserūt: vt vel sic rei tantę quā non intellexerunt videātur auctores: aut a dęmone edocti euaserūt pro deceptione simplicium: aut quia aliqui veritatis auidi volebant pro posse viam salutis non ignorare, faciēdo qđ i se est sunt a deo in necessarijs ad salutem adiuti & illuminati prout capere poterant. Et ideo naturali ingenio hæc dicta theologica non adinuenerūt nec itellexerūt: sed ignotam veritatem, vt asina Balaam prolocuti sunt. Non ergo talismodi fidei mysteria in lumine naturali cognouerunt euidēter & demonstratiue: sed erant eis dubitabilia & credita accedente speciali dei gratia. ¶ Nunc ad rationes cōceditur q̄ sicut philosophi nō sunt prophetę ita eorum dicta non cogunt, nisi inquantum ratio demōstratiua vel probabilis conuincit. Cōstat autem eos multa dixisse quę non demōstrāt nec euidēter probant: sed solum persuasiue. Ad dictum Pauli & Augustini: Dicendū cū Paulo Quia deus vult omēs homines saluos fieri, voluntate antecedēte, & i hac nemini fuit impedimēto actiue: sed forte permissiue: ideo credendū est deum neminē vnq̄ reliquisse i necessarijs ad salutem, & per consequēs a deo illuminatum esse qui qđ in se fuit fecit pro veritatis cognitione. Dedit autem philosophis naturalia q̄abundanter, legē denicq; viuendi scđm rationem rectam cōcreauit, hominem ad dei imaginē condidit: ita q̄ ratione p̄ditus in sese magnum cōperire potest vestigium cognitiōis diuinę. Tēporum successu a mundi principio dei cultores esse voluit & ꝓphetas, primus fuit Adā. Enoch septimus ab Adā prophetauit teste Iuda in canonica sua, de futuro iudicio. Abrahā, Isaac, & Iacob, & prophetę plurimi deū cognitum latria coluerunt &c. Legem dedit scriptam p Moysen populo Iudaico nō in occulto tenēdam. Et licet Hebręo sermone scripta fuerit, attamē qa Plato fuit acerrimi studij, sicut Aegyptias: ita & Hebręas literas per interpretē didicit: vt saltem colloquendo quid cōtinerent quantum capere potuisset addiscceret. viij. de ciui. dei. c. xj. Ad hoc facit principiū in Timęo cōsonās libro Gene. Immo Augst. asserit Platonē non fuisse expertem librorū Moysi. Est verisimile q̄ Apostolus Roma. j. loquit de philosophis qui fuerūt circa & post prophetarū tēpora cū iam dei cultus innotuit mundo: & ita non latuit aut potuit nō latere philosophos qui auiditate sciēdi indubie scrutati sunt de his reb⁹ quid cōtineāt &c. & ita habuerūt ignorantiā crassam & non excusabilē. Esto deniq; q̄ aliqua iuuamina ratiōis & diuinę illustrationis habuerunt: non tñ euidētē notitiā: sed credulitatem fulcitam ratione naturali. Ad hoc Paulus. j. Corinth. ij. Sermo meus & p̄dicatio mea nō in psuasibilib⁹ humanę sapientię verbis: sed in ostēsione spirit⁹ & virtutis: vt fides vestra nō sit in sapientia hoīm: sed in virtute dei. & infra. Sapientiā loquimur nō huius seculi neq; principū hui⁹ seculi qui destruunt: sed loquimur Dei sapiētiā i mysterio absconditā &c. quā nemo principū huius seculi cognouit. Glos. i. dęmonū vel philosophorū vel doctorum in lege. Ecce patens apostoli testimonium q̄ philosophi diuinas veritates in lumine naturali nō cognouerūt: tametsi ratiōe adiuti fuere ad passibilitatis cognitionē. Potuerūt. n. ratiōe naturali dicere cū Augu. xv. de trini. ca. iiij. esse quoddā ens primum primitate causalitatis vel eminētię: vt ostendūt doc. dist. ij. primi Sentēt. Non em̄ est ꝓcessus in infinitū in efficiētib⁹ & finibus: sed statur ad aliquod primū, & ita naturali ratiōe dat̄ cognoscere q̄ est aliqđ prius & p̄fectius: quo nihil est prius nec pfecti⁹: quia nō est processus in infinitū. & sic potuerūt deum esse scire ex puris naturalibus. Si autem idem nomen de⁹ sumit pro ente optimo & nobilissimo cū cęteris conditionibus: quas fides deo trino & vni &c. attribuit: nō fuit eis euidēter notū, nec ex puris naturalib⁹ scire potuerūt. ¶ Nō videt negandū, quin rem illā quæ est bonū summum cognouerunt sub cōceptu aliquo cōi, aut conceptu ꝓprio impositio per eos dū causam primam & primū motorē cognouerūt: & sic de similibus p̄dicatis quę attribuerūt causę primę: sed nescierūt si causa prima sit tale bonū: de quo Christiani loquunt: & cui tales & tales attribuūt cōditiones. Rē ergo summā cognouerunt philosophi ex puris naturalib⁹: sed nō cognouerūt summū bonū ex puris naturalib⁹: quia nō sub ratiōe tali, appellatiōe ratiōis quā multi nō attēdūt, sicut ponit̄ casus. Venit Ioānes quē nosco, sed nescio eū nūc venire: tūc illa ē mihi nota euidēter, Ioā nē cognosco, & cognosco Ioannē: & nō sic illa: cognosco veniētē: vel venientē cognosco. Sola em̄ variatio terminorū ꝓ eodē supponētiū facit aliquā ꝓpositionē ignotā alicui qui nescit q̄ ꝓ eodē supponunt. Sic philosophi nescientes terminos diuersos dicere eādē rē i ꝓposito cōcederēt vnā: negarent aliā. Sic non est absonū dicere trinitatē psonarū cognouerunt philosophi: seu rē q̄ē tres psone, arguēdo expositorie. Hāc causā primā & finē finiū &c. cognouerūt philosophi ex puris naturalib⁹: & hæc causa prima est essen



tialiter tres psonę i diuinis. ergo tres psonas in diuinis cognouerūt philosophi ex puris naturalib⁹. Nō tñ cōcessissent minorē: quia nescierūt terminos ꝓ eodē supponere. Itē cōcessissent illā Deus est inuincibilis, incorruptibilis, ętern⁹: & non illā, psona diuina est ętema immortalis &c. Nā ad cognitionē primę sufficiunt creaturæ: ad cognitionē secūdę requirit notitia distincta deitatis si debet esse euidēs: quę nō habet pro statu vię. Caute ergo vidēdū quō doct. suos loquēdi modos voluit intelligi: & scđm hoc tēpereť rñsio. ¶ Si dicit: ē de iure naturali diligere deū: qđ autē p̄cipitur iure naturali, philosophi itellexerūt: Dicendū: aliquid p̄cipitur de iure naturali dupl̄r. s. ꝓprie dicto & expresse: vt Q đ tibi non vis fieri alteri ne feceris. Alio mō latēter & quasi virtualiter i antecedēte: & hoc dupliciter: quia quādoq; aliqd sequit solū ex creditis vel opinatis: & sic stāte legis diuinę p̄ceptione, ista potest dici de iure naturali. Summū bonū est summe diligendū. est em̄ de lege diuina: & p cōsequens etiā de iure naturali. Hinc p̄fata ꝓpositio potest exponi dupliciter. vel sic: dignū & iustū est summū bonū sup omnia diligi: & sic nō est necessaria simpl̄r, sed certo modo: vt quidā loquuntur. vel sic: est obligatoriū & irreuocabilis p̄cepti: & sic est contingēs scđm aliquos: & potest circa eā fieri deobligatio ne p̄ceptum liget. Et sic illa nō est euidens: deus est sup omnia diligēdus: sed est p̄cepti & crediti. Et quę sic inferunt̄, sunt ꝓbabilia & cōgrua: vtputa cōtēta i euāgelio. Hoc. n. est euidēs q̄ homo tenet deū plus diligere seipso. Quādoq; aliquid euidēter sequit̄ ex simpl̄r necessarijs q̄ sunt stricte de iure naturali: & talia nō ignorarūt phi: saltē in antecedente & virtualiter & ita diligere deū non videtur esse de iure naturali: quia est creditū deū esse: sumēdo nomen de⁹ vt christiani eo vtunt̄. nisi illa ꝓpositio exponitur negatiue. Nō. n. est odiēdū qđ est summe bonū & in se & alteri dās cūctis esse & viuere. Sicut em̄ nunq̄ qs carnē suā odio habuit: sed fouet eā &c. inclinatiōe naturali: ita nec odit id sine quo esse & viuere nō p̄t. odiēdo em̄ antecedēs odit cōsequēs scitū esse tale: & ita nollet seipsum viuere. De hoc supra in cōclusione. iij. Si autē nōnūq̄ ex causa deus hos vel illos specialiter illuminauit & veritatē eis reuelauit ꝓpter eoꝝ meritū: de cōgruo solū: & qualēcunq; sciendi affectū bonū ipse nouit vtiq; facere potuit. Videamus in ecclesia dei q̄ magnifico quidā euaserūt p̄diti ingenio. Sumamus beatū Augustinū & filiū ei⁹ Adeodatū puerū (vt ipse loquit̄) mire ingeniosū cū quo disputauit librū de magistro &c. Ex illo facile p̄t respōderi ad Glos. Nō em̄ vult Aug. q̄ sola natura ad hoc posset sufficere. Sumit etiā nomē creatorē large pro causa prima: quia illa nō est euidēs ꝓ principia naturę, res creabilis est. Nō est em̄ euidēs subiectū, p aliquo supponere. Ad illud de euāgelio Ioānis, euidēter ñderi nō p̄t: quia nescit̄ si Plato p verbū intellexit nō filiū in diuinis: sed rationē idealē. Attamen quicquid sit de illo, sequēdo beatū Augu. in lib. iiij. de trini. c. xvj. & xvij. possumus colligere multiplicem viā qua hoies possunt nosse aliqua futura, sc̄z vel in arce diuina, cū quidā sic illuminant̄ a deo specialiter: vt futura sciāt & p̄dicāt, & hoc fuit ꝓphetarū per quos spūs sanctus locutus est. ij. Pet. j. Vel experimēto p̄teritorū. sic medici ex p̄teritis certiores effecti quędā p̄dicere possunt & literis tradere: sic agricolę: sic nautę & hmōi experimētatores & cęteri ex tunc instātibus causis effectus futuros p̄dicere p̄nt. Vel ex alterius denūciatione. &. c. viij. de diuinatiōe dæmonū, fiunt tales reuelatiōes p dęmones qui id audierūt a ꝓphetis vel angelis: & reuelāt suis cultorib⁹ supbis. Scđm eūdē sic de⁹ pleraq; reuelat sanctis angelis p verbū suū q̄ ipsi hoīb⁹ & hoies alterutrū denūciant vt veniāt in lucē & notitiā: & possibile est ea ipsa potestates aereas audire cū reuelant̄ homini deo id volēte vel p̄mittēte. Qui cōsequēter supbię spiritu iflati, & humanę salutis inimici idipsum hoībus dixerit. Hoc posset etiā intelligi de sciētia receptiōis vl̄ reuelatiōis alteri⁹ ad alterū, si saltē aliquid veritatis cōtinet. Dum em̄ fiunt hmōi reuelatiōes mysteriorū, possunt idip̄m dæmones capere & audire, & post alijs denūciare. Hinc ait ca. xvij. Potestates aereę supbę atq; fallaces etiā si quędā de societate & ciuitate sanctorum: & de vero mediatore a sanctis & ꝓphetis vl̄ angelis audita p suos vates dixisse reperiunt̄: id egerūt vt p hęc aliena vera etiā fideles dei si possent ad sua falsa traducerent. Notēt hæc Augu. verba qui nostrā floccipēdūt theologiā elimatā & purā & veram phīam moralem: ne aliena adamando & veritatem apud exteros Christi inimicos q̄rītādo, labant̄ i barathrū errorū decepti dulcedine verborū & eloquētię suauitate &c. Sequit̄ in Augst. De⁹ autē id p nescientes egit: vt veritas vndiq; resonaret fidelib⁹ in adiutoriū, impijs i testimoniū. Ex quo dicto accipere videnť aliqui argumentū Francisci Maro. sup Augst. iiij. de trinita. c. xvij. q̄ carmina Sibyllarū & dicta phōrū: quibus explicabant ea q̄ sunt fidei christianę: fuerūt a dęmonib⁹ reuelata. Sec⁹ tenet Aug. de Sibylla Erythręa. lib. xviij. de ciui. ca. xxiij. Vbi eā cōputat in numero eorū qui sunt de ciuitate dei. Et p illā Augst. solutionē facile dici posset ad pleraq; superius allegata. Ad qđ facit cū inquit ante nunc allegatā sentētiā: q̄ mul

Universidad de Deusto
Biblioteca



ta ꝑdicunt instinctu quodã & impulsu spiritus nescientiũ: sicut Caiphas nesciuit quid dixit: sed cũ esset anni pontifex ꝓphetauit. Ioã. xj. quia em pontificalis in eo fuit dignitas, spũs sanct⁹ organo ei⁹ cũ esset malus bene vsus est: licet ne sciret quid diceret. Hic cõcludit. c. xvj. Nõ sunt cõsulẽdi philosophi de successionib⁹ seculorũ & resurrectiõe mortuorũ: qui creatoris ẽternitatẽ excelsam deniq; ac incõuincibilẽ substãtiã quã tũ potuerũt itellexerũt p ea q̃ facta sunt. ¶ Corollarie sequit. Etsi phi deũ eẽ cognouerũt itellectu & lumine naturali: nõ tñ p hoc cognouerunt eũ ip̃m esse ꝑmium obiectiuũ beatificũ vel causã effectiuã resurrectiõis mortuor; &c. ¶ Ad rationes & dicta Richar. põt i genere dici. Aliqd dr necessariũ dupl'r. s. simpl'r, & ex suppositiõe. Ex suppositiõe: vbi stãt⁹ quibusdã positiõib⁹ & fundamẽtis tanq̃ basib⁹, aliqd ex hoc iferr tãq̃ necessariũ stãte illo supposito. Sic qdã dicũt esse disputationẽ ad positionẽ. & sic Richar. adduxit ratiões necessarias fideli & credẽti: sed nõ simpl'r necessarias. Plurimũ facit ad ꝓpositum Aug. de diuinatiõe dęmonũ p totũ. Itẽ ratiões q̃ valde psuadẽt, trahũt, & alliciũt, qñq; dicũt necessarię, sicut aliqd valde difficile ipossibile solet dici nõnunq̃. Sic possunt multa i theologia suppositis quibusdã tãq̃ firmissimis fundamẽtis fidei, quasi necessaria ostẽdi coassumptis aliquib⁹ cognitis in lumine naturali. Assentire videt. S. Tho. pte. j. q. xxxij. ar. j. cũ dicit. Ad aliquãrem inducit ratio dupl'r. Vno modo ad ꝓbãdũ sufficiẽter aliquã radicẽ. sic ꝓbat' in phia cælũ moueri circulariter & continuo a priori: q; mot⁹ cęli est regularis. Alio mõ ꝓbat' aliqd cõuenire & cõgruere iã posito radici: vt cũ in astrologia ponit' ratio eccẽtricorũ & epicyclorũ ex hoc q; hac positiõe facta possunt saluari apparentia sensibilia circa motus cęlestes, nõ tñ hæc ratio est sufficienter ꝓbãs eccẽtricos & Epicyclos: sed etiam alia positiõe facta saluari posset. Sic sępe numero patres ita psuadẽt aliquid quasi demõstrare possint. Et ratiões valde cogẽtes aut apparẽtes dñr necessarię extẽso vocabulo seu secũdũ quid, q̃ omnino cogũt stãte tali vel tali positione &c. ¶ Ad Trimegistum cõsidr potest dici aliquo ꝑdictorũ modorũ, hoc saluo q; indubie psonarũ ꝓpria attingere nõ potuit ratiõe & lumine naturali. & quis nouit quid p sua intellexerit vocabula De⁹ pater? bonũ ꝑsumẽdũ est de vitæ sue honestate & studij auiditate: sic q; vtcũq; illuminatus euaserit. Aut versipellis diabolus: vt fideles auerteret a studio pietatis syncerissimo: & ad figmẽta alliceret hoiem aliena: vera eisdẽ cõmiscuit: vt supra patuit. Potest hic veritatẽ habere verbũ Augst. ꝑmissum: quia nescięs talia scripsit: nec itellexit: hinc & ipropríe scripsit si trinitatis mysteriũ ꝑsignauit. ¶ Ad dictum beati Aug. xv. de tri. c. iiij. dicendũ q; facit cõtra phos & pro dictis. Et vt eius dictũ & similia multa clarius itelligant', notandũ scd̃m Phũm. j. posterio. Res aliq̃ cognoscit' quia est, & quid est, seu cognitiõe qa ẽ seu qd ẽ. Sic ex effectib⁹ causa cognoscit' quia est: sed nõ quiditas causę: vt si offert' artificiatũ magni ꝑcij, arguit' ex hoc opifícẽ fuisse magnę peritię & idustrię &c. Ex caloris positiõe arguit' ꝑsentia calefaciẽtis i genere: sed nõ illius vel illi⁹ ꝑcise cognitio haberi potest. Quãtum ad cognitionẽ particularẽ quiditatiuã & distinctã rei alicuius, res q̃ ex parte sui magis sunt cognoscibiles, nobis sunt occultiores. Nã res quanto est pfectior: tanto ex pte sui plus cognoscibilior. Sicut em̃ res se habet ad esse, ita ad cognosci, scd̃m phũm. Perfectissima vero cũ sint plus spũalia & a sensu remota: min⁹ sunt nobis cognoscibilia cognitiõe distincta & quãtitatiua. Sec⁹ de cognitiõe qa: qa cum sunt pluriũ effectuũ & necessariorũ ac pfectiorũ ꝓductiue: tãto plus nostrę patẽt cognitiõi. Ex quo sequit': res notissima quo ad quia est, occultissima est quo ad quid: vt quidã loquunt'. Quid noti⁹ sole vel aia vel cęlo &c. quo ad quia? & tamẽ oĩno occultũ fuit phis quid sit aia: quid cælum: an cõpositũ ex eadẽ materia cũ aliis &c. quid sol. Nemo dubitat se vitã habere (ait Augu.) sed quid sit viuẽtis aia nesciũt multi. Cognitiõe qa, phi deũ & primã causam &c. cognouerunt. Sic em̃ creaturarũ perfectiones suũ ostendunt cõditorẽ. Et scd̃m Greg. xxvj. moraliũ. ꝯ. viij. Vię ad creatorẽ sunt opera considerata creaturę. Augst. vt supra, dicit q; nõ tm̃ diuinor; libror; auctoritas deũ esse ꝑdicat: sed oĩs res quæ nos circunstat. & post ipsum Hugo par. iij. c. xviij. Subiũgit Augst. Omnis natura proclamat se habere ꝑstãtissimũ cõditorẽ. Et statim colligit duodecim perfectiones nobilissimas in cõditore, quas nobis attestãtur perfectiones creaturę: vtputa est æternus, immortalis, incorruptibilis, immutabilis. Est viuus, sapiens, potens, speciosus. Est iustus bonus, spiritus, beat⁹. Quas reducit ad numerũ ternariũ. Prima quatuor ad æternitatẽ: alia ad sapientiã: relíqua ad beatitudinẽ reducit. Qui em̃ æternus est, eo ipo immortalis, incorruptibilis, & immutabilis est. Qui sapiẽs, viu⁹, potẽs, speciosus. Sapientia em̃ attingit a fine &c. Itẽ amator factus sum formę illius. Qui beatus, relíqua tria in se habet. sicq; tria psonarũ appropriata habẽtur. Et si hmõi pfectiões reperiuntur in factura, eminẽtius sunt i cõditore. Huiusmodi pfectiones creaturarum philosophi suo ingenio naturali animaduertere potuerunt: & ex his cognitione quia, factorem cognoscere, nõ autem cognitiõe distincta & ꝓpria. Huius causa videt Damasc. dixisse Deũ eẽ, est naturaliter cognitũ. qm̃ naturaliter nobis inest potẽtia qua deũ cognoscimus. Gratia exempli, cõsideret hõ quãtũ põt aię sue pfectionẽ & operosam fœcũditatẽ, inuenire est in ea aię substantiã siue naturam scd̃m vitaliũ opationẽ productiuã: intellectiõis sc;, & volitiõis. Anima gignit vel ꝓducit intellectionẽ. Aia cũ intellectione ꝓducunt volitionẽ. Ecce quãdã creatã trinitatẽ in aia naturaliter & quasi euidenter cõparabilem, licet cũ magna impfectione, respectu trinitatis increatę: & quantũ ad obiectũ: quia nõ potest multa simul distincte intelligere vel amare sicut sensu ꝑcipere: & quantũ ad mutabilitatẽ ac vicissitudinẽ: quia iã amata prius odiunt' & econtrario: & quãtũ ad modum: quia nõ per essentiã cognoscimus: sed p phantasmata & fictas imagines. Secus de deo qui cognoscit sua essentia oĩa & singula sine mutabilitate. Nã scd̃m Augu. in medita. ca. xxviij. opera mutat nõ cõsiliũ. Experimur em̃ in nobis esse in intellectu cognoscẽte quandã vim fictiuã rei cognitæ per quã format in se imaginẽ tanto rei cognitę similiorẽ, quãto ipsam intimius distinctius & pfectius cognoscit. Vnde aia cognoscẽdo sese, ꝓducit seu exprimit in se imaginẽ sibi simillimã: sicuti sese cognoscere potest quãtũ ad oĩa in ea relucẽtia. Et si haberet vere vim ꝓductiuã: sicut habet fictiuã imaginis sui ipsius: talis imago sic exꝑssa vere eẽt fili⁹ aiæ, & eiusdẽ substãtię cũ ea i nullo ab ea differẽs: nisi q; imago esset ꝓducta & aia ꝓducens q; esset eius fili⁹: quia viuẽs de viuẽte in eadem specie & natura productum ratiõe ꝓductionis ei per oĩa similis. Voluntas vero nõ habet sic vim ꝓductiuã, nec qd̃ producit est ei ratione talis ꝓductionis per oĩa simile: sed vim deriuatiuã vel inhęsiuã. Cum em̃ intellectus ꝓducit sui imaginẽ: voluntas cõplacet in ea: & respectu eius elicit fauorẽ vel complacẽtiã, & quasi sese vult donare illi imagini & ei cõmunicare. Q; si aia esset ab ęterno, imago ab ea genita posset esse coęua eidẽ: si ab æterno ꝓduceret sui notitiam. sicut splendor ignis aut solis est coęuus soli aut igni: & tamen ꝓcedit ab igne vel sole & nõ ecõtrario. Et sic sol nõ esset prior duratiõe splendore suo: nec aia sua notitia expressa. A scẽdere põt ex his Philosophus qualitercũq; ad cognitionem alicuius rei summę, vnde hæc ꝓfluxerũt animæ ratiõali. Et cũ necesse sit oĩa effectus pfectionẽ eminenter esse i causa sua: nec fuit vnq̃ secta quęcũq; quin de pfectiõe summa dei sui certauerit', i quocũq; sit illa pro hoim multifario iudicio. j. de doct. christiana. c. vij. nec quisq̃ inueniri potest qui hoc credat esse deum quo melius aliquid est: & nullus vult eẽ sine deo suo. Hinc oẽs cõsentiũt id deũ esse qd̃ omnibus anteponatur rebus ętheris: vt supra. Ideo Ansel. in monolog. dicit oẽs attribuere deo, qd̃ est melius ip̃m q̃ non ipsum: idest quicquid tale est q; cuilibet melius est esse tale q̃ nõ tale: & ab eo negat' quicqd i aliquo melius est nõ tale q̃ tale. Ideo claret euidenter q; necesse est deũ esse viuentẽ, sapientẽ, potentẽ, iustum, verũ, æternũ, beatũ, spiritũ, oĩbus dãtẽ esse indepẽdẽtẽ, incorruptibilẽ &c. Si em̃ illa laudãtur in creaturis, magis quadã eminẽtia in cõditore earũdem. ergo sequitur ip̃m esse ęternũ summe & indepẽdẽter viuere: & sic de alijs quibuscũq;. Hoc modo ex creaturarũ pfectione Aug. ostendit cõditoris ꝑstantẽ perfectionẽ: & hoc ratione naturali & in lumine naturali: cõsequenter cognitione quia est, ex factis cõditorẽ apprehẽdere põt intellectus lumine naturali. Et si in aia nostra sic est inuenire quandã trinitatẽ, & potentiã, & sapiẽtiã, & bonitatẽ, abstrahat' quicquid impfectionis est in illo inuenire: & qd̃ pfectionis est & eminẽtis ꝑcellentię deo attribuatur, cognoscit' deus, scd̃m Sco. dist. iij. primi. Insuper est in aia inuenire quãdã ordinis originẽ: quia ab aia veluti parẽte ꝓcedit intellectio: ab vtrisq; volitio. Item quandã ęqualitatẽ. j. de trini. ca. xj. Item quandã licet valde impropriã cõsubstãtialitatẽ. Ergo & i deo remoto quicqd impfectionis est ab eo, qd̃ in quolibet est melius ip̃m non esse tale q̃ tale. Ex his patet responsio ad deductionẽ Augu. vt supra. Vult em̃ ostendere q; nõ solum diuinorũ librorũ auctoritas ꝑdicat Deũ esse: sed & omnis creatura nos circũstans proclamat se habere ꝑstantissimũ cõditorem: qui nobis mentẽ rationẽq; naturalem deducit: qua viuẽtia nõ viuẽtibus sensu, ꝑdita nõ sentientib⁹, intelligẽtia nõ intelligẽtibus, immortalia mortalibus, potẽtia impotẽtibus, iniustis iusta &c. ꝑferenda videamus. Et quia nõ est qui rebus cõditis conditorẽ nõ ꝓponat: oportet vt deũ viuere & summe viuere, intelligere cuncta, mori corrũpíq; nõ posse &c. fateamur. Verũ quis sit ille, fides docet. Nam inuestigabiles viæ eius. Rom̃. xj. Pęlagus est infinitũ scd̃m Damasce. nec nisi bona vita & purgata mẽte cognosci potest. j. de doc. christ. c. x. &c. Hic cõsequenter ostendi possetalismodi cognitionẽ quia est dei habentes nõ fuisse inexcusabiles: quia cũ sic deũ cognouissent: nõ sicut deũ glorificarũt &c. prout æquitas disponit & decentia: ac ratio iubet naturalis Nomen deus scd̃m mentẽ Augusti. vt supra de doctrina christiana ca. vij. supponit pro eo bono quo melius nõ est, quodq; rebus oĩbus aliis anteponitur: & quo maius cogitari nõ potest. Il

Universidad de Deusto Biblioteca

Mnis deus in proposito. ¶ Secundum dubium circa cōclusionē sextā. Quomodo beatitudo obiectiua dicitur hoī dari cum est ipsemet de⁹, seu etiā haberi ab ipso cū sit bonum cōmune oīum & singulorum beatorum. Item an possit ratione naturali sufficiēter demōstrari naturā hūanā esse capacē beatitudinis supernaturalis quietātis & satiātis hominē. Ad primū dicēdū vt supra in primo dist. xiiij. Ex quo scdm ꝓdicta nomē btitudo obiectiua supponit ꝓ deo clare viso: & super omnia dilecto &c. dicitur illa dari hoī habenti ei⁹ intuitiuā visionem & fruitionē cum delectatione & quietatione summa sibi debita: cū paratus est ipse deus facere quicquid per eū fieri rōnabiliter voluerit, sicuti i via homo obediuit voluntati diuinę. Ita ꝙ perpetuo de⁹ erit ei omnia in omnib⁹ nō diuisiue sed vnitiue & in quadā eminentia: sic ꝙ ꝓ deum sciet & videbit oia q̄ scire & videre voluerit. Et sic de alijs in quibus consistit hoīs beatitudo. Ad secundū respōdent aliqui ꝙ sic: & videnť illę esse eoꝝ rationes. Omnia agēti ꝓpter finē necessaria est finis cognitio: de⁹ aūt ponit finis oīm: ergo &c. Item. Cognita aliqua potētia distincte & perfecte, potest cognosci omnis actus illius potētiæ ad quē naturaliter ordinat. sed natura humana pōt perfecte & distincte cognosci. ergo &c. Cum aūt actus naturę hūanę sit nobis cognit⁹ & possibilis haberi naturaliter: ergo cognita potētia cognoscit ei⁹ actus etiā naturaliter. Pręterea oī causato cognito potest cognosci causa a qua dependet id causatū: sed fruitio est causatū a volūtate & dicit finis voluntatis: ergo cognita natura volūtatis potest cognosci ille finis. Præterea cognita potētia potest cognosci eius ordinabilitas ad finem: potētia vero pōt a nobis naturaliter cognosci: ergo & ordinabilitas ad finem: & per cōsequens finis. Pręterea. potētia habēs aliquod cōmune pro obiecto, nō quietatur nisi in perfectissimo cōtento sub illo cōmuni. Cum autē id cōmune est naturaliter cognoscibile: ergo & cōtentū sub eo est naturaliter cognoscibile & distincte. Et similiter ꝙ fruitio eiusdē est possibilis tali potētię. Pręterea nō videť potētia quietari nisi in optimo ente & in summo cōtēto sub ente. ¶ Rationes istę ab aliquib⁹ ponunť & attribuuntur Sco. in quęstione. viij. de beatitudine: sed nō oēs reperiunť ibidē in omnibus libris: sed quædā alię ab illis. Et forte quædam ibi impertinēter prorsus dicūtur: aut contrariantur dictis eiusdem doct. in dist. xliij. Attamen respōdendū venit ad eas pro saluandis dictis ibidē. Ad primū. ad maiorem dicēdum: quādo finis nō sequiť naturaliter ex ijs quę sunt ad finē, sed solum confertur libere & ex mera voluntate conferentis qui acceptat talia tanq̄ ad finem, & propter finem, non est necessaria cognitio finis in particulari: sed sufficit i vniuersali cognitio finis. Sic est in proposito. Quando autem finis sequitur ex naturali necessitate ordinatorū ad finem: necesse est habere cognitionē finis in vniuersali saltē: etsi nō in particulari: & hoc in agente propter finem. Ad minorē: cōceditur de causa finali: vt idem est finis & causa finalis. Ad secundū negando maiorem: quia experimur ꝙ nunq̄ notitia incōplexa vnius rei extra animā ē causa sufficiēs etiā cū itellectu respectu primę notitię incōplexę alterius rei. Quantūcunq; eīn quis distincte cognosceret corpora cęlestia: non tamen per hoc cognoscit inferiora: si nō habet eorūdem notitiā intuitiuā vel abstractiuā: quæ prę supponit intuitiuā. Sic quātūcūq; quis cognoscat potētiam quācūq; ordinabilem ad beatitudinē, per hoc non cognoscit beatitudinem. Item subiectum alicuius scientię potest distincte cognosci & perfecte sine cognitione distincta & perfecta alterius rei. Item argumentū nec est in modo nec i forma &c. Ad aliud: cognito causato cognoscitur causa arguitiue in vniuersali nō i particulari. Sequitur eīn: causatum est, ergo ab aliquo causatū. Attamē quomodocūq; cognoscatur causatum, ex hoc nō cognoscitur distincte & cōceptu proprio causa nisi cognitione quia: aut confuse: nisi scitum esset hunc effectum non posse produci nisi ab hac causa particulari indiuiduali. Attamē per hoc nō scit causam illam esse etiā cū effectus est. Ad aliud: potētia habens aliquod cōmune pro obiecto non quietatur nisi in perfectissimo contento sub illo. Negatur: quia non potest naturaliter probari nec demonstrari ꝙ tale nobilissimum sit nobis cognoscibile cōceptu proprio & cognitione distincta. potest eīn aliquod cōmune imponi ad significādū multa distincte illi qui potest habere cōceptus distinctos eorundē: & licet cōmune cognoscatur, nō tīn ꝓ hoc cognoscuntur distincte contenta sub eo nisi in conceptu generali de oībus illis in quid prędicabili. Exemplū. stat quē habere conceptum entis ꝓdicabilem in quid de oībus contentis sub ente & de omnibus apprehēsibilibus naturaliter ab intellectu, ꝓ statu illo & tamen ignorare multa particularia & in se, quę non possunt pro statu illo naturaliter apprehēdi Pręterea esto ꝙ potētia habeat nobilissimū contentum sub ente: adhuc stat ꝙ potest habere nolle rei alicuius: & per consequens tristitiam quæ est de rebus nolitis. forte vellet amicum suum esse a. vel b. aut carere illo. & sic non est delectatio sine oīi anxietate & tristitia. Et dato ꝙ sit delectatio vehemens excludens tristitiā: non tamen oportet ꝙ vniuersaliter oēm tristitiā secludat: ita ꝙ nulla posset cū, tāta delectatione stare. Exēplum de Christo. Item sunt innumerę causę vnde prouenire potest tristitia: sed ꝙ omnes illas rei illius vel illius, habitio necessario excludat & compati non posset, non est clarum. ¶ Et si īstatur in gñe cōtra nūc dicta de improportione obiecti beatifici infiniti & animę: cuius capacitas est solū finita: sed inter potentiā & obiectum debet esse ꝓportio: Dicendū. nomen capacitas supponit pro volūtate connotādo eā alicui⁹ rei capacē: & hoc pōt esse dupliciter: vel subiectiue: vel obiectiue aut latiue: vt q̄dā dicūt. Primo modo volūtas nō est capax nisi finiti: sic subiectū capit accidēs. Scdo modo est ifinita: quia pōt bonū infinitū velle: vel quia tēdit i bonū infinitū. Sic ndet Oyta. q. ij. Obiectū ꝓportionatur capacitati volūtatis: vel quo ad substantiā voluntatis absolute: vel quo ad actū volūtatis elicidū. Primo modo hic nulla est ꝓportio: sed scdo modo. Et sic concedit capacitatē volūtatis esse finitam subiectiue nō obiectiue: quia est capax obiecti infiniti in qd potest tēdere &c. Idipsum sub alijs verbis quidā dicūt: ponētes duplicē ꝓportionē: geometricā & obiectiuā. Loquēdo de ꝓportione geometrica, sic finiti ad infinitū nulla est ꝓportio: sed tn cū hoc stat ꝙ ē hmōi ꝓportio quædā obiectiua: ita ꝙ vnū aliud vitaliter i mutat, hoc est obiectū potentiā. sic eīn infinitū potest potentiā vitaliter immutare: & finitum potest illā imutationē vitalē in se recipere, hoc est in infinitum cognitiue tendere.



## Quęstio Secunda.

A SEcundo q̄ríť: Vtrū beatitudo formalis creaturę rōnalis cōsistat i opatiōe itellectiua vel appetitiua: & principali⁹ i dei fruitiōe q̄ sola visione: vel siť i vtroq;.

¶ Quantum ad primū, notandū. Nomē actus in ꝓposito dicit formā vl passionē aliquā receptā in subiecto: & nō sumiť actio vt de genere actionis. Operatio dicit nō actionē ꝓprie dictā de genere actiōis q̄ est ꝓductiua sui termini: vt est modus loquēdi aliquorū: sed sumiť pręcise de genere qualitatis: vt est dispositio acquisita immanēs, pficiēs subiectū ad melius: cōnotando modū qualificādi ex his ꝓueniētē. Nec ꝓducere effectū affert pfectionē simplr dictā: sed bene arguit & indicat inesse aliquā pfectionē. Itē beatitudo formalis: est dispositio immanēs & pfectiua intrinsecū. Est eīn operatio potētię rationalis pfectissima & optima scdm speciē, deo summe grata, qua obiectū beatificū, facie ad faciem & fruitiue attingitur a creatura ratiōali: vel forte veri⁹ opatiōes plures: quia in visione & fruitiōe cōsistit: vt habeť i decretali Bndicti. xij. Non aūt pōt attingi de⁹ nisi passionib⁹ aiorū, scdm Aug. j. de doct. chri. c. x. ¶ Scdo notādū. sicuti Paulus apl̄us inter virtutes theologicas, charitatē maiorē noīat. j. Corīt. xiij. ita ꝓbabiliter videť dicēdū eiusdē virtutis actū fore optimū & nobilissimū, nō solū in via sed etiā in patria. Tametsi actus viæ sit obiecti nō visi intuitiue: sed solū oculis fidei: actus patriæ ē obiecti clare visi. Nec valet si dicit dictū apostoli ꝓcedere in via, secus in patria: quia ad hoc nec ratio, nec auctoritas cogēs habeť. Vnde eīn colligi pōt proprie loquēdo, actū aliquē esse optimū & nobilissimū: nisi quia nō solū est obiecti nobilissimi maxime perfectiui: sed cum hoc potentiæ aut habitus nobilioris, aut gradualiter intēsior: aut qa deo plus cōiungit: estq; deo plus gratus, sic ꝙ sine eo nullus alius est sic grat⁹ ad vitā? Sed charitas forma est oīm virtutū, quā etiā includit sapiētia, q̄ est amorosa sciētia. Pręterea vnit amantē amato, & quasi in eum trāsmutat: quia facit summū bonū diligere: & se contenere. Hinc scdm Diony. c. iiij. de diui. no. noīatur virtus vnitiua & cōiunctiua. Et ibi Hugo dicit ꝙ tā amor q̄ dilectio est significatiuū cuiusdā virtutis vnitię, iquātū vnit amātē amato prout vtrūq; idē desiderāt, & cōiūctiue prout vtrūq; cōiungiť cōuenientię alterius scdm inclinationē secundū quā duo amātia se habēt ad inuicē, & differūt cōcretiue, secundū ꝙ in tali cōiūctiōe saluať differētia vtriusq; amantiū. Et sequiť in textu. Est autē faciens extasim diuinus amor: nō dimittens suiipsorū esse amatores: sed amatorū. i. scdm Hug. amor facit ꝙ amātes nihil, sui sibi relinquunt, quin in deū ordinēt. Et infra, allegat Diony. verba Hierothei maximi theologi dicētis Amorē esse virtutē vnitiuam & cōcretiuā. Nō accipit virtutē pro habitu vel passiōe: sed pro eo qđ efficaciā habet & potētiā aliquid ꝓducēdi: quia sc; vires habet. Est ergo vnitiua: quia vnit amantē & amatū. Et cōcretiua: quia amās nō fit substātialiter & essentialiter amatū: sed manēt res distincte. Et multa similia habenť de amoris virtute, q̄ nulli attribuunť cognitiōi aut sciētię vt tali, sed potētię cognitiuę sed volitiuę: imo actus quicūq; sine amore quasi nihil sunt. j. Corīn. xiij. Siles sentētias ponit Hugo in de arra aię. Cū ergo sola charitas separat inter filios regni & gehennę, scdm Aug. sola adoptat in filios dei. Ioan. j. Sola vnit & transformat amātē cū amato: & nō visio ꝑcise. Sola cōstituit ciuitatē Hierusalē scdm Augu. xiiij.

Universidad de Deusto
Biblioteca



deciui. Sicut amor sui Babylō. Sola deniq; me ret dei visionē & btificā visionē seu fruitionē. Soli.n.mūdicordes deū videbūt.Mat.v. Solapa rat hospitiū deo. Prębe fili cor tuū mihi. Videt nō abre dicēdū,optimā opationē creaturę rōna lis & nobilissimā scd; speciē,eē dei fruitionē:q̄ nō est sine visione. Itē Ephe.iij.dicit. Scire etiā supeminentē sciētię charitatē Christi.ergo act9 virtutis nobilior est. Qz aūt actus volūtatis requirit pręuiā apprehensionē,est de natura rei,& nō ex eius iperfectiōe : sicut q̄ intellect9 ostēdit volūtati volēda. Alias si ex hoc potētia cogni tiua eēt nobilior iudicatiua: quælibet doctrina ostēdēs agēda esset pstātior volitione,& sensus intellectu. Necesse em est intelligētē phātasmata speculari,& nihil est itellectu &c.sed natura rei hoc habet. Item sequit q̄ gnomo & regula cæmentarij esset nobilior opante scdm ea. Et ideo nō quadrat imaginatio Petri de Palud.cum dicit volūtatē esse ignobiliorē intellectu,& actum intellectus nobiliorē actu volūtatis,eo q̄ intellectus ē regula & mēsura bonitatis actuū volun tatis. Nec est ponēda distinctio talismodi inter aiam & potētias: & potentias inter se:sed vna & eadē aia ex diuersitate actuū & officiorū diuersa sortitur noia. Vnde intellectus est realiter voluntas,licet intelligere nō sit velle:& aliud & aliud re quirit ad intellectionē & volūtatē, immo ad bo nitatē actuū. Nec itellect9 est cā totalis volitiōis nec ratio recta bonitatis moralis volitiōis, sed quia actus est libere elicit9 a volūtate:& sic ratio iculpabilis dictauit eē volēdū: & ppter hoc. nō em sola cōformitas sufficit. vt supra i. iii.collec. distin.xxiii.sed libera eius electio ad dictamen nō culpabile,& ppter hoc qa dictatū ē sic fore fa ciēdū.dis.xxviij.scdi.&.xxxv.eiusdē. Pręterea vt dicūt auctores i de Theo. Iustitia,amor din9 cognitionē p̄cedit,& meret illūinationē. Sicut & fides intelligētiā & visionē. Inqt ppheta.Cre didi ppter qd locut9 sū. Vide Hug.de differētia inter calidū & feruidū & acutū,vbi & oñdit quē admodū & discipli ābulātes cū Iesu calidū ha bebāt & feruidū:sed nō acutū:quia nō cognosce bāt.Vñ audierūt Luc.xxiiij.O stulti &tardi cor de.&c.Nā scdm Hugo.vt supra de cel.hierarch. c.vii.exponēdo textū Diony.Calidū p̄cedit vt sensum viuificet. Acutū sequit vt penetret.plus diligit de9 q̄ itelligit: & itrat dilectio,vt appropinquet:vbi scia foris stat.Hoc videt intelligēdū sic. Nihil amat nisi aliquo modo cognitū: aut fide creditū. Potest tn aliqd distincte amari qd nō potest distincte intelligi. Nā deū diligim9 distincte,& in se amore amicitiæ,& tn nō possu mus pstatu vię distincte & in se intelligere: sed in cōceptu dūtaxat de deo prędicabili. vt supra



dist.xxij.pri.collec.Nō ergo sequtur.Nihil amat nisi cognitū,ergo nihil amat distincte,nisi itelligat distincte.Hic amādo deū distincte, meremur ei9 visionē & distictā cognitionē & veritatis in telligētiā.Ergo(inqt Hugo)plus diligit q̄ itelligit.hic feruori amoris dini corrndet vt mēsurę cuidā:distincta dei cognitio . Ad hoc Aug.in expositiōe Psal.cxxj. Ex his pōt aliquo modo colligi p̄cellētia actus volūtatis & fruitiōis : ita q̄ sit optimus & nobilissimus act9 & opatio no bilissima scdm speciē &c. licet forte visio possit dici origine prior seu natura. de quo lati9 in fra. ¶Tertio notādū. Nomē vita capit dupliciter.Vno modo:vt ipm dicit esse viuētis . Et sic aia hois cōiuncta corpori,est ei9 vita. Sic beati tudo nō est vita hois,hoc est essentia hois non est eius vita. Solius em dei beatitudo est sua vi ta & suū esse. Alio modo, vita dicit opationem hois viuētis siue vita naturę,siue grę,siue culpę si ita fas est loqui. Sic est vita voluptuosa, vita actiua,vita cōtēplatiua:& fruitio dei,aut etiā visio,vita ęterna noiat,& finis vltimus quo.Hinc Ioā.xvij.Hęc ē vita ęterna vt cognoscāt &c. Sic etiā nomē btitudo q̄nq; noiat eēntialr ipsā opationē btificā qua hō cōiūgit deo, siue sit visio, fruitio,vel tētio.Q̄nq; noiat statū talē:& sic iclu dit oia ea q̄ ad stat9 illi9 integritatē & pfectionē requnt,quocūq; vocēt noie. Sic notificat Boetius beatitudinē.Et sic nō accipit i titulo q̄stionis:sed primo modo solū.alias quasi nulla esset. Quid dicat fruitio,supponit ex prio,dist.j.&c.

¶Quātū ad articulū secundū est cō C
clusio prima.Beatitudo formalis creaturę ratiōalis nō cōsistit i ei9 essentia vel substātia: aut pfectiōe pria:sed i ei9 opatiōe & pfectiōe scda.Patet i Cle. Ad nostrū.de Hęreticis.vbi illa cōdēnat. Natura intellectualis est in seipa naturalr beata. Pręterea si sic,oēs creaturę rōnales speciei hūanę eēnt essentialr beatę & nullę miserę. Pręterea beatitudo est merces & p̄miū,qd p̄supponit eē operātis.Cū autē pfectio prima est esse rei, & exprimit p ly esse scdm Sco.q.ij.sicut beatitudo nō cōsistit in subst̄tia rei beatitudinis : ita nec in eius pfectione prima:q̄ tūc est quādo nihil defi cit ptinēs ad essentiā rei. Ad hoc ē Aug.li.xii. de Ciui.c.j.dicēs. Beatitudo hominis nō ē a se ipso,sed a deo:quo adepto beat9 est. Ad hoc est phūs prio Ethi. Felicitas est opatio optia virtutū. Et.xii.Meta.loqns de itelligere dino. Agens si nō itelligit,qd vtiq; isigne erit ei? Auctoritate Aug.j.de Doct.Christ. ca.xxxii.sūma merces est vt eo pfruamur. Et.xii.de ciuita.ca.i. ostendit beatitudinem consistere in adhęrere Deo: & adeptione Dei. Ad idē in hymno de gloria pa



radisi.Pōt ppositio pbari.Nulla pfectio intrinseca est btitudo,nisi p quātō p ipam attingit immediate obiectū beatificū,seu inquātū cōiūgit obiecto extrīseco pfectiuo.sed excepta relatiōe(scdm ponētes eas)immediatū cōiungens est opatio:ergo. Probatur maior:qa non pōt alicui esse cōplete bene & vltimate,nisi habēdo illud qd summe appetit, & qd eius desideriū plene satiat,& a quo seu p qd habere pōt eminēter cū effectu quicqd voluerit,vt supra. Hoc aūt fieri nō potest nisi cōiungatur sibi.Nō pōt sibi cōiūgi substātialiter vt fiat ipm,ergo sola operatione. ¶Scda cōclusio. Vo
D luntas creaturę rōnalis nō btificat nec vltimate satiat & quietatur nisi in boni simpliciter infiniti cōtinētis eminēter omne bonū,operosa adeptiōe cū exclusione oīs miserię. Hęc cōclusio pōt persuaderi.Nā in habētib9 qualēcūq; appetitū siue naturalem,siue aialem, siue rōnalem,nō habet vltimata perfectio & quietatio nisi habito eo qd talī affectu recte ppter se appetit. Sic graue habet aliquā imperfectionē priuatiua donec quiescat in cētro.Et appetitus sensitiuus,donec habeat bonū qd est sibi summū.Et aia rōnalis formata ad imaginem dei, donec restituat btifice post mortem suo pfectibili. Aug.ad literam.xij.sup Gene.cap.penultimo. Hinc Paulus.Nolumus expoliari,sed corpore superuestiri.Cū aūt hō cōditus est vt summū bonū intelligat ,intelligendo amet, amando possideat, possidendo fruatur,nō satiatur eius appetitus rationalis audito q̄ tale bonū sit & possibile haberi,donec tale bonū nanciscat.Semp em habet aliquā imperfectionē,donec habeat summū appetibile.Nec sufficit ad quietationē appetitus dilectio aut delectatio rei tāta vel tāta,sed obiecti tanti.Itē a cognitione & cognito paritur cognitio vel volitio intrinsece perficiēs subiectū & quādoq; recte satians appetitū: quā pfectionē a se, & ad se,alias habere non posset sine tendentia in ipm: & maxime cū id qd vult est sese nobili9, & summū bonū possibile haberi.Et si aliqua natura pficitur in nobiliori se,qd tn non est summū appetibile:nō simpliciter & cōplete pficit, nisi habito supremo appetibili extrinseco & ppter se: quia nō est p̄cessus in infinitū in pfectibilibus & perfectiuis . Suprema itaq; pfectibilis non pficitur vltimate nisi habendo supremū pfectiuū extrinsecū. Tota vero creatura rōnalis est supremū pfectibile,& btitudo formalis in suo gñe supremū pfectiuū: & operatio nobilissima secundū speciē &c. Nec oportet secundū ordinē naturarū esse perfectiua intrinseca cōpletiue perficientia. Sed sufficit q̄ perfectiones intrinsecę secundę cōiungentes cū perfectiuo extrinseco respōdeant gradibus perfectionū prima tū.Et si dicit: pfectio secunda nō est appetibilior & nobilior pfectiōe prima : sicut nec bonitas secū

da bonitate prima:Dicit Sco.Q̄uis in substātijs perfectio prima sit prima simplr,tamē nō est vltimata & simpliciter cōpleta ipsius pfectio. Quia cum substātia est:adhuc pōt vlterius pfici pfectione scdā intrinseca,q̄ nō est ipa substātia:& q̄diu illa caret, vel eā expectat,caret vlteriori pfectione sibi possibili. Perfectio scda etsi nō est in se formaliter & p̄cise nobilior & appetibilior scdm se & ppter se pfectiōe prima : quia tn immediate cōiungit pfectibile pfectiuo extrinseco: & sic q̄ sine eo nō cōiungetur eidē: est certo mō appetibilior,& dicit nobilior ac pfectior pfectiōe prima nō absolute, sed in tali gñe hūanarū pfectionū vel opationū, aut qualitatū intrinsece pficiētū. Sic gīa gratū facies licet sit accidēs hoiem adoptat formalr in filiū dei.Hinc q̄nq; hmōi pfectiua magis appetuntur a volūtate libera rōnali q̄ bonum extrinsecū p priū.Immo hō eligit mortē ppter cōsecutionē boni illius.Hoc aūt nō,sic reperit in alio appetitu nisi rōnali. Et ideo operatiōes alię nō sic cōiungunt pfectiue cū obiecto extrinseco summe pfectiuo sicut volūtas libera,nō semp q̄rens quę sua sunt, sed q̄ Iesu Christi. Sic simlr dicendū de bonitate pria & secūda. Licet quęlibet res bona sit bonitate prima,sicut est ens entitate prima:tn non est bona bonitate scda.Hoc mō Boet9 in de hebdomadibus, dicit bonitatē cē accidēs,& q̄ res nō in eo q̄ sunt bonę sunt.Verū est bonitate scda. Et ideo hmōi rei pfectio & bonitas exprimitur per ly bene esse. ¶Tertia cōclusio. Beatitudo formalis rationalis creaturę nō consistit in operatione potentię sensitiuę,vt talī p̄cise . Per hoc nō negat,quin oēs sensus habebūt suos actus in patria,vt dicet Et q̄ dotes corporis possunt dici quędā btitudo largo vocabulo: qa sensus vt talis nō pōt deū sec
E ūdū naturā diuinā attigere:qa spūs est. ¶Quarta cōclusio. Si btitudo formalis est opatio potētię rōnalis optima scdm speciē,qua immediate attingit & pmanēter obiectū beatificū clare visum, eiq; amans fruitione vnitur lumine gloriæ eleuatus vt deum videat,eoq; beate fruatur, comitante omnimoda appetitus satiatione, & gaudiosa quietatione:videtur beatitudinē principalius cōsistere in fruitione,& comitante gaudiosa delectatione,q̄ in visione.Primum declarandę sunt clausulę cōclusionis. Quod hic dicit potentia rationalis,supra quandoq; dicitur intellectualis : non vt distinguitur contra operationem potentię volitiuę.Dicitur optima secundū speciem:qa nō oportet beatitudinē quæ est operatio &c. simpliciter & absolute esse optimam & intensissimam gradualiter. Sufficit q̄ sit optima secundum speciē.alias sola anima Christi habēs summam gratiam esset vere beata.vt infra.quæst.iij. Dicitur qua immediate attingit. dicit extrauagās Benedicti,vt ifra

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nulla immediate creatura in rõne obiecti se habẽte. In via mediate attingit deus: in cõceptu prędicabili de eo. In patria in se videtur siue potẽtia se habeat actiue siue passiue respectu actus btifici. Ista regula stat: qa siue ipsamet aĩa actũ beatificũ producat, siue a Deo pductũ i se recipiat, immediate attingit deũ per actũ illũ. Dicit permanẽter: per qđ possent excludi Paulus & Moyses, qui viderũt deũ adhuc viatores, sed no pmanẽter. Totũ negotiũ stat in qd nois btitudo formalis. Hic cõclusio cõditionalis est. Et põt psuaderi: qa actus fruitionis btificę immediate vnit amantẽ cum amato & summe quietat: nõ sic visio sola: quę cũ sit prior fruitione, põt ab ea separari p diuinã potentiam. Nec ad eã sola sine fruitiõe comitat gaudiũ, delectatio appetitus satiatio &c. Immo posita sola fruitione naturaliter sequũtur, nõ sic ad nudã & solã cognitionẽ. Itẽ ad rei habitę matorẽ volitionẽ immediate sequit maius gaudiũ. Nõ sic de cognitione. Et licet intellectus primo apprehẽdit obiectũ primitate gñationis, nõ tamẽ pfectiõis. Btitudo vero est prima assecutio summi boni, nõ primitate gñatiõis, sed primitate pfectiõis amorosę & vnitiuę. ex notabili secundo. Est tamẽ de natura potentię volitiuę: vt supra, q̃ non fertur fruitiue in obiectum sine potentia apprehensiua pręuia. Nõ q̃ fiat mutatio vel alteratio in potẽtia volitiua dũ iam quietatur in obiecto, & non prius: sed quia tã ponit pręuiũ & acquisitũ in agẽdo qđ prius non ponebat, ideo tã vult, prius non voluit. Similiter posset dici de sensu & intellectu. Cũ ergo potẽtia volitiua nõ est in potẽtia ꝓpinqua ad actum, nisi ponat apprehẽsiua: ideo apprehensiua dr̃ prima primitate gñationis, sed nõ pfectionis. Dictũ est in cõclusiõe Comitãte &c. Quia nũq̃ nomẽ btitudo absolute sumit pro qualitate vel opatione aliqua, sed recte circũstãtionata. Sicut em̃ nullus dr̃ vere & pfecte dãnatus sine tristitia: ita nec beatus sine gaudio & delectatiõe, seu appetitus satiatiõe. Hinc raro vel nunq̃ sumit nomen btitudo nisi p quadã aggregatiua multitudine. ¶ Si q̃rit, an delectatio sit de eẽntia btitudinis: Sic gaudiũ & passiones alię comitates volũtatis affectũ: Q̃z nõ, vdet esse Scotus qui tenet patrẽ negatiuã: Dicendũ. aliqd dicit esse de essentia alterius dupliciter. Vel quia est pars eius eẽntialis, aut ipsamet res essentialiter, quę est sua qditas. Et sic delectatio nõ est de essentia btitudinis vt est opatio: sed secũdo mõ, cũ aliqd dr̃ eẽ de eẽntia alterius ex eo: qa sine eo res talis non põt esse talis, quõ dr̃, albedo est de eẽntia rei albę. Itẽ quietatio ẽ qñq; pfectio supueniẽs opatiõi: sicut decor iuuentuti & pulchritudo cõsequẽs iuuẽtutẽ, scđm Phũm. j. Ethicor. Delectatio perficit opationẽ sicut decor iuuẽtutẽ. Sic quietatio nõ est de essentia btitudinis primo modo. Alio mõ quietatio est actus volũtatis elicitus quietatiuus. Sic quietatio est realiter fruitio, & de eius essentia primo modo: quia non quietatur potentia nisi operatiõe pfectissima respectu summi appetibilis tã adepti modo possibili. Cũ aũt aliq dicunt: quietationẽ in obiecto præcedit assecutio obiecti prima: Si prima valet. i. perfecta, falsum est quod assumit: quia ipsamet assecutio & boni adeptio est quietatio & delectatio ipa. Videt Sco. in ista distinctione pro eodem sumere quietatio & delectatio: quia secũdũ eũ quietatio qñq; est delectatio sequens operationẽ: quãdoq; est velle immediate cõiungens fini. Et non est simile de motu ad terminũ, & operatione ad terminũ, quãtũ ad quietem. Motus em̃ ad terminũ prędedit quietẽ in termino. Sed hic vna & eadẽ operatio cõiũgit creaturam deo & quietat ipam. Inde est assecutio summi boni & quietatio perfecta. Si dicit: passionib⁹ nec laudamur, nec vituperamur, nec meremur: verũ est ex se: & eẽntialiter seu intrinsece cũ cõtingit eis laus, sed denominatione extrinseca. Possunt em̃ esse materia laudis & meriti. Summe em̃ diligentes deũ in patria plus gaudent & iucundãtur inde intensiue gradualiter: eo q̃ deũ amore amicitię intensissime diligunt. Sic & actus aliarũ potentiarũ possunt esse materia laudis. Ad hoc Augusti. j. de doct. Christiana. ca. xxxij. Hęc aũt merces summa est, vt eo pfruamur. ¶ Ex quo dicto tria colligi possũt. Primũ, qa ex hoc habet q̃ btitudo consistit in fruitione quę est actus voluntatis. Secundũ, q̃ non solum in fruitione, quia illa est summa merces quę est in fruitiõe: ergo est alia nõ summa merces. Tertiũ, q̃ principaliter in actu voluntatis: quia summa merces, licet non totalis. Et ita hoc dictum facit p cõclusiõe. Item, xtij. de ciuita. dei. cap. v. Beatus non est nisi qui & omnia habet quę vult, & nihil male vult. Item. xtj. de ciuita. dei. ca. j. Beatitudo est adhęrere deo. Itẽ. viij. de ciuita. dei. capit. ix. commendat dicta Platonis ponentis felicitatẽ consistere in actu fruitiõis. Infert Aug. Non est beatus qui nõ amat quo fruitur. Ad hoc faciũt in notabili secũdo recitata. Itẽ in manuali. cap. xxix. & capi. vltimo. ¶ Corollarium primũ. Voluntas respectu obiecti prędentis habet alium actũ a delectatiõe passiõe. Quo actu sic libere elicito a volũtate primo asseritur primitate perfectionis optimũ & summum bonum: licet non primitate generationis. Oportet em̃ prędedere apprehensiuam. ¶ Corollarium secundũ. Delectatio passio non est principalius in beatitudine: Sec⁹ si delectatio est realiter fruitio & delectatio. ¶ Quinta cõclusio. Si nomẽ beatitudo sumit aggregatiue, vt dicit vnitiue omne ptinẽs ad btitudinẽ cõsummatã & perfectam, siue secũdũ corpus: siue secundũ aiam: seu secundum Boetium statum omniũ bonorũ aggregatione perfectum. Gaudiũ, & delectatio, & simlia possunt dici eẽ de essentia btitudinis, vt cõclusione ꝓcedẽte. quia sine illis nõ esset cõsummata btitudo. Nec hoc mõ dicit cõsistere in hoc, vel in alio ꝓcise, nisi partialiter, & totaliter & vnitiue in illa multitudine tota. Et sępenumero doct. & sancti partẽ p toto ponũt, dicẽtes btitudinẽ esse hoc vel illud, qđ est de integritate beatitudinis. collective sumpto vocabulo, secundũ Palu. Caute ergo videndũ est quõ nomen btitudo sumit in diuersis locutionibus doctorũ. Forte nullius importãtię sunt illę disputatiões: qa clarũ est aliquã btitudinẽ esse in intellectu, aliquã in effectu: & disputat quę potior: qđ soli deo patet. Vtraq; bona & necessaria. ¶ Sexta conclusio. Licet obiectũ beatificũ, pr⁹ prioritate naturę seu gñationis attingit per intellectũ q̃ voluntatẽ: nõ tamẽ ex hoc sequit actũ intellectus esse priorẽ volũtate prioritate pfectiõis & dignitatis. Probat: qa scđm Phũm, priora gñatione sunt posteriora pfectione. qđ verũ est, qñ sunt eiusdẽ gñis, & vnum ordinatur i aliud eẽntialiter, & est ꝓpter aliud. Sic est in ꝓposito. Intellectio em̃ subseruit necessario volitioni: & volitiua intellectiuã p̃supponit, eiq; imperat. Itẽ volũtas habet rõnẽ finis respectu itellectionis, secũdũ Ansel. li. ij. Cur deus hõ. et Aug. xix. de ciuita. dei. cap. xiij. Itẽ passiones sunt propter opationẽ, & nõ ecõtrario. Ockam. q. iij. dist. j. primi Sentẽ. Pręterea, nullius potẽtię actus põt dici hũan⁹: nisi sit a volũtate elicit⁹ vl impat⁹, sed nec meritorius vel demeritori⁹, ergo nec btificus. Et si actus alij dicũtur meritorij vel laudabiles &c. hoc fit denoiatione extrinseca: qa imperati a voluntate. Sicut igit secundũ plerosq; omne meritũ & demeritũ dicit esse in voluntate essentialiter: ita & de actu btifico q ẽ visio dei. Licet visio sit i itellectu nõ tamẽ visio btifica, q̃ dicit visionẽ imperatã a voluntate, q̃ sine volũtatis imperio nõ esset actus humanus, nec btificus. Sed secũdũ Topicã, ꝓpter qđ vnũquodq; tale &c. Itẽ secũdũ oẽs hõ tendẽdo in deũ fit formaliter btus. Tendere secundũ Sco. est solius voluntatis. Nõ em̃ accedit ad deũ, nisi passibus & pedibus aiorũ, hoc est affectionib⁹. Verũ distinguerẽt alij de tẽdere motiue, aut terminatiue &c. Sed forte nullũ põt homo sine volũtate. ¶ Hinc quærit incidẽter. An intellectus sit causa volitionis & causa totalis, & ecõtrario. Sco. q. iij. respõdet. Si intellect⁹ habet aliquã causalitatẽ sup actũ volũtatis, tũ solũ partialem, nõ totalẽ. Maiorẽ em̃ causalitatẽ habet voluntas sup actũ voluntatis libere elicitũ, q̃ habeat intellectus sup actũ voluntatis. Intellectus em̃ si ponit causa volitiõis, est causa subseruiẽs volũtati, tanq̃ habẽs actionẽ primã primitate gñationis nõ pfectionis. Itẽ si actus intellectus esset causa totalis volitiõis, cũ intellecto prima oino naturaliter causat. & ẽ nõ libere, q cqđ causaret, naturaliter & nõ libere causaret: & sic fieret circulus i actib⁹ volũtatis & itellect⁹, & vterq; naturali necessitate causare tur, p cõsequẽs cessaret libertas i hoie. Et ideo volũtas ẽ causa principalis suoꝝ actuũ & oĩm actuũ humanorũ elicitorũ vel impatorũ, qui dicunt humani, seu laudabiles, aut vituperabiles. Nõ tamẽ mouet a se tanq̃ a causa totali: quia semp regrit cognitionẽ volitu. Holkot. q. iij. primi Sẽ. Pręterea volunt aliqui dicere q̃ obiecto actualiter mouente intellectũ, si nulla cõcurrat intentio volũtatis, q̃uis ibi sit aliqua actio, nulla tñ est ibi cognitio. Qđ verũ est, scđm Thom. Argen. de cognitione pfecta quę est iudicatiua: quia nec in cognitione sensitiua, nec intellectiua habet iudicium de obiecto, nisi assit volũtatis intentio. Hęc ille. Ad idẽ Oyta. q. j. Sentẽ. & Aug. in de spũ & litera. ca. xxxj. Vbi ostẽdit neminẽ quid posse nisi volens faciat aut non faciat.

¶ Quantum ad articulum tertium H est dubiũ primũ: Si beatitudo formalis principalius & essentialius ponitur in voluntate, q̃ in intellectu: seu fruitione q̃ visione: quomõ stat verbũ Christi Ioan. xvij. Hęc est vita ętterna vt cognos. &c. & cõiter aliorꝝ doctorꝝ loquẽtiũ regulariter de visione & nõ fruitiõe. Dicendũ cũ Augu. lxxxiij. q. li. ix. q. lxix. Mos scripturę est, vt qđ semp ẽ tũc fieri dicat i aliquo, cũ ab eo cognosci cœperit. Sic dicimus orãtes, Sanctificetur nomẽ tuũ. i. sanctũ esse innotescat, nõ q̃ aliqñ sanctũ non sit. Ita in ꝓposito dicũt sancti beatitudinẽ esse in visione, & pmissiones diuinę sonant de visione. quia cum videbimus eũ sicuti est, tunc eo fruemur, in eo iucundabimur & lętabimur &c. Nec frui quis poterit deo btifice nisi eũ intuitiue videat. Itaq; initiũ btitudinis p eius cõsummatione ponit: & pars p toto: vel illud in quo inotescit loco btitudinis ponitur. Sensu em̃ visus plus certificat hõ. Hinc nomine visus, qñq; venit oĩs sensus: secũdũ Aug. Homilia. cxxj. sup Ioã. Cũ ergo btitudo quę est fruitio & visio, ipa visione innotescit: ergo secũdũ Tropũ, btitudo dicit esse in visiõe &c. Ad dictũ Christi. Hęc est vita ętterna &c. Respõdet Sco. q. iij. Nõ dixit Christus hęc est beatitudo ętterna: sed hęc est vita ętterna. Nã secũdũ Phũm. xij. Metaphysicę: actus itellectus est vita. Et vita ętterna, sic est actus ętternus. Si quis cõtendit dicere, Hæc est vita btã: ita q̃ sit idẽ btã & ętterna: Textus nõ habet illud: ergo similiter dicendum venit, q̃ vbi ponit cognitio includit amor, & vnũ in reliquo includitur, vt. s. cõsistat in cognitiõe amorosa. Cũ Aug. dicit, Visio tota merces: Verũ est de potentia cognitiua præcise: quo ad suam operationem

Universidad de Deusto
Biblioteca



perfectissimã & in specie illa. Item est totius meritedis initiũ & principiũ primariũ, quo innotescũt alia. Itẽ sancti pro rei magnitudine btitudinẽ iam sic, iam sic noiant in vno alterũ includendo. Sic adducit dictũ Philip. Ioã. xtij. Dicendũ. aliqui discipuloꝝ rudes erãt, & iudicarũt patrẽ quẽ nõ viderũt maiorẽ filio, & ita nec Christũ cognouerũt: quia nõ est minor patre secũdũ deitatẽ, nec maior filio pater secũdũ deitatẽ. Hũc sensum erroneum corrigere voluit Christus dicẽs, qui videt me p fidẽ, videt & patrẽ meũ mihi cõsubstãtialẽ & coeternũ: qa pater in filio, & filꝰ in patre p circũincessionẽ. Aut forte Philip. putauit patrẽ videri posse in terris oculo corporali. Et sic dixit Christus, q me videt secũdũ deitatẽ, videt & patrẽ. Nõ aũt hoc fit in terris. Et si itelligitur oculo corporali vel fide: sicut de Thoma dicit: quia vidisti credidisti, vidit oculo corporali, credidit oculo fidei & mentali: sic voluit Christus dicere, q̃ vidẽs Christũ esse deũ per fidẽ, videt & patrẽ cõsubstãtialem: licet nõ videt eũ oculo corporali. Ideo inquit. Nõ credis qa ego in patre, & pr̃ in me est &c. Item est hic sermo de sufficiẽtia quo ad meritũ fidei respectu cognitionis psonarũ. ¶ Secundũ dubiũ. An respectu actus beatifici aia se habet actiue vel passiue. De hoc supra. dist. j. q. ij. primi collect. Holkot. q. viij. suarũ determinationũ tenet cõtrariũ. Et⁹ motiuũ est: quia nisi sic, frustra poneret in ea lumẽ glorię. Cle. Ad nr̃m. de hęreticis. vbi habet q̃ lumẽ glorię ponit ad eleuandũ aiam, vt deum videat, eoq̃ beate fruat. De lumine glorię olim fuit cõcertatio apud docto. si sit ponendũ vel nõ. Et ad quid valeat, ex S. Tho. & Durã. Nũc est in Cle. facta decisio, q̃ est error dicere, aiam nõ indigere lumĩe glorię &c. Sed quid sit lumẽ glorię, nõ explicabit ibidẽ, si sit distinctũ ab habitu charitatis: et si sit nobilius donũ q̃ habitꝰ charitatis. In epistola ad Colo. j. habetur argumentũ q̃ est charitas, cũ dicit. Qui dignos nos fecit i partẽ sortis sanctoꝝ in lumine. Forte ex illa scriptura est causa sic determinandi, seu ex dicto ꝓphetę. ps. xxxv. In lumine tuo videbimus lumẽ. In lumine tuo a te creato, & in nobis recepto, videbimꝰ lumẽ tuũ increatũ. Et dicit Holkot. Nõ est dubiũ quin si deus coageret oĩbus btis, habẽs meliora naturalia, meliorẽ eliceret fruitionẽ: sed qa deus sic statuit, q̃ vult reddere prẽmia secũdum bonitatẽ moralẽ & valorem gratuitũ, nõ sic secundũ bonitatẽ naturalẽ: ideo q̃ busdã debilioris naturę, plus tribuit de lumĩe, glorię, vt fortius agãt. ttaq̃ possunt deũ excellentius diligere. Hęc ille. Et. q. ix. Voluntas beatioris non fruit deo scdm possibilitatẽ naturaliũ, sed secũdũ facultatẽ gratuitoꝝ. Illa videt dubia. Quõ. n. verũ est: q̃ debilitori in natura magis datur de lumine glorię? an iuxta meritũ vię vl̃ finet. Nõ sine, vt videt: quia sic esset melioris conditionis q̃ maior sanctꝰ. Igit iuxta meritũ vię. Et quid si essent paris meriti, robustior & debilior in naturalibus? Si tũc quilibet fruit deo secundũ facultatẽ gratuitotũ, & illi pares fuerũt i merito, minor tñ est vis naturalis in vno q̃ in alio: & potẽtia vtitur habitibꝰ vt instrumẽtis: Nõ videt quõ debilior i naturalibꝰ tãtũ posset actũ elicere, sicut robustior, cũ (vt videtur) potẽtię agũt secũdũ q̃ possunt. Et virtute naturali habituat sic, vel sic, & secundũ lumẽ gloriæ tãtũ vel tãtũ, secũdũ illã opinionẽ. Itẽ ꝓquid cohibet illa vis naturalis, ne tãtũ eliciat actũ fruitiõis? Opus esset dicere potẽtiã naturalẽ illustratã lumĩe gl̃ię tãtũ agere ꝓ habẽda btifica visione & fruitione dei, vt hõ hic meruit in via & non plus. cuius quãtitas & qualitas soli deo patet. & ita deus vtit hois potẽtia vt instrumento dirigendo ipsam vt vult, secundũ illã opinionẽ. Prẽterea, secundũ illa dicta, potius lumẽ glorię vteret potentia q̃ ecõtrario: & habitus dirigerẽt potentiã & determinarẽt directi ab agente infallibili. Itẽ, sicut secũdũ Sco. gr̃a nõ auget capacitatẽ aiæ ad maiorẽ gratiã, cũ sit capax summa gr̃a, sicut aia Christi: igit nec auget capacitatẽ lumẽ glorię ad videndũ deũ. Quicqd sit de illis, si ponit q̃ deus actũ btificũ ꝓducit in aia bti scdm merita i via, & p talẽ sic ꝓductũ a deo & susceptũ in aia voluntas tendit in obiectũ, multa possunt facile saluari, vt infra. q. v. de inęquitate gaudij & delectationis, visionis, & fruitionis &c. Et siue (secundũ modũ loquẽdi aliquoꝝ) talis qualitas dicat actus, siue nõ: eo q̃ nõ recipit in ea potẽtia a qua vitaliter ꝓducit: producit em̃ a deo & recipit in aia: quã vitaliter imutat: Pot tñ in gñe dici forma quędã & pfectio subiecti. Est em̃ prẽmiũ btificũ essentiale, cui secũdũ Palu. q. iij. arti. ij. repugnat q̃ efficiatur a potentia, sed debet recipi ab ea. ¶ Tertiũ dubiũ. Quõ verũ est aias sctõrũ K vltra visionẽ diuinę essentię nõ posse exaltari. Itẽ q̃ visio clara diuinę essentię est summa aiarũ exaltatio. Itẽ an btitudo cõsistit in vno solo actu vl̃ in plurib⁹. Ad primũ respõdet infra. q. v. Et pot quãtũ hic sufficit duplicẽ habere itellectũ. Vnꝰ est. vltra gradũ visiõis diuinę eẽntię quẽ habẽt aię ante extremũ iudiciũ, nõ exaltabunt ad maiorẽ gradualiter intẽsiue. Sicut autẽ nõ intendet in eis charitas patrię, ita nec visio obiecti beatifici: eo q̃ earũ beatitudo eẽntialis nõ augebit, secus de gaudio prẽmij accidentalis. Hoc enim extendet post corporũ resumptionẽ, & multorũ glorificationẽ. Habebũt em̃ tũc stolã corporis & aię: tam animæ tantum. Alius sensus. vltra visionẽ dei, non possunt exaltari ad aliã perfectionẽ distinctã specie a clara visione dei: maiorẽ & pfectiorẽ q̃ sit clara dei visio. Sic falsum est: quia habẽt cũ visiõe dei etiã fruitionẽ perfectiorẽ & priorẽ prioritate pfe-



ctionis, q̃ sit visio clara dei. Olim aliqui senserũt aias ante iudiciũ extremũ nõ esse vere beatas. Et hi dixissent cõsequẽter, q̃ in iudicio earũ bitudo augebit intẽsiue & extẽsiue. Et alij senserunt q̃ aiæ tunc habebũt claritorẽ visionẽ dei q̃ nunc: & q̃ earũ gaudiũ intendet in rõne extẽsiue & intẽsiue. Et vult Tho. Argẽ. post Magistrũ lib. iij. dist. xj. tenẽtem q̃ btitudo angeloꝝ crescet vsq̃ ad iudiciũ: ꝓpter custodiã hoim & obsequiũ eis ipendendũ. Verũ illa opinio Magistri cõiter nõ tenet. Alij ponẽtes btitudinẽ principaliter cõsistere in actu itellectus, admitterẽt secũdũ intellectũ pro parte, saltem aliqui. Nã Durand. videt velle, q̃ solũ i vno actu cõsistat btitudo. q. iiij. Alij in duobus. ¶ Ad scdm: cũ quidã dicũt, visio clara essentiæ diuinæ est summa aiarũ exaltatio: Pot multipliciter itelligi. Primo inter oĩs exaltatiões aię distinctas specie, visio est summa, & supra oĩm aliam specie distinctã. Et de hoc est diuersitas opinionum, vt supra. Quidã em̃ volũt: q̃ visio sit simplr̃ summa & nobilior fruitiõe. Alij q̃ visio est summa: quia est fruitio. Alij, q̃ fruitio est summa: sed nõ visio dei. Alius sensus pot esse: aia vidẽs deũ nullã aliã perfectionẽ cõsequi potest. quod falsum est: quia expectãt stolã corporis, & gaudij accidentalis augmẽtũ: sed nõ crescẽt in prẽmio essentiali. Secus de accidentali extensiue. Immo possunt dici multipliciter exaltãdę in multarũ rerũ cognitione. Eo mõ loquẽdi, cũ quis nanciscit aliqd humile officiũ respectu prioris habiti, quo prius caruit: dicit aliquo mõ exaltatus: quia accreuit ipsi aliqd quo prius caruit. Aliter pot dici ad idẽ. Summũ capit multipl̃r. Primo modo adiectiue, qđ est quocũq̃ alio maius. Sic qđ per supabundantiã dr̃ vni soli rei cõuenit. Hoc modo forte pot cõcedi esse vnũ summũ actum. Nõ aũt visio dei sola. Alio mõ est summũ in specie illa. Sic inter oĩs spẽs coloris albedo ponit summa: et i gñe visionũ visio intellectualis: & in gñe affectionũ volitio libera summa est. Sic summo nihil distinctũ specie altius est. Nã in gñe virtutum nulla est virtus distincta specie a charitate altior ea: licet vna charitas sit maior alia. Itẽ in gñe cognitionũ: visio dei ꝓcellit specie. Sic possunt esse plura summa: visio in gñe cognitionũ: fruitio in gñe volitionũ. Tertio capit p summo gradualiter. Sic inter visiones dei vna est intẽsior alia: & iter fruitiões, vna est intẽsior alia: & sic summo nihil est altius in illa specie. Hoc mõ dr̃ sola aia Christi eẽ summe beata. Quarto dicit summũ, qđ vnitiue & aggregatiue ꝓtinet oĩa & singula: nullo eorũ dẽpto quæ sunt vel esse possunt de beatitudinis integritate & perfectiõe. Cũ ergo dr̃: visio clara diuinę eẽntiæ est sũma aiarũ exaltatio: Cõcedit vel negat: secũdũ nũc datã distinctionẽ L &c. ¶ Ad tertiũ, quicqd sit de dictis ãtiquoꝝ do-

Universidad de Deusto
Biblioteca



editã ad determinationẽ studij Parisiẽ. cõtra Ioan. xxij. Ex qua bulla inter alia plurima habeť ꝙ btitudo cõsistit in visiõe & fruitiõe. Itẽ cõtra Ioã. xxij. ꝙ aĩę ante extremũ iudiciũ sunt vere btẽ vl saluatę. Itẽ ꝙ intuitiue videt deũ. cõtra eos qui dicunt visionẽ esse obiectũ fruitiõis: seu delectationẽ. Itẽ ꝙ fruunť deo. Euacuanť aťs fidei & spei per finalẽ dei visionem & fruitionẽ. Itẽ erit ibi ꝑpetuitas & tentio sempiterna. Itẽ aĩę malorũ mox damnantur. Itẽ oẽs astabunt iudici in extremo iudicio redditurι tõnem &c. & recepturι ꝓut quisq; gessit in corpore, siue bonũ, siue malũ. Et mtrũ videtur, ꝙ hic nulla sit mẽtio de lumine glorię. Cui deniq; Paulus raptus in tertiũ cęlum, nihil de hoc locutus est, qui maximã ponit charitatis extollẽtiam, tacito lumine glorię, si est quid distinctũ ab
M habitu charitatis. ¶ Possent etiam moueri dubia. Si quis potest frui vna persona sine alia, & essentia sine psona, vel ecõtrario. De hoc in. j. dist. j. q. v. Item an fruitio vię & patrię differũt specie. De hoc affirmatiue in. iij. dist. xxxj. Et Sco. dist. pñti. q. v. Item an vides deũ sine charitate, vt est possibile de potentia absoluta dei, scđm Durãd. & Palu. possit formare fruitionẽ similem beatificę fruti
N oni. ¶ Quintum dubiũ. Vtrũ voluntas cõtingẽter & libere fruatur obiecto beatifico, vel solũ necessario. An respectu cuiuscũq; aťs sui sit libera libertate indifferentię & contingentię. Quid dicant illa noia, libertas contingẽtię & indifferẽtię, & similia. Quid libertas, & quotuplex, habeť in. ij. dist. vij. Itẽ producere cõtingenter quid est, & quot modis accipitur, in primo. dist. j. q. vj. & dist. xxxviij. Durand. dist. xlviij. q. ij. ait. Potest deus nude & aperte videri ab aliquo sine gaudio, & delectatione cõsequẽte, quantũ est ex parte dei: qa põt nõ coagere ad gaudium: & sic ipossibile est sequi gaudiũ. Sed quantũ est ex parte rei, est impossibile ꝙ nõ gaudeat videns deũ in diuinitate nude & aperte: quia necessario sequiť gaudiũ ex parte rei coagente deo, ad nudã & apertã dei visionẽ. ¶ Posset qs respõdere ad dubiũ istud, per quędã dicta sine assueratiõe. Primũ. intellectu iudicante hoc esse finem vltimũ, qui vere est finis vltimꝰ, & causam primã omniũ productiuam & cõseruatiuã, nõ potest voluntas naturalis ipm nolle. Patet respiciẽdo terminos. Non enim potest voluntas naturalis nolle esse. Hoc enim est de sui natura, & naturalis rei inclinatio. Et refert: intellectũ iudicare hoc esse causam primã ꝓductiuã: imo & causam cõseruatiuã a qua oia dependent: Aut iudicẽ rigidũ, aut finẽ vltimũ. Etsi noia pro eodẽ supponãt, tamẽ diuersa cõnotãt: & diuersos importãt effectus. Nolendo aũt causam cõseruatiuã esse, nult suã pfectionem, & suã naturalẽ beatitudinẽ. &c. ¶ Secundũ dictũ. Si aliquis per possibile vel impossibile deũ vides intuitiue, iudicat ac credit ipsum esse iudicẽ suũ equissimũ, a cuius sentẽtia diuertere nõ potest: sed necessario expectat ab eo pœnã ꝑpetuã sine fine mansurã: põt volũtas libera se ab eo diuertere & ipm nolle esse, ex dilectiõe suiipsi⁹ plusq; dei. Potest dico de facto, stãte hypothesi. Licet em obiectũ ipm sit summe bonũ & rectum, tñ vt sic scđm suã existimationẽ nõ est bonum sibi (si licet ita loqui) qa contrariũ & pœnę illatiuũ. Immo horrore naturali se diuertit ab eo apprehẽso vt tali. Pręterea. videť ꝙ volũtas libera i hoc casu possit de facto nolle simpl'r & absolute hoc visũ nõ esse: qa vt sic nõ apꝓhendit ipm vt causam cõseruatiuã suiipsius. Nec scđm primũ dictũ põt naturaliter appetere cõtrariũ suo eẽ: qa naturaliter simpliciter & absolute vult eẽ appetitu naturali &c. vt supra. q. j. Sic licet quis põt alteri nolle btitudinẽ, nõ tñ sibiipsi, loquẽdo de btitudine naturali: q̃ est naturalis rei pfectio. Hinc Paulus. Nemo carnem suã vnq̃ odio habuit. De illo non q̃rit dubiũ principaliter: sed cum deus intuitiue videť ab aliquo beato sine mali cuiuscũq; exhibitione, an voluntas libera nude & absolute põt ipm nolle, aut etiã odire. Et gñaliter loquẽdo, nõ est dubiũ qn deus possit aliquẽ deobligare lege dilectiõis, ne debitione pręcepti teneatur eum diligere, & forte pręcipere ꝙ se odiat. Sicut dicerẽt tenentes ꝙ odiũ dei in damnatis deus in eis ꝓducat & cõseruet. Sco. dist. xliij. secundi, tenet ꝙ deus nõ potest odiri in se a creatura rationali. Secus de suis effectibus. Et ita actus charitatis nõ habuit cõtrariũ directo, sed effectus dilectionis. Ad idẽ. q. ix. dist. pñtis. Cũ autẽ quis videt se oino liberari ab eius effectibus sibi malis: vult ipm ꝓpter se dilectũ nõ esse simpliciter. De hoc supra dist. vij. secundi. ¶ Est itaq; dictũ tertiũ post Scotũ de visione dei in via & patria. Voluntas libera, siue in via, siue in patria, non vult beatitudinẽ coacte & necessitate proprie dicta, siue in vniuersali, siue in particulari, apprehẽdãt ipam: sed cõtingenter. i. nõ coacte: & in patria necessitate ineuitabilitatis, sed nõ libertate indifferẽtię aut cõtradictiõis, stãte btõꝝ cõfirmatione. Hoc dictũ est contra Henri. Gand. qđlibeto. iij. q. tenet, ꝙ in vniuersali volũtas vult necessario btitudinem, nõ in particulari. Nullibi em necessario vult eam necessitate simpl'r dicta. Sic em cogeretur voluntas & contra inclinationẽ naturalem, & in via, nec necessario necessitate immutabilitatis, sed libertate indifferentiæ & cõtradictionis in patria, stãte tentione beatifica & cõfirmatiõe. Est em quædam necessitas immutabilitatis, quæ contrariatur ad cõmunẽ intellectũ, libertati cõtradictiõis & indifferẽtię. Cũ em sunt i bono cõfirmati & stabiliti, nõ possunt vt sic in sensu compositionis in



vtrũq; oppositorũ Deo nolente eis coagere: tamen etsi sit in eis volũtas libera sua essentia & natura: de qua tũc nõ potest vere prędicari nomẽ libertas cõtradictiõis & idifferẽtię, ꝓpter defectũ connoti. Insup videtur oino determinari & inclinari ad velle ꝑpetuo esse beati. Determinatur em, sed nõ necessitatur, lumine glorię & habitu charitatis &c. ad solũ deũ ꝑpetuo diligendũ. Et ita nõ habẽt plene in sua ptate & in potẽtia ꝓpinqua ꝓducere vel nõ ꝓducere actũ beatificũ: vel eo ꝓducto a Deo & in eis recepto, per ipm sic receptũ in deũ tendere vel nõ tendere. Forte Hen. loquiť de voluntate naturali, & vt naturaliter appetente beatitudinem cõfuse tm. Hoc videť velle. q. viij. Holkot cũ iqt. Voluntas creata respectu dei clare visi nõ agit libere & indifferẽter, sed necessario diligit deũ clare visum, sine aliqua ratiõe cõtristãtis vel pœnã cõminãtis. Et dato ꝙ volũtas quantũ est de se, posset actũ beatificũ libere dimittere: attñ deus non vult ei coagere. & sic nõ potest ipsum dimittere. ¶ Quartũ dictũ. Licet voluntas beati nõ possit resilire ab obiecti clare visi dilectiõe, in quo ois bonι rõ eminẽter cõtinetur cũ exclusione ois mali, nihilominus libere tendit in ipm, et cõtingenter contingentia scđo modo dicta, quãtũ est de se. Patet ex dictis: qa de sui natura ad neutrũ determinat, secus ꝓ statu illo: & lege stante. ¶ Quintũ dictũ. Nõ valet istud: qa intellectus volũtatis oculus iudicat deũ esse volendũ, & nõ volendũ, igiť voluntas necessario vult hoc iudicatũ ꝑ intellectum, & nullo mõ põt id nolle seu nõ velle. Vel sicut principiũ i speculabilib⁹: ita finis in agibilib⁹. Nã in illo dicto nõ fit cõpatio intellectus ad volũtatẽ: sed intellect⁹ practici ad intellectũ speculatiuũ, vt sicut ex pricipijs speculabilib⁹ necessario deducunť cõclusiões speculatiuę: ita itellect⁹ practicus cõsiderato fine ingrit media ꝓ finis cõsecutiõe. Sed nõ sicut itellectus necessario assentit principijs & conclusioni speculatiuis: ita voluntas necessario vult finẽ & media ad finẽ. Hoc nõ vult dictum Philosophi, nec ad hoc põt allegari. Pręterea. põt hic eẽ quędã similitudo quãtũ ad ordinẽ potẽtiarum respectu suoꝝ obiectoꝝ. Pręterea. qua rõne cogeretur voluntas se cõformare intellectui in hoc actu, pari rõne in quocũq; alio. Et sic nullus actus esset in volũtatis potestate: & in nullũ tẽderet cõtingenter: per cõsequẽs act⁹ meritori⁹ & demeritori⁹ nõ eẽnt i volũtatis ptate: & cessaret cõtingẽtia actuũ hoc mõ & libertas. Pręterea. nõ magis arctať voluntas ad volẽdũ qđcũq;. q̃ ad volendũ impossibile, sed scđm oẽs volũtas est ipossibilium & põt velle impossibile, igiť eodẽ modo qđcunq; aliud. Est qdẽ verũ: intellectus velut voluntatis oculus pñtat obiectiue obiectũ aliqđ vt tale vel tale, quo sic cognito libera est voluntas ad volendũ ipsum vel non volendũ. Eccle. xv. Deus sic condidit hominẽ &c. Et vt illa amplius clarescãt: notãdũ breuiter. Aliud est voluntatẽ ad aliqđ inducere ꝑsuasione. Aliud cogere vel ipsam difficultari. Persuasione inducitur voluntas cũ per intellectũ persuadetur ad volendũ vel nolendũ illud quia tale aut tale. Sic in euã. Lucę. xiiij. Cõpelle intrare. persuasiue ꝓponendo eis pœnas & gaudiũ, malũ & bonũ, quod eos manet &c. Et Ioan. vj. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum. amoris & dilectionis beneficẽtia in filij incarnatione &c. Sic trahit quẽq; sua voluptas. Sic dicitur sępe voluntas alicui⁹ mutari: qñ persuasiue ducitur in opinionẽ aliã, vt nũc velit prius nolitum & econtrario. Difficultaťr voluntas multipliciter. Primo ex defectu rõnis, q̃ est eius oculus. Scđo ꝑ passionẽ obuiam quã inducit rõ, siue sit timor, anxietas, labor, delectatio aut iucũditas circa agẽda, siue aliud. Vñ sępenumero volũtas se ab aliquo auertit, & ad aliud cõuertit. Talismodi difficultatio nõnunq̃ dicitur ipossibilitatio, vel necessitatio, scđm Anſ. c. xvj. de lib. ar. cũ fit magno conatu, magna & forti persuasiõe: ita ꝙ difficile ẽ et cõtrauenire. Sic põt itelligi illud Ro. vij. Video aliã legẽ in mẽbris meis, captiuatẽ me in legẽ peccati. Ecõtrario dr volũtas facilitari & prõptificari &c. quę si oino tollerẽtur a voluntate, adhuc libere eliceret & nullo mõ cogeretur. Hic difficultas q̃ sępe ponit in volũtate, nõ opponit libertati essentiali in eliciẽdo ꝑcise, sed in facile prõpte delectabiliter & iucũde eliciẽdo. Differũt em illa noia in cõnotato volũtas & difficultas volũtatis, seu libertas volũtatis & volũtas. Libertas em aliqd dicit in cõnotato qđ non dicit nomẽ volũtas in recto. Et ideo etiã põt de diuersis ꝑdicari nomẽ libertas scđm magis & minus: nõ sic volũtas. Nã libertas ꝓ subſtrato est voluntas: habet tamẽ qñq; aliud & aliud cõnotatũ. vt libertas a pcõ supponit ꝓ voluntate cõnotãdo eã esse in gra, a miseria sine pœna, a necessitate sine coactione, ab idifferẽtia: qa nõ magis determinat ad vnũ q̃ ad aliud: libertas cõtradictionis: qa põt in vtrũq; oppositoꝝ. Nõ igiť sunt noia synonyma: licet sumanť ꝓ vna re: q̃ est voluntas essentialiter. Sic suo mõ facilitas, & prõptitudo, alacritas, iucunditas nihil minuit, vel affert essentiali libertati pręcise, nec vnq̃ eã attingit, secundum eos q volũtatis conatũ noiant volũtatẽ, & in ea ponũt gradus. ij. Rheto. Nõ eadẽ videntur amãtibus & odio habentibus, neq; iratis & mansuetis. Item propter potentiarum colligantiam nata est voluntas appetitui sensitiuo condelectari vel contristari. Contraiti vero inexistenti delectationi, & conari ad tristia, promptitudinem quam delectatio solet causare tollit & aufert: ac difficultatem inducit. x. Ethicorũ. Coauget operatione propria delectatio

confirmat,& diuturniorē ac meliorē facit. Alienę vero officiunt. Corrumpunt aūt operationē tristitię ꝓprię &c. Hi duo modi difficultādi in genere,scilicet per rationis obnubilationē,aut delectationis vel tristitię ingestionē,tangūtur.iij.Ethico. cap.ij.cō dī.Est inquā difficile qñq; iudicare quale ꝓ quali eligendū,& quid ꝓ quo sustinēdū.quo ad primū. Adhuc aūt difficilius immorari cognitis &c.quo ad secundū. ¶Corollarie sequit. Voluntas proprie non fatigatur:quia fatigatio est diminutio potentię actuę: voluntas autem in eliciēdo actum suum non perdit aliquid potentiæ suę, nec diminuitur in natura sua quæ est sua potētia libera,per quodcūq; agēs creatū. Et si vt supra ꝓ conatū intelligitur libertas voluntatis:etsi libertas dicatur habere gradus,nunq̄ tamē potest qdcūq; difficultans illos gradus attingere. Sicut em̄ quilibet gradus albedinis maior est perfectiōe quocūq; gradu nigredinis:ita quilibet gradus libertatis excedit totam facultatē difficultatis etiam in infinitū, ita ꝙ supremum in vno non attingit minimū in alio. Non ergo sequitur quia conatus voluntatis est finit⁹. Sit ergo vt quatuor.si datur difficultans vt duo,potest etiā dari duplū: & sic quatuor:per cōsequēs stante tali difficultate voluntas nō potest elicere. Istud non valet. Per idem solueretur:si diceretur : obiectū bonum allicit volūtatē ad volendū:et melius magis allicit : ergo infinitū obiectū infinite allicit:per consequens necessitat. Quantūcūq; em̄ clare ostendatur obiectum beatificū voluntati:nihilominus potest voluntas nō velle ipsum nō facta alicuius mutatiōe &c. si sibi dimittitur & cōtingenter. Voluntatem cogi ꝓ nullo supponit. Dicit enim voluntas cogi dum inuite vult vel nolens vult. Cogitur tñ quo ad act⁹ exteriores imperatos,nō quo ad interiores. Hinc ecclesiā quis ingreditur nolens,nō aūt credit nisi volens,secundū Aug. Coacte vult voluntas ꝓprie idest contra velle,cōtra suū imperiū,inuite,contra suā naturalē inclinationē,licet non determinet de sui natura ad cuiuscūq; volitionis oppositū,quātum est ex parte sui precise:sed indifferenter se habet ad oēm,siue quo ad eius productionē siue receptionē & tendentiā in obiectū. Potest ergo induci & persuaderi, sed nō cogi,nisi quantū ad imperatos respectu quor⁹ & impediri pōt. ¶Sextū dubium. An beati possint peccare. Respōdet ꝙ nō in sensu cōposito : quia hoc nō est posse nec libertatis:licet posse peccare arguat alicui inesse arbitrij libertatē:& vertibilitatē. alias cuicūq; cōpeteret libertas,posset peccare,per consequēs & deus posset peccare. Vnde libertas & posse peccare se habent vt inferius & superius:ita ꝙ oīs peccator habet libertatē:sed nō omnis habēs libertatem peccat. Et causa est:quia potens peccare:habet potestatem propinquā & contingentiā respectu actuū prohibitorum in quibus constitit peccatum. Sed beatus nō habet potestatem propinquam respectu eorundem:sed respectu aliorum non prohibitorum. Ita respondet Ockam in quęst.xiiij. quarti.Hinc illa est cōcedenda : Beatus nō est simpliciter impeccabilis. potest enim peccare in sensu diuiso:sed est impeccabilis in sensu cōposito.Nō autem est illa impeccabilitas per causam intrinsecam inexistētem voluntati beati : sed per causam extrinsecam, volūtatem scilicet diuinā preuentētem & non coagentem,secundū August.xxij.de ciuita.dei.cap.xxx. Cum enim voluntas beati alicuius nunc sit essentialiter talis in natura, qualis prius fuit,potest quātum est de se præcise in effectum nunc in quem prius. Cohibetur autē & impeditur a Deo eum continuo dirigēte determināte & conseruante ad actum beatificum. Posset autē deus sua absoluta potestate beatos sinere suos motus vt libet agere:secus de potentia ordinata: quia sunt in bono stabiliti. ¶Si dicit:est contra libertatem potentię liberę ꝙ determinetur per habitum infusum ad velle sic ꝙ non possit in oppositū,ergo etiam est contra eius libertatem cum determinatur a causa superiore ita ꝙ non potest ꝓ tūc in sensu cōposito in oppositū. Concesso antecedente ad bonū intellectū vt dicetur infra,negetꝝ consequētia. Et ratio est secundū Ockam. quęst. xiiij.quarti.& Sco.quęst.vj.quia non sic se habet potentia superior & independens ad inferiorē,sicut habitus ad potentiā. Potētia enim vtitur habitu in suo ordine vt instrumento,& est prior habitu,vel natura,vel tempore,immo perfectione naturali dignior habitu,sicut substantia in communi dignior est naturali dignitate accedente in communi. Potentia vero superior habet inferiorē sibi iure subiectam & obligatam,tanq̄ ab ea dependētem. Primum est contra naturā potentię:quia voluntas nō esset voluntas,si nō esset causa prior respectu habitus sui, & ita nata vti habitu & determinare ipm̄ ad agendū:nō determinari ab eo: sic ꝙ oppositū nō sit in eius potestate. Secūdum nō est contra eius naturā:sed perficit potentiā summa perfectione,& relinquit eam in ordine suo respectu causę inferioris. Sco.dicit quęst.vj.Nō est ibi necessitas videndi obiectū, necessitas absoluta simpliciter, sed conditionata: si obiectū manet prędens. Et istud si est mere contingens:quia obiectum illud oīno contingēter,& nō voluntarie mouet intellectū creatū,& voluntas simpliciter cōtingēter fruitur illo fine viso. Et licet intellect⁹ de sui natura necessario ferat in obiectū visum & prędens, tñ volūtas eo cōtingenter fruitur. ¶Et si quęrit an non posse peccare,sit naturæ vel gratiæ: Respondet August.xxij.de ciui.dei.ca.xxx. Solus



deꝰ naturaliter peccare nō pōt:particeps dei ab illo cepit vt peccare nō possit. Est ergo gratię diuinæ nō posse peccare: & id nō posse, libertatem auget non minuit. secundū Boet. Summa bonitas est diuinis agi frenis & eius seruire iustitię. Ad idem Paulus. ¶Si dicit: dictum fuit ꝙ potēs peccare habet potētiam propinquam:Quid est potentia propinqua,vel possibilitas propinqua? Respondetur post Aug.de spi.& litera.ca.xxxj. Nihil est in potentia propinqua ad agendum vel operādū nisi qñ habet oia q̄ debēt adesse vel abesse:& nihil extrinsecū vel intrinsecū deficit vt opari possit. Sic de potentia passiua suo modo secūdū aliquos dicitur quis quandoq; habere potentiam peccandi vel ad peccandum,vel principiū peccādi: sed nō possibilitatem ad peccādū. Nomina sunt ad placitum. Non ergo sequitur. In illo est potentia operatiua:ergo potest hoc.nisi secundū quid,& quantum est ex parte sui. Nam ad posse simpliciter requiritur potētia propinqua: vt nihil desit horum quę requiruntur ad operari:ꝙ oīnia impedimēta desint. ¶Septimū dubium tripertitū. Primū Vnde beatitudo dicatur incorruptibilis & sempiterna. Secūdū,vnde sciunt beati se perpetuo beatos fore sine amissione. Tertium, An securitas tentio perpetuitas sint de essentia beatitudinis.sic & gaudium. Dicendum ad primum. Nihil aliud a deo est vel habet esse simpliciter & formaliter perpetuum vel necessariū. Sed eē aliud a deo est simpliciter contingens. Patet: quia cepit esse post nō esse:ergo & potest non esse post esse,maxime per deum. Consequenter beatitudo formalis est corruptibilis. Dicitur tamen incorruptibilis & sempiterna:quia nunq̄ corrumpetur:eo ꝙ nō habet cōtrarium corrumpens: sed perpetuum conseruatorem deum. Hoc enim loquendi modo dicitur res incorruptibilis & perpetua:quia non habet cōtrarium ꝙ sit nec deus vult coagere cuicūq; actiuo creato pro eius desitione vel annihilatione:sed vult ipsum perpetuo conseruare. Non ergo oportet dicere ꝙ causa perpetuitatis formalis beatitudinis sit a forma beatitudinis, vel ex natura potētiarū,eo ꝙ perpetuātur circa obiectum: vel determinantia habitus in potentijs: quasi per habitus necessario determinent ad necessario operari circa obiectum: vt quidā volunt:sed sicut sola diuina misericordia est causa saluationis hominis:ita sola diuina voluntas est causa perpetuitatis eiusdē. ¶Ad secūdū:beatus scit se nunq̄ spoliandum beatitudine diuina reuelatione:& de hoc habet certitudinem infallibilem:non tamē sic scit ꝙ sciat se necessario esse beatum:& ꝙ impossibile sit se non esse beatum. Est em̄ contingenter beatus,& hoc scit: attamen diuina gratia illustratus, scit se beatitudine nunq̄ priuandum: nec habere quodcunq; creatum ꝉsiuum contrarium. Sunt ergo beati cōtingenter beati & quadam necessitate immutabilitatis. Cū hoc tamē stat secundum aliquos.licet deus non possit facere prēteritum non fuisse p̄teritum:potuit tamen facere ꝙ ille actus qui modo est securitas,non fuerit vnq̄:& ita ꝙ illa nunq̄ fuerit vera quę est securitas:sed illa falsa, hęc securitas est. Vñ demōstrato actu qui est securitas in aliquo beato, verum est dicere:hic act⁹ cōtingenter est,& hic actus potuit non esse,vel nunq̄ fuisse. de hoc supra dist.xxvij.primi collecto. ¶Corollarie sequitur. Causa perpetuitatis beatitudinis est a causa extrinseca nō intrinseca, volūtate.s.diuina, volente eos perpetuo esse beatos, cum efficaci prohibitione cuiuscunq; ꝉsiui,cōtristatiui,corruptiui &c. Quia ergo diuinā habēt reuelationem de sua beatitudinis perpetuitate:sunt certissimi ꝙ eam nunq̄ amittent. Certitudo enim respicit veritatis reuelatę infallibilitatem : vt supra in tertio.dist.xxiij. ¶Corollarium secūdum. Certitudo perpetuitatis beatitudinis est in intellectu beatorum: non quia vident beatitudinem in se perpetuam esse,nec per rationem naturalē : sed ex reuelatione diuina infallibili : aut quia deus in eis producit hoc iudicium de nunq̄ spolianda beatitudine. Itaq; securitatem oppositam timori, q̄ est in affectu,præcedit certitudo opposita fallibilitati quæ est in intellectu, secluſa omni formidine de oppositō. ¶Ad tertiū.loquendo de bītudine formali:nō aggregatiue sūpta:securitas nō est de ēntia beatitudinis. Ratio:qa beatitudo est in cōcupiscibili:sed securitas in irascibili. Sic de perpetuitate & alijs, vt supra cōclusione quarta patuit, similiter dici potest. Totum stat in alia & alia acceptione nominis beatitudo:vel ꝓ operatione optima secundū speciem,vel aggregatiue. Secūdum hoc facile possunt concordari dicta doctorū,quorum aliqui ponunt illa esse de beatitudinis essentia:alij negant. Sic cū dicit ab Aug. xiij.de tri.ca. viij.& alibi. Nō pōt eē veraciter vita beata,nisi sit sempiterna:& securitas est maxima pars beatitudinis. Exponit Holkot. Est pars secundū imaginationem:quia partiale significatum nominis beatitudo qđ est oīno potissimum, est deus. Item inter notitias complexas pertinentes ad beatitudinem: hæc videtur potior. Deus vult beatitudinē collatam sempiternaliter continuare & conseruare,cum repulsione cuiuscunq; cōtrarij.& id est maximū:quia dicit totū qđ requiritur ad beatitudinem aggregatiue. Scām Scot.q.v.&.vi.& Ockā q.xiiij.potest actus beatificus esse in anima beati sine securitate ꝓpetuitatis &c. Tētio,vel securitas non videt esse aliud nisi iudiciū reflexū de aliquo bono semper habendo. Nō aūt oportet vt voluntas se semp reflectat sup illo iudicio : sed dū vult:

Universidad de Deusto
Biblioteca



nec timet oppositū. ¶ Si dicitur: Si voluntas pōt libere velle: & libere nō velle: ponat in esse: tūc hęc erit vera: voluntas libere vult, & volūtas libere nō vult: Respondetur. Non sic debet poni in esse illa de possibili: sed sic. Volūtas vult in a, & potuit immediate ante a, noluisse in a, nulla facta mutatiōe &c. cęteris eodē modo se habentibus. Vel sic: voluntas nō vult in a, & potuit voluisse in a. Sic voluntas nō vult in a, & potuit voluisse in a. Sic voluntas pōt libere velle: voluntas vult, & immediate anteq̄ incepit velle pro alio instanti potuit non incipere velle. Insuper potest hęc ꝓpositio distingui secundū Holkot. Voluntas pōt libere velle, & voluntas pōt libere nolle, in sensu composito vel diuiso: eo q̄ ly libere pōt determinare primū verbum vel secūdū. Si primū, propositio est vera: vt voluntas libere potest &c. Si secūdū, sic est falsa: vt voluntas potest libere velle, & potest libere nolle. sic enim per eā denotatur q̄ voluntas pōt velle & nolle: qđ est impossibile, & implicat quia vult & nult, non q̄ p instanti pro quo hæc est vera, sit in potentia contradictionis: sed qa immediate anteq̄ incepit velle, cōcurrentibus omnibus requisitis ad hoc, habuit in sua potestate icipere velle vel non velle. Nec denotatur p illā: voluntas pōt libere velle & nolle, q̄ ita sit a parte rei, sicut per illā copulatiuam significat, & ita q̄ ista ꝓpositio sit simpliciter vera voluntas libere vult, & volūtas libere non vult vel nult: sed dicit possibilis quia ita pōt esse sicut per ipsam denotatur esse: hoc est q̄ volūtas prius q̄ vellet positis oīnibus ad suum actum requisitis potuit non velle: & nūc cum vult potest pro alio instanti cæteris paribus actum non commutare sed cessare: ita q̄ non est potentia ad oppositā pro eodem instanti, q̄ pro eodem instanti possit velle & nolle: sed quia in instāti quo vult habet potentiā cessandi & non volendi actum pro alio instanti. Sic dicitur voluntas q̄ñq̄ suspendere actum. i. libere nihil volendo non habet actum suum: quia libere nihil volendo suspēdit omnem actum suū. Si suspēdere valet velle nullū actum habere: ita q̄ sic sit a parte rei sicut denotat esse p ꝓpositionem: sic implicat: qa volendo non actū habere, tam vult: & ita habet actum, & nō habet. Ita dicit Holkot. q. ij. primi Sentēt. ¶ Octauū dubiū. Quomodo itelligit illud Aug. in Encht. cv. Neq̄ culpanda est voluntas, aut voluntas nō est, aut libera dicenda non est, qua beati hic esse volumus vt miseri esse non solum nolimus: sed neq̄ prorsus velle possim⁹. & sic de multis alijs dictis beati Aug. quę videntur innuere q̄ voluntas necessario vult beatitudinem: & summe beatitudinē vult. Stātibus pleriq̄ supra dictis in hac materia potest dici Aug. loqui non de voluntate actuali: sed aptitudinali: quæ est secundū bonam mentis dispositionem: & secundū quā naturaliter prompta est ad appetēdū beatitudinē apprehēsam. Ponitur enim communiter duplex velle, actuale scilicet & aptitudinale, qđ est & in dormiēte, & rē nō cognoscente. Quęsitus enim si velit esse beatus, respondet quiuis, volo: etsi non amore amicitiæ tamen concupiscentię: quo etiam mali volūt beatitudinem. Et sic saluari potest August. in plerisq̄ locis.

## Quęstio. III.



Tertio quæritur iuxta conclusionem textualē tertiā. Vtrū quilibet beatus videns diuinam essentiam in patria cōprehendat eam: Sicq̄ ipsam videndo necessario videat oēs creaturas relucētes in ea.

¶ Quantum ad articulum primum A supponuntur dicta in tertio collect. dist. xliij. & in dist. xlv. q. iiij. huius collecto. & alibi. quid cognitio rerum in verbo, in genere ꝓprio, matutina vel vespertina. Q̄q̄ cōprehēdere sumitur quintupliciter. vt supra i primo. dist. iij. q. vij. & in tertio. dist. xiiij. Quibus sic stantibus pro articulo primo: est p Articulo Secundo Propositio prima. ¶ Creatura ratiōalis quę in patria glorificatur: licet intuitiue, & distincte videat deū, & quicquid est deus: non tamen eo ipso oēm creaturā a deo visam clare intuetur. Prima pars. Ioā. xiiij. Philippe qui videt me, videt & patrem. Itē vna persona est in alia per circūincessionē. Itē sunt vna essentia numero nō habētes partes: quarū vna posset latere alia visa. Secūda pars pōt persuaderi: tum quia impossibile est aliquid virtutis finitę cognoscere distincte infinita cognoscibilia vno vel pluribus actibus: hoc enim solius dei est: secundum Holkot. q. viij. quarti: tum quia si distincte posset quodlibet creatum cognoscere non tm̄ præsens, sed & futurum immo & possibile: cum plura talia sunt: creatura ęquaretur creatori in cognitione: saltem extēsiua qđ est inconueniēs. Sic enim tollerent oēs actus hierarchici. Nam secundū Diony. intellectus iam omnia videns, non potest illumınari, perfici, aut purgari, cū infinita sunt creata & creabilia: sed ista non potest videre intellectus creatus. non vna visione: quia talis esset formaliter infinita: quia repsentare ifinita distincte, infinitā dicit perfectionē sicut repręsentare plura distincte, dicit maiorem perfectionem q̄ vna solum. Neq̄ plurib⁹, quia nō infinitis. Talium enim non est capax intellectus creat⁹ simul cum sit entitas limitata. nec finitis: quia tunc necessario vna earum esset infinitorum obiectorum: & ita ifinita: vt supra. Videtur dictū Diony. intelligendum quando quis videt oia distincte



sub ea ratione qua possunt cognosci, & sub oīnibus ꝓceptis potentibus eis cognoscere: vt infra. Sic & dictū Holkot. Aut dicat quid est distincte cognoscere. ¶ Corollarium. Intellectus vidēs in patria deum, potest non videre creaturam aliquā. Patet ex dictis: qa sunt distincta obiecta. & Augu. v. cōfessi. ca. iiij. Beatus qui scit te, etiam si illa nesciat. Si autem esset impossibile vnum sine altero videre, nō posset sine visione creaturę quis beati ficari in visione essentię. qđ est contra Aug. Item quæ sunt realiter & essentialiter distincta: possunt abstractiue cognosci vnum sine alio: ergo multo plus potest vnū intuitiue cognosci sine alio. quo modo enim posset de eis doctrina tradi: si nō posset vnum sine alio distincte cognosci' & si creatura potest vnum sine alio cognoscere, potest & de⁹ visionem vnius sine alio in intellectu causare: secundū eos qui ponunt animā se habere passiue B respectu actus beatifici. ¶ Secunda propositio. Potest beatifica diuinę essentię visio conseruari, & creatura de nouo cognosci, priusq̄ cognita ignorari. Hęc propositio sequitur ex priori, hoc adiecto q̄ potentia perfecta habens obiectum primū & adequatū: potest in quodlibet per se sub illo cōtentū, vt pleriq̄ volūt: sed intellectus beati perfectus habet obiectū primū ens vel verū: ergo pōt qđlibet per se contentū sub ente vel vero. non simul ex cōclusione prætacta: ergo successiue. Sed vbi est successio cognitionum, posterior succedit priori: & per consequens contingit nouam acquiri: & quia non possunt oīnes acquisibiles simul p ficere intellectum: ex dictis necessarium erit & habitas deperdere aduenientibus nouis intellectui: cuius iam capacitas propinqua est repleta: sicq̄ contingit creaturā aliquā de nouo cognoscere, & pri⁹ cognitam ignorare stante semper beatifica visione: quæ per hoc non interrumpitur. Nec impedit dictum beati Aug. dicentis q̄ ibi fortasse nō erūt volubiles cogitatiōes. Potest dici: vt supra. q. iiij. dist. xlv. Nō erunt cogitationes volubiles quo ad obiectum beatificum, cuius fruitio, visio, & tētio semp manet. Cum hoc tamē stant reuelationes diuinę, & nouæ creaturarū pro meritis cognitiones. Vel non sunt ibi volubiles intelligitur multo volē te cognoscere aliquā, & nō potēte, vel cogitatione carere nolēte. Nec ipedit dictū philosophi q̄ vnū non intelligit nihil itelligit: quia nō solum in via: sed & in patria intellectus potest plura simul intelligere: quia potest se videre beatū, & actu reflexo velle esse beatum. Item potest amare se & deū, ac se propter deum: & ita vtrūq̄ apprehendet intellectus: quia volitio pręsupponit cognitionem. Pręterea natura determinata est ad vnum nō producibile: sed producendi modum: ita q̄ nō est indeterminata respectu oppositorum sicut voluntas.

¶ Tertia propositio. Clara creaturarum in verbo C notitia pōt a cognitione verbi eē realiter distincta Probatur ex priori propositione: quia realiter distinguuntur quorum vno manente reliquum innouatur: aut deperditur. sed manet cognitio verbi beatifica: & acquiritur noua creaturarum in verbo notitia: potest deniq̄ acquisita deperdi. ergo. Pręterea distinctorum obiectorum distincte sunt notitię vel esse possunt: sed verbum & creatura relucens in eo sunt distincta obiecta, relucet enī vt distincta a verbo. Alioqui non posset distincte cognosci in verbo nec pfecte scām td qđ in se est: ergo propositio vera. Item hic fit transitus de contradictorio in contradictorium: ergo est mutatio, & non nisi noui actus. Non sine causa propositio illa posita est cū verbo potest: nec innuit vniuersaliter cognitionem creaturarum in verbo esse beatificam: licet sit coniuncta beatificę, nec communi lege datur nisi beatis. Nam cōcedunt aliqui q̄ eadem visione potest videri deus & creatura aliqua distincte. Aliqua dicunt: sed non oīnis: quia hoc argueret infinitā perfectionem creaturæ incōpatibilem. Per consequens dicunt q̄ sit simpliciter idem actus numero quo videtur deus & creatura: quia obiectum primarium vnū est: & ab illo venit vnitas act⁹. Alij tenent. Quādocūq̄ noua videt in verbo creatura, necessario ꝓducit noua visio, & ita vel oportet ad cuiuslibet nouā creaturę ostensionem interrumpi actum beatitudinis, & alium cōtinue succedere: vel simul stare duas beatificas visiones dei. Q̄z si nullum illorum placet: oportet creari nouam visionē creaturę quæ non est visio dei: & neutrum illorum triū potest demōstratiue improbari. Tertia tamen via videtur planior: ideo propositio posita est particulariter: & huic videtur assentire Holkot cum inquit. q. viij. Cognitio de deo non intermittitur: aliæ vero possunt totaliter dimitti. Et q̄ in beatis respectu creaturarū erunt successiones variarum & nouarū cognitionū in infinitum. Nec proprie dicuntur alicuius obliuisci cum manet semper speculum voluntariū coram eis potens reuelare omnia scienda: in quo omnia nosse dicuntur: & nullius obliui sci: ratione cuius etiam quandoq̄ dicuntur oīnia scire, videre, & nosse: quia cum volunt scire, sciunt relatione diuina. Ockam. q. xiij. quarti, absolute tenet q̄ intellectus beatus videns diuinam essentiam: potest videre vnam creaturam non visa alia. Sunt enim obiecta distincta: ergo possunt distincte videri vnum sine alio: & quodlibet secūdū sine tertio: tertiū sine quarto. ¶ Sed an sit idē actus numero visio qua videtur deus & creatura, dubium est. Si enim est idem numero, est maior difficultas, inquit. Et si non idem numero: sed alius: ē minor difficultas. Ideo citra assertionē q̄ncq̄

Universidad de Deusto
Biblioteca



dicit per ordinē. Primū. Q uādo aliquis beat⁹ primo videt deum, & postea creaturā, est necessario actus alius. Nam actus videndi deum manet etiā cū alius non potest manere. Secūdū. Actus quo beatus videt creaturā, differt specie ab actu intellectus quo videt deum & eius essentiam. Primo eñ actu non potest intelligi creatura: nec secundo intelligitur deus: ergo differūt specie. Tertiū. Potest probabiliter teneri: deus causando actum vidēdi respectu essentię suę, potest etiam causare si vult actum vidēdi creaturam vel creaturas vnam aut plures. Et sic possunt exponi auctoritates sanctorum dicentium q̄ vidēs verbum videt & creaturas in verbo. Q d̄ verū est si placuerit deo earū cognitiones in beato producere, potest enim si vult. videt ergo conditionaliter: si talium cognitiones fuerint a deo in intellectu eius causatę vel productę. Est enim deus speculum volūtarium: reuelās quę & quot vult alicui beato. Non est speculū naturaliter repręsentans omnia: nec leguntur talia in deo quasi in libro: sed viso deo si vult, producit de⁹ cognitionem rei illius vel istius. Et quia non producit cōmuni lege: nisi videatur eius essentia clare & beatifice: ideo cognitiones illę dicuntur esse in diuina essentia clare visa tanq̄ in efficiente voluntario producente eas secundū merita hoīs. Q uartum. Actus beatific⁹ potest esse idē respectu essentię diuinę, & respectu creaturarū, & non prio respectu dei: & post respectu creaturę, secūdū imaginationē tactam in tertio. dist. xiiij. Impossibile enim est secundū Ockā q̄ sit idem actus: immo q̄diu actus ille staret & maneret, per illū actū semp videretur: cuius oppositū videt Sco. tenere. Et si ille actus semper continuaretur, non esset beatificus: quia esset præcise respectu creaturarū, nisi solū accidentaliter: vel plures act⁹ beatifici essent simul. Q uintum. Potest dici q̄ ille act⁹ sit interrupt⁹, & causetur nouus actus respectu oīm prius visorū, & respectu illorū obiectorum & creaturarum. Et sic consequenter esset concedendum q̄ in eodem intellectu possent esse successiue plures actus beatifici: vel q̄ simul sint tales actus. Et hoc secundū eū non irrationabile: quia nulla videt repugnātia. Hęc ille. De his nō nisi somniare possumus. Alludit Holkot in respōsione ad. xj. principale. ¶ Corollarie sequitur. Q ua ratione intellectus beati videns verbum potest non videre in verbo creaturam: eadem potest intellectus beati videre deum & creaturā aliquam in verbo: & aliquā creaturā in verbo non videre: vna vel diuersis visionibus. Patet secundū vtrāq̄ opinionē, siue anima se habeat actiue, vel solum receptiue respectu act⁹ beatifici. Si enim sensus vna visione mīta videt, cur non sīt intellectus beatus? Præterea: sicut sensus multa videt oculis corā posita vna visione: quæ sunt veluti vnū obiectū aggregatiue: & si destruuntur aliqua prius visa: vel res oculis coram posītę variantur loco aut situ: totiens fit noua visio: neq̄ vna visione manēte contingit aliquid pri⁹ videri q̄ postea: Ita similiter potest beatus producere aliquā visionem intellectiuā qua videt & verbum & duas aut tres creaturas & nō alias: & q̄diu illa visio manet, videt verbū & illas duas aut tres creaturas: quæ simul se habent collectiue vt vnū obiectum. Et si beatus post videt deum & nō creaturas, vel non priores sed alias, totiens quotiens variatur actus videndi. de hoc in tertio colle&. distin. xiiij. ¶ Corollarium secundum. sicut secūdū aliquorum opinionem visio verbi beatifica est a solo deo actiue: ita etiam visio creaturę in verbo, est a solo deo actiue: a potētia vero ratiōali receptiue & latiue: quia per eam fertur & tēdit in obiectum cuius est. Secūdū aliam opinionē suo modo dicatur. ¶ Secundū corollarium. Aliqs actus videndi creaturam in verbo, potest dici beatific⁹ aliqs vero non est beatificus. Patet secundū dicta Frā. Maron. in Flo. v. cōfessi. ca. iiij. stante opinione q̄ vno & eodem actu cognoscitur & verbum, & creatura in verbo. Ille enim potest dici beatific⁹ quia est visio intuitiua. Secundū patet: quia si manente primo actu qui est visio dei & creaturę, post hoc a deo producatur actus videndi solam creaturam aliquam, ille nō est beatificus: q̄a non est dei tanq̄ obiecti. Præterea talis potest separari a prio: qui est dei & creaturæ: cū sit solius & alterius creaturæ. ¶ Corollarium quartum. Si beatus primo videt solum verbum, & non creaturam in verbo: secūdo simul vtrunq̄: oportet dicere ad saluandū transitum de contradictorio in contradictorium: vel q̄ primus actus terminatus in solum verbū oīno desinit esse, & cōtinuo sine interruptiōe succedit act⁹ terminat⁹ i deū & creaturā simul: vel q̄ manēt simul act⁹ prim⁹ & secundus: & ita plures act⁹ btifici possunt esse in eodē: vel q̄ alia est notitia qua videtur creatura in verbo, a cognitiōe verbi solius. Patet: quia si solū verbum videt, respectu ei⁹ solius habet visionem. Si posterius videt & verbum & creaturā in verbo vnica visione, vt pluribus placet: tam esset actus beatificus ad solū deum terminatus quo ad primum. Dehinc quo ad secundum esset actus terminatus ad deum & creaturam, & ita duo actus beatifici. Ita consequēter posset dici de alio respectu alterius creaturę cōsequenter producendo. Hæc nō videtur repugnātiam habere: & non videtur facile factu dare alium modum imaginandi huius rei contingentiā: donec facie ad faciem in patria videre contingat. ¶ Corollarium quintum. Intellectus beati in patria potest videre vnam creaturam in verbo sine alia. patet ex corollario prio. ¶ Corollariū sextū.



Si admittitur q̄ variato quomodocūq̄ obiecto (siue per ipsius exhibitionē factalē, siue per absce sionē p̄sentię suæ) siue totali siue partiali, siue primario, siue secundario, mutatur actus tendēs in illud: necessarium est actum quo videtur solū verbum: & quo videtur verbum & creatura illa vel illa in verbo, non esse eundem actum. Illa enim in quę feruntur, specie differūt, deus. s. & creatura, vel illa ab illa. ¶ Corollarium septimū. Sicut ad certū sensum admittitur aliquem actum dilectionis dei & proximi propter deum esse intensiorem & meliorem aliquo actu dilectionis relato in solum deum: ita posset in proposito concedi vt videt. Si sunt duę visiones beatificę dei: quarū vna ad solum deum: alia ad deum & creaturam terminat: secunda erit saltem extēsiue pfectior prima. Nec eñ ideo beatior est secundus qui habet actum terminatum ad deum & creaturam, primo qui solū habet visionē dei, & hoc beatitudine essentiali. secus de accidentali. Videatur si ne posset etiā concedi intensiue. Hoc vult Aug. v. confes. ca. iiij. cū inquit. Beatus est qui te & illa nouit: sed nō pter hoc beatior. ¶ Corollarium octauum. Non oportet actum beatificum creaturæ rationalis esse simpliciter perfectissimū inter oīes alios actus creaturę possibiles (Sic eñ sola anima Christi esset pfecte & vere beata). sufficit eñ esse perfectissimū secundū speciem. ¶ Corollarium nonum. Cum actus beatificus secundū prædicta dicitur quādo q̄ interrumpi ab aliquibus, nō est sensus q̄ interrumpatur per tempus medium, in quo intellect⁹ sit non beatus: sed aliquis actus omnino desinit esse (saltē possibile est) & continuo sine interruptione temporis succedit alius: sicut materia nūq̄ stat nuda sine aliqua forma, & succedit forma formę. Hęc exercitationis cā imaginari placuit. ¶ Quarta conclusio. Esto, sed non admisso, q̄ beatus videns verbum, vel essentiam diuinam in patria, cū ea nosci bilia cognosceret: non tamen per hoc diuinę abyssum essentię comprehēderet. Illa propositio posita est ad eum loquendi modū quem habet Aug. v. de trinit. ca. vj. & vij. Si pater nō genuisset filium, nihil phiberet ipsum dicere ingenitū. vbi non ostenditur per illam negatiuam quid sit: sed quid non sit. Non ergo admittitur pars prima sed significatur q̄ creaturam cognoscere oīa cognoscibilia non infert ipsam comprehendere deum. Prima pars ꝓpositiōis patet ex dictis: nec sequitur: vident deum, ergo necessario vidēt oīa quæ deus videt in verbo: quia verbum est speculum voluntarium: vt supra. Præterea licet intellectio diuina omnia repręsentet deo: sed non creaturę. Probatio secundę partis supponit quid nominis cōprehendere: de quo in primo. dist. iij. q. vij. & in tertio. dist. xiiij. Potest quidem creatura comprehendere deū: primo modo sumendo cōprehēdere: cum distincte videt ipsum totum: quia nihil ipsius dei latet creaturam rationalē videtē ipsum cum non habet partes. Et sic idem est comprehendere. & distincte videre. Hoc modo quicūq̄ intuetur essentiam diuinam comprehendit ipsam. i. totam cognoscit, & distincte. Sic pōt illud intelligi Currite vt comprehendatis. j. Corint. ix. Item Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis q̄ sit longitudo &c. Ephe. iij. Secūdo modo cōprehendere est videre aliquod totū, & discernere inter partes eius. Sic deus non pōt cōprehendi a creatura: quia non habet partes inter quas discerni posset. Sic forte accipi potest vt supra, Ephe. iij. pro perfecta cognitione, & practica, & speculatiua secundum expositionem Ni. de Lyra, & effect⁹ dei gratuiti, qui sunt innumeri, improprie possent dici partes dei effectiuę. Cognoscens ergo deum in patria practice & speculatiue, dicitur comprehendere eum respectu cognitionis vię: si placet ita vti vocabulo. Tertio modo comprehendere est rē aliquam cognoscere & videre perfectissima cognitione qua cognosci potest. Illo modo creatura nō potest comprehendere creaturam. Cognitio eñ diuina qua cognoscit creaturā est perfectior oīni cognitione creaturæ: & potest de⁹ in aliquo causare perfectiorem rei cognitionem q̄ possit creatura se ipsa producere. Ergo creatura nō potest aliam creaturam cognoscere cognitione perfectissima, qua contingit ipsam cognosci. Sed nec deum cō prehendere pōt hoc tertio modo: sic eñ a solo intellectu increato comprehenditur deus: quia oīni cognitione creata, increata est perfectior & maior nec vlla creatura hoc modo comprehendi pōt nisi a solo deo. Q uarto modo comprehēdere est cognoscere sub omnibus prædicatis sibi conuenientibus, & secundum quę cognoscibilis est. hoc modo solus deus seipsum comprehendere potest, & oēm creaturā: q̄a multa latēt in creaturis quę sunt prorsus abscōdita itellectui creato p̄sertim in via. Beat⁹ Aug. xxij. de ciui. dei. c. xxiiij. oñdit de corpore hūano, q̄ venarū pplexitates, neruorū atq̄ viscerū secreta vitalium inuenire potest nullus. Sicut nec anatomia numeros (quibus coaptatio q̄ & harmonia dī greçe, tanq̄ cuiusdā organi intrinsecus atq̄ extrinsecus constat totius corporis) vnq̄ inuenire potuerunt: quos nemo fuit ausus quærere. Et cōsequenter q̄ ea quæ sunt mole minima quæ plus habent admirationis &c. Q uinto cōprehendere est cognoscere intellectione habente talē proportionem ad alias intellectiones, qualem habet obiectum ad alia obiecta. Hoc modo creatura potest comprehendere creaturam: sed non deum: sic solus deus comprehendit seipsum: quia sicut eius cognitio increata excedit oēm aliā cognitio-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nē:ita obiectū increatum qđ de⁹ eſt, oīne obiectū creatum excedit infinite. Tres vltimi modi ꝓprie conueniunt deo, Hinc Apl's exclamat Ro.xj. O altitudo ſapientiæ & ſcientię dei: q̄ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius. Eſto itaq; ꝙ creatura oīa cognoſcibilia cognoſcat per poſſibile vel impoſſibile: attamen deum comprehendere non poteſt: quia etſi intellectui actu ineſſent a Deo productæ infinitę cognitiones extenſiue, & infinitę ſecundū multitudinē: oēs tñ eſſent formaliter & intēſiue finitę. Non autem pōt cōprehendi deus, niſi cognitione formaliter infinita: quia enim eſt infinitę entitatis: eſt & cognoſcibilitatis infinitę. Infinite denicq; excedit alia cognoſcibilia oīa. Noſtra cognitio qua intellectus creatus cognoſcit, eſt intenſiue finita, & finite excedens cęteras cognitiones: quare nulla talis poteſt deum cōprehēdere. Secūdum illas acceptiones noīs comprehēdere facile poteſt reſpōderi ad pleraſq; auctoritates ſcripturę loquētes de cōprehenſione: in quarū aliquib⁹ accipit generaliter pro apprehēſione, vel pro adeptione prę miſ pro quo certatū eſt, vel ꝓ cognitione rei ſicuti eſt, hoc eſt nō cognitione infinita: ſed intuitiua diſtincte vt ſummū & interminabile bonum. Sic beati talem eum cognoſcūt qualis eſt: eſt ſummū bonum: ergo talē eum cognoſcunt cognitione finita, q̄uis ſit obiectum infinitū. Intellectus em̄ nō eſt capax infinitę cognitionis ſubiectiue: ſed tm̄ E obiectiue. ¶ Quinta cōcluſio. Etſi beati in patria infinitatē dei nequeāt attingere cōprehenſiue: nihilominus infinitatē dei clare vident cognitiōe finita, q̄ non eſt comprehēſiua proprie. Pars prima eſt propoſitio præcedens. Pars ſecunda patet ex dictis. Niſi enim deus ſic apprehenderet vt bonū infinitū: i quo eſt eminēter & vnitiue oīne bonū: voluntas non quietaret: vt ſupra. Vltima ſiquidē volūtatis quietatio non conſiſtit in tanta vel tali rei dilectione, vel delectatione: ſed in rei habitione & adeptione operoſa, quæ pōt terminare totā tendentiam naturalē appetitus humani, & in qua ſit eminenter & cauſaliter plenitudo, & ſufficiētia oīs boni. Id non poteſt eſſe niſi bonum infinitum includēs in ſe eminēter oīne bonū. Nec ex hoc pōt inferri ꝙ talis cognitio ſit ęque perfecta ſicut viſio verbi increata: licet ſit eiuſdem obiecti, & ſub eadem ratione. ſ. ſub ratiōe infiniti: neq; actus capit ſuā vnitatem & diſtinctionē formaliter ab obiecto: ſed cauſaliter. ſeipſum em̄ intrinſece & formaliter actus diſtinguit. Et licet ex diſtinctiōe obiectorū arguat diſtinctio actuum: non tamen ex vnitate obiectorū vnitas actuū: quia eiuſdem obiecti ſub eadē ratiōe poſſunt eſſe plures actus. Sic deum cognoſcunt & diligunt ſancti. Item cognitio intuitiua & abſtractiua ſunt eiuſdē obiecti ſub eadem ratione ſecundū plures, & tamen non ſunt idem actus: de quo in Prolo. Præterea non oīnis ratio infiniti eſt perfectiſſima: hoc eſt non omnis ratio qua aliquid cognoſcitur eſſe infinitum eſt perfectiſſima. Sunt enim gradus inter eas: quia vna alia clarior: ſicut in natura intellectuali perfectiſſima vna præcellit aliam. ¶ Corollarium. Nō ſequitur: infinitas dei cognoſcitur a creatura: ergo cōprehēdit ab ea. niſi cōprehendere ſumat primo mō: qa nō tātū eā cognoſcit: quātū cognoſcibilis eſt. Eſt aūt cognoſcibilis cognitiōe infinita formaliter ſicut & ipa infinita eſt, & hoc a ſolo deo. ¶ Corollariū ſecundū. Etſi nihil ſit maius anima ratiōa li latiue vel capacius in ratione obiecti: eſt tamen maius ea in modo attingēdi obiectum, quę maioritas non eſt in obiecto, ſed in actu. ¶ Corollariū tertiū. Infinitū cognoſcere, vel etiā cognoſcere infinitū, nō arguit perfectionē infinitā intellect⁹: ſed cognoſcere infinitum diſtincte ſub omni ratione qua cognoſcibile eſt omnib⁹ prędicatis ſibi cōuenientibus. Non em̄ oportet actum quo aliqđ obiectum cognoſcit, habere eam pfectionē quā habet obiectum. ¶ Corollariū quartū. Si intellect⁹ haberet in ſe infinitas cognitiones infinitorū obiectorum per poſſibile vel impoſſibile, ex hoc non eſſet infinitus intenſiue: nec cognitiones illę eſſent infinitę intenſiue: ſed ſecundū multitudinē extenſiue. Ideo adhuc non cōprehēderet deū qui eſt infinitus intēſiue. Nec illa receptio infinitarū cognitionū argueret infinitatē intēſiuā intellect⁹: qa habere plures cognitiones non ſemper arguit maiorem perfectionem q̄ habere vnam: ſicut patet in patre deo cognoſcēte ſeſe. Nec cognoſcere diſtincte infinita formal'r infert infinitatē cognoſcētis. Nec huic fundamēto innitit ꝓpoſitio: ſed limitationi intellect⁹: ꝓpter quā nō pōt etiā quōlibet finitas cognitiones cognoſcere. ¶ Si dicit: vbi cognoſcit infinitū: ibi eſt infinitas in actu cognoſcēdi. Probatur. Perfectioris obiecti pfectior eſt act⁹ ergo infiniti infinitus. Item ex diſtinctione obiectorum ſumitur diſtinctio actuum: ergo tāta erit diſtinctio in actibus quanta in obiectis: ſed obiectum eſt infinitum: ergo & actus talis obiecti erit infinitus. Ad primum negatur conſequētia. talis enim modus arguendi non valet niſi vbi ordinate ſecundū certam proportionē procedit̄ ꝑ media infinita. Vel ſic. quādo pluralitas arguit certā perfectionem maiorē ſecundū certum gradū, tūc infinitas ſecūdū eundē gradū arguit infinitatem. Vel ſecūdū Ockā ſecūdo Quodlibet. q. xiij. non valet niſi contingat implere ordinate ꝓceſſum in infinitū: hoc eſt qñ actus reſpectu obiecti infiniti ꝑſupponit de neceſſitate act⁹ infinitos infinitorū obiectorū habentiū ordinē ſecūdū pfectionē maiorem & minorem. Sic non eſt in propoſito: quia poteſt de⁹ intelligi vel diligi poſt vel ante qđcūq; obiectum creatū, & actus quo diligitur a creatura eſt neceſſario finitus. Et ſic actus obiecti infiniti nō preſupponit infinitos actus aliorū obiectorū. ¶ Ad ſecundū dictū eſt. Q̄uis em̄ diſtinctio ſpecifica actuū arguatur & ſit cauſaliter ex diſtinctione obiectorum ſpecifica: non tamē oportet eſſe tantā diſtinctionē in actibus quāta eſt in obiectis ſed perfectioris obiecti pōt eſſe perfectior actus. Hinc cognitio quā habem⁹ de deo in via, quę eſt quędam conceptio vel cōceptus, nō eſt neceſſario eſſentialiter perfectior cognitione creaturarū niſi denominatione extrinſeca: quę ſupponit pro obiecto nobiliori. hoc em̄ valet locutio cum dicit, eſt perfectior. i. ſupponit pro re perfectiori. Sic vnū nomen vel vna imago eſt nobilior alia, vel nobilius alio denominatiōe extrinſeca: quia ſignificat rem nobiliorem aut ſupponit pro re meliori. Sic imago aurea leonis eſt eſſentialiter melior imagine lignea crucifixi: ſed nō denominatione extrinſeca: & nomen militis melius nomine plebei: quia pro meliori ſupponit. & qualitas talis rei pro quā nomen ſupponit, denominat nomē ſuum denominatiōe extrinſeca. Hinc ſecundum Holkot. q. viij. quarti eſt bonitas actus intrinſeca: & eſt bonitas accidentalis. Bonitas intrinſeca, eſt res illa ſeu qualitas illa. Accidētalis eſt ſecūdū denominationē obiecti cuius eſt actus. Sic nomē Ieſus, nomē eſt dulciſſimū, qa maximi effect⁹. Vnde nō oportet obiectorū gñe diſtinctorū actus genere diſtingui: ſicut actus ſubſtātiæ & qualitatis ſunt eiuſdē generis ꝓpinqui: quia de qualitatis prima ſpecie. Et ita perfectio actuū nō proportionatur pfectioni obiectorum: tum quia non ſunt cauſaliter tm̄ ab obiectis: ſed etiā a potentia eliciente, quę eſt eadem reſpectu oīm obiectorū. Tum quia nō oportet effectus proportionari ſecūdū ꝓportionē cauſarū: cum etiam ab eadem cauſa procedāt effect⁹ diuerſi ſpecie: & ita perfectione. Ex quo patet ꝙ frequenter cognitiones eiuſdē generis obiectorū ſpecie diſtinctorum minus diſtant ſecundū perfectionē q̄ ipſa obiecta: vt minus diſtant viſio albedinis & nigredinis, q̄ albedo & nigredo. Ex quo patet ſecundū aliquos: ꝙ in actibus reflexis licet creſcat perfectio in poſterioribus, & poſterior ſit perfectior priore: minuitur tamē ſemp ꝓportio, ita ꝙ poſteriores minus diſtant q̄ priores. ſicut in numeris ſemp minor eſt ꝓportio potioris ad minorem: vt quatuor ad tria: trium ad duo: q̄ ecōtra duorū ad tria. ¶ Notant hic aliqui ꝙ deo ſupplēte vicem obiectorū diuerſorū, quotcunq; notitias contingit poni in intellectu, pōt maiorē numerū notitiarum habere. Nonne ſi qs habet auxiliū decem virorum pōt tātū portare quātū illi decem? Cōtra. tunc ſequitur ꝙ viſio creaturę poſſet ęquare immo excedere viſionem beatificam. Si. n. eſt finita, finite excedit viſionē creaturę. Poteſt ergo augeri viſio creaturę vt fiat ęqualis viſioni beatifię. Negatur conſequentia. Ad probationē dicitur ꝙ finite excedit viſio beatifica viſionē creaturę. i. perfectione finita: ſed non ſecundū proportionē certam. & ita quātūcūq; augereť viſio creaturę, nū q̄ attingeret minimū gradum viſionis beatificę: quia differunt ſpecie, & additio gradus ad gradū non mutat ſpeciem. ¶ Sexta propoſitio reſpondet ad ſecūdā partē queſiti: & eſt hæc. Beati videtes deum aut diuinam eſſentiā non vident ꝓpter hoc neceſſario oēs creaturas relucere in verbo. Tā tum em̄ cognoſcunt, quātum ad eorum pertinet beatitudinem: & quantū de⁹ qui eſt ſpeculum voluntarium voluerit eis reuelare: vel cognitionē in ipſis producere. Si dicitur: Videns deum videt pfectionem infinitam: Cōceditur. Cū infertur: talis videt omnia relucentia: Negatur: quia creaturā relucere in verbo, non dicit aliud in propoſito niſi eam aut eius cognitionē produci a verbo in volēte vel debente creaturam hanc vel illā cognoſcere ꝓ meritis: aut ſicut cauſa repſentat ſuū effectum. F

¶ Quantum ad articulum tertiū eſt G dubium primum. Vtrum viſio diuinę eſſentiæ ſit actus complexus, vel incomplexus. Dicendū eſt incōplexus: qa intuitiuus. Et ſi dr: act⁹ cōplexus eſt perfectior incomplexo: Beatitudo conſiſtit in actu perfectiori &c. Dicēdū, quādo ſunt eiuſdem generis, notitia cōplexa eſt pfectior. Ockā. q. xiij. quarti. Et etiā quādo vtraq; eſt abſtractiua. Si autem vna ſit intuitiua: puta incomplexa & complexa abſtractiua: tunc non oportet complexā eſſe pfectiorem. Si queritur de ſecuritate: de qua q̄ſtione p̄cedente: Reſpōdeť. Si nō eſt aliud q̄ certa cognitio de diuina ordinatione qua nūc habitā vult beatitudinem continuari: ſic eſt actus complexus Si tamē aliquis diceret (licet inaniter) ſecuritatem non eſſe aliud a viſione, aut fruitione: cum viſio eſt notitia incomplexa: etiam ſecuritas eſſet actus incomplexus (ſic de fruitiōe) immo ad beatitudinem eſſentialem neceſſari⁹. Sed magnitudinis ſecuritas eſt actus complexus: alius a viſione & fruitione incomplexi, terminatus ad hoc complexū, De⁹ vult beatitudinem oīm & ſingulorum beatorum in perpetuum continuare. Et tunc conſequēter poſt prius dicta. q. ij. poſſet & viſio & fruitio eſſe ſine tali ſecuritate. Niſi dicatur vnum & eūdem actum poſſe dici cōplexū & incōplexū reſpectu diuerſorum: ſicut notitia alicui⁹ ꝓpoſitiōis apprehenſiua, qua apprehenditur ꝓpoſitio tota, eſt act⁹ cōplexus: ſed inquātū apprehendit̄ ille vel ille terminus propoſitionis, dicit̄ ab aliquibus actus incōplexus. ¶ Secundū dubiū: Vtrū actus beatific⁹ H ſit rect⁹ vel reflexus. Supponitur hic ex Ockā. q.

xxj.secundi,&.q.xij.secūdi Quodli. q̄ actꝰ rectꝰ dicitur: quia eo intelligitur obiectum extra aiam. Reflexus vero, quia habet actū rectū ꝓ obiecto. Q̄q̄ distinguitur realiter actus rectꝰ & reflexus. Quibus ſtātibus dicēdū. Actus beatificꝰ est actus rectus: quia ſine omni actu reflexo potest aliquis esse beatus ſtante notificatione beati vt ſupra: nō autē ſine actu recto. ¶ Si dicit: nullus est perfecte niſi ſciat ſe esse beatum & velit ſuam beatitudinē &c. Dicendū. ſi nomen beatitudo ſupponit prēciſe pro dei viſione intuitiua vel fruitione, concedi potest aliquem vere eē beatū & eſſentialiter abſq̄ hoc q̄ actu elicito velit aut ſciat actu reflexo ſe eē beatum: ſufficit q̄ potest ſe reflectere & actu ſcire cū vult ſcire. Vult ergo & ſcit ſecundū mentis prē parationē. Habet em̄ in ſe actū pfectiſſimū ſecun dū ſpeciē includentē eminēter pfectionē actus illi us complexi: volo videre deum & eo frui, nec eo vnq̄ priuari. hæc omnia ſcit & vult ſecundū men tis diſpoſitionē. Et ita cum ſic eſt diſpoſitꝰ q̄ de relictus ſibi ipſi eliceret hoc complexū, volo eſſe beatus: ſcio me eſſe beatū &c. dicitur idip̄m velle habitu inauferibili, hoc est optima mētis diſpoſi tione. Exemplum de martyribus paſſis pro deo qui pœnis abſorpti forte nullā habēt pctōrū co gnitionē actualē vel etiā dei, aut ęternæ beatitudi nis: habēt tn̄ actū includētē eminēter oīa illa: q̄ actus reddidit eos paratos ad factēdū omnia: quę pro Chriſto ſunt facienda. Nec valet dictum quo rundā tenentiū q̄ in actu reflexo conſiſtat beati tudo, quia pfectior recto. Nec cogit hic dictū phi loſophi, Priora generatione ſunt poſteriora perfe ctione: quia intelligitur quādo ſunt eiuſdem gene ris, & vnum ordinatur in aliud, & est ꝓpter aliud eſſentialiter: ſicut ſperma eſt propter hominem, & puer ordinatur vt fiat vir. Ockā. q.iij. diſt. prima primi. Sed actus rectus nō est propter reflexum: nec ordinatur in ipſum: ſed reflexus comitatur re ctum: immo ad bonum intellectum est virtualiter in recto. Nec cōcedendū q̄ reflexus plus quietat. Etſi maior ſequitur delectatio ad actum reflexū, q̄ rectum: tamē illius cauſa nō est reflexio ſed frui tio: vt ſupra. Vel potest negari. Præterea ſicut bea ti dicuntur non habere obliuionem alicuius crea turę prius cognitę in verbo quā nunc non vidēt, eo q̄ habent obiectum beatificum præſens, po tens & volens omnia ſcienda reuelare, quæ ad eo rum pertinent beatitudinē, & vtūtur deo quaſi ꝑ habitu: vt qdā loquūt: ita fruētes deo clare viſo, habent quicquid volunt: ſciunt & cogitant oīa volūt ꝑ ppetuo volūtate aptitudinali ſe frui deo
I & videre deum &c. ¶ Tertium dubiū. Si cogni tio creaturę in verbo, & cognitio in genere ꝓprio eiuſdem creaturę, ſint cognitiones diſtinctę ſecun dū ſpeciem. Dicendū: Si cognitio creaturę in ver bo ſit intuitiua, & cognitio creaturę in genere pro prio ſit abſtractiua, diſtinguūtur ſpecie: vt ſupra in prolo. Si aūt vtraq̄ ſit intuitiua: puta ſi deꝰ cau ſaret immediate cognitionē albedinis intuitiuā in intellectu beati: & ipſe beatus non indiſtans vide ret eam naturaliter in genere proprio: non vident eſſe diſtinctę viſiones: nec ſpecie, cum habent idē obiectum & eoſdem effectus: nec numero: qa nō est neceſſitas diſtinguendi vnam ab alia: ſed poſ ſent dici primꝰ auctus: ſicut ſole & igne calefaciēte idem ſubiectum, ſunt quidem duę cauſę partiales ſed vnus calor auctus.

## Queſtio. IIII.

QVarto queritur: vtrum certā tibus in agone huiꝰ viæ, ex gratię gratum faciētis incli natione debeatur a deo ſe cundū ſtrictam iuſtitiam & de condigno præmium be atificum perenne: ſiue eſſen tiale, ſiue accidentale.

¶ Quantum ad articulum primum A ſupponitur ex diſt. xxvij. ſecundi. Quid meritū, quotuplex. Quid meritū de congruo & condi gno &c. & q̄ ęqualitas meriti ad præmiū quando q̄ fundatur in natura actus & conditione: quan doq̄ in conuentione & pactione. ¶ Secundo no tādum. Nomine agonis ſiue agonizare venit pu gna ſiue concertatio pro corona. Vnde. j. Corint. ix. Omnis qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem vt corruptibilē accipiāt co ronam. Sicut enim in agone contēditur pro coro na, licet marceſcibili: ita viator cōtendit pro coro na immarceſcibili patrię cęleſtis. Hīc. j. Timo. vj. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam ęternam. Et. ij. Timo. ij. ait Paulus ad Timotheū. Labora ſicut miles bonus Chriſti. Et ſequit. Qui certat in agone, non coronabitur niſi legitime cer tauerit. Et Eccli. iij. Pro anima tua agonizare: & vſq̄ ad mortem certa pro iuſtitia. Prętcrea agoni ſta hoſtem vincere nititur: & ſeſe eripere de laque is aduerſarij. Ita Iob. vij. Vita noſtra militia eſt, ſu per terram. Item nomē victoria quandoq̄ ſumit pro ſolo dominio ſuper hoſtibus tribus: ſine vi ctoria bellicoſa præuia. Vt ſic dicetur de virgine Maria. Quomodo dicitur Chriſtus mūdū vicſſe Ioā. xvj. & ſancti regna Hebr. xiij. per fidē & gra tię plenitudinē. Et virgo Maria caput ſerpētis cō triuit. Sunt vero inter alios inumeros hoſtes tres principales, caro, mundus, diabolus. j. Ioā. ij. Ca ro & carnis concupiſcentia potiſſimū vincitur vir ginitate. Virginitas enim vult omnes carnales vo luptates reſpuere, & nullatenus experiri: ſiue in cō



fugio ſiue extra. Mundus excellētiſſime vincitur martyrio. Impugnat em̄ mundus in proſperis & aduerſis. Et victorioſius est nō vinci aduerſis: im mo nec terreri, q̄ non allici proſperis. ſecūdū Au gu. li. lxxxiij. q. iiij. Et ſcām Phm̄, mors terribiliſſi mū inter oīa terribilia, quā ſancti martyres volu erunt pro Chriſto pati. Excellentiſſime vincit mū dū, qui eius fraudulentijs renitēdo non cedit, ſed reſiſtit vſq̄ ad mortem, qđ martyrū est. Diabo lus ſuadens ad vitia potiſſimum vincitur cū qs eius ſuaſiones & perſuaſiones doctrina ſana dete git & exterminat, ſemetip̄m & alios ſana eruditio ne ad vitam ſalutis cum effectu dirigendo opere & veritate: qđ doctorum est. Hinc dicūt doctores virginibus, martyribus, & doctoribus, dādas eſſe aureolas. Iſtę tres victorię communiter dicuntur potiſſimę prēcellentes & quaſi priuilegiatę. In his tamen contingit inuenire gradus, & excedens pa riter & exceſſum. Eſt. n. virginitas alia purior: gla dius penetrabilior vſq̄ ad intima cordis: vt ita di catur. Doctrina ſublimior qua etiam maximi lu crantur Chriſto. Victorioſa certatio viatorum cō tra hoſtes illos cum operis effectu, agon dicitur.

¶ Tertio notandum. Prętmium beatificū duplex est, ſcilicet eſſentiale & accidentale. Eſſentiale pōt notificari ſecundū diuerſitatē opinionū admittē tiū vel non admittentiū gaudium vel delectatio nē eſſe de eſſentia beatitudinis. Sic de tentione, p petuitate, ac ſecuritate. ſicut ſcām q̄ admittit vel non admittit q̄ ſit vna viſio qua videtur verbū, & creatura in verbo: vt ſupra. q. iij. Eſſentiale præ miū est id in quo conſiſtit formalis beatitudo & obiectiua: ſine quibus nullus est beatus. Acciden tale p̄miū forte potest ecōtra notificari in genere.
C ¶ Corollariū. Solius aię beatitudo eſſentialiter p̄ miū dicit: vt cōiter: & nō corpis qđ ſuā beatitudi nē habet ex redūdātia beatitudinis aię: qa homo ſecūdū aiam meruit corporis beatitudinē: & ſine beatitudine aię: puta dei viſione & fruitione, beati fica: corpus nō eēt beatū. ¶ Corollariū ſecundū. Nō dicit p̄miū accidētale quia est accidēs inhęrēs aię: ſed quia reſpicit obiectū increatū immediate. Alias enim viſio & fruitio &c. eēnt p̄miū accidē tale. ¶ Corollariū tertiū. Nō oia bona beatorū in cludunt formaliter in ratione p̄mij eſſentialis, ſed eminenter: niſi ſumat ꝓ beatitudine aggregatiue.
¶ Corollariū quartū. Si est vna & eadē viſio qua videt deus & creatura in verbo: nō est abſonum dicere aliquē actū beatificū terminatū ad creaturā & ad deū dici p̄miū eſſentiale. Patet ex p̄cedēti q̄- ſtione. Et ideo illa notificatio & diſtinctio p̄mij eſ ſentialis & accidentalis penes obiectum creatum vel increatū p̄ciſe non cogit: eſt quidē de eſſentia
C beatitudinis viſio & fruitio dei. ¶ Quarto notā dum: q̄ vtrūq̄ p̄mium corona ſolet dici. Corona victori debetur, & certanti contra hoſtē in bello cum triumpho. Iaco. j. Beatus vir qui ſuffert &c. coronam vitæ accipiet. Et. ij. Timo. iiij. Repoſita est mihi corona iuſtitiæ. &. j. Pet. v. Immarceſcibi lē glorię coronā. Apo. ij. Eſto fidelis vſq̄ ad mor tē, & dabo tibi coronā vitæ. Itē oēs beati regia di gnitate p̄fulgēt. Feciſti nos regnū deo & ſacerdo tes. Apo. v. Aurea ꝓpter pennem ſecuritatē & tē tionē: qa nunq̄ marceſcet nec deficiet. Præmium eſſentiale corona dicit aurea. Accidētale q̄nq̄ reti net hoc ſolū nomē q̄ accidētale p̄miū dicit, quā doq̄ & aureola nominatur. Hinc præmium acci dētale in genere duplex eſt: quoddam ſortitur no men aureole: quoddam non ſortitur hoc nomen a doctorib⁹. Connotat enim nomen aureola vltra prætnium accidentale excellentiam victoriæ: qa eſt prætnium operis victorioſi, & prætcellentis pu gnę, ſeu operis priuilegiati. Forte docto. ſic loquē tes occaſionem acceperunt. Exo. xxv. cum dici tur de menſa Arcæ. Facies illi labiū aureum per circuitum: & ipſi labio coronā interraſilem altam quatuor digitis: & ſuper illam alteram coronā au reolā. Vbi Beda (vt habetur in Gloſ.) per coronā aureā intelligit prętmium ſeruantium prætcepta: per coronam aureolā prętmiū ſeruantium cōſilia. Hęc em̄ priori ſupponitur & priorem supponit. j. Corint. ix. Vel ꝓ coronā p̄miū aiatū intelligit: per aureolā gaudiū qđ erit aię in reſumptione corpis. Hoc dictū Bedę planū ē. Notificat Rich. art. v. q. ij. Aureolā: quia est gaudiū de opib⁹ a ſe factis: nō nē habētib⁹ victorię p̄cellētis: p qđ apparebit exte ri⁹ in corpe: quidā decor q̄ p̄dictū gaudiū qđ iteri us est declarat & ĩdicat. Prętmiū: qđ nō mereē dici. Aureola est gaudiū de bonis opib⁹ p ſe factis: nō habētib⁹ tōnē victorię p̄cellētis, ſeu nō priuilegia tis priuilegio victorię p̄cellētis. Dicunt em̄ ſcām Rich. opa illa priuilegiata q̄ habēt rōnē victoriæ excellētis. vbi ſupra. Et Durā. diſ. xxxiij. q. iiij. di cit p̄miū accidētale correſpōdere difficultati opis exterioris. Et diſ. xx. q. iij. dicit. Aureola est p̄miū de pœna ad quā qs nō tenet, vel ad quātā qs nō tenetur. Exemplū de martyrib⁹. ¶ Corollariū ſe cūdū eū. Aureola correſpondet ſolū opib⁹ & pœ nis ſuperogatiōis. Ita videt velle Apls. j. Corint. ix. vbi tale p̄miū de ope ſuperogationis noīat glo riā. Attn̄ ſępenumero oīe gaudiū de bono crea to & qbuſcūq̄ quorūcūq̄ actib⁹ beatificis, & paſ ſionib⁹ comitātib⁹, aliis ab obiecto increato & bea tifico p̄ciſe, Aureola dr̄ diminutiue & cōparatiue ad aureā, nō curādo cuiuſcūq̄ victorię ſit ſiue priuile giatę, & p̄cellētis ſiue nō. Nō. n. videt vſquequaq̄ clarum ex ſcriptura Canonica, quibus ſiue qua liter ſe habentibus actibus victorioſis debeturau reola proprie: vt prætmium accidentale, & aureola aliquo modo differunt: quia non oīe accidētale

Universidad de Deusto
Biblioteca



premium meretur dici aureola. San. Tho. in. iiij. dicit. Aureola est gaudium de operib⁹ a se factis que habent rationem victorie excellentis. & presupponit premium essentiale siue auream: nec sine ea datur alicui. v. Quodli. q. xxiiij. Accidentale datur victorie in cōmuni. Si autem quæritur in quo subiectatur aureola: Respondet Palu. q. viij. ar. iiij. q est in anima principaliter: & per redundā tiam in corpore erit quædam decentia & pulchritudo singularis repræsentativa aureolæ: Doctori in ore, virginibus in illa parte, martyribus in cicatricib⁹: vt sciatur statim qualis quis fuerit an martyr virgo doctor. Consequenter notat san. Tho. dist. presenti. q. v. ar. j. q ratio operis meritorij de pēdet ex duobus. s. ex radice charitatis: & sic et debetur aurea: & ex ipso genere actus, quod laudabilitatē quandā habet ex debitis circūstātijs & habitu elicito & pximo fine: & sic debetur aureola. Cōcludit q in premio aliquid est ex parte charitatis, s. aurea, aliquid ex gñe operatiōis qđ dicit aureola. Subiūgit. Maior est excellentia meriti quæ consurgit ex charitate, q̄ illa quæ consurgit ex genere act⁹: sicut finis ad quem ordinat charitas est potior ijs quæ sunt ad finem circa quæ actus nostri consistunt. Vnde etiam premiū respondēs merito ratione charitatis quantūcūq; sit paruum: est maius quolibet præmio correspondente actui ratione sui generis: & ideo aureola diminutiue dicitur respectu aureę. Hęc ille. Ex istis & alijs doctor⁹ verbis potest non ab re hęc similitudo colligi per quid nominis aureola vel corona. Sicut currētiū est recipere. j. Corinth. ix. (secus de non currentibus) ita certantium & triumphātiū corona: tamet si illa duo sese habent m⁹tum differenter: secundum q ex maiori charitate, vel minori charitate sunt alicui debita, & a deo reddita. Et quādoq; aliquod brauiū est nobilius corona, & econtrario: licet brauiū non possit dici corona: nec econtrario: propter connotationem termini. Per consequens licet singula bona opera: siue interius manentia in anima: siue prodeuntia in actum adextra: sua habitura sint gaudia accidentalia: non tamen veniunt nomine aureola proprie sumpto vocabulo: nisi sint pugnę & victorię præcellentis triumphi, cum effectu operis. Videatur si nō sufficiat ad aureolę adeptionem habere dominum super hostibus tribus, secluſa formali pugna & bellicosa victoria contra eosdem: vt infra. du. ij. ¶ Sexto notandum post dicta in secundo collect. distin. xlij. An actus interior & exterior ab eo imperat⁹ in eodem supposito & pro eodem tempore sint idem peccatū vel duo &c. Sic de merito, licet apud deū voluntas reputatur pro facto in his quæ respiciunt præmium essentiale beatificum: dummodo fuerit voluntas plena & efficax quantū est ex parte agentis: ita q non stat per eum: & nihil deest ex parte ipsius. Non tamen sic est in satisfactione p culpis commissis in solutiōe pœnarum: vt supra dist. xlv. Nam in indulgentijs sonantibus q hoc vel hoc facientes habeant indulgentias &c. si qs nō facit facto, qđ indulgentiarum concessio præ requirit: volūtas non habetur pro opere. Item ex Principis edicto venientes ad prælium & victoriam habentes: corona fulciuntur certantium: non sic domi manentes, & certare non potentes: tamet si tempore intermedio tali regi rē plus gratā & honorificam satagunt cum effectu. Primi coronam habent: non sic alij qui animo quidem pugnauerunt, cum mœrore suam impotentiam deplorando. Et si eorum donarium regium prestantius sit corona certantium: attamen corona certātium carent: quia nō fuit in eis pugnare cum effectu: cui soli vt tali tale debetur premium ex merito. immo nomen huiusmodi meriti exigit tale præmium & ecōtrario. Et licet ipotēs coronæ plus regi placeat non tamen coronabitur tali corona victorum: qa non pugnabat vincēdo modo tali hostem. Sic ni fallor, opus aliquod adextra aliquid addit in merito & premio vltra solam voluntatem manentē, quantum de se est efficacem & operosam. Vtiq; p̄ ciosa ratio meriti vtriusq; præmij est charitatis & voluntatis conatus. Et cum adiungitur opus ad extra volūtati interne, quātum de se est efficaci: tā duo sunt actus numero, & nō vn⁹ actus dūtaxat & ita duæ causę (ad sanū intellectum) duplicis pręmij. Consequenter dicendum: Si in operis cōsummatione voluntas non semper intēditur (qđ multis videtur quasi impossibile vt nō intendat) Sic idē est meritū substātiale scđm intēsionē in faciēte opus adextra & in volente solum, cæteris paribus: sed non idē præmium accidētale extensiue: quia hic gaudet de opis cōsummatione, & victorię efficaci impletione, non sic alius. Sic em̄ aureola quo ad sui intēsionē (vt loquitur Sāct. Tho. iuxta finem huius dist.) sequitur intensionem meriti, non quantum est ex parte radicis meritl, sed ex gñe operatiōis. Vnde aliq̄s martyr minor in præmio essentiali, pōt habere maiorē aureolā alio qui maior est in merito essentiali. Dicitur aūt q̄ñq; maior vel minor aureola ratiōe victorię: vel qa plus spūalis & intrinseca, & maioris delectationis ablatiua, vel qa de sui natura volūtatī plus repugnās (volūtati inquā inculpabili) vel quia diuturnior, & plus afflictiua, & maioris vehemētię & conat⁹: vel qa de re meliori & nobiliori ac plus proficua &c. Volens itaq; attendere maioritatē vel minoritatem aureolę dandę pro tali genere operis triumphalis, respiciet nō precise intēsionem charitatis: sed etiam genus & qualitatē, ac etiā diuturnitatē victoriæ, supposita tamē charitate & gra gratum



faciēte. Sic enim qui maiorem & duriorem habet victoriā, maiorem habet aureolam etiam generaliter loquendo. Non ergo precise secūdū radicē meriti: sed secundum genus victorię, & pugnę infor matę charitate, metieda est intēsio aureolę: vt eius vtar vocabulo. Si vero tenetur q voluntas intēditur in operis consummatione semper & regulariter: q q̄ actus obiecti præsentis & absentis differunt specie: per consequens se non possunt intendere: sic voluntas impedita quæ est obiecti absentis: nunq̄ attinget perfectionem speciuocā alterius quę est obiecti presentis. Hic vt sic mai⁹ potest esse premium voluntatis consummatę q̄ impeditę. Si ergo placet accidentale premium debitum bono operi exteriori sic qualificato ex charitatis augmēto, ab hoc denominare, nomina sunt ad placitum. Secūdum hanc positionem, sola voluntas interior sine actu exteriori nunq̄ habitura est aureolam: quia ille actus interior nunq̄ potest attingere perfectionem speciuocam act⁹ exteriotis cui debetur aureola cęteris parib⁹. Cui⁹ discussionem maioribus cōmittendam duxi. Est etiam considerandū q difficultas proueniens ex mala voluntatis dispositione, non facit opus laudabile sed illa quę prouenit ex voluntate non culpabili: vbi ex qualitate operis multum repugnante nature, vel hominis bonę voluntati, opus est laboriosum: illa difficultas occasionaliter reddit opus laudabile & actū facit meliorē: quia tūc homo se conuertit ad deū, petēdo auxilīū i tēpore opportuno, nec sinit deus hoiem tētari supra q̄ pōt: sed facit cū tētatione ꝓuentum, vt possit sustineri &c.

F ¶ Quantum ad articulum secūdum est conclusio prima. Nō obstante dicto Apostoli Roma. viij. Nō sunt cōdignę passiones hui⁹ tēporis ad futurā gloriā, sane & catholice concedi pōt hoiem certantē in agone vię p̄sentis posse mereri de cōdigno p̄miū vitę ęternę. Patet ex dis. xxvij. secundi collect. Nec obstāt hic dicta Origenis li. vij. ad Roma. & Aug. quorū intellectus habeē vt supra. Nec impedit ppetuitas & indeficiētia p̄mij ad meritū tēporale. Nā stricta iustitia dei non exigit naturalē correspōdētiā ad p̄miū liberaliter dādum. ¶ Secunda cōclusio siue ꝓpositio. Homo p actionē temporalē, & quasi momētaneā charitate formatā potest de cōdigno mereri vitam sempiternā. Patet vbi supra. Hoc em̄ est ex gratuita sponsione dei, & ex ordinatione diuinę liberalitatis, volētis dare superefluenter tātū pro tantillo: si hō p̄ suo quo pmaneat in gratia gratū faciente. Potissima ratio meriti respectu p̄mij beatifici est diuina acceptatio & ordinatio dandi hoc pro illo. Nulla enim esse potest comparatio æterni ad temporale, caduci ad perpetuum: quantum est ex natura rei: nec vlla æqualitas iustitię distributiuę, quę fundatur in quadam proportione equalitate geometrica. Est autē proportio geometrica qua continens excedit contentum in aliquo certo & finito gradu: ita q excessum aliquando replicatum reddit suum excedens. Et sic nulla est proportio finiti ad infinitum simpliciter. Quotiens cūq; enim finitum replicatur, nunq̄ reddit infinitum. Sic em̄ entitas vnius ad reliquū est improportionata in entitate. Cum hoc tamen stat q infinitum potest intelligi a finito: quia est ibi proportio cognitiōis ad obiectum: siue operationis ad terminum. Pōt enim finitum cognitiue ferri in infinitum, & infinitum esse terminus obiectiuus, & p fectiuus eiusdem. Est ergo hic cum redditur ęternum p tēporali, proportionis equalitas fundata nō in natura rei precise secūdū proportionē geometricam: sed in premij reddendi insinuatione gratuita & infallibili: qđ alij dicunt in pactione, cōuentione, vel gratuita & liberali spōsione huius pro illo. Matt. xx. Nōne ex denario cōueniſti mecum? ¶ Tertia p̄ G positio. Premiū beatificum siue essentiale siue accidētale qđ debetur beato, pot⁹ datur diuina miseratione q̄ sua operatione precise. Patet auctoritate Pauli Ephe. ij. Gratia estis saluati. Regnū dei nō est volētis, neq; currētis, sed dei miserētis. Roma. ix. Gratia dei vita ęterna. Roma. vj. Siquidē deus ex natura rei p̄cise, nullius est debitor: sed facit se liberalitate gratuita hois debitorē. i. voluntatiū largitorem. Nec magis mereē volūtas per hoc vel illud gen⁹ opis: nisi qa placet deo opus illud sic vel sic q̄lificatū suo dono acceptare ad p̄miū. Ideo ex hoc potissimū expectat p̄mium, & nō ex gñe opis: aut quia in nostra potestate. Vnde. j. Corin. iij. Dei agricultura sum⁹ & ædificatio. Vnusq; q tamē propriā mercedē recipiet secūdū suū laborē. Nec sequitur: homo nō laudatur p illud qđ nō est in eius potestate: ergo nec mereē. Meremur em̄ charitatis habitu: qui nō est proprie in nostra potestate: nisi q potentia ea vtitur vt habitu & instrumēto. Ideo ait Aug. ad Sixtū pres byterū. Cū coronat de⁹ merita nra: nihil aliud coronat q̄ munera sua. & in eadē epla. Sicut ab initio fidei misericordiā cōsecuti sumus: non quia fideles eramus: sed vt essemus: sic in fine qđ est vita ęterna, coronabit nos, sicut scriptū est. & oportet vt sic dei misericordia nos p̄ueniat, & eius misericordia subsequatur nos. Vnde & pro nihilo nos saluat. Data enim est nobis gratia vt per eam saluemur: & q nostra opera placent deo, est per donum charitatis infusum. Item. xlij. de trini. ca. x. Merita nostra eius dona sunt: & ideo fides per dilectionem operatur: charitas per spiritum sanctum infunditur. Ad idem in Enchiri. cap. cvij. Ephes. ij. Gratia estis saluati per fidem: & hoc non ex vobis. Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca



enim donū est nō ex operib⁹,ne qs glorieť. & plura alia in eodē cap. Item Deut. viij.&.ix. Scies hodie qa nō ꝓpter iustitias tuas dñs deus dabit tibi terrā &c. Roma.ix. vt ostenderet diuitias suas in vasa misericordię q̄ ꝓparat in gloriā. Ab ipso habem⁹ velle & pficere ꝓ bona volūtate. Philip.ij. Phil.j. Vobis datum est ꝓ Christo,nō solū vt credatis in eū:sed etiā pattamini pro eo. Et.ij. Corin. iij. Nō q̄ simus sufficientes cogitare &c. Quid habes qđ non accepisti.j. Corinth.iiij. Reliquię p electionē gratię saluę fierēt. Roma.xj. Qui gloriať in dño glorieť. Hiere.ix.j. Corin.iij. Qđ quęrebat Israel nō est consecut⁹. Electio aūt consecuta est. Roma.xj. Itē Roma.iiij. Et qui non operať,credenti aūt in eum qui iustificat impiū, fides eius reputať ad iustitiā,scđm ꝓpositū gratię dei &c. Ad idē Ephe.iiij.cū inquit. Ascēdēs in altū &c. dedit dona hominib⁹.dedit inquā vt vitā mereanť:q alibi dixit. Reddet mihi dñs in illa die &c.ij. Timo.iiij. vt scđm Augu.li.ad Simpli.q.ij. sic ostendat gratiam non esse ex opibus:sed ex vocāte deo. Exēplificat de Iacob & Esau nondū natis: & loquitur de gratia prima: vt est cōis modus loquēdi doctorum. Dicit Duran. Ridiculū est ponere iustitiā in deo per cōparationē ad materiā ciuilem. dist.xlvj. Et q̄ i deo nō est iustitia cōmutatiua respectu bonorū sed malorū:de hoc supra dist.xlvj. ¶ Quarta ꝓpositio. Licet faciēs cum effectu ꝓcellentē victoriā contra carnē,mundū,vel diabolū,singulare ex hac opis consummatione gaudiū sit habitu rus in cælo:attamē si voluntatis & gratiæ inclinatio pariter & charitatis feruor ex hoc causaliter vl occasionaliter non augeať,nō habet intēsius gaudiū vltra eū,q̄ solā & parē habuit volūtatem: sed nō opis cōsummationē. Prima pars manifesta est quia quilibet gaudet cū mētis hilaritate de a se facto bono ope interiori & exteriori:de quo nō sic gaudet qui opus non fecit:sed dolet de impotentia & impossibilitate. Secunda pars:quia vt supra omne meritum & totū meritū est in hoīs voluntate:vt late deducit Hugo de san.Vict.li.ij.par.xiiij. ca.vj.& hoīs meritum nō cōmensurať labori: sed charitatis pfectioni & actus intēsioni. De hoc Augu.cōtra Paganos,ad presbyterū Deogratias,in quęst.iiij.de sex q̄stionib⁹ ait. Ex qualitatibus qppe voluntatū,non ex tēporū spatijs siue recte facta siue peccata metiunť.alioquin maius pcām haberēť arborē deijcere,q̄ hominem occidere &c. Et Paulus. Corporalis exercitatio ad parū vtilis est: pietas ad oia valet. Pro illa conclusione est Aug. de bo.con.cap.xxj.cum dicit esse par meritū patientię in Petro patiente,& Ioannis q̄ passus non est:& continentię in Abrahā & Ioannis:quia huiꝰ coniugium,& illius cœlibatus ꝓ tēpore militarūt deo: q̄uis hic in habitu, alter in actu &c. Qz autē sępe fuerint factitię cōstitutiōes: ideo est, vt volū tas operi maneat intenta,nō distrahať:in opere ar descat:charitatis feruorem adaugeat. Vix em̄ fieri potest:vt non augeatur volūtatis conatus in opere & gratię inclinatio:quia non sinit deus hominē tentari vltra q̄ potest:sed adijcit adiutorium in tēpore opportuno. Præterea constat gaudij intēsionē sequi non rei volitę magnitudinē: sed intēsiorem volitionem. Est enim de bono magis amato. Vbi ergo i patria maior gratia & charitas,maiꝰ erit gaudium. Cum hoc stat q̄ id opus aliquid adijciat quo ad obiectiualē terminum, & extensiuā mētis hilaritatem. ¶ Quinta propositio. Sicut præmium essentiale beatorum correspondēter datur pro voluntatis conatu ac gratię inclinatiōe & charitatis feruore: ita quodcūq̄ accidētale præmium beatificum quantū ad sui dignitatem & præcellētiam beatificā eisdem correspondebit & cōmensurabitur. Prima pars est in secundo collect.& nō sumitur nomen inclinatio hic prout cum dicit illud inclinari ad aliud qđ est in potentia ad ipsum:sed pro inclinatione actuali: vt supra in tertio. distin. xxiij. Per feruorem charitatis possumus intellige re promptitudinē siue conatū voluntatis ad actū charitatis eliciendum:qui est præcise per habitum charitatis acquisitum ex actibus frequentatis: ita q̄ supponit pro actu voluntatis,cōnotando eius promptitudinem,& facilitatem,ex inclinatiōe habit⁹ charitatis acquisitę potissimū prouenientem non tamen excludendo sed supponendo charitatem infusam. Hinc quidam ponunt feruorē charitatis,habitū charitatis acquisitum, vel eius actum in quem tendit potentia faciliter & prompte propter bonoꝝ operum ex charitate frequentationē. Habit⁹ em̄ infusus sine acqsito nō inclinat naturaliter secūdū opinionē multorum. Sępenumero habēt magnā charitatē infusam:sed non exeunt frequēter in opus: reddūť tepidi, lassi,segnes &c. ita vt qđ spū cœperūt cōsumment carne &c. Probabile dictu q̄ charitatis infusę conat⁹ & inclinatio sequatur proportionabiliter charitatis acquisitę inclinationē,& voluntatis conatū, vel maiorē, vel minorē,& in merito & in prēmio. Non em̄ sufficit sola charitatis inexistētia pſonā gratificans, ad hoc q̄ aliq̄s actus sit meritor⁹,stante lege:sed requiritur q̄ actus procedat ex gratię inclinatiōe. ¶ Corollarium. Nullus meretur aureolam in quo cunq̄ actu suo: quo non meretur auream. immo auream necessario pręsupponit quęcunq̄ aureola:scđm Tho.v.Quodlibet.q.xxiiij. Dictum est notanter quantum ad sui præcellentiam beatificam. Nam manifestum est q̄ sine charitate infusa per spiritum sanctum, & gratia gratum faciente nihil dignificat & præcellenter facit beatum. ¶ Sexta propositio. Si omne gaudium accidē- H



tale venit noie aureola: oēs & singuli beati habēt vel habituri sunt vltra p̄miū essentiale aureolā in patria. Singuli em̄ gaudebūt de suis bonis opib⁹ & singuli singuloꝝ merita cognoscēt in verbo:secundū Aug.xxij.de ciui.ca.xxix. ¶ Septima ꝓpositio. Sumēdo nomē aureola ꝓprie,nullis quā cūq̄ pfectis,nisi martyribus,doctoribus,virginibus debeť aureola: vt cōmunis habet doctorū sentētia. Patet ex notabili secūdo. Hi em̄ soli præcellenter vincūt mundū,carnē,diabolum, & eorū victoria priuilegiata dicitur.& hmōi triplex aureola,talismodi priuilegiatis operib⁹ debeť. Ad hoc Glos.Exo.xxv. loquens de virginibus,intelligēdo ꝓ coronam aureā prēmiū essentiale seruātium ꝓcepta: & ꝓ coronā aureolā suppositā p̄miū observantiū consilia. Ad hanc coronā pertinet canti cum nouū: qđ virgines tm̄ corā agno concinunt & quę sequunť quocūq̄ ierit. Interlinearis dicit. In corona aureola figuratur remuneratio eorum qui in doctrina excellunt. Et Ephe.j. Corona aureola est pfectio remunerationis eorum,qui in doct. excellunt. Item Canti.vlt. dicit glos.super illo. Vinea mea corā me est &c. Duplex prēmiū mereť qui se & alios lucrať.& Glos.marg.docto. Duplex retributio ꝓ merito seruatur. Sed illa Glos. nō loquit vt videtur nisi de p̄mio accidentali &c. Ex illis & alijs Glos.potius vt videť,colligi pōt,aureolā esse p̄miū de ope supererogationis.j.Corinth.ix.& in multis dictis Aug.nec est clarū qđ ꝓcise sit aureola:& si quid addat ad p̄miū accidētale. Ad hoc facit visio quā habuit beat⁹ Aug.de sanctis Hiero. & Ioā.Bapt.in epl'a ad Cyrillū Ep̄m hierosolymitanū:cui cū scribere vellet epl'am aptā cogitās laudis materiā,visionē talē habuit Aug. de san.Hiero.Vidit inter cęteros infinitos plus sole fulgētes viros duos:ita sil'es & vniformes : vt nulla in eis videreť differētia, q̄ alter ab altero differre posset, nisi q̄ tria serta ferebat alter in capite ex auro & lapidibus ꝓciosis:alter vero duo. Et post alt̄ dicit Aug.Hic qui tria ferebat serta ait.Cogitas Augustine qđ laudis debeas de Hiero.in veritate ꝓferre & certe diu cogitās nōdū nosti.Sed huc ambo venim⁹,vt ei⁹ tibi gloriā indicem⁹.Hic certe me⁹ socius quē vides Hieronym⁹ est:qui sicut ęq̄lis mihi in vitę sanctitate fuit:ita poia ęq̄lis est in gl'ia:& q̄ possum & ipe pōt:& q̄ volo ipse vult: & sicut deū video & ipse videt & cognoscit.In quo oīs nr̄a & sanctoꝝ oīm consistit gloria & beatitudo.Nec habet maiorē vel minorem gloriā alter ab altero sanctorū,nisi inquātū magis vel minus diuinā contē plať specie. Sertū vero tertiū qđ plus illo fero,aureola martyrij est, qđ finiuit vitā corpis: q̄ etsi in mūdo ob labores,pœnitētias,ærūnas,afflictiōes, verbera,contumelias,& hoīm opprobria &c. q̄ ita pacifice ꝓtulit &c. vt ver⁹ martyr extiterit,& p̄mia martyrij nō amiserit:qa tñ vitā gladio non finiuit aureolam quę i signū dať martyrij talis nō habet. Serta alia duo q̄ habem⁹,aureolę sunt q̄ solū virginib⁹ & doctorib⁹ danť:vt ab alijs discernanť. Et q hęc ꝓtulit verba fuit Ioā.Bapt. & consequēter de gloria sanctoꝝ referens dixi quēlibet sanctoꝝ ita de alteri⁹ gaudere gloria sicut sua. Ad hoc videť facere Apo.xiiij. Sequunť agnū quocūq̄ ierit:& nemo pōt cātare &c. Hi sūt q̄ cū mulieribus nō sūt coinq̄nati. Itē de martyrib⁹. Apoc.vij. Palmæ in manibus eorū. Et infra. Hi sunt q̄ venerūt ex magna tribulatione,& lauerūt stolas suas, & dealbauerūt eas in sanguine agni. Sed exponit Augu. Homil.vj.sup Apo.Nō vt aliqui putāt martyres soli sunt:sed oīs populus in ecclesia. Oīs em̄ ille lauit stolas suas in sanguine agni.& nō dicit text⁹ q̄ in sanguine suo lauerint stolas suas:sed in sanguine agni.Ioā.j. Et sāguis filij ei⁹ mūdauit nos. Et noie palma in gñe venit triūphus. Et secuudū Augu. vt supra,ibi fit sermo gñalis de remuneratione gñali oīm fideliū in ecclesia dei:siue ex Iudęis siue ex gētib⁹: & noie stola venit gloria aīæ: vel secūdū eundē, albas stolas,spm̄ sctm̄ dicit ibidē. Itē de doctorib⁹ solet allegari Dani.cap.xij. Qui edocti fuerint,fulgebūt quasi splēdor firmamēti: & q̄ ad iustitiā eruditi multos:quasi stellę in ppetuas ętemitates vbi Glos.iterli. Qui edocti magistri.s.aliorū:nō modo ꝓdicādo:sed scriptis confirmādo:& qui ad iustitiam eruditi simpl'r verbo & exēplo. Q đ aūt supi⁹ allegatū fuit de virginibus. Apo.xiij. Aug.sup Apo.Homil.xj.dicit. Nō solū corpe castas itelligam⁹ hmōi virgines:sed maxime oēm ecclesiā,quæ fidē purā tenet,secūdū id Despōdi vos vni viro virginē castam exhibere Christo, nulla adulterina hæreticorū cōmixtione pollutā:nec in peccatis vsq̄ in finē pdurantē sine remedio pœnitētię. Ecce tale quale fundamētum ex scriptura canonica de aureolarum collatione. Verū ē,habebūt beati p̄miū essentiale & accidētale, qđ q̄nq̄ a plerisq̄ aureola noiať. Beat⁹ Aug.i de sancta virginitate plura loq̄t de fructu martyrū, virginū & alioꝝ:sed nō de aureolis:& q̄ se habēt vt excedēs & excessū. In domo dei mātiones multę sūt,& magna erit diuersitas i dei visione & fruitiōe &c. Multū mercedis leuabit q̄ plus laborauit in vinea dñica. Verū est q̄ hodie habēt hęc noia i stituta supponētia ꝓ p̄mio accidētali victorię ꝓcellētis. Exēplū in terra nr̄a comes etsi maior sit militeaurato,nō tñ eisdē vtiť,qb⁹ ipe militari b⁹ isignijs,nisi alias ex speciali priuilegio qđ muneris habeat. Birretātur doctores & magistri legitime examinati & ꝓbati:nō sic alij nōnūq̄ sciētia p stantiores, q̄ forte formalia ꝓ gradus adeptione non compleuerunt modo tali vel tali. Pariformiter possent istitui, vel forte institutę habenť in mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nopolijs & aliorum artificum &c. superexaltationes, &(vt ita dicam) graduationes. Idem Augu. cap. xxiij. de bo. coniu. Stat quē nō habere qđ habet alius: sed aliud qđ pluris ęstimādum est. Sed ni fallor, sicut Ioānes. j. Ioā. ij. dicit oīne pctm̄ eē cōcupiscentiā carnis, concupiscētiam oculorum, vel superbiam vitæ, quæ ois peccati ponit initiū Eccli. x. ita in quadam generalitate trifaria accidē talia prēmia maioris & cognitę nobis victoriæ includunt & designāt. In primitiua ecclesia non fuit habita sanctorum memoria in pace defunctorū: de quorum finali constantia non ita patuit: sicut sanctorum martyrū & apostolorum pro Christo passorum. Tēporis successu adiūcti sunt confessores: facta eorū canonizatione scđm Augu. sup Ioan. Homil. lxxxiij. Ad idem. C. De sacrosan. eccle. l. Nemo. Non fit confessorū memoria quos nec canon missæ habet olim editus. Hęc videtur cōis & concors doct. sententia: sed quib⁹ virginibus doctorib⁹ ac martyribus aureola debeat, modica vel nulla est concors sententia. ¶ Octaua p̄positio. Sola corruptio carnis sine antecedēte vel comitāte cōsensu mētis libero & ipatiuo act⁹, nō perdit aureolam virginitatis. Ita habet Palu. Pōt enim carnis corruptio multis modis fieri etiam sine peccato, aut per curam medicinalem &c. Prēter ea aureola debetur victoriæ ex pugna p̄ Christo habita: sed stat aliquam violentari prorsus nolentem cōcipere inde & parere. Et dato q̄ post factū libere delectetur & complaceat in prius acceptata violentatione, & ita peccet: & posthac de peccato vere doleat: quia tamē consensus subsequēs non potest esse imperatiuus nunc prius consummati operis: ideo correcta voluntate ceteris paribus aureolam consequi potest sic violentata: quia illa carnis corruptio facta fuit sine consensu præcedēte vel comitāte imperatiuo actus illi⁹. Ita sentit ille doct. ¶ Corollarie sequitur. Virginitas mentis amissa potest reparari salua incorruptione carnis non sic corruptio carnis quā aīcessit vel comitat imperatiu⁹ cōsensus mētis. Hinc ait Sā. Tho. dis. xxxiij. Meritū oīne debet actui virtutis a charitate imperato. Virginitas aūt secundū hoc ad genus virtutis pertinet: q̄ ppetua incorruptio mentis & corporis sub electione cadit. Ideo illis tm̄ virginibus debetur aureola ꝓprie, quę ꝓpositū habuerūt virginitatē ppetuo conseruandi: siue hoc propositū sit voto firmatū vel nō. Et subiūgit. Si ꝓpositū fuit interruptū, manēte itegritate carnis, dūmodo in fine vitę reparat mētis integritas potest consequi aureolam. virginitas em̄ mentis & non carnis reparari pōt. Aug. lib. j. de ciui. dei. ca. xviij. dicit. Pudicitia est virtus animi comitē habēs fortitudinē, qua potius vult homo mala quęuis sustinere q̄ cōsentire malo. Et lib. iiij. ca. viij. contra Iulianum, dicit pudicitiā eē animi, & virginitatē corporis: q̄ q̄ vna sine alia potest amitti. Quomō in viris corrūpatur animi pudicitia, clarum est. Sed quomodo in eis corrumpatur virginitas, non ita claret. ¶ Nona propositio. Omnibus & singulis cuiuscunq; status hoib⁹ q cū effectu & efficaciter sua catholica eruditione & doctrina multos erudiunt ad iustitiam, scribendo, legendo, concionādo doctrinando, præsertim quadā præcellētia speciali, aut modis simílib⁹, quibus diabolicas fraudes & versutias detegunt, & eneruāt, vltra auream dā da est miseratione diuina & doctor̄ aureola. Hæc propositio fere ab omnibus admittit: Sed Glos. ad hoc allegatę in ꝓpositione octaua non sunt clarę: qa solū loquunt de duplici p̄mio doctor̄. Textus Dani. xij. exponente Hugone, & Lyra postil. videtur esse ad ꝓpositū. Dictū est quadā præcellentia speciali: qa nō oibus victoribus diaboli dat huiusmodi aureola: sed p̄cellētioribus, quos nouit deus. Vel oportet nomē extēse sumere. Sūt vtiq; gradus plures in hmōi victoria. Ex illa ꝓpositiōe sequit: q̄ non solis graduatis doct. & magistris debetur aureola: nec solis p̄latis q̄bus incumbit ex officio p̄dicare & populis pręesse: nec volentib⁹ p̄dicare quātū est de se: sed non missis. contra Guilli. Altisid. q vult li. iij. Tract. vij. q̄ Scholaris q̄ habet sciētiā, & volūtatē p̄dicandi, sed nō mittitur, habet aureolam. Aureolæ em̄ sunt p̄cellētis victorię p̄mia, & opis exterioris cōsummati. Nec medicis: nec silibus physicali studio, vel philosophię naturali operā dātibus etiā ꝓ intelligenda sacra scriptura: vel vt Palu. loquit ꝓ intelligēdo Thomā: dūmō nō cū effectu sua doctrina sacra, & a se, & ab alijs dęmonē expellūt &c. Nescio an Palu. fabula vtat: possunt tm̄ hmōi nāciscī magnū & maius accidentale p̄miū: etiā pluris apud deū ęstimādū, q̄ sit aureola p̄cise: correspōdēter ad p̄miū eēntiale maius. Ad idē ē Sā. Tho. v. Quodli. q. xxiij ostendens aureolam prę supponere aureā. Ideo q̄ docet amore vanę glorię, non consequitur aureolam nec aureā: quia peccat. ¶ Si quęrit: An prędicator vel doctor vanam gloriā quęrēdo, & multos lucrādo habeat aureolam post pœnitētiam: Sicut virgo, quę voluntatē corrigit manēte integritate carnis: R̄ndetur q̄ non: quia sic docēdo peccat: & opa eius sunt mortua, & non ꝓ deo imperata. Opa vero mortua nō reuiuiscunt: sed mortificata. Pœnitētia restituit prius habitū, & ex demerito amissum: nō autem confert quę nunq̄ fuere habita. Licet deniq; mot⁹ pœnitētię possit eē meritorius: non tamē habebit aureolam. Et ideo integritati carnis imperatę, quæ manet post peractam pœnitētiam de mētali corruptione, debet aureola virginitatis: non aūt actui vanę glorię q̄ transit & nō manet: nec est dign⁹ p̄mio quocūq; beatifico.



¶ Decima propositio. Pœna mortis pro Christo aut p̄ fide catholica, libertate ecclesiastica, seu virtutis amore alicui inflicta, & voluntarie pro deo susceptа ac constanter perpessa, facit hominem dignum martyrū aureola. Beatus Aug. in de san. virginitate. ca. xlv. expresse dicit martyrij coronā cōstitutā vel in habitu animi, etiā si desit tēpatiōis examen, vel in ipsa passionis experientia. Sed potest dici q̄ loquit̄ de corona essentialis prēmij. vel apud eum non fuit ille vsus vocabuli aureola: sicut nunc est. Quæ requiruntur ad martyriū verū & p̄fectum: alibi ostendi solet. Sufficiunt hic tria, pœna, causa, & volūtas libera. Propter defectum primi macerātes sua corpora obtemperando diuinis mandatis & iussionibus, sicq; diutinā habētes militiam, & martyriū quoddam ꝓ Christo (vt loquitur & Aug. & Maxim⁹ in sermo.) licet sic permaneāt in Dei & christianorū militia vsq; ad mortem, non dicuntur proprie martyres. Sic religiosi mortui mūdo, & qui carnē suam crucifigunt cum vitijs & concupiscentijs: itē sitientes & quęrentes mortem citra pœnę inflictionē &c. nō sunt ꝓprie martyres. Propter defectum secundi, q non patiuntur pro deo, pro iustitia, pro Eccl̄ia, aut fide catholica, martyres non sunt. Propter defectū tertij, carentes libertate arbitrij quo ad vsum nō sunt proprie martyres. Item qui sunt nolētes &c. Hinc & innocentes ꝓ Christo passi, quia voluntate caruerunt, nō fuere hoc modo pugnę victores mūdi vsq; ad mortē: sed quia Christus quæsit⁹ est in eis & occisus, quodam speciali priuilegio gratuito martyribus associantur ab ecclesia.

K ¶ Quantum ad articulum tertium

Quomodo verū est cōmune dictū doctor̄, q̄ virginitas mētis, q̄ & pudicitia dicit̄: potest per pœnitētiā reparari, nō sic carnis. Vtraq; n. reparari pōt per deū: etsi p̄teritū nō potest non fuisse p̄teritū. Quō verū est dictū San. Tho. & Palu. de Eunuchis & frigidis, q̄ possunt habere aureolā si tenuerint mentis propositum firmū &c. Dicēdum. nū q̄ vere reperit̄ in aliquo virginitas carnis, nisi etiā habeatur virginitas mentis. Sola em̄ sine mentis cōsensu imperatiuo p̄cedente vel comitante, violētatio aut alias casualis vel medicinalis carnis ruptio nō priuat aureola: sc̄dm Augu. j. de ciui. cap. xviij. quia nō venit ex electiua aut imperatiua mētis corruptione: sed cōtra ꝓpositū virginitatis accidit. Hinc nō venit imputāda in culpā. Virginitas aūt carnis aliud dicit ab integritate carnis, q̄ tolli pōt salua virginitate carnis. Cum ergo salua integritate & virginitate carnis sola volūtas corrupta est: forte volūtate conditionata: adhuc restat bellū cū carne: qđ volūtate correcta p̄fici pōt. Cū aūt virginitas carnis sublata est, etiā mentis corrupta est, nō ecōtrario. Volūt aliq doct. q̄ si tpe no. test. vellent Eunuchi & frigidi vti potētia qua carent ad experiendum venerea: quantū in eis est: carent aureola propter volūtatem conditionatā. Si nollent ea vti, dato q̄ possent ea vti, habebunt aureolam cæteris paribus. Oportet hic nomen aureola ęquiuocare & large accipere. Cur non similiter dicitur de volentibus pati martyrium, & non habētib⁹ opportunitatem loci & tēporis. Ad hoc Holkot lect. xl. super sapienti. cum dicit. Si aliqua habuit propositū experiēdi venerea: etsi non p̄cessit in opus: voluntatem tm̄ non correxit: in fine vitę carebit aureola. Ecce voluntatem quantū in se est efficacē. ¶ Sed diceret aliquis. Si carnis corruptio violenta non impedit aureolam: quia nō accessit cōsensus: Esto p̄cipiat deus alicui quę vouit virginitatem: cōiugium cum effectu & operis consummationē suo voto cōtrariam, & nolitam absolute: sed volitam solum ex conditione mandati diuini: hęc non carebit aureola: vt videtur: qa non habet proprie consensum ad opus, vel ad experiri venerea: sed odiendo & nolendo carnis concupiscentiam, vult p̄cise satisfacere pręcepto. Hic forte diceretur q̄ nō habebit aureolam. Ratio est: quia absolute voluit illā copulā: licet sub cōditione fuerit nolita. voluit em̄ debitū cōiugi dare &c. Sic quæri posset de pueris virginibus. Videtur secundū Palu. q̄ tales mox mortui sint habituri aureolam. Absurdū enim videtur secundū eum: q̄ aliquis habeat virtutē virginitatis cum carnis integritate sine ꝓpositо mētis actuali, & nō habeat aureolā. Dici potest stante quid nominis aureola vt supra: q̄ eis non conuenit ratio aureolę: qa nec ratio victorię. Secus de innocentibus pro Christo occisis: prout ipsemet videtur sentire. Item aureolę secundū omnes dant̄ actui triūphali nō habitui vel priuationi. Sed in pueris mox defunctis, esto q̄ habēt virginitatē infusam, non est actus exterior: sed potius carentia actus exterioris, pugnę. s. cū hoste. Nec admittitur q̄ in eis fuerit virtus virginitatis: nisi ponantur virtutes morales infusæ: vt quibusdam placet. de bapti. & eius effect. cap. Maiores. Hinc dicit San. Tho. Aureolas esse prę mium act⁹ virtutis a charitate imperati. Ni fallor totum consistit in quid nominis termini aureola: quomodo accipiat̄: sic aut sic, in hoc vel illo gradu: sunt illa nomina certorum prēmiorum. nomina proprie non magnificant apud deū, sed facta. Ideo inquit Aug. xxiij. cap. de bo. coniuga. Stat quē non habere qđ alius habet: sed aliud qđ pluris ęstimandum est. ¶ Secundum dubium est de virgine Maria. An ipsa sit habitura aureolas tres virginum, doctorum, martyrum. Dicendum humili cum submissione. si aureola debetur pugnæ actuali & victoriæ triumphali, & nemo coronat̄ L

Universidad de Deusto
Biblioteca



tur quin hostem vincendo legitime actuali & rea
li concertatione certauerit : non videtur quomo-
do in ea fuerit aureola virginitatis, cum fomitem
peccati habuit ligatum, extinctum, vel sopitum
prorsus: nec vllam vnq̃ sensit carnis rebellionem
quia plena gratia. Et vt in figura dicitur Apo. xij.
amicta sole, lunam habet sub pedibus. Secus si
nomen victoria accipitur vt dicit plenum domi-
nium & virtuosum aut gratuitum ratiõis super ho
stem per dei gratiã inuincibile ꝑmũ. Ita enim ha
bẽs eã in omni actione contrarius est hosti, carni,
mundo, & diabolo. Et hoc vtiq; plene fuit in vir-
gine Maria & Christo, qui dicit Ioan. xvj. Confi-
dite quia ego vici mundũ. Et Hebr. xiij. Sancti
per fidem vicerũt regna &c. Est enim vincere po
testatẽ alteri⁹ ligare, vel in q̃dã eminẽtia subiectã
habere &c. ¶ Qz si replicat: Glorios⁹ ẽ habere au
reolã ex pugna & victoria actuali: q̃ ex gratiæ col
latione, vel passionum sedatione. Quanto enim
pugna sẽuor, tanto laudabilior est corona: & bo-
norum laborũ glorios⁹ est fructus. Sapiẽtiæ. iij.
Sed beata virgo nullã habuit cum carne luctam
Caruit em̃ originali peccato: vt fere tota canit ec-
clesia: nec diabolica suggestio eam attingere po-
tuit, cuius caput ipsa Gen. iij. contriuit: cui fuit in
eius ascensione vt castrorũ acies terribilis. Canti.
vj. & luna sub pedib⁹ eius. Apo. xij. Nec mũdus:
quoniam a puero in tẽplo deo deuota mundũ de
testata est: vt eius concupiscẽtia, nõ dico non alli-
ceret: sed nec nauseam prouocaret &c. Pro illarũ
replicarũ intelligentia potest hic moueri dubium:
tametsi sit aliquo modo extra ꝓpositũ. An pfe-
ctio & meritũ actus virtuosi, depẽdeat & attendat
ex virtute: prout ipsa virtus effectiue procedit ex
libertate volũtatis creatę: An ex magnitudine pu
gnę, vel resistentia, aut difficultate operis, seu ope
randi secundũ virtutẽ. Illud dubium posset habe
re multiplicẽ intellectũ: secundũ multiplicem acce
ptionem nominis pfectio actus virtuosi. Est em̃
quędam pfectio actus moralis non meritoria vi-
tæ ęternę, & est quædã meritoria. Item est pfectio
gradualis: & est q̃dam essentialis ex parte obiecti
plus vel min⁹ nobilis: vt supra. q. iij. Istis hic sup-
positis respondetur ad primũ de actus pfectione
quo ad habitũ acquisitum vel infusum per illã ꝓ
positionem. Perfectior est operatio inquantum ꝓ
cedit ex charitate & gratia infusis a deo, q̃ inquan
tũ procedit ex virtute acquisita. Primũ enim suf-
ficit ad meritum vitę & glorię: vt patet: non sic se-
cundũ sine primo. Ad secundũ respõdetur nega-
tiue. qđ sic ostendit: qa alias operatio quę fit secũ
dum virtutẽ heroicã: ex quo fit quasi sine pugna
efficaciter & ꝑfatiue: vt supra in tertio. dist. xxxvj.
esset imperfectior operatione secundũ virtutẽ im
perfectam siue remissam. Heroici enim non tam
turbantur passionibus: sed eis ita dominantur ꝙ
nihil molestię ab eis patiãtur. Hinc dicuntur qua-
si impassibiles: quia vltra cõmunem humanũ mo
dum & vltra limites humanę cõditionis, ad quos
regulariter omẽs homines possunt attingere, vir-
tutem aliquã, vel plures i summo acquisierũt: ita
ꝙ facti sunt velut dij ex hominib⁹. Diony. in epi
stola ad Ioã. Euãge. (est numero. x.) ait. Et te qdẽ
non adeo insanus sum vt arbitrer aliqd pati: im-
mo & passiones corpis hac tm̃ in parte credo sen-
tire: vt eas solum disudices. Hæc ille. Ecce dicit Io
annẽ iã relegatũ in insulam quasi impassibilẽ. Hu
iusmodi operationes heroicę & quę fiunt secũdũ
virtutẽ heroicam essent imperfectiores: q̃ secun-
dũ imperfectã & remissam virtutẽ: immo q̃ ope-
ratio continẽtis nõdum virtuosi. vij. Ethico. Qui
est in continẽtia pugnat, donec passio aliunde ce
dat. Stat em̃ heroicus veluti columna cõtra vẽtũ:
ita ꝙ a passione nõ superat. Immo sequit̃ genera
liter ꝙ quanto virtus esset intensior & pfectior: tã
to operatio secundũ eam impfectior: si perfectio
actus ꝑcise staret in magnitudine pugnę. Nã quã
to fuerit virtus pfectior secundũ intẽsionẽ: tanto
operãs secundũ eã minorẽ sentit difficultatẽ: tãto
ꝙ facili⁹ vincit passionẽ: immo si fuerit operatio
virtutis heroicę: heroica virtus & operatio oppri-
mit & extiguit passionẽ ipsam. Virtutis. n. est nõ
solũ rectificare: sed etiã facilitare, & delectare ope-
rantẽ scdm eã. Delectatio. n. est signũ habit⁹ sup-
uentẽtis. Sicut i sili: Quãto miles aliqs plus exer
citat⁹ est: tanto facilius & sine timore hostẽ sternit:
nec in bello plus laudis habet miles bellicarũ rerũ
nõdũ gnarus, & ꝑ cõsequẽs sternẽs hostẽ multo
labore & sudore &c. q̃ rerũ illarũ peritus & gnarus
qui cũ mẽtis hilaritate inimicũ inuadit & perimit.
¶ Hinc pfectio operũ meritorio⁊ ex tribus põt
colligi. Primo & pricipal'r ex pfectione charitatis
p spm̃ sctm̃ infusę, & gratię gratũ facientis: ex qui
bus ꝑcise stante lege, ratio meriti principaliter de
pẽdet post diuinã acceptationẽ. Scdo ex intensio
ne virtutis acquisitę vel infusę: vt iustitię, fortitu-
dinis, tẽperantię, hũilitatis &c. Tertio ex magnitu
dine conatus ipsius volũtatis scdm inclinationẽ
gr̃æ & virtutũ actũ libere elicientis : nullo habito
respectu ad pugnã realẽ, aut operãdi difficultatẽ.
Neq; em̃ in statu innocẽtię fuisset rebellio aut pu
gna: & tm̃ nõ minus pfecte ꝓfuissent in actũ vir
tutis.. Deniq; quis dubitat in æterna patria esse
act⁹ charitatis, & aliarũ virtutũ pfectissimos, vbi
nec labor, nec angustia, nec difficultas! q̃ oia abie
rũt. Apo. xxj. Hoc tamen cõcedẽdũ est, ꝙ in via
labor & difficultas operis ex genere actus: & quia
communem hominum statum excedit, signum
quoddam est vnde arguit̃ & sumitur ꝙ sit virtus
& fortitudo in victore triumphante. Non tamen



affert aut dat precise virtutem. Verum locutiones
fiũt de rebus prout cõmuniter accidunt, & nostro
patet experimento. Considerandum etiam est, ꝙ
circa passiones contingit se habere quadrupliciter. Sũt enim qui impugnati passionibus, nec eas
vincunt, nec ab eis superanẽ: sed stant veluti imo
bilis columna contra ventum, donec euanescat &
alitude cedat passio. Exemplum de passione irę.
Et isti secundũ Phũm, vt supra, dicuntur cõtinẽ-
tes & non virtuosi. Alij impugnati a passionibus
resistunt eis & superant eas: licet magna difficulta
te & molestia. Alij impugnati resistunt: & facili-
ter vincunt: sicut miles gnarus rerum bellicarum.
Habent em̃ habitus virtutum. Sic loquentes di-
cunt virtutem & habitum connotare certum gra-
dum intensionis. Et sic faciliter per virtutem ope-
rantes aureolam modo præcellenti consequi pos-
sunt: immo laudabiliori modo q̃ ceteri impfecti.
Alij passionibus iam non impugnantur nec mo-
I animarū nō corporū. ¶ Secūdū dubium q̄rit de intellectu aliquarū auctoritatū scripturę catholicę, quę videtur sibi cōtrarię de visione dei. Ioā. j. dicitur. Deum nemo vidit vnq̄. Et. j. Timo. vj. Quem nemo hominū vidit: nec videre pōt. Et Matth. xviij. Angeli eorū semp vident faciem p̄ris mei. qđ videt priorib⁹ cōtrariū. Et Mat. v. Bti mūdo corde qm̄ ipsi deū videbūt. Et. j. Ioā. iij. Videbimus eum sicuti est. Et scriptura teste Abraham, Isaac, Iacob, Iob, Moyses, Micheas, Esaias, Paulus deū viderunt: vt refert Augu. in de vidēdo deū. Ad idē beatus Ambro. sup Lucā, lib. j. & i prooemio eiusdē libri, & sup epistola ad Coloss. Gregorius Nazāzenus in tracta. de fide, & Hieronym⁹. Quos refert Aug. vbi supra, & in cōmonitorio ad Fortunatianū Epm allegat eosdem & Athanasiū. ¶ Cōtingit rē aliquā videri sc̄dm dicta & sensa patrū vel oculo corporali vel mētali: & hoc dupl̄r, sc; quandoq; fidei oculo, & iterū dupliciter, vl̄ formato charitate vel nō formato charitate: ita q; idem sit credere aliquid eē hoc vel illud & videre ip̄m: idē sit nō videre puro corde & mūdata cōsciētia: & nō videre aut nec credere in ip̄m. Cōtingit etiā aliquid videri. i. comprehendi vel videri visione cōprehēsiua. Oculo corpali corporalia videnť. Oculo mētali seu mēte spūalia. Quę nonnūq̄ dicunť inuisibilia: vel quia nō videtur oculo corporali: sed solū mētali: vel quia in eoꝝ potestate est videri vel nō videri. Videntur eñ si volunt videri. Non videntur si videri nolunt. Vel quia non videntur nisi specie qua volūt apparere latēte natura atq; in se incōmutabiliter p̄manēte: seu (vt loquit Grego. Nazanzenus) cōspicabilis materię dispositione assumpta: vel quia p̄ statu huiꝰ vitę mortalis nō videnť: sed solū pro statu vitę futurę: aut qa nō nisi a mūdis corde & deifilijs. Si sermo sit sc̄dm subiectā materiā de visione corporali, deū in natura diuina nemo vidit vnq̄: quia oculus corpalis nō videt nisi corporalia. Sic dicit Augu. in cōmonitorio vt supra, istius corporis oculos nec videre deum, nec esse visuros. Nec se sic locutum esse pœnitet: ne deus corporeus esse credat: & i loci spatio interualloq; visibilis. Nihil eñ aliter istius corporis oculus pōt. Hoc ergo modo quo videnť visibilia corporis sensibus nota, deū nemo vidit vnq̄ nec videbit vnq̄ i natura diua, tāetsi beati resumpto corpore Christū verū deū & hoiem sint visuri: sed non oculo corporali eius diuinitatem: sed mentali intuētur. Oculo mentali angeli nūc vident deū in patria, & cum homines beatificā tur etiam visuri sunt deum in diuinitate oculo mentali. j. Ioan. iij. Videbimus eū sicuti est. & p̄misit. Dilectissimi, filij dei sum⁹: & nōdū apparuit qđ erimus. Scimus aūt quia cū apparuerit: similes ei erim⁹ qm̄ videbim⁹ sicuti est. De hoc sic ait Hiero. referēte Augustino. Homo dei facie videre nō potest. Angeli vero minimorū in eccl̄ia dei vidēt faciē patris. Nūc in speculo videmus & in ænigmate: tūc autē facie ad faciem quando de hominibus in Angelos profecerimus. Exponit Aug. i. Angelis similes facti fuerimus. qđ vtiq; erit in resurrectiōe mortuorum. Consequēter dicit id dictū facie ad faciē, nō esse intelligendū de visione hois exterioris: sed interioris. Loquit eñ Ap̄lus de facie cordis non corpis, vt patet ex serie text⁹. Sic soli mūdo corde visuri sunt deū. Matth. v. Enarrauit quidem multas beatitudines Christus: sed solis his promisit: sui visionē beatificam qui mūdo sunt corde. Si ergo soli mūdo corde deū videbūt: vtiq; consequēs est q; alij non habētes cor purum, licet oculo corporali deū videāt, dicātur ip̄m nō videre. Hoc loquēdi mō vsus videt btūs Ambro. cum de Iudeis loquens in expositione pro œmij sup Lucā ait. Vides q; verbum dei & visum est Apostolis & auditum. Nō solum enim sc̄dm corpus viderunt dm̄: sed sc̄dm verbum. Viderunt enim verbum qui cum Moyse & Helia viderunt gloriam verbi. Isti etiam viderunt Iesum, qui in sua viderunt gloria. Alij non viderunt: qui corpus tantūmodo videre potuerūt. Non enim corporalibus sed spiritualibus oculis videtur Iesus. Deniq; Iudei non viderūt eū: quia non videbant in spiritu. Vidit eum Abraham, qui vtiq; dominū in corpore non vidit. Sed qui videt in spiritu, videt in corpore. Qui autem vidit in corpore, & non vidit in spiritu: nec in ipso vidit corpore qđ videbat. Vidit eū Esaias: quia vidit in spiritu: vidit & in corpore. Ait enim. Nō erit ei species neq; decor &c. c. liij. Non viderunt eum Iudei, obseratum enim erat insipiens cor eorum. Non vidit eum Pilat⁹ non viderūt eum qui clamabāt crucifige &c. Si eñ vidissent nunq̄ dominū maiestatis crucifixissent. j. Corin. ij. Qui ergo deum vidit, vidit Emmanuel, hoc est vidit nobiscū deū. hæc ille. Ecce multiplicē acceptionē nois videre deum & videre Iesum. Vtiq; Iudei Iesum in corpore viderunt corporali visione: alias non potuissent manus in ipsum iniecisse: sed non crediderunt in eum: & ita non viderūt puro corde aut oculo mentali fidei. Hinc nec in corpore nec spiritu eum vidisse dicunť. Prophetę vero crediderunt illustrati diuinitus, eum incarnandum, & ita viderunt eum spiritu & carne, secundum illum loquendi modum: quia crediderunt eum esse deū & hoiem. Item dicit̄ inuisibilis: vt supra: quia cū vult videt. Sic & potestates cęlos; & Seraphi cū volūt videnť, & quēadmodū volūt, hinc inuisibiles dicunť: & deꝰ sic inuisibilis dicit̄, licet multi viderint, sed quod volūtas elegit, nō qđ natura formauit: sc̄dm Amb. Sic nō in natura sua: sed in qua voluit specie dignat⁹ est patrib⁹ apparere pro statu vię, vidēdus ab eis facie ad faciē &c. si mundi cordes fuerint. Item Ambro. vt supra sup Lucā statim post pricipiū. & Augu. de vidēdo deū. Non in loco videt deꝰ sicut ad ilicē Mābre &c. sed mūdo corde: nec corporalibus oculis deꝰ quærit: nec circūscribit visu: nec tactu tenet: nec audit affatu: nec sentit incessu. Q; aūt Moyses & Paulus dicuntur ab August. vbi supra, & xij. sup Gen. deitatē vidisse, nō p̄iudicat dictis quia Paulus in raptu & extasi mentis vidit, & Moyses. Necesse eñ est mētē ab hac vita abstrahi, & quodāmodo moti vel hinc exeundo de corpore, siue ita alienari a sensibus carnalib⁹: vt merito nesciat siue i corpore siue extra: vt Paulus loquit sc̄dm Augu. xij. super Gen. c. xxvij. quādo illam inuisibilem diuinitatē voluerit in hac vita ex gratia dei speciali cōtēplari: quia nō potest hic hō deum videre & viuere. Necesse est volentē legere Augu. & patrū dicta, aiaduertere quādo loquant̄ de statu vię aut patrię, de visiōe fidei & visione cōtēplatiōis. Sic de notitia fidei & contēplatiōis. Itē quādoq; loquunť de visiōe cōprehēsiua: sic non est cōsequēs q; videtes aut audiētes speciem aliquā vel vocē qua videt vel loquit deus, Deū vidisse vel audisse dicanť: nisi in corpore humano hypostatice vnito & assumpto. Ibi eñ dūtaxat cōicatio idiomatū locū habet. Q; autē dicit̄ qñq; spūs sanct⁹ visus: aut paterna vox audita: intelligitur sicut in signo videre dicimur signatū: vt visio vel auditio corporalis ad signū terminati itelligat̄: sed visio intellectualis ad signatum. Sic deū audiuit Cain Gen. iiij. Et diabolus quādo venit cū angelis, vt cū illis assisteret. Iob. j. & ij. Itē cū dixit. Clarificaui & clarificabo. Ioan. xij. Ad hoc Aug. xj. sup Gen. c. xxxiij. Et. j. de ciui. dei. c. xv. ostēdit quomodo deꝰ per angelos in subiecta creatura apparēs hominibus & more hūano syllabatim loquēs legē dedit. Et li. xv. c. vj. & vij. de Cain loquēs dicit q; ita ei locutus est deꝰ, sicut primis parētibus per subiectā creaturā velut eorum socius forma congrua. Ex iſtis patēt diuersi modi quibus dici potest deus inuisibilis: qui tñ sese mūdis corde & solis illis in patria ostēdet contuendū in sua deitate &c. Et nō est iste modus loquendi insolitus. Sicut eñ corporalia visibilia dicūtur, sic & deus dicit̄ inuisibilis nōnunq̄: ne corpus esse credat̄. Et si volūtas hois quę nō videtur oculo corporali manēs eadē potest imperare potentiæ executiuæ vt eas vel illas citra sui mutationē formet voces prout voluerit, quib⁹ innotescant cæteris quę interius manēt abscondita cordis: Cur nō deꝰ nō visa sui natura diuina, potest per subiectā sibi creaturā in ea qua voluerit specie homini apparere &c? De hac re Augusť. super Gen. lib. xij. ¶ Tertiū dubium. An K
sit possibile aliquē cōtinuo operari propter habere btitudinē aut dei visionē: & finalr dānari. Respondeť q; sic: si finis principalis & vltimat⁹ suæ operationis nō est deꝰ. Si eñ habet finem alium in deū finalr & vltimate non relatū: vtputa affectiōe cōmodi p̄cise gaudium de visione dei: nō diligit finaliter deū, nec per hoc mentaliter in via, nec virtuose agit. non eñ agit principaliter & vltimate ꝓpter deū. Et si dicit̄ virtus ordinari ad beatitudinē: concedit̄ q; est tanq̄ medium attingēdi beatitudinē finalē & obiectiuā quę deus est, & non p̄cise beatitudinē formalem vtputa dei visionē, vt bonum sibi. Necesse eñ est deū esse finē principalem & vltimatū qui est bonū infinitum &c. Concedit̄ tñ q; deus potest diligi propter mercedē, si ly propter dicit finem subordinatū sub vltimo fine: vel causam motiuā minus principalem. Sic de euasione damnationis similiter dicatur. ¶ Quartū dubium, an L
omnis merces vltimata & finalis cuiuscūq; virtuosę operationis quę dabitur in patria, sit infinita non tñ durationē: sed etiā pfectiōe. Respō detur de rigore verborū q; sic: quia solus deꝰ est vltimata & finalis merces magna nimis. Omnis vero qui meritorie agit, deū habet finē vltimatū & principalissimū: tametsi hois p̄cium qđ est operatio beatifica, etiā dicat̄ merces, sed non vltimata simpliciter: quia nō est summū bonū substātialiter & essentialiter, sed actus quo attingitur summū bonū fruitiue & in genere humanarū operationum. ¶ Quintum dubium, an in M
decuplo sanctior alio habiturus sit maiorē mercedē in cęlo. Respōdeť. Si solus deus qui est merces infinita beatorū, dicitur esse merces sanctorum, omnes habebunt eandem mercedem obiectiuam vnde beatificantur. Et cum est infinita, & singulis datur bonum infinitum non habens partes, singuli habent eum totum. Et sc̄ūdum hūc loquēdi modū forte curiositas di-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ceret. In decuplo sanctior nō habet maiorē mercedē obiectiuā & infinitā alio mīo sancto. Nec ex hoc pōt inferri deū esse iniustum, p̄miatorē: nec dare scd̄m exigētiā meritorū: quia q̄uis p̄miū infinitū oīb⁹ & singulis deb⁹ in cælo, & æquale p̄miū obiectiuū, scd̄m verba Christi, Recepe rūt singulos denarios &c. non tū æqualiter oēs & singuli illo p̄mio perfruunt: sed multū inæqualiter scd̄m inæqualitatē meritorū vię. Sic q̄ in duplo excessit aliū i merito, excedit & ip̄m i p̄mio. Ex illo etiā patet illa rōsio, si q̄rit curiositas vana an aliquis pōt p suā bona opa meritoria maius p̄miū alio mereri. Null⁹. n. pōt mereri p̄miū qd̄ sit maius p̄mio summo simpl'r & infinito. Verū est de p̄mio obiectiuo, secus de formalis beatitudinis p̄mio, qd̄ cōsistit i visiōe, fruitiōe &c. Sic si q̄rit, An ꝓpter virtutē sit finaliter bn̄ operādū. Virtus em̄ habitus est, nullus autē habitus causatus est finale habētis bonū i nihil aliud referibile. Sic cōsil'r plures alię q̄stiunculę curiosę pñt absolui, quarū aliquas tāgit Ockā i suo Cētilogio: vtputa, an oēs & singuli beati æqualiter tenent diligere deū. Dimissa respōsiōe Ockam, quia nō videt satisfacere, dicēdū: q⁹ ea q̄stio pōt habere plures sens⁹, scd̄m q⁹ aduerbiū æqualiter determinat vel ly tenent, vel diligere. Si determinat ly tenent, sic oēs tenent eadē lege & æqualiter diligere deum ex toto corde, tota mente &c. siue in cælo, siue in terris. Oīnibus em̄ æqualiter hoc modo p̄cipit dilectio dei sup oīa. Vult em̄ oēs hoīes saluos fieri. j. Timo. ij. volūtate antecedēte. Oēs. n. subsunt p̄cepto dilectiōis dei sup oīa. Si determinat ly diligere, pōt distinguī vt supra i dubio primo, vel formaliter, & quo ad modū diligendi, vel obiectiue quo ad rem diligendā &c. Si primū, videt q⁹ nō tenet equaliter diligere intēsiue. Si secūdū, iterū pōt admitti: quia null⁹ tenet plus diligere deū q̄ sup oīa, & ex toto corde, & ratione beneficij p̄cise in nos collati & mercedis: vt boni nostri. Hoc mō nō ē causa (vt videt) eū plus diligēdi. Oēs em̄ habēt eūdē denariū, & idem est obiectū beatificū oīm, etsi nō oēs equal'r eo fruant. ¶ Notādū. ly ꝓpter accipit dupliciter. Primo cōsecutiue: vt denotat ordinē cōsecutiōis vnius ad reliquū. sic p̄mium datur ꝓpter meritū, idest posito merito sequit p̄miū correspondens. Scd̄o causaliter: & hoc dupl'r. Primo vt denotat causalitatē motiuā seu essentialitatē: vt cū intellectus assentit cōclusioni ꝓpter p̄missas. Præmissarū em̄ assensus est causa effectiua assensus conclusionis & motiua. Secūdo denotat causalitatē finalē. sic creatura & pxim⁹ diligunt ꝓpter deū. Cū sumit causaliter primo mō, pōt eē dupl'r: vel principalē & p̄cisam. Sic nulla rationalis creatura pōt licite diligere deū ꝓpter aliud ab ipso tanq̄ ꝓpter causam effectiuā principalē & p̄cise motiuā. Probat: quia sola bonitas dei summa est obiectū charitatis, & mouere debet hoiem principaliter ad se diligendū: sicut in articulis fidei principalis causa assensus articulorū fidei debet esse auctoritas reuelātis & nō ratio humana. Si aūt importat causam effectiuā seu motiuā nō p̄cisam & principalem, secus est. Sic deus diligit ꝓpter retributionē: & quādoq⁹ plura bñficia collata in aliquē, causa sunt maioris dilectiōis. Sic reducūtur homini in memoriā diuina bñficia: vt eorū considerātiōe calescat in amore diuino & gratitudinis bñficio. Sic forte cōcedi posset q⁹ aliqui beati plus tenēt deū diligere q̄ alij lege gratitudinis: quia plura receperūt beneficia i merito: q̄ eos mouēt ad gratitudinē & dilectionē. Si vero importat causam finalem principalē & vltimatā p̄cise: sic nō licet creaturę diligere deum propter quodcūq⁹ aliud a se. Deus em̄ est summū bonū in nullū aliud referibile. Et sic diligēs deum propter aliud vere videtur tanq̄ id propter qd̄ deū diligit plus deo diligeret: & deū in ipsum referret &c. cū tamen solus deus sit finis vltimus & principalissim⁹. Si autem ly propter dicit causam finalem non principalem aut simpliciter vltimā, ita q⁹ illud dilectū & volitū propter qd̄ deū diligit vlterius in deū referatur: vt in finē simpliciter vltimum: sic licite potest deus diligi ꝓpter aliud ab ipso tanq̄ propter causam finalem, large sumpto nomine causa finalis. Exempli causa, diligo deū propter beatitudinē: vt ea adepta continuo deū laudē & glorificem &c. huiusmodi dilectio, dei propter beatitudinē formalē &c. non est illicita. Sic etiam cōcedi pōt q⁹ beati nō equaliter diligunt Deum. Licet enim singuli diligant eum vt summum & infinitum bonum ex toto corde: maiori tū aut minori ferūtur affectu in deū scd̄m habitum charitatis ac luminis glorię &c.

## Distinctio Vltima.

Hic oritur q̄stio ex p̄missis ducens originē &c. Supra Magr egit de gl'ia beatorū. In hac dist. quinquagesima & vltima quarti agit de pœna & miseria malorū. Et potest sententia text⁹ complecti tribus propositionibus. ¶ Prima. Reprobi in inferno peruersam semper habebunt ci-



tra imputationem culpę volūtatem, ac inanem malorū quæ cōmiserunt pœnitudinē, in cumulum pœnę & supplicij perpetui, cū iam a deo in tenebras exteriores iuste pro forefactis sunt adiudicati. ¶ Secunda. licet mortui possunt habere qualemcūq⁹ suorū curā charorū quos secū nō vident constitutos in pœna vel gloria: non tamen consequens est eos scire quę circa suos hic aguntur charos vel lęta vel tristia. ¶ Tertia. Sācti dei videbūt mētis intelligentia pœnas dānatorum: nec tamen ex hoc dolore afficientur: sed gratias Deo de sua liberatiōe gratuita semp decātabūt cū ineffabilē malorū calamitatē videbūt. Declarationē harū propositionū textus habet.

## Quęstio Prima.

Via in prędecentibus pleraq⁹ habita sunt quę faciūt pro intellectu propositionis primę literalis: vtputa in primo collec. distinctione septima de obstinatiōe & obduratione malorū angelorum. Et collec. p̄sentī. distinctiōe. xliiij. q. iij. de pœnis animarum in inferno: An cruciabuntur igne corporali vel intēsionali &c. Et ibi de multiplicibus dānatorum pœnis: vt supra. & dist. xlvj. de iusta malorū damnatione & cruciatu ꝓpetuo. ideo illis nūc dimissis est quæstio prima. ¶ Vtrū damnatorū voluntas ita sit i malis obstinata q⁹ vellēt quoscūq⁹ alios, etiā propinquos, quorū q̄nq⁹ curā & reminiscētiā hr̄e pñt, secū esse i miseria ꝓpetua.

¶ Suppositis p̄missis vt supra ꝓ articulo primo, respondendū est ad q̄stionē, quantum ad articulū secundum. ¶ Conclusio prima. Damnatorū volūtas naturalis vt talis p̄cise nō est res mala: sed bona a deo cōdita boni alicuius naturaliter appetitiua. Hęc conclusio videt esse Diony. cap. iiij. de diuinis nominibus. cum loquēs de nominibus dicit. Quęcunq⁹ sunt, & ex bono sunt, & boni, & pulchrum & bonum desiderant, esse & viuere & intelligere quæ sunt existētia desiderantes. Probatur. Nam Geneſis primo, Vidit deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. sed volūtas naturalis quę est in damnatis, est a deo: immo determinata est ex sui natura appetere suam perfectionē naturalem & suum esse naturale &c. ¶ Secunda cōclusio. Damnatorum voluntas deliberatiua modi & ordinis in esse debiti expers est rectę ratiōis dictaminis, & voluntati diuinę contraria, ac gratiæ desertione in malo penitus obstinata & puersa. Patet ex dictis. ¶ Tertia cōclusio. Licet dānati qua lāguēt inuidia oīm & singulorū velint dānationē: attā cū videt in se ipleri diuinā iustitiā quā nolunt: secq⁹ fuisse illi⁹ vl' istius dānatiōis causam: nollēt amore sui ipsius horū dānatione: vt vel sic miorē haberēt tristitiæ pœnā. Ita videt sētire sanct⁹ Tho. quodli. iij. art. xxiiij. & i. iiij. dist. p̄nti. q. ij. art. j. q̄sti. iiij. Hęc ꝓpositio pōt colligi ex Hiero. sup illd Esa. xliij. Oēs principes terrę surrexerūt de solijs suis. Solatiū est malis inimicos suos habere socios pœnarū. Et interli. Terrę cōsolatę in pœnis ei⁹. Sicut em̄ i beatis est mutua charitas & gaudiū de singulorū beatitudine: ita ecōtrario in dānatis ē inuidia & odiū: vt etiā i hac vita videre est i aliquib⁹ crescēte inuidia. Nec valet dicere q⁹ prius eos iordiate dilexerūt, & affectiones illę adhuc manent, ergo & delectatio consequēs, & sic nō vident velle eorū dānationē. Et ratio est scd̄m Phūm. ix. Ethic. Delectatio q̄ fundat sup inhonesto: nō manet: imo pœnā affert. Et quos prius inordiate dilexerūt nunc odiunt. Nec est dilectio cū quis iuuat in pct̄o, sed odiū: vt dicit Psal. Hñt ergo adhuc puersam volūtatē quia malū id nō odiūt ꝓpter deū: sed ꝓpter sese cū cedit eis i pœnā. Nec ipedit vnū & idē scd̄m diuersas rōnes esse causā delectatiōis & tristitiæ quātū ē de se. Sic pœna inimici i iferno h⁹ quodā mō rōnē delectabilis ex eo: qa dānati volūtas i hoc iplet, cū videt ei⁹ quā vult dānationē. Non tū ꝓprie inde delectat: sed cæteris paribus ex obtētione voliti nata est sequi delectatio: vt supra dist. xlv. q. ij. Habet & rationē tristabilis cum videt i eo iflexibilē diuinā iustitiā, quā sūme nult tāq̄ sibi cōtrariā, & ab se nolitā amore sui ipsi⁹. Etiā ex eo qa videt ide augeri sibi pœnā cū illi fuerit occasio dānatiōis. Dolet ergo de malo: sed inaniter & peruerse. Sicut enim pœnitentes de dolore peccati gaudent: ita damnati pœnas inimicorum volunt, & de volitione dolent, siue de volito, cuius fuere causa in malum. Sap̄. v. Pœnitentiam agētes & prę angustia spiritus gemētes. Est autem eorum pœnitentia scd̄m quid, & per accidēs de malo: quia inde torquentur. Preterea sicut omnes beati amici sunt & amice se diligunt: ita damnati sunt sibi mutuo inimici & peruerse se amant. ¶ Quarta conclusio. Quis ex multitudine dānatorū pœna augeat singulorū, attamē in tātū in eis excrescit odium & inuidia, q⁹ magis eligerēt plus torqueri cū plus ribus q̄ cū paucis minus. Sic q̄nq⁹ in hac vita aliquis vult oīno exoculari: vt alter saltē vno careat oculo. Et licet nō possint odire deū si clare eum viderent in se: vt est multorū opinio: cū tñ ipsum apprehendūt executorē iustitię, & iudicem inflexibilem effectus diuinę iustitię, q̄ in se fiunt, odiunt, & detestātur, & deum in effectibus suis ab eis nolitis & sibi incommodis:

Universidad de Deusto
Biblioteca



¶Quinta cōclusio. Licet dānati velint secum omnes & singulos esse in dānatione: attamē plus vellent aliorū q̄ suorum ꝓpinquorum damnationē, si non opus esset omes stare in damnatione. Ita habet sanctus Bonauētura: & sanct⁹ Thomas. q. iij. ar. j. qstiū. iiij. & in quodli. viij. q. xvij. Ratio potest esse magna inuidia in proximum & amor inordinatus suiipsius: quo vellent suū cōmodum habere & oñi pœna peccati carere. Torquerētur autē inuidia si viderēt suos dānari, & alios liberari: ideo vellent oppositum: vt essent ab illa pœna immunes. Hinc diues petijt fratres suos a dānatione eripi non ex dilectione proximi: quia odio habuit eosdē. Sciebat ēn̄ nō omnes dānandos fore. Maluisset tñ suos fratres cū alijs omnibus dānari, scdm. S. Tho. vt supra. ¶Sexta cōclusio. Dānatorū animę i inferno possunt vti scientia, saltē aliqua olim acquisita, ac negligentię bonoꝝ & cōmissionis malorum recordari coagēte deo in pœnę augmentū. Probat. Luc. xvj. dixit Abraham diuiti. Fili recordare: quia recepisti bona in vita tua: & Lazarus siñ mala. Sed scdm illud factū (qd. Ambro. & Augu. nominant narrationem nō parabolā) nō diceret Abraham: nisi vti potuisset scientia acquisita, & reminisci ꝑteritorum. Item odiunt executionē diuinę iustitię: sed null⁹ odit de quo nō cogitauit: ergo cogitāt de deo cuius effectus odiunt. Ergo cōsimiliter si nō absorbentur pœnarū magnitudine, possunt & de alijs cogitare p mittēte deo. Nec huius vsus sciētiæ est eis causa dilectiōis: sed materia tristitię. Vnde cōtingit aliquid per se delectabile, fieri alicui p accidens materiā tristitię. Est ēn̄ vsus scientię per se delectabilis. j. metaphy. tū quia pfectio aię, tū ratione cogitabilis, seu etiā quādoq; ex parte cognoscibiliū. Potest tñ ex aliquo accidēte fieri causa tristitię: vtputa si cogitātur summe nolita: si de nicq; cognitio est impfecta, quā quis vellet eē pfectam. Cum ergo dānati nō possunt nisi nolita cogitare: & ea sola animaduertere quæ odiūt: vt sui detētiuum carcerem: & veluti instrumētum diuinę iustitię &c. nec sese pñt eximere a cogitatione nolitoꝝ & ad alia pro libito conuertere, tristātur. Sic cū incidunt delectationes momentaneę in seculo quęsitę, propter quas nūc ppetua cruciant flāma. Sic cū vident se facile potuisse virtuti studere &c. Item potest deus facere q; nō apprehēdatur a dānatis nisi vt iudex inflexibilis, nolens relinquere malum impunitū scdm ordinē diuinę iustitię. hunc effectum velint nolint cum magna tristitia apprehendunt & cogitant. Ad idem Augusti. xij. de ciuita. dei. c. vlti. ¶Videtur ꝓbabile. ex quo consideratio gloriæ beatorū est malis occasio & causa tristitię, q; illā mētalem cōsiderationem semper retinebunt: vt inde tristentur scdm. S. Bonauen. & conscientię vermē indesinēter rodētē habebūt. ¶Septima cōclusio. Animę dānatorū in inferno nō possunt ea quæ circa viuos fiunt ꝓpter distantiam maximam in genere proprio cognoscere: sed quādoq; coniectando vel arguitiue, aut dęmoniorū: vel etiā bonorum angelorū aut ad se descendentium animarū reuelatione in augmentū suæ tristitię. Prima pars patet ex primo distī. iij. q. j. Secunda pars: quia possunt videre si sint secum in tormētis vel nō: & forte memores vitæ præteritę malę cogitant eos nō esse in cęlo q̄uis pœnitētiā agere potuerint &c. Sic diues vidit q̄ circa fratres suos flebāt: quos adhuc viuere arguitiue conijcere potuit. Et forte quādoq; deus per dęmones eis reuelat aliqua: vt inde tristentur & mentis pœnitudinē habeant. Sicut auarus qui reliquit filium prodigū, potest cōijcere q; omia dilapidat & ꝓdige expēdat seu procaciter &c. Non tñ propter delectari sed tristari fiunt reuelationes illæ cū fiunt. Ad hoc Augu. in lib. de diuinatione dęmonū. c. iij. dicens. Dęmonū ea est natura: vt aerei corporis sensu terrenoꝝ corporū sensum facile p̄cedant. Celeritate etiam propter eiusdē aerei corporis superiorem mobilitatē nō solum cursus quotūlibet hominū vel ferarum: verūetiam volatus auium incōparabiliter vincant. Quibus duobus p̄ditī: quātum ad aereum corpus ptinet, hoc est acrimonia sensus & celeritate motus, multa prēnūciant vel nunciant quæ homines ꝓ sensus terreni tarditate mitenť &c. Item diuturna rerum experientia multa vt futura p̄noscunt & p̄nunciant. Q̄ d̄ declarat ca. iiij. Q̄ñq; ipsimet aliqua facturi sunt & talia p̄nunciant &c. c. v. Sic in proposito pmilli a deo vel iussi facta viuoꝝ dānatis in augmētū pœnę denūciare possunt. Ad idē. iiij. de trinita. ca. xvij.

¶Quantum ad articulum tertium est dubiū primū. An dānati in inferno videant gloriā beatorū i cęlo: & ecōtrario beati i cęlo videāt pœnā dānatorū i inferno. Facile hic nōderi posset de possibili: secus de facto nobis incognito. Item an visuri sint ita post iudiciū sicut ante. Contra primā partem. Damnati in inferno sunt in tenebris exterioribus, nec habent lumē: ergo nihil vidēt: per cōsequēs nec gloriam beatorū. Tenet cōsequētia. quia ad oppositū cōsequētis sequit oppositū ātecedētis. Antecedēs habet Mat. xij. Ligatis manib⁹ &c. proijcite eū in tenebras exteriores. q̄ pertractās Magister dicit. Per tenebras exteriores itelligit q; erūt extra lucē corpalē & spūalē. Præterea beati non vident pœnā dānatoꝝ: igit nec ecōtrario. Tenet consequētia: quia tāta est distātia ab his ad illos sicut ecōtrario. Eadē via est a Thebis ad Athenas & econtrario. iij. Physic. Antecedēs probatur. Vel ergo volūt eā & sunt crudeles: vel nolūt: & sic cōtrariant deo: p cōsequēs nō sūt beati. ¶Præterea si viderēt damnati beatorū gloriā, etiā viderēt diuinā essentiā. Videntes ēn̄ actū beatificū, etiā vidēt obiectum terminās actum illum. Sed nō vident deū. Probat auctoritate Aug. j. de trini. c. ij. Humanę mētis acies inualida in tā excellēti luce figi nō valet: nisi per iustitiā fidei nutrita vegetet. sed illa carent damnati. ¶Præterea si dānati essent visuri diuinā essentiā, nō esset magnū quid promissio visionis diuinę essentię facta mūdis corde. Marci. v. Item Moysi & Paulo &c. ¶Ad primū, cōcedunt sancti dānatos in inferno videre non oculo corporali sed mentali aliquā gloriā beatorū vsq; ad iudiciū extremū inclusiue & nō vltra. Nā i iudicio mali videbūt gloriā beatorū saltē corpalē & Christū scdm humanitatē in gloria sua: licet nō scdm diuinitatē. Ex illa gloria corpis arguere possunt inenarrabilē gloriā mētis: de qua olim p fidē edocti fuerūt: quā sero pdidisse magna cordis pœnitudine dolēt. Sed cōtra: nō videť quin etiā post iudiciū possint hr̄e q̄ñq; reminiscētiā glorię beatorū in augmentū pœnę. Sicut ēn̄ de beatis dicit Augu. lib. xxij. de ciui. dei. c. vlt. q; nō erūt immemores malorum ꝑteritorū per verā scientiā: sed solū per experientiam: sicut medicus dicit nosse oēs morbos in habitu, licet plures non sit corpore perpessus: & infirmus sanitatē quā non habet alterius: ita posset dici de malis: videbūt gloriam beatorū post iudiciū: nō intuitiua visione & experimentali sed arguitiua & per ratiocinationem coagente deo. Vel vidēt deo eis reuelāte in augmētum pœnę, quo volēte vidēt, quo nolēte non vidēt. Hinc possunt dici semp videre: quia potest deus cū vult in eis hmōi cogitationē ꝓducere: vt tristitię materiā. Et scdm hoc pñt exponi dicta sctōrū q; nō vidēt gloriā post iudicium sed ante. Ad rationē concedit q; sunt in tenebris exterioribus: quia omnino carēt lumine gratię & glorię, & prorsus facti sunt exteriores glorię cęlestis: ad quā nunq̄ venire possunt. Luc. xvj. de ciui. dei lib. ij. ca. xxij. ¶Ad secundū negat antecedēs. Vnde Esa. lxvj. dicit. Egredientur boni ad videndū pœnas malorū. nō q; boni relicturi sint sedes suas & loca pœnalia trāsituri vt malorū pœnas videāt p̄sentia corpali: absit: sed egredient ꝓ scientiā, ait Aug. Sicut ēn̄ mali nō ingredient in locū beatorū, gloriā eorū visuri: sic nec ecōtrario boni ad malos ibūt. Luce xvj. Hinc malorū locus tenebrę exteriores dicit Matth. viij. De bonis dicit. Intra i gaudiū dñi. Mat. xxv. nunq̄ inde exiturus nisi ꝓ scientiā ad cognoscendū qd extra est. Qui ergo erūt in pœnis, quid agatur intus in gaudio dñi nescient: Qui vero erūt in illo gaudio, quid agatur foris in illis tenebris exterioribꝰ sciet. ait Aug. vt supra. Habēt ēn̄ deū eis oia reuelātem. Ad ꝓbationem antecedētis pōt dici. Beati volunt pœnam dānatoꝝ quia sciūt deū id velle, cuius volūtati se nō possunt difformare: imo volunt eā simpliciter & absolute sicut deus. Nollēt tñ eos damnatos esse si nō peccassent & deū finaliter offendissent. Et si ex hoc gaudere dicunť, sensus est: volūt pœnā illā tanq̄ dictatā a sentētia diuina: vt sic natura exulēs sua voluntate sub culpa ordinetur p iustitiā in pœna. nec sic velle crudelitatis est sed summę iustitię. Placet ergo beatis illa afflictio. ¶Ad tertiū negat assumptū: vel etiā cōsequentia. nec vident damnati gloriā beatorū perfecte & intuitiue: sed vel arguitiue vel per reuelationē quandā, aut cōiectant. Auctoritas beati Augu. non est ad propositum: quia loquitur de visiōe intuitiua & faciali in patria: vel de visione fidei i via, quæ nūc habeť in mūdo. ¶Corollare sequit. beati videndo dānatorū pœnas nō inde habēt tristitiam, propter volūtatis suæ ad diuinā quā i hoc cognoscūt cōformitatē: sed nec deꝰ nec beati ꝓprie gaudēt de eorū dānatione: sed volūt eā ꝓpter peccatū cōmissum. Est ēn̄ in eoꝝ pœna duo cōsiderare. s. malū culpę & pœnę pro culpa, & ordinē inflexibilis iustitię diuinæ. De primo nō gaudēt: sed nolunt culpam, & nollēt pœnā. si nō p̄cessisset culpa. De scdo gaudēt. Hinc Esa. j. Heu ego cōsolabor sup hostibꝰ meis: & vindicabo de inimicis meis. Dicit Glos. Affectu pij pris eos licet inimicos plāgit: quia pereūt & pœnitere nolūt. dicit cōsolari: quia culpā nolitā nūc ordinat i pœna, cū pro pcto infligit pœnā. Forte ē locutio sūris illi. Gen. vj. Pœnitet me feciſſe hoiem. Nō q; deū facti alicui⁹ pœniteat sicut hoiem: sed quodā loquendi modo sic vtit scriptura ꝓpter hoies. xv. de ciui. ca. xxv. Verū cū scriptura loquit de pœnitudie dei rerū inuit mutationē imutabili p̄sciētia dei pmanēte: sic q; nō pœnitere est non immutari. Et vij. de ciui. c. vij. Sic pœnitet eū fecisse hoiem cū ipm vult extinguere & occidere. Itē cū punit miseros, quasi sint prorsus exterminādi & in nihilū redigēdi. ¶Ad aliud de visiōe dei q; nō sit magnū quid: Dicendū. immo magnū est & singulare: nec mali videbūt in inferno deitatem nec oculo corporali in genere proprio gloriam corporis post iudiciū. Q; vero Paulo cōcessum fuit videre in raptu gloriā dei & sanctorū, & eā habere visionē de deo & sanctis quā sancti habēt, fuit grę singlaris, datū ei ꝓ erudit⁹ōe eccl̄ię.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Fo. ¶ Secundum dubium. An dānati ita sint pœnis addicti & absorpti q̄ magis vellent nō esse q̄ esse miseri,ad euadēdum tantā miseriā & culpę & pœnę.Hanc materiam tractat August.iij. de lib.arbi.ca.vj.& sequētib⁹. & Boetius quarto de cōsolatione, Prosa secūda.Vnde q̄stio ista vt proposita est,sonat de facto:sed Augustinus eā tractat de posse : An scilicet aliquis possit vere dicere : mallē non esse q̄ miser esse. Sic etiā Scotus quærit: An aliquis potest appetere non esse propter miseriam fugiendam:miseriam inquā vel pœnę vel culpę. Et tūc de facto dānator⁹ quęritur:an appetant non esse. Beatus August. primo tāgit dictū aliorum:qđ impugnat : deinc quid sibi videat,adiungit:cōcludendo q̄ nullo pacto fieri potest,vt non esse aliquem libeat.ca. viij.in fine.Dicebāt aliqui:mallem non esse q̄ miser esse:& ita prę̄ferebant nō esse, & magis volebant q̄ esse pœnale:sed August.hoc dicit esse mentitū. Sed q̄ modo aliquis mauult esse pœnale q̄ non esse, prouenit ex eo:q̄ si aliquis miser qui nunc est miser,dicit,magis volo esse miserum q̄ nō esse simpliciter,hoc est ex eo : quia timet post non esse incursurū se maiorem miseriā q̄ nunc habeat:& ita non prę̄fert miserū esse ei qđ est non esse,sed maiorem miseriam minori:& ne incurrat maiorem post non esse, mauult esse miserū q̄ non esse simpliciter . Secundo ex eo, vt in ca.vij.Diceret em̄ aliquis: ideo magis volo vel miser esse q̄ omnino nō esse: quia iam sum. Si autem priusq̄ essem possem cōsuli eligere nō esse potius q̄ vt essem miser . Nunc em̄ q̄ timeo non esse cum miser sim ad ipsam miseriam ptinet,qua non id volo qđ debeam velle Nunc vero fateor me quidē miserū esse malle q̄ nihil,sed tanto stultius id volo quāto miseri⁹, tanto miserius quāto verius video nō hoc me velle debuisse. Ita beatus August.impugnat.Et primū id:mallē non esse q̄ miser esse.Quia hoc absurde dictum est & incouenienter:qui em̄ dicit mallem hoc q̄ id,eligit aliquid. sed non esse cum non sit aliquid,eligi non potest,quia quod nō habet esse non cadit sub electione.ca.viij.Et si aliquis mauult esse miserū q̄ non esse: ne post non esse incurrat maiorem miseriam: incōueniēter dictum est:quia post non esse non potest aliquis esse miser.Nam esse miserū prę̄supponit esse:ideo post nō esse incurrere maiorē miseriam pro nullo supponit.qui em̄ non est,non est miser vt manifestū est. Q̄z si quis dicit, volo quidem esse miser cū sum miser:sed hoc nō debuisem vel nō deberem velle:Quęrit,quid igit vel le debebas? Respondet. Nō esse. Cōtra.si debuit velle quis non esse, ergo non esse fuit melius q̄ miserū esse:sed qđ non est nō potest esse meli⁹,p cōsequēs nec eligendū:& ita illud dictū destruit seipm̄.Hęc.c.viij. ¶ Videdū est primo an aliqs potest appetere nō ee. Suppositis dictis in.q.ij. dist.p̄cedētis de volūtatis multiplici acceptiōe & q̄ est voluntas vt natura, & deliberatiua : est cōclusio prima. Volūtas vt natura prę̄cise nullo modo potest appetere nō esse appetitu naturali primo modo sumpto vt est naturalis rei inclinatio:sed nec secūdo modo:vt est actus elicitus cōformiter inclinationi naturali,& hoc rectę siue scđm dictamen rationis inculpabilis ꝓpter fugere malū pœnę.Probatur:quia natura rei cuiuslibet eo q̄ est, vult esse & pmanere,& suū esse est appetere sui naturalem pfectionē. Ad hoc est Philosophus.ij.de aia.& secūdo de generatiōe. immo oppositū implicat.si em̄ res est natura talis,naturaliter appetit suū esse& suam perfectionem:& si vult non esse,iam vult esse,& vult non esse:immo odit suum esse,& per cōsequens esset & nō esset. Item desideriū naturale est ad quietē; iā nō esse, nō est quies naturæ nec esse pōt : quia quies naturę p̄supponit naturam esse:sed nō esse naturam interimit: ideo naturali desiderio nullus potest appetere non esse pro fugiendo malo pœnę. Probatur.nullus potest appetere non esse scđm rationem rectā & inculpabiliter:nisi ꝓpter fugā alicuius alterius qđ est simpliciter magis nolendum q̄ nō esse.sed malum pœnę nō est huiusmodi respectu non esse:quia nullus scđm rectam rationē plus appetit iniustum q̄ iustū.sed pœna est aliquid iustum a lege inflictū:& a deo homini impositū: nō esse vero nihil est. per cō sequēs cū nihil habet de ratione iustitiæ: & inter esse & non esse nulla est proportio : manifestū em̄ est q̄ malū pœnę dicit aliquid positiuū, & qđ est ordinatiuū culpę: ergo scđm rationē rectam & voluntate deliberatiua sequente rationē rectā, esse miserū quantacūq; miseria pœnę, est plus sustinendū q̄ non esse. Item ex nō esse non fit homo melior,q̄ si esset simpliciter miser:sed omino pdit esse:sed cū homo aliquid eligit qđ est appetendū,necesse est fiat melior cū ad id peruenerit scđm Augu.c.viij.vt supra.Melior vero esse nō potest qui nō erit. nemo igit recte eligit vt nō sit. Præterea,in quo nulla est ratio boni,in isto non est ratio eligibilitatis. sed in non ee qđ est nihil,nulla est ratio boni vel melioris: ergo. Item miseria pœnę nō est mala simpl'r:nisi inquātū aliquod bonū tollit:sed omino non ee plus tollit de bono q̄ esse miserū, ergo peius est nō esse q̄ ee miserū pœnale,si licet ita loqui. ¶ Secūda ꝓpositio. Licet creatura rationalis nō potest recte appetere nō esse propter fugere quācūq; pœnā vel tristitiam volūtate deliberata sequēte rationē rectā,potest tn̄ appetere nō esse vo



lūtate sequēte rationē erroneā de facto & iniuste vt gratia exēpli hi qui seipsos interimūt vrgēte miseria:existimātes fore aliqd melius & tolerabili⁹ post hāc vitā ad qđ cōfugiunt.sed sic volūt esse melius & nō eligūt nō esse omnino. Si vero ducti errore simpl'r volūt nō esse:vt euadāt esse miserū: iam vere sunt in errore & miseria summa: & si quæriē ab eis quid eligant,respondebunt (ait Augustinus)nihil.nam eligens non esse ꝓ facto se nihil eligere etiam si hoc nolit,respōdere conuincitur. Et subiungit.Nemo videtur vere cum seipsum necat habere in sensu q̄ post mortem non sit futurus: tametsi aliquantulum hoc opinetur.Nam opinio aut in errore:aut in veritate ratiocinantis est vel credentis . Sensus autem consuetudine, vel natura valet . Potest autem fieri vt aliud sit in opinione,aliud in sensu. Sępe enim homo credit aliquid esse faciendum: & tamen contrarium delectat facere. Exēplum. Aeger credit sibi obfuturā aquam frigidam si biberit eam,& tamen eam delectat plurimū bibere aquā . Cum ergo quis impellitur ad mortem subeundam intolerabilibus angustijs quibus premitur,ęstimat quidē vel opinatur q̄ post mortem non erit: & ita habet in opinione errorem omnimodę defectionis : in sensu autē naturali desiderium quietis. Omnis itaq; appetitus ille in volendo aut arripiendo mortem,est non vt qui moritur nō sit, sed vt requiescat qui mortem elegit . Cum ergo ductus errore credat se non esse post mortem, natura tamen ipa quię tem desiderat,hoc est esse.Nullo ergo pacto fieri potest vt non esse aliquē libeat.Ita habet Augustinus.c.viij.Item priuatio mali non est bona nisi per assecutionem boni oppositi:sed per non esse nihil boni potest consequi qualitercūq; fiat gatur:sed tollitur omne bonū & esse, ideo sic eligens nihil eligit:& est eius electio erronea fundata in opinione super nihilum. ¶ Tertia propositio respondet ad hoc : si licet appetere non esse propter fugere malū culpę.& est hęc.Magis deberet homo appetere non esse q̄ velle peccare. Ita habet Scotus.Istud dictum potest multipliciter intelligi: scđm q̄ voluntas creata potest dici se tripliciter habere respectu nō ee. Primo vt sit causa sui non esse:sic est causa culpę suę:& sic dubium nullum est cum quęritur an propter culpā fugere,debeat aliquis velle nō esse : quia valet: an propter fugere culpam debeat aliquis se velle cum effectu annihilare. Nam voluntas non potest esse causa per se suę annihilationis. Secundo potest esse sensus q̄ sit causa suę annihilationis quantum est de se: ita q̄ si posset cū effectu se annihilare,vellet non esse.& sic iterum nullum est dubiū: quia velle se occidere & prosus annihilare quantum est de se, ita q̄ nō stat per eum quo minus &c. est graue peccatum: & scđm Scotū ponitur secūdū peccatū post odire deū,velle se nō esse volūtate deliberata & pfecta. Sicut enim homo post Deū tenetur se plus diligere:ita & post Deum min⁹ odire . Ergo plus tenetur cauere odium suiipsius post Deum:& p consequens plus diligere suū esse post Deum. Et scđm hos sensus propositio non intelligitur scilicet q̄ homo deberet magis appetere nō esse q̄ velle peccare. Sic enim appetere non esse, est peccare. Tertio potest esse sensus q̄ velit nō esse eo modo vt appeti potest citra peccatum: sic.s. si Deus vellet eū annihilare, vel prę̄ceptiue annihilari per suū ministrum,potius velit, illā annihilationem sustinere q̄ mortaliter peccare. Ita q̄ voluntas sua non sit causa effectiua per se annihilationis quo ad primū,nec quo ad secūdū causa appetēs, sed sustinens,nec repugnās cum Deus vult ipsum annihilare vel annihilari. Et sic stat propositio. Et potest esse ratio. in nullo enim casu licet peccare: sed semper fugiendum est peccatum scđm rationē rectā in omni casu. ergo siue viuens siue moriens semp tenetur nolle peccatum! et sic scđm rationem rectam eligere non esse vt mortem euadat culpę: cū Deus vult ipsum annihilare. Sic ergo volūtas potest appetere non esse: non vt sit causa effectiua sui non esse:sicut est causa peccati: sed cum mentis prōptitudine ad sustinendum potius annihilari a Deo, q̄ ipsum culpabiliter offendere, si Deus vellet ipsum annihilare.Hoc autē velle,non est velle simpliciter & proprie dictum : sed est non nolle quodāmodo,aut nō recalcitrare vel reniti, aut minus fugere vel minus odire. *Sic dicit:* inter duo mala minus malum est eligēdum. negatiue exponendo : idest nullum est eligendū: sed minus malum minus est odiēdum: immo sustinendum quandoq;. *Sic dicit Scotus.* Q̄n ꝓponunt̄ duo mala,minus & maius malū,in eligendo minus malum est fugere maius malum: quia secūdū habet rationē boni respectu alteri⁹ v.Ethicoꝝ.c.vj.Sic intelligēdo dubium:volūtas creata rationalis pro nulla re potest malū culpę eligere,nec pro vitando quocūq; malo etiam sui ipsi⁹ totali annihilatione.alias peccaret mortaliter.Probo.quilibet tenetur vitare peccatum & seruare prę̄ceptum diuinū q̄ diu manet obligatorium & non reuocatur. sed non nolle vel non nolendo se annihilari a Deo: non transgreditur quis prę̄ceptum diuinū:sed solum facit cōtra inclinationem naturalem. Vitare vero peccatū est prę̄cepti diuini : quod non est reuocatum sed obligatoriū,ergo magis debet eligere id q̄ peccare:hoc est,non nolle annihilari vt euitet pec-

G

